# uocis pura sinceritas

## Untersuchungen zum Prosarhythmus im Corpus Cyprianeum
## Anhang: kolometrisch-rhythmische Aufbereitung der lateinischen Texte

E. Groth

Februar 2017

# Inhaltsverzeichnis


**1 Traktate** **5**

1.1 Ad Demetrianum . . . 5
1.2 Ad Donatum . . . 16
1.3 Ad Fortunatum . . . 24
1.4 Ad Quirinum . . . 36
1.5 De bono patientiae . . . 42
1.6 De dominica oratione . . . 52
1.7 De habitu uirginum . . . 66
1.8 De lapsis . . . 76
1.9 De mortalitate . . . 90
1.10 De opere et eleemosynis . . . 100
1.11 De unitate . . . 111
1.12 De zelo et liuore . . . 124

**2 Episteln** **133**

2.1 Epistel 1 . . . 133
2.2 Epistel 2 . . . 134
2.3 Epistel 3 . . . 134
2.4 Epistel 5 . . . 136
2.5 Epistel 6 . . . 137
2.6 Epistel 7 . . . 139
2.7 Epistel 9 . . . 140
2.8 Epistel 10 . . . 140
2.9 Epistel 11 . . . 143
2.10 Epistel 12 . . . 146
2.11 Epistel 13 . . . 147
2.12 Epistel 14 . . . 149
2.13 Epistel 15 . . . 151
2.14 Epistel 16 . . . 153
2.15 Epistel 17 . . . 154
2.16 Epistel 18 . . . 155
2.17 Epistel 19 . . . 156
2.18 Epistel 20 . . . 157
2.19 Epistel 25 . . . 158
2.20 Epistel 26 . . . 159
2.21 Epistel 27 . . . 159
2.22 Epistel 28 . . . 161
2.23 Epistel 29 . . . 162
2.24 Epistel 32 . . . 162
2.25 Epistel 33 . . . 163
2.26 Epistel 34 . . . 164
2.27 Epistel 35 . . . 165
2.28 Epistel 37 . . . 165
2.29 Epistel 38 . . . 167
2.30 Epistel 39 . . . 168
2.31 Epistel 40 . . . 170
2.32 Epistel 41 . . . 171
2.33 Epistel 43 . . . 172
2.34 Epistel 44 . . . 175
2.35 Epistel 45 . . . 176
2.36 Epistel 46 . . . 178

2.37 Epistel 47 . . . . . . 179
2.38 Epistel 48 . . . . . . 179
2.39 Epistel 51 . . . . . . 180
2.40 Epistel 52 . . . . . . 181
2.41 Epistel 54 . . . . . . 183
2.42 Epistel 55 . . . . . . 184
2.43 Epistel 56 . . . . . . 196
2.44 Epistel 58 . . . . . . 197
2.45 Epistel 59 . . . . . . 202
2.46 Epistel 60 . . . . . . 214
2.47 Epistel 61 . . . . . . 216
2.48 Epistel 62 . . . . . . 217
2.49 Epistel 63 . . . . . . 219
2.50 Epistel 65 . . . . . . 226
2.51 Epistel 66 . . . . . . 228
2.52 Epistel 68 . . . . . . 232
2.53 Epistel 69 . . . . . . 235
2.54 Epistel 71 . . . . . . 242
2.55 Epistel 73 . . . . . . 244
2.56 Epistel 74 . . . . . . 254
2.57 Epistel 76 . . . . . . 259
2.58 Epistel 80 . . . . . . 262
2.59 Epistel 81 . . . . . . 263

**3 Pseudocyprianische Schriften 265**
3.1 Ad Nouatianum . . . . . . 265
3.2 Ad Siluanum . . . . . . 274
3.3 Aduersus Iudaeos . . . . . . 274
3.4 Ad Vigilium . . . . . . 280
3.5 De aleatoribus . . . . . . 285
3.6 De bono pudicitiae . . . . . . 291
3.7 De centesima, sexagesima, tricesima . . . . . . 297
3.8 De duobus montibus/De montibus Sina et Sion . . . . . . 308
3.9 De duodecim abusiuis saeculi . . . . . . 315
3.10 De duplici martyrio . . . . . . 326
3.11 De laude martyrii . . . . . . 348
3.12 De pascha computus . . . . . . 360
3.13 De rebaptismate . . . . . . 371
3.14 De singularitate clericorum . . . . . . 388
3.15 De spectaculis . . . . . . 417
3.16 De uoluntate . . . . . . 422
3.17 Exhortatio ad paenitentiam . . . . . . 423
3.18 Quod idola dii non sint . . . . . . 427
3.19 Epistel 3 . . . . . . 432
3.20 Epistel 4 . . . . . . 433
3.21 Oratio 1 . . . . . . 437
3.22 Oratio 2 . . . . . . 438

# 1 Traktate

## 1.1 Ad Demetrianum

1 **1** Oblatrantem te
2 et aduersus Deum
3 qui unus et uerus est **T2γδζ**
4 ore sacrilego **Tγ**
5 et uerbis impiis *
6 obstrepentem frequenter, **Pγ**
7 Demetriane,
8 contempseram
9 uerecundius et melius existimans
10 errantis inperitiam silentio spernere **T2δ**
11 quam loquendo dementis insaniam prouocare. **V3δ**
12 Nec hoc sine magisterii diuini auctoritate faciebam, **TT1**$^{2}$**γ**
13 cum scriptum sit:
*In aures inprudentis noli quicquam dicere, ne quando audierit inrideat sensatos sermones tuos,* [Prou. 23, 9]
14 et iterum:
*Noli respondere inprudenti ad inprudentiam eius ne similis fias illi,* [Prou. 26, 4]
15 et sanctum quoque iubeamur **TTγ**
16 intra conscientiam nostram tenere **Pγ/Ditr.**
17 nec inculcandum porcis et canibus exponere
18 loquente Domino et dicente: **Vδε**
*Ne dederitis sanctum canibus neque miseritis margaritas uestras ante porcos, ne inculcent eas pedibus suis.* [Mt 7, 6]
19 Nam cum ad me saepe studio magis contradicendi **P**
20 quam uoto discendi **Pγ**
21 uenires
22 et clamosis uocibus personans **T2δ**
23 malles tua inpudenter ingerere **Tγ**
24 quam nostra patienter audire, **P1γ**
25 ineptum uidebatur **TTγ/1β**
26 congredi tecum, **P1δ**
27 quando facilius esset et leuius **Tγδ**
28 turbulenti maris concitos fluctus **P1δ**
29 clamoribus retundere
30 quam tuam rabiem tractatibus coercere. **Vδ/1β**
31 Certe et labor inritus
32 et nullus effectus **P1γ**
33 offerre lumen caeco, **TTγε**
34 sermonem surdo,
35 sapientiam bruto, **P1δ**
36 cum nec sentire brutus possit **TTγε**
37 nec caecus lumen admittere **T2γ**
38 nec surdus audire. **P1γ**

1 **2** Haec considerans
2 saepe conticui **Tγ**
3 et inpatientem patientia uici, **P1δ**
4 cum nec docere indocilem possem **Pδ**
5 nec impium religione comprimere **Tγ**
6 nec furentem lenitate cohibere. **TT1**$^{2}$**γ**
7 Sed enim cum dicas **Pγδ**
8 plurimos conqueri **T2δ**
9 et quod bella crebrius surgant, **P1δ**
10 quod lues,
11 quod fames saeuiant, ***/2βδ**
12 quodque imbres et pluuias **Tγδ**
13 serena longa suspendant **P1γ**
14 nobis imputari, **TTγ/Ditr.**
15 tacere ultra non oportet, **TTγδ/Ditr.**
16 ne iam non uerecundiae, **(T)2β***
17 sed diffidentiae esse incipiat quod tacemus, **Vδε/Ditr.**
18 et dum criminationes falsas contemnimus refutare, **Vδ/1β**
19 uideamur crimen agnoscere. **T2γ**
20 Respondeo igitur et tibi, **TTδε**
21 Demetriane,
22 pariter et ceteris
23 quos tu forsitan concitasti **V3δ**
24 et aduersum nos
25 odia tuis maledicis uocibus seminando **V3δ**
26 comites tibi plures **Vδζ**
27 radicis adque originis tuae pullulatione fecisti: **P1γ**
28 quos tamen sermonis nostri admittere credo rationem. **TTγ**
29 Nam qui ad malum motus est ***/2βδ**
30 mendacio fallente **TTδ**
31 multo magis ad bonum mouebitur ueritate. **V3δ**

1 **3** Dixisti
2 per nos fieri
3 et quod nobis debeant inputari **V3δ**
4 omnia ista **Pδ**
5 quibus nunc mundus quatitur et urguetur, **Ditr.**
6 quod dii uestri a nobis non colantur. **TTγδ/Ditr.**
7 Qua in parte

8 qui ignarus diuinae cognitionis **P**
9 et ueritatis alienus es
10 illud primo in loco scire debes **Ditr.**
11 senuisse iam mundum, **P1γδ**
12 non illis uiribus stare **P1δ**
13 quibus prius steterat *
14 nec uigore et robore ipso ualere **Pγ/Ditr.**
15 quo ante praeualebat. **TTγ/Ditr.**
16 Hoc etiam nobis tacentibus **Tγ**
17 et nulla
18 de scripturis sanctis praedicationibusque diuinis **P1γ**
19 documenta promentibus **T2γ**
20 mundus ipse iam loquitur **Tγδ**
21 et occasum sui rerum labentium probatione testatur. **P1γ**
22 Non hieme
23 nutriendis seminibus **Tγ**
24 tanta imbrium copia est,
25 non frugibus aestate torrendis **P1γ**
26 solita flagrantia est
27 nec sic uerna de temperie sua laeta sunt **Ton. Äqu. 4δζθ*/2βδ**
28 nec adeo arboreis fetibus **Tδ**
29 autumna fecunda sunt. **T2γζ**
30 Minus de effossis et fatigatis montibus *
31 eruuntur marmorum crustae, **P1δ**
32 minus argenti et auri opes **2βγζ**
33 suggerunt exhausta iam metalla **TTγδ/Ditr.**
34 et pauperes uenae breuiantur **TTγ**
35 in dies singulos. **(T)2βδ***
36 Et decrescit ac deficit **T2γδ**
37 in aruis agricola, **Tγ**
38 in mari nauta, **(P)1βδ**
39 miles in castris, **P1γδ**
40 innocentia in foro, **TTδε**
41 iustitia in iudicio, **Ton. Äqu. 4δε***
42 in amicitiis concordia,
43 in artibus peritia,
44 in moribus disciplina. **V3δ**
45 Putasne tu
46 tantum posse substantiam rei senescentis existere, **T2γ**
47 quantum prius potuit
48 nouella adhuc et uegeta iuuenta pollere? **P1γ**
49 Minuatur necesse est **Tγζ**
50 quicquid
51 fine iam proximo **T2γδ**
52 in occidua et extrema deuergit. **P1γ**
53 Sic sol
54 in occasu suo
55 radios minus claro et igneo splendore iaculatur, **TT1$^{2}$γ**
56 sic declinante iam cursu **P1γδ**
57 exoletis cornibus luna tenuatur, **TT1$^{2}$γ**
58 et arbor
59 quae fuerat ante uiridis et fertilis
60 arescentibus ramis **P1δ**
61 fit postmodum sterilis, **Tδ**
62 senectute deformis, **P1γ**
63 et fons
64 qui exundantibus prius uenis **Vδζ/1βδ**
65 largiter profluebat **V3δ**
66 senectute deficiens **Tγ**
67 uix modico sudore destillat. **P1γ**
68 Haec sententia mundo data est, **Ton. Äqu. 4δζθ***
69 haec Dei lex est **(P)1βδε**
70 ut omnia orta occidant **Ton. Äqu. 4δζ***
71 et aucta senescant **Pγ**
72 et infirmentur fortia *
73 et magna minuantur **TT1$^{2}$γ**
74 et cum infirmata et deminuta fuerint finiantur. **Vδ/Ditr.**

1 **4** Christianis inputas
2 quod minuantur singula
3 mundo senescente. **TTγ/1β**
4 Quid si et senes inputent christianis **V3δ**
5 quod minus ualeant in senectute, **1β**
6 quod non perinde ut prius uigeant *
7 auditu aurium, *
8 cursu pedum,
9 oculorum acie, *
10 uirium robore, **T2δ**
11 suco uiscerum, *
12 mole membrorum, **P1γ**
13 et cum olim **Ditr.**
14 ultra octingentos et nongentos annos
15 uita hominum longaeua procederet, **T2γ**
16 uix nunc possit ad centenarium numerum peruenire. **Vδ/Ditr.**
17 Canos uidemus in pueris, **Tγδ**
18 capilli deficiunt **Tγ**
19 antequam crescunt, **P1δ**
20 nec aetas in senectutem desinit, *
21 sed incipit a senectute. **(P)1β**
22 Sic in ortu adhuc suo **TTγε**
23 ad finem natiuitas properat, **Tδ**
24 sic quodcumque nunc nascitur **T2γδ**
25 mundi ipsius senectute degenerat, **Tγ**
26 ut nemo mirari debeat *
27 singula in mundo coepisse deficere, **Tγ**

28 quando totus ipse iam mundus **P1γδ**
29 in defectione sit et in fine. **Vγδεζ**

1 **5** Quod autem crebrius bella continuant, **Tγ**
2 quod sterilitas et fames sollicitudinem cumulant, **Tδ**
3 quod
4 saeuientibus morbis **P1δ**
5 ualitudo frangitur, *****
6 quod humanum genus luis populatione uastatur, **P1γ**
7 et hoc scias esse praedictum **P1γ**
8 in nouissimis temporibus
9 multiplicari mala
10 et aduersa uariari **TT1$^2$γ**
11 et adpropinquante iam iudicii die **Pδ**
12 magis ac magis **Pγδ**
13 in plagas generis humani **TTδ**
14 censuram Dei indignantis accendi. **P1γ**
15 Non enim,
16 sicut tua falsa querimonia
17 et inperitia ueritatis ignara **P1γ**
18 iactat et clamitat, **T2γδ**
19 ista accidunt, *****
20 quod dii uestri a nobis non colantur, **Ditr./TTγδ**
21 sed quod uobis non colatur Deus. **(TTβε)/2βε**
22 Nam cum ipse sit mundi dominus et rector **TTδε**
23 et cuncta arbitrio eius et nutu gerantur **Pγ**
24 nec quicquam fieri possit **Pδ**
25 nisi quod aut fecerit
26 aut fieri ipse permiserit, **T2γ**
27 utique quando ea fiunt **TTγε**
28 quae iram Dei indignantis ostendunt **P1γ**
29 non propter nos fiunt **Pγδ**
30 a quibus Deus colitur, *****
31 sed delictis et meritis uestris inrogantur, **Ditr./TTγ**
32 a quibus Deus omnino nec quaeritur nec timetur **V3δε**
33 nec
34 relictis uanis superstitionibus
35 religio uera cognoscitur, **T2γ**
36 ut
37 qui Deus unus est omnibus **T2γδ**
38 unus colatur ab omnibus et rogetur. **Vδε**

1 **6** Ipsum denique audi loquentem, **Ditr./Pγ**
2 ipsum
3 uoce diuina **P1γ**
4 instruentem nos et monentem: **Vγδε/Ditr.**
*Dominum Deum tuum adorabis,*
5 inquit,
*et ipsi soli seruies,* [Deut. 6, 13]
6 et iterum:
*Non erunt tibi dii alii absque me,* [Deut. 5, 7]
7 et iterum:
*Nolite ambulare post deos alienos ut seruiatis eis et me adoraueritis eos: et ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos.* [Hier. 25, 6]
8 Propheta item sancto Spiritu plenus **P1δ**
9 contestatur et denuntiat iram Dei dicens: **(TTγε)/1βδ**
*Haec dicit Dominus omnipotens: eo quod domus mea deserta est, uos autem sectamini unusquisque in domum suam, propterea abstinebit caelum a rore et terra subtrahet procreationes suas, et inducam gladium super terram et super frumentum et super uinum et super oleum et super homines et super pecora et super omnes labores manuum eorum.* [Agg. 1, 9b-11]
10 Item propheta alius repetit et dicit: **TTδε**
*Et pluam super unam ciuitatem et super unam non pluam. Pars una compluetur et pars super quam non pluero arefiet. Et congregabuntur duae et tres ciuitates in unam ciuitatem potandae aquae causa nec satiabuntur: et non conuertimini ad me, dicit Dominus.* [Amos. 4, 7.8]

1 **7** Indignatur ecce Dominus et irascitur **Ton. Äqu. 4δε***
2 et quod ad eum non conuertamini comminatur: **V3δ**
3 et tu miraris aut quereris **Tγδ**
4 in hac obstinatione et contemptu uestro,
5 si rara desuper pluuia descendat, **TTδ**
6 si terra situ pulueris squaleat, **T2δ**
7 si uix ieiunas et pallidas herbas **P1δ**
8 sterilis gleba producat, **Pγ**
9 si uineam debilitet grando caedens, **Vδζ**
10 si oleam detruncet turbo subuertens, **Pγ**
11 si fontem siccitas statuat, **Tδ**
12 aerem pestilens aura corrumpat, **P1γ**
13 hominem morbida ualitudo consumat, **Pγ**
14 cum omnia ista **Pδ**
15 peccatis prouocantibus ueniant **Tδ**
16 et plus exacerbetur Deus
17 quando nihil talia et tanta proficiat. **Tγ**
18 Fieri enim ista **Vδζ**
19 uel ad disciplinam contumacium
20 uel ad poenam malorum, **Pγ**
21 declarat in scripturis sanctis
22 idem Deus dicens: **TTγε/1βδ**

*Sine causa percussi filios uestros, disciplinam non exceperunt.* [Hier. 2, 302]

23 Et propheta deuotus ac dicatus Deo **2βε**
24 ad haec eadem respondit et dicit: **P1γδ**

*Verberasti eos nec doluerunt: flagellasti eos nec uoluerunt accipere disciplinam.* [Hier. 5, 3b]

25 Ecce inrogantur diuinitus plagae **P1δ**
26 et nullus Dei metus est: *
27 ecce uerbera desuper et flagella non desunt **P1γδ**
28 et trepidatio nulla, **P1δ**
29 nulla formido est. **Tγζ**
30 Quid si non intercederet rebus humanis **P1γ**
31 uel ista censura? **P1γ**
32 Quanto adhuc maior in hominibus esset **Pδ**
33 audacia facinorum
34 inpunitate secura? **P1γ**

1 **8** Quereris quod minus nunc tibi uberes fontes **P1δ**
2 et aurae salubres **Pγ**
3 et frequens pluuia *
4 et fertilis terra **P1δ**
5 obsequium praebeant, **Tδ**
6 quod non ita utilitatibus tuis **Pδ**
7 et uoluptatibus */**2β**
8 elementa deseruiant. **T2γ**
9 Tu enim Deo seruis **(TTγε)/1βδ**
10 per quem tibi cuncta deseruiunt: **T2γ**
11 famularis illi **Ditr.**
12 cuius nutu
13 tibi uniuersa famulantur. **TT1$^2$γ**
14 Ipse de seruo tuo exigis seruitutem **V3δ**
15 et homo hominem parere tibi et oboedire compellis, **P1γ**
16 et cum sit uobis eadem sors nascendi, **Vδε**
17 condicio una moriendi, **TT1$^2$γ**
18 corporum materia consimilis,
19 animarum ratio communis, **TTδ**
20 aequali iure
21 et pari lege **gl. Quantitäten- und Akzentfolge**
22 uel ueniatur in istum mundum
23 uel de mundo postmodum recedatur, **Vδ/1β**
24 tamen nisi tibi pro arbitrio tuo seruiatur, **TTγ/3βδ**
25 nisi ad uoluntatis obsequium pareatur, **Vδ/Ditr.**
26 inperiosus **(P)**
27 et nimius seruitutis exactor **P1γ**
28 flagellas, uerberas, *
29 fame, siti, nuditate et ferro frequenter et carcere **T2γδ**
30 adfligis et crucias. **Tγδ**
31 Et non agnoscis Deum dominum *
32 cum sic exerceas ipse dominatum? **TT1$^2$γ**

1 **9** Merito ergo **Pδ**
2 incursantibus plagis **P1δ**
3 non desunt Dei flagella nec uerbera. **T2γδ**
4 Quae cum nihil istic promoueant **Tγ**
5 nec ad Deum singulos **(T)2βδ** *
6 tanto cladium terrore conuertant, **P1γ**
7 manet postmodum carcer aeternus **P1γ**
8 et iugis flamma
9 et poena perpetua, **Tγ**
10 nec audietur illic rogantium gemitus, **Tδ**
11 quia nec hic Dei indignantis terror auditus est **T2γζ**
12 qui per prophetam clamat et dicit: **P1γδ**

*Audite sermonem Domini, filii Israel, quia iudicium est Domini aduersus incolas terrae, quod neque misericordia neque ueritas neque agnitio Dei sit super terram: execratio et mendacium et caedes et furtum et adulterium diffusum est super terram, sanguinem sanguini supermiscent. Idcirco terra lugebit cum uniuersis incolis suis, cum bestiis agri, cum serpentibus terrae, cum uolucribus caeli, et deficient pisces maris, ut nemo iudicet, nemo reuincat.* [Os. 4, 1-42]

13 Indignari se Deus dicit **(P)1βδ**
14 quod agnitio Dei non sit in terris **(P)1βγδ**
15 et Deus non agnoscitur nec timetur. **V3δε**
16 Delicta mendaciorum, libidinum, fraudum, **P1δ**
17 crudelitatis, impietatis, furoris **Ditr./Pγ**
18 Deus increpat et incusat, **Vδε**
19 et ad innocentiam nemo conuertitur. **T2γ**
20 Fiunt ecce
21 quae uerbis Dei ante praedicta sunt, **T2γζ**
22 nec quisquam fide praesentium **Tγ**
23 ut in futurum consulat admonetur. **Vδ/Ditr.**
24 Inter ipsa aduersa **P1γ**
25 quibus uix coartata et conclusa **TTγδ**
26 anima respirat **TTδ**
27 uacat malos esse **1βδ**
28 et in periculis tantis **P1δ**
29 non de se magis
30 sed de altero iudicare. **V3δ**
31 Indignamini
32 indignari Deum,
33 quasi aliquid boni **Pδ**
34 male uiuendo **Pγ**
35 mereamini, *
36 quasi non omnia ista quae accidunt **T2γδ**
37 minora adhuc sint
38 et leuiora peccatis uestris.

1 **10** Qui alios iudicas **Tδ**

| | | |
|---|---|---|
| 2 | aliquando esto et tui iudex, | **(P)1βδ** |
| 3 | conscientiae tuae latebras intuere, | **Vδ/Ditr.** |
| 4 | immo, | |
| 5 | quia nullus iam delinquendi uel pudor est | **Tγδζ** |
| 6 | et sic peccatur | |
| 7 | quasi magis per ipsa peccata placeatur, | **TT1$^{2}$γ** |
| 8 | qui perspicuus et nudus a cunctis uideris | **Pγ/Ditr.** |
| 9 | et ipse te respice. | **T2γδ** |
| 10 | Aut enim superbia inflatus es | |
| 11 | aut auaritia rapax es | **Tδζ/Ditr.** |
| 12 | aut iracundia saeuus | **P1δ** |
| 13 | aut alea prodigus | **T2δ** |
| 14 | aut uinolentia temulentus | **V3δ** |
| 15 | aut liuore inuidus | * |
| 16 | aut libidine incestus | **TTδ** |
| 17 | aut crudelitate uiolentus: | **TT1$^{2}$γ** |
| 18 | et miraris | |
| 19 | in poenas generis humani | **TTδ** |
| 20 | iram Dei crescere, | ***/2βδ** |
| 21 | cum crescat cottidie | **Tγ** |
| 22 | quod puniatur? | **Ditr.** |
| 23 | Hostem quereris exurgere, | |
| 24 | quasi | |
| 25 | etsi hostis desit | **TTγε** |
| 26 | esse pax inter ipsas togas possit; | **TTγε/1βδ** |
| 27 | hostem quereris exurgere, | |
| 28 | quasi non, | |
| 29 | etsi externa de barbaris arma et pericula conprimantur, | **Vδ/Ditr.** |
| 30 | ferocius intus et grauius | **Tγδ** |
| 31 | de calumniis et iniuriis potentium ciuium | **T2δ** |
| 32 | domesticae inpugnationis tela grassentur: | **P1γ** |
| 33 | de sterilitate ac fame quereris, | * |
| 34 | quasi famem maiorem | **Pγ** |
| 35 | siccitas quam rapacitas faciat, | **Tδ** |
| 36 | quasi non de captatis annonarum incrementis | **TTγ** |
| 37 | et pretiorum cumulis | * |
| 38 | flagrantior inopiae ardor excrescat: | **P1γ** |
| 39 | quereris cludi imbribus caelum, | **P1δ** |
| 40 | cum sic horrea cludantur in terris: | **P1γδ** |
| 41 | quereris minus nasci, | **1βδ** |
| 42 | quasi | |
| 43 | quae nata sunt | |
| 44 | indigentibus praebeantur: | **V3δ** |
| 45 | pestem et luem criminaris, | **TTγ/Ditr.** |
| 46 | cum peste ipsa et lue | **Pγδ** |
| 47 | uel detecta sint uel aucta | **TTγδε** |
| 48 | crimina singulorum, | **Vδ/Ditr.** |
| 49 | dum nec infirmis exhibetur misericordia | **(T)** |
| 50 | et defunctis auaritia inhiat ac rapina. | **Vδε** |
| 51 | Idem ad pietatis obsequium timidi, | **Tδ** |
| 52 | ad impia lucra temerarii, | |
| 53 | fugientes morientium funera | **T2δ** |
| 54 | et adpetentes spolia mortuorum, | **Vδ/Ditr.** |
| 55 | ut appareat | |
| 56 | in aegritudine sua | **Pδ** |
| 57 | miseros ad hoc forsitan et derelictos esse | |
| 58 | ne possint dum curantur euadere: | **T2γ** |
| 59 | nam perire aegrum uoluit | * |
| 60 | qui censum pereuntis inuadit. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **11** Tantus cladium terror | **P1δ** |
| 2 | dare non potest innocentiae disciplinam | **V3δ** |
| 3 | et inter populum | |
| 4 | frequenti strage morientem | **TT1$^{2}$γ** |
| 5 | nemo considerat | **T2γ** |
| 6 | et se esse mortalem. | **P1γ** |
| 7 | Passim discurritur, rapitur, occupatur: | **Vδ** |
| 8 | praedandi dissimulatio nulla, | **P1δ** |
| 9 | nulla cunctatio: | **T2γ** |
| 10 | quasi liceat, | * |
| 11 | quasi oporteat, | **Tγ** |
| 12 | quasi ille qui non rapit | **TTγδε/(T)2γδε** |
| 13 | damnum et dispendium proprium sentiat, | **Tδ** |
| 14 | sic unusquisque rapere festinet. | **TTδ** |
| 15 | In latronibus est utcumque aliqua scelerum uerecundia, | **Ton. Äqu. 4δ*/2β** |
| 16 | auias fauces | **P1δ** |
| 17 | et desertas solitudines diligunt, | **T2δ** |
| 18 | et sic illic delinquitur, | **Tγ** |
| 19 | ut tamen delinquentium facinus | **Tδ** |
| 20 | tenebris et nocte ueletur. | **P1γ** |
| 21 | Auaritia palam saeuit | **Vδζ** |
| 22 | et ipsa audacia sua tuta | **Vδζ** |
| 23 | in fori luce | **1βδ** |
| 24 | abruptae cupiditatis arma prostituit. | **Tγ** |
| 25 | Inde falsarii, | |
| 26 | uenefici; | **gl. Akzentfolge** |
| 27 | inde in media ciuitate | **Vδ/Ditr.** |
| 28 | sicarii | |
| 29 | tam ad peccandum praecipites | **Tγ** |
| 30 | quam inpune peccantes. | **P1γ** |
| 31 | A nocente crimen admittitur, | **T2γ** |
| 32 | nec innocens qui uindicet inuenitur. | **Vδ/Ditr.** |
| 33 | De accusatore uel indice metus nullus: | **Vδζ** |
| 34 | inpunitatem consecuntur mali, | |
| 35 | dum modesti tacent, | |
| 36 | timent conscii, | * |
| 37 | ueneunt iudicaturi. | **P1** |
| 38 | Et idcirco per prophetam | |

| | | |
|---|---|---|
| 39 | diuino spiritu et instinctu | **Vδε** |
| 40 | rei ueritas promitur, | **T2δ** |
| 41 | certa et manifesta ratio monstratur | **TTδ** |
| 42 | Deum posse aduersa prohibere | **TT1$^2$γ** |
| 43 | sed ne ille subueniat | **Tγ** |
| 44 | merita peccantium facere. | **Tδ** |
| | *Numquid,* | |
| 45 | ait, | |
| | *non ualet manus Dei, ut saluos faciat, aut grauauit aurem ut non exaudiat? Sed peccata uestra inter uos et Deum separant, et propter delicta uestra auertit faciem a uobis ne misereatur.* [Is. 59, 1.2] | |
| 46 | Peccata itaque et delicta reputentur, | **TT1$^2$γ** |
| 47 | conscientiae uulnera cogitentur: | **Vδ/Ditr.** |
| 48 | et desinit unusquisque | **Vδ** |
| 49 | de Deo uel de nobis conqueri, | * |
| 50 | si quod patitur intellegat se mereri. | **V3δε** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **12** Ecce id ipsum | **Pγδ** |
| 2 | quale est | |
| 3 | unde nobis cum maxime sermo est, | **Tδζ** |
| 4 | quod nos infestatis innoxios, | **T2γ** |
| 5 | quod in contumeliam Dei inpugnatis | **TTγ** |
| 6 | adque opprimitis Dei seruos? | **Vδζ/1βδ** |
| 7 | Parum est | |
| 8 | quod furentium uarietate uitiorum, | **TT1$^2$γ** |
| 9 | quod iniquitate feralium criminum, | **T2δ** |
| 10 | quod cruentarum conpendio rapinarum | **Vδ/1β** |
| 11 | uita uestra maculatur, | **TT1$^2$γ** |
| 12 | quod superstitionibus falsis | **P1δ** |
| 13 | religio uera subuertitur, | **T2γ** |
| 14 | quod Deus omnino non quaeritur nec timetur: | **V3δε** |
| 15 | adhuc insuper Dei seruos | **Vδζ/1βδ** |
| 16 | et maiestati ac numini eius dicatos | **Pγ/Ditr.** |
| 17 | iniustis persecutionibus flagitatis. | **V3δ** |
| 18 | Satis non est | |
| 19 | quod ipse tu Deum non colis: | **Pγδ/2βδε** |
| 20 | adhuc insuper eos qui colunt | **Pγδ** |
| 21 | sacrilega infestatione persequeris. | **Tγ** |
| 22 | Deum nec colis | **Pγδ** |
| 23 | nec coli omnino permittis, | **Pγ** |
| 24 | et cum ceteri | * |
| 25 | qui non tantum ista inepta idola | **P1γ** |
| 26 | et manu hominis facta simulacra | **TT1$^2$γ** |
| 27 | sed et portenta quaedam | **Ditr.** |
| 28 | et monstra uenerantur | **TT1$^2$γ** |
| 29 | tibi placeant, | * |
| 30 | solus displicet Dei cultor. | **Vδζ/1βδ** |
| 31 | Fumant ubique in templis uestris | |
| 32 | hostiarum busta | |
| 33 | et rogi pecorum, | * |
| 34 | et Dei altaria uel nulla sunt uel occulta. | **Vγδε/1βγ** |
| 35 | Crocodilli et cynocephali | |
| 36 | et lapides et serpentes coluntur, | **Pγ/Ditr.** |
| 37 | et Deus solus in terris | **P1γδ** |
| 38 | aut non colitur | * |
| 39 | aut non est inpune quod colitur. | **Tγδ** |
| 40 | Innoxios, iustos, Deo caros | **1βδ** |
| 41 | domo priuas, | |
| 42 | patrimonio spolias, | **Tδ** |
| 43 | catenis premis, | |
| 44 | carcere includis, | **TTδ** |
| 45 | bestiis, gladio, ignibus punis. | **P1δ** |
| 46 | Nec saltim contentus es | **Tγζ** |
| 47 | dolorum nostrorum conpendio | **Tγ** |
| 48 | et simplici ac ueloci breuitate poenarum: | **P1γ** |
| 49 | admoues laniandis corporibus | **Tγ** |
| 50 | longa tormenta, | **P1γ** |
| 51 | multiplicas lacerandis uisceribus | **Tγ** |
| 52 | numerosa supplicia, | **Tγ** |
| 53 | nec feritas adque immanitas tua | |
| 54 | usitatis potest contenta esse tormentis: | **P1γ** |
| 55 | excogitat nouas poenas | **Vδζ/1βδ** |
| 56 | ingeniosa crudelitas. | **T2γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **13** Quae haec est insatiabilis carnificinae rabies, | * |
| 2 | quae inexplebilis libido saeuitiae? | **Tγ** |
| 3 | Quin potius elege tibi alterum de duobus: | **V3δε** |
| 4 | christianum esse aut est crimen aut non est. | **P1γδε** |
| 5 | Si crimen est, | |
| 6 | quid non interficis confitentem? | **V3δ** |
| 7 | Si crimen non est, | |
| 8 | quid persequeris innocentem? | **Vδ/Ditr.** |
| 9 | Torqueri enim debui, si negarem. | **V3δε** |
| 10 | Si poenam tuam metuens | |
| 11 | id | |
| 12 | quod prius fueram | * |
| 13 | et quod deos tuos non colueram | * |
| 14 | mendacio fallente celarem, | **P1γ** |
| 15 | tunc torquendus fuissem, | **Pγ/Ditr.** |
| 16 | tunc ad confessionem criminis | * |
| 17 | ui doloris adigendus, | **TT1$^2$γ** |
| 18 | sicut in quaestionibus ceteris torquentur rei | |
| 19 | qui se negant crimine quo accusantur teneri, | **(Pγ)** |
| 20 | ut facinoris ueritas | **Tδ** |
| 21 | quae indice uoce non promitur | **T2γδ** |
| 22 | dolore corporis exprimatur. | **Vδ/Ditr.** |
| 23 | Nunc uero cum sponte confitear | **Tγ** |
| 24 | et clamem | |

| | | |
|---|---|---|
| 25 | et crebris ac repetitis identidem uocibus | **T2δ** |
| 26 | christianum me esse contester, | **P1γ** |
| 27 | quid tormenta admoues confitenti | **V3δ** |
| 28 | et deos tuos | |
| 29 | non in abditis et secretis locis | |
| 30 | sed palam, sed publice, | **Tγδ** |
| 31 | sed in foro ipso | **1βδ** |
| 32 | magistratibus et praesidibus audientibus destruenti? | **V3δ** |
| 33 | Vt | |
| 34 | et si parum fuerat | * |
| 35 | quod in me prius criminabaris, | **P1** |
| 36 | creuerit | |
| 37 | quod et odisse et punire plus debeas; | **T2γδ** |
| 38 | quod dum me christianum celebri loco | **Pδ** |
| 39 | et populo circumstante pronuntio | **T2γ** |
| 40 | et uos et deos uestros | **(P)1βδ** |
| 41 | clara et publica praedicatione confundo, | **P1γ** |
| 42 | quid te ad infirmitatem corporis uertis, | **P1δ** |
| 43 | quid cum terrenae carnis inbecillitate contendis? | **P1γ** |
| 44 | Cum animi uigore congredere, | **Tγ** |
| 45 | uirtutem mentis infringe, | **P1γ** |
| 46 | fidem destrue, | * |
| 47 | disceptatione si potes uince, | **(P)1βδ** |
| 48 | uince ratione. | **TT1$^{2}$γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **14** Vel si quid diis tuis numinis et potestatis est, | **(T)2βδ/*** |
| 2 | ipsi in ultionem suam surgant, | **TTγε/1βδ** |
| 3 | ipsi se sua maiestate defendant. | **P1γ** |
| 4 | Aut quid praestare colentibus possunt | **P1δ** |
| 5 | qui se de non colentibus uindicare non possunt? | **P1γδ** |
| 6 | Nam si eo qui uindicatur | **Ditr.** |
| 7 | pluris est ille qui uindicat, | **T2γδ** |
| 8 | tu diis tuis maior es. | ***/2βδζ** |
| 9 | Si autem his quos colis maior es, | **2βδζ** |
| 10 | non tu illos colere, | * |
| 11 | sed ab illis coli debes. | **1βδ** |
| 12 | Sic illos laesos ultio uestra defendit, | **P1γ** |
| 13 | quomodo et clausos ne pereant | **Tγδ** |
| 14 | tutela uestra custodit. | **P1γ** |
| 15 | Pudeat te | |
| 16 | eos colere | * |
| 17 | quos ipse defendis, | **P1γ** |
| 18 | pudeat | |
| 19 | tutelam de eis sperare quos tu tueris. | **V3γδ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **15** O si audire eos uelis et uidere, | **TTγδ/3βδε** |
| 2 | quando a nobis adiurantur, | **TTγ** |
| 3 | torquentur spiritalibus flagris | **Pδ** |
| 4 | et uerborum tormentis | **Pγ** |
| 5 | de obsessis corporibus eiciuntur, | **T** |
| 6 | quando heiulantes et gementes | **TTγδ/Ditr.** |
| 7 | uoce humana | **P1γ** |
| 8 | et potestate diuina | **P1γ** |
| 9 | flagella et uerbera sentientes | **Vδ/Ditr.** |
| 10 | uenturum iudicium confitentur. | **Vδ/Ditr.** |
| 11 | Veni et cognosce | **TTγδ** |
| 12 | uera esse quae dicimus: | **T2γδ** |
| 13 | et quia sic deos colere te dicis, | **TTδε** |
| 14 | uel ipsis quos colis crede. | **(P)1βδ** |
| 15 | Aut si uolueris | |
| 16 | et tibi credere, | **(T)2βδ** |
| 17 | de te ipso loquetur | **Pγ/Ditr.** |
| 18 | audiente te | |
| 19 | qui nunc tuum pectus obsedit, | **P1γ** |
| 20 | qui nunc mentem tuam ignorantiae nocte caecauit. | **P1γ** |
| 21 | Videbis | |
| 22 | nos rogari ab eis | **Pγδ** |
| 23 | quos tu rogas, | |
| 24 | timeri ab eis | **Pγδ** |
| 25 | quos tu adoras: | **Pβγ/Ditr.** |
| 26 | uidebis | |
| 27 | sub manu nostra stare uinctos | **TTγε/Ditr.** |
| 28 | et tremere captiuos | **TTδ** |
| 29 | quos tu suspicis et ueneraris ut dominos. | **Tγδ** |
| 30 | Certe uel sic confundi in istis erroribus tuis poteris, | **Ton. Äqu. 4δζ*** |
| 31 | quando conspexeris et audieris | **Ditr.** |
| 32 | deos tuos | |
| 33 | quid sint | |
| 34 | interrogatione nostra | **Ditr.** |
| 35 | statim prodere | * |
| 36 | et praesentibus licet uobis | **Vδζ/1βδ** |
| 37 | praestigias illas | **P1δ** |
| 38 | et fallacias suas | **Pδ** |
| 39 | non posse celare. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **16** Quae ergo mentis ignauia est, | |
| 2 | immo quae desipientium caeca et stulta dementia | **T2γ** |
| 3 | ad lucem de tenebris non uenire | **Vδε/Ditr.** |
| 4 | et mortis aeternae laqueis uinctos | **Pδ** |
| 5 | spem nolle inmortalitatis excipere, | **Tγ** |
| 6 | non metuere Deum | **Pδ** |
| 7 | comminantem et dicentem: | **TTγδ** |
| | *Sacrificans diis eradicabitur nisi Domino soli.* [Es. 22, 20] | |
| 8 | Et iterum: | |

*Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum,*
*et curuatus est homo et humiliatus*
*est uir, et non laxabo illis?* [Is. 2, 8.9]

9 Quid te ad falsos deos humilias et inclinas, **Vδε/1βγ**
10 quid ante inepta simulacra **TT1$^2$γ**
11 et figmenta terrena **P1γ**
12 captiuum corpus incuruas? **P1γ**
13 Rectum te Deus fecit **(P)1βδ**
14 et cum cetera animalia prona **Pδ**
15 et ad terram situ uergente depressa sint, **T2γζ**
16 tibi sublimis status
17 et ad caelum
18 adque ad dominum suum **Pδ**
19 uultus erectus est. **T2γζ**
20 Illuc intuere, **TTγ/Ditr.**
21 illuc oculos tuos erige, **Ton. Äqu. 4δζ*/2βδ**
22 in supernis Deum quaere. **TTγε/1βδ**
23 Vt carere inferis possis, **P1δ**
24 ad alta et caelestia suspensum pectus adtolle. **P1γ**
25 Quid te
26 in lapsum mortis
27 cum serpente quem colis sternis? **1βδ**
28 Quid in ruinam diaboli **Tγ**
29 per ipsum et cum ipso cadis? **gl. Akzentfolge**
30 Sublimitatem serua qua natus es. **Tγδζ**
31 Perseuera talis
32 qualis a Deo factus es. **(T)2βδζ**
33 Cum statu oris et corporis **T2γδ**
34 animum tuum statue. **Ton. Äqu. 4δζ***
35 Vt cognoscere Deum possis, **Vδζ**
36 te ante cognosce, **P1γ**
37 relinque idola **P1γ**
38 quae humanus error inuenit. **P1γ**
39 Ad Deum conuertere: **Tγ**
40 quem si inploraueris, subuenit. **T2δ**
41 Christo crede
42 quem uiuificandis ac reparandis nobis pater misit. **TTγε**
43 Laedere seruos Dei et Christi **Pγδ**
44 persecutionibus tuis **Pδ**
45 desine
46 quos laesos ultio diuina defendit. **P1γ**

1 **17** Inde est enim **Pγδ**
2 quod et nemo nostrum **Ditr.**
3 quando adprehenditur reluctatur **Vδ/1β**
4 nec se aduersus iniustam uiolentiam uestram **P1δ**
5 quamuis nimius et copiosus **Ditr.**
6 noster populus ulciscitur.
7 Patientes facit de secutura ultione securitas. **T2γ**
8 Innocentes nocentibus cedunt, **P1δ**
9 insontes poenis et cruciatibus acquiescunt **Vδ/Ditr.**
10 certi et fidentes **TTγδ**
11 quod inultum non remaneat
12 quodcumque perpetimur **Tγ**
13 quantoque maior fuerit persecutionis iniuria **Tγ**
14 tanto et iustior fiat et grauior **Tγδ**
15 pro persecutione uindicta. **P1γ**
16 Nec umquam impiorum scelere
17 in nostrum nomen exurgitur, **T2γ**
18 ut non statim diuinitus uindicta comitetur. **TT1$^2$γ**
19 Vt memorias taceamus antiquas **P1γ**
20 et ultiones **Ditr.**
21 pro cultoribus Dei saepe repetitas **TT1$^2$γ**
22 nullo uocis praeconio reuoluamus, **Vδ/1β**
23 documentum recentis rei satis est *****
24 quod sic celeriter *****
25 quodque in tanta celeritate **(P)/112β**
26 sic granditer nuper secuta defensio est **Ditr.**
27 ruinis rerum,
28 iacturis opum, **gl. Akzentfolge**
29 dispendio militum, **T2δ**
30 deminutione castrorum. **P1γ**
31 Nec hoc casu accidisse **Ditr./TTγ**
32 aliquis existimet
33 aut fuisse fortuitum putet, **2ε**
34 cum iam pridem scriptura diuina **P1γ**
35 posuerit et dixerit:

*Mihi uindictam, ego retribuam, dicit*
*Dominus,* [Rom. 12, 19b (cf. Deut. 32, 35)]

36 et iterum Spiritus sanctus praemoneat et dicat: **TTδε**

*Ne dixeris: ulciscar me de inimico meo, sed*
*expecta Dominum ut tibi auxilio sit.* [Prou. 20, 22]

37 Vnde clarum est adque manifestum **TT1$^2$γ**
38 quia non per nos
39 sed pro nobis
40 accidunt cuncta ista **V3δζ**
41 quae de Dei indignatione descendunt. **P1γ**

1 **18** Nec ideo quis putet **TTδε**
2 christianos his quae accidunt non uindicari, **Ditr.**
3 quod et ipsi uideantur **TTγ**
4 accidentium incursione perstringi. **P1γ**
5 Poenam de aduersis mundi ille sentit **Ditr.**
6 cui et laetitia et gloria omnis in mundo est. **Tγδζ**
7 Ille maeret et deflet, **P1γδ**
8 si sibi male sit in saeculo, *****
9 cui bene non potest esse post saeculum, **T2γδ**
10 cuius uiuendi fructus omnis hic capitur, **Tγδ**

11 cuius hic solacium omne finitur, **P1γ**
12 cuius caduca et breuis uita **1βδ**
13 hic aliquam dulcedinem computat et uoluptatem, **(P)1β**
14 quando istinc excesserit **Tγ**
15 poena iam sola superest ad dolorem. **Vδε/Ditr.**
16 Ceterum nullus his dolor est
17 de incursatione malorum praesentium **Tγ**
18 quibus fiducia est futurorum bonorum. **Pγ/Ditr.**
19 Denique nec consternamur aduersis **P1γ**
20 nec frangimur nec dolemus **V3δε**
21 neque in ulla aut rerum clade
22 aut corporum ualitudine mussitamus. **Vδ/Ditr.**
23 Spiritu magis quam carne uiuentes **P1γ**
24 firmitate animi *****
25 infirmitatem corporis uincimus. **T2δ**
26 Per ipsa
27 quae uos cruciant et fatigant **Vδε/Ditr.**
28 probari et corrobari nos scimus et fidimus. **T2γδ**

1 **19** Putatis
2 nos aduersa uobiscum aequaliter perpeti, **T2δ**
3 quando eadem aduersa uideatis **TT1$^{2}$γ**
4 a nobis et uobis **Pγδ**
5 non aequaliter sustineri? **V3δ**
6 Aput uos inpatientia clamosa semper et querula est,
7 aput nos fortis et religiosa patientia quieta **TT1$^{2}$δ**
8 semper et semper **P1γδ**
9 in Deum grata est, **(T)2βδζ***
10 nec quicquam istinc laetum aut prosperum sibi uindicat, **2βδ/Ton. Äqu. 4δζ***
11 sed mitis et lenis **P1γδ**
12 et contra omnes fluctuantis mundi turbines *****
13 stabilis diuinae pollicitationis tempus expectat. **P1γ**
14 Quamdiu enim corpus hoc permanet commune cum ceteris, **T2γδ**
15 sit necesse est *****
16 et corporalis condicio communis **TTδ**
17 nec separari generi humano ab inuicem datur,
18 nisi istinc de saeculo recedatur. **Vδ/1β**
19 Intra unam domum **TTγε**
20 boni et mali **Pγδ**
21 interim continemur. **V3δ**
22 Quicquid intra domum uenerit **2βδ**
23 pari sorte perpetimur, **Tγ**
24 donec aeui temporalis fine completo **P1γ**
25 ad aeternae uel mortis uel inmortalitatis hospitia diuidamur. **Vδ/Ditr.**
26 Non ergo idcirco compares uobis et aequales sumus,
27 quia in isto adhuc mundo et carne hac constituti **Vδ**
28 mundi et carnis incommoda **T2γ**
29 uobiscum pariter incurrimus.
30 Nam cum in sensu doloris sit omne quod punit, **P1γδ**
31 manifestum est
32 eum non esse participem poenae tuae **Vδζ**
33 quem uideas tecum non dolere. **TTγδ/Ditr.**

1 **20** Viget aput nos spei robur et firmitas fidei **Tδ**
2 et inter ipsas saeculi labentis ruinas **Pγ/Ditr.**
3 erecta mens est **Ditr.**
4 et inmobilis uirtus **P1δ**
5 et numquam non laeta patientia
6 et de Deo suo semper anima secura, **TTδ**
7 sicut per prophetam Spiritus sanctus **P1δ**
8 loquitur et hortatur **Vδε**
9 spei ac fidei nostrae firmitatem **TTγ/Ditr.**
10 caelesti uoce corroborans. **T2γ**
*Ficus,*
11 inquit,
*non adferet fructum et non erunt nascentia in uineis. Mentietur opus oliuae et campi non praestabunt cibum. Deficient a pabulo oues et non erunt in praesepibus boues. Ego autem in Domino exultabo et gaudebo in Deo salutari meo.* [Hab. 3, 17.18]
12 Dei hominem
13 et cultorem Dei
14 subnixum spei ueritate **TTγ/3βδ**
15 et fidei stabilitate fundatum **P1γ**
16 negat mundi huius et saeculi infestationibus commoueri. **V3δ**
17 Vinea licet fallat **Vδζ**
18 et olea decipiat
19 et herbis siccitate morientibus aestuans campus arescat, **P1γ**
20 quid hoc ad christianos,
21 quid ad Dei seruos **1βδ**
22 quos paradisus inuitat, **P1γ**
23 quos gratia omnis **P1δ**
24 et copia regni caelestis exspectat? **P1γ**
25 Exultant semper in Domino **Tγδ**
26 et laetantur et gaudent in Deo suo
27 et mala adque aduersa mundi **(V3γτη)**
28 fortiter tolerant, **Tδ**
29 dum bona et prospera futura prospectant. **P1γ**
30 Nam qui exposita natiuitate terrena **P1γ**
31 spiritu recreati et renati sumus

32 nec iam mundo sed Deo uiuimus, **(T)2βδ***

33 non nisi cum ad Deum uenerimus **Tγ**

34 Dei munera et promissa capiemus. **TT1$^2$γ**

35 Et tamen pro arcendis hostibus *

36 et imbribus impetrandis **TTδ/Ditr.**

37 et uel auferendis uel temperandis aduersis **Pγ**

38 rogamus semper

39 et preces fundimus ***/2βδ**

40 et pro pace ac salute uestra **Ditr.**

41 propitiantes et placantes Deum

42 diebus ac noctibus **T2γδ**

43 iugiter adque instanter oramus. **P1γ**

1 **21** Nemo sibi itaque blandiatur **Vδ/Ditr.**

2 quod nobis et profanis, **TTγδ/Ditr.**

3 Dei cultoribus et Deo aduersantibus

4 sit interim

5 per aequalitatem carnis et corporis **T2γδ**

6 laborum saecularium condicio communis, **TTδ**

7 ut ex hoc opinetur

8 non omnia ista quae accidunt uobis inrogari, **TTγ/Ditr.**

9 cum Dei ipsius praedicatione **TT/Ditr.**

10 et prophetica contestatione **TT/Ditr.**

11 ante praedictum sit **Tγζ**

12 uenturam super iniustos iram Dei, **TTγε**

13 persecutiones

14 quae nos humanitus laederent **T2δ**

15 non defuturas, **(Pβ)/Ditr.**

16 sed et ultiones quae laesos diuinitus defenderent secuturas. **Vδ/1β**

1 **22** Et quanta sunt

2 quae istic pro nobis interim fiunt. **P1δ**

3 In exemplum aliquid datur, **Pδ**

4 ut Dei uindicis ira noscatur. **P1γ**

5 Ceterum retro est iudicii dies **Pδ**

6 quem scriptura sancta **Ditr.**

7 denuntiat dicens: **P1δ**

*Vlulate. Proximus est enim dies Domini, et obtritio a Deo aderit. Ecce enim dies Domini uenit insanabilis indignationis et irae ponere orbem terrae desertum et peccatores perdere ex eo.* [Is. 13, 6.9]

8 Et iterum:

*Ecce dies Domini uenit ardens uelut clibanus, eruntque omnes alienigenae et omnes iniqui stipula, et succendet illos adueniens dies, dicit Dominus.* [Mal. 3, 19]

9 Succendi et cremari alienigenas praecanit Dominus, **Tδ**

10 id est alienos a diuino genere et profanos, **Vδε/Ditr.**

11 spiritaliter non renatos **V3δε**

12 nec Dei filios factos. **P1δ**

13 Euadere enim solos posse **TTγε**

14 qui renati et signo Christi signati fuerint *

15 alio in loco **TTδε**

16 Deus loquitur, *

17 quando ad uastationem mundi

18 et interitum generis humani **TTδ**

19 angelos suos mittens **(Vδζ)/1βδ**

20 grauius in ultimo comminatur dicens:

*Vadite et caedite et nolite parcere oculis uestris. Nolite misereri senioris aut iuuenis, et uirgines et mulieres et paruulos interficite ut perdeleantur. Omnem autem super quem signum scriptum est ne tetigeritis.* [Ez. 9, 5.6]

21 Quod autem sit hoc signum

22 et qua in parte corporis positum **Tδ**

23 manifestat alio in loco Deus dicens: **TTγε**

*Transi mediam Hierusalem et notabis signum super frontes uirorum qui ingemunt et maerent ob iniquitates quae fiunt in medio ipsorum.* [Ez. 9, 4]

24 Et quod ad passionem et sanguinem Christi **P1δ**

25 pertineat hoc signum **TTδε**

26 et ille saluus adque incolumis reseruetur **Vδ/1β**

27 quisque in hoc signo inuenitur, **TTγ/Ditr.**

28 item Dei testimonio conprobatur dicentis: **Pγ**

*Et erit sanguis in signo uobis super domos in quibus ibi eritis, et uidebo sanguinem et protegam uos, et non erit in uobis plaga deminutionis, cum percutiam terram Aegypti.* [Ex.12, 13.]

29 Quod ante

30 occiso agno

31 praecedit in imagine

32 impletur in Christo **P1γδ**

33 secuta postmodum ueritate. **V3δ**

34 Vt illic percussa Aegypto **Pγ**

35 Iudaicus populus **T2δ**

36 euadere non nisi sanguine et signo agni potuit, *

37 ita et cum uastari coeperit mundus et percuti **T2γδ**

38 quisque in sanguine et signo Christi inuentus fuerit *

39 solus euadit. **P1γ**

1 **23** Respicite itaque **Tδ**

2 dum tempus est

3 ad ueram et aeternam salutem, **Pγ/Ditr.**

4 et quia iam mundi finis in proximo est **Ditr.**

5 ad Deum mentes uestras Dei timore conuertite. **T2γ**

6 Nec uos delectet in saeculo **T2γδ**
7 inter iustos et mites **Pγδ**
8 inpotens ista et uana dominatio,
9 quando et in agro **TTγδε**
10 inter cultas et fertiles segetes **Tδ**
11 lolium et auena dominetur, **TT1$^2$γ**
12 nec dicatis
13 mala accidere, **Tγ**
14 quia dii uestri a nobis non colantur, **TTγδ/Ditr.**
15 sed sciatis **Ditr.**
16 esse hanc iram Dei, **(Pβδ)**
17 hanc <Dei> esse censuram **P1γ**
18 ut qui beneficiis non intellegitur **Tβ**
19 uel plagis intellegatur. **P/Ditr.**
20 Deum uel sero quaerite, **(Tβδ)***
21 quia iam pridem per prophetam
Deus praemonens ***/2βδ**
22 hortatur et dicit: **P1γδ**
*Quaerite Deum, et uiuet*
*anima uestra.* [Amos. 5, 6a]
23 Deum uel sero cognoscite, **Tγ**
24 quia et Christus adueniens hoc admonet
et docet dicens: **(P)1βδ**
*Haec est autem uita aeterna ut cognoscant*
*te solum et uerum Deum et quem*
*misisti Iesum Christum.* [Io. 17, 3]
25 Credite illi **Pδ**
26 qui omnino non fallit. **Pγδ**
27 Credite illi **Pδ**
28 qui haec omnia futura praedixit. **P1γ**
29 Credite illi **Pδ**
30 qui credentibus praemium uitae aeternae dabit.
31 Credite illi **Pδ**
32 qui incredulis aeterna supplicia **Tγ**
33 gehennae ardoribus inrogabit. **Vδ/Ditr.**

1 **24** Quae tunc erit fidei gloria, **Tδ**
2 quae poena perfidiae, **Tγ**
3 cum iudicii dies uenerit, **2βδ/Ton. Äqu. 4δζ***
4 quae laetitia credentium,
5 quae maestitia perfidorum **Vδ/Ditr.**
6 noluisse istic prius credere ***/2βδ**
7 et ut credant iam redire non posse. **P1γδ**
8 Cremabit addictos **P1γ**
9 ardens semper gehenna **Pγ**
10 et uiuacibus flammis **P1δ**
11 uorax poena,
12 nec erit
13 unde habere tormenta **P1γ**
14 uel requiem possint aliquando uel finem. **P1γδ**
15 Seruantur cum
corporibus suis animae **Ton. Äqu. 4δζ***
16 infinitis cruciatibus ad dolorem. **Vδε/Ditr.**
17 Spectabitur illic a nobis semper
18 qui hic nos spectauit ad tempus, **P1γδ**
19 et in persecutionibus factis **P1δ**
20 oculorum crudelium breuis fructus **Vδζ/1βδ**
21 perpetua uisione pensabitur **T2γ**
22 secundum sanctae scripturae fidem dicentis: **Pγ**
*Vermis eorum non morietur et ignis*
*eorum non extinguetur, et erunt ad*
*uisionem uniuersae carni.* [Is. 66, 24b]
23 Et iterum:
*Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustauerunt et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperatae salutis dicentes inter se, paenitentiam habentes et per angustiam spiritus gementes: „hi sunt quos habuimus aliquando in risu et in similitudine inproperii. Nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam et finem eorum sine honore. Quomodo conputati sunt inter filios Dei et inter sanctos sors eorum est? Ergo errauimus a uia ueritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis et sol non est ortus nobis. Lassati sumus iniquitatis uia et perditionis et ambulauimus solitudines difficiles, uiam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam umbra.* [Sap. 5, 1-9a]
24 Erit tunc sine fructu paenitentiae
25 dolor poenae,
26 inanis ploratio **Tγ**
27 et inefficax deprecatio. **4δ***
28 In aeternam poenam sero credunt
29 qui in uitam aeternam credere noluerunt. **Vδ/Ditr.**

1 **25** Securitati igitur et uitae
dum licet prouidete. **(V)3βδ**
2 Offerimus uobis animi et consilii
nostri salutare munus. **3βζ**
3 Et quia odisse non licet nobis **(P)1βδ**
4 et sic Deo plus placemus, **3βδε/TTγδ**
5 dum nullam pro
iniuria uicem reddimus, **2βδ/Ton. Äqu. 4δζ***
6 hortamur,
7 dum facultas adest, **2βε**
8 dum adhuc aliquid de saeculo superest, **Tδ**
9 Deo satisfacere
10 et ad uerae religionis candidam lucem **P1δ**
11 de profundo tenebrosae
superstitionis emergere. **T2γ**

| | | |
|---|---|---|
| 12 | Non inuidemus commodis uestris | **P1δ** |
| 13 | nec beneficia diuina celamus. | **P1γ** |
| 14 | Odiis uestris beniuolentiam reddimus | **T2δ** |
| 15 | et pro tormentis ac suppliciis | |
| 16 | quae nobis inferuntur | **Ditr./TTγ** |
| 17 | salutis itinera monstramus. | **TTδ** |
| 18 | Credite | |
| 19 | et uiuite | **gl. Quantitäten- und Akzentfolge** |
| 20 | et qui nos ad tempus persequimini | |
| 21 | in aeternum gaudete nobiscum. | **P1γ** |
| 22 | Quando istinc recessum fuerit, | * |
| 23 | nullus iam paenitentiae locus est, | **Tδζ** |
| 24 | nullus satisfactionis effectus. | **P1γ** |
| 25 | Hic uita aut amittitur aut tenetur: | **Vδε/Ditr.** |
| 26 | hic saluti aeternae | **Pγ** |
| 27 | cultu Dei et fructu fidei prouidetur. | **Vδ** |
| 28 | Nec quisquam aut peccatis retardetur aut annis | **P1γδ** |
| 29 | quominus ueniat ad consequendam salutem. | **Pγ/Ditr.** |
| 30 | In isto adhuc mundo manenti | **Pγ/Ditr.** |
| 31 | paenitentia nulla sera est. | **Ton. Äqu. 4δζτη*** |
| 32 | Patet ad indulgentiam Dei aditus | * |
| 33 | et quaerentibus adque intellegentibus ueritatem | **V3δ** |
| 34 | facilis accessus est. | |
| 35 | Tu sub ipso licet exitu | **2βδ** |
| 36 | et uitae temporalis occasu | **P1γ** |
| 37 | pro delictis roges | |
| 38 | et Deum | |
| 39 | qui unus et uerus est | **T2γδζ** |
| 40 | confessione et fide agnitionis eius inplores, | **P1γ** |
| 41 | uenia confitenti datur | **2ε** |
| 42 | et credenti indulgentia salutaris | **Vδ** |
| 43 | de diuina pietate conceditur | **T2γ** |
| 44 | et ad inmortalitatem sub ipsa morte transitur. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **26** Hanc gratiam Christus inpertit, | **P1γ** |
| 2 | hoc munus misericordiae suae tribuit | **Ton. Äqu. 4δζ*** |
| 3 | subigendo mortem trophaeo crucis, | **2βε** |
| 4 | redimendo credentem | **Pγ** |
| 5 | pretio sui sanguinis, | **Ton. Äqu. 4δζ*/2βδ** |
| 6 | reconciliando hominem Deo patri, | **Vδζ** |
| 7 | uiuifiando mortalem | **Pγ** |
| 8 | regeneratione caelesti. | **P1γ** |
| 9 | Hunc | |
| 10 | si fieri potest | **Pδ** |
| 11 | sequamur omnes, | **Ditr.** |
| 12 | huius sacramento et signo censeamur. | **TTγ/Ditr.** |
| 13 | Hic nobis uiam uitae aperit, | * |
| 14 | hic ad paradisum reduces facit, | **Pδ/2βζ** |
| 15 | hic ad caelorum regna perducit. | **P1γ** |
| 16 | Cum ipso semper uiuemus | **Pγ** |
| 17 | facti per ipsum filii Dei: | **Pδ** |
| 18 | cum ipso exultabimus semper | **P1δ** |
| 19 | ipsius cruore reparati. | **TT1$^2$γ** |
| 20 | Erimus christiani | **Vδ/Ditr.** |
| 21 | cum Christo simul gloriosi, | **TTγ/3βδ** |
| 22 | de Deo patre beati, | **Pγ/112βδ** |
| 23 | de perpetua uoluptate laetantes | **P1γ** |
| 24 | semper in conspectu Dei | |
| 25 | et agentes Deo gratias semper. | **P1δ** |
| 26 | Neque enim poterit | * |
| 27 | nisi et laetus esse semper et gratus | **P1γδ** |
| 28 | qui cum morti fuisset obnoxius, | **T2γ** |
| 29 | factus est inmortalitate securus. | **P1γ** |

## 1.2 Ad Donatum

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **1** Bene admones, | * |
| 2 | Donate carissime: | **T2γ** |
| 3 | nam et promisisse me memini, | **Tγδ** |
| 4 | et reddendi tempestiuum | **TTγ** |
| 5 | prorsus hoc tempus est, | **T2γδζ** |
| 6 | quo | |
| 7 | indulgente uindemia | **T2γ** |
| 8 | solutus animus in quietem | **Vδε** |
| 9 | sollemnes ac statas anni fatigantis indutias sortiatur. | **V3δ** |
| 10 | Locus etiam cum die conuenit, | * |
| 11 | et mulcendis sensibus ac fouendis | **Vδε** |
| 12 | ad lenes auras blandientis autumni | **P1γ** |
| 13 | hortorum facies amoena consentit: | **P1γ** |
| 14 | hic iocundum sermonibus diem ducere | **Ton. Äqu. 4δζ *** |
| 15 | et studentibus fabulis | **T2δ** |
| 16 | in diuina praecepta | **P1γ** |
| 17 | conscientiam pectoris erudire. | **Vδ** |
| 18 | Ac ne eloquium nostrum | **Pδ** |
| 19 | arbiter profanus impediat | **Tγ** |
| 20 | aut clamor intemperans familiae strepentis obtundat, | **P1γ** |
| 21 | petamus hanc sedem: | **P1γδ** |
| 22 | dant secessum uicina secreta, | **P1γ** |
| 23 | ubi dum erratici palmitum lapsus | **P1δ** |
| 24 | nexibus pendulis | **T2δ** |
| 25 | per harundines baiulas repunt, | **P1δ** |
| 26 | uiteam porticum | **T2δ** |
| 27 | frondea tecta fecerunt. | **P1γ** |
| 28 | Bene hic studia in aures damus, | |
| 29 | et dum in arbores et in uites uidemus, | **Tγ** |

30 oblectante prospectu **P1γ**
31 oculos amoenamus, **Vδ**
32 animam simul et auditus instruit *
33 et pascit obtutus: **P1γ**
34 quamquam tibi sola nunc gratia, **T2γδ**
35 sola cura sermonis est, **T2γζ**
36 contemptis uoluptariae uisionis inlecebris **Tγ**
37 in me oculos tuos fixus es, **Ton. Äqu. 4δζτη** *
38 qua ore, qua mente **P1γδ**
39 totus auditor es **T2γζ**
40 et hoc amore quo diligis. **T2γδ**

1 **2** Ceterum quale uel quantum est, **T2γζ**
2 quod in pectus tuum ueniat ex nobis, **TTδε**
3 exilis ingenii angusta mediocritas
4 tenues admodum fruges parit, **Vδζ**
5 nullis ad copiam fecundi caespitis culminibus ingrauescit, **Vδ**
6 adgrediar tamen facultate, qua ualeo: **Tγδ**
7 nam et materia dicendi facit mecum. **(TTγε)**
8 In iudiciis, *
9 in contione, **Pβ**
10 pro rostris
11 opulenta facundia **T2γ**
12 uolubili ambitione iactetur: **P1γ**
13 cum de Domino,
14 de Deo uox est, **(P)1βδ**
15 uocis pura sinceritas **T2γ**
16 non eloquentiae uiribus **T2δ**
17 nititur ad fidei argumenta sed rebus. **P1γδ**
18 Denique accipe non diserta, sed fortia, **T2γδ**
19 nec ad audientiae popularis inlecebram **Tγ**
20 culto sermone fucata, **P1γ**
21 sed ad diuinam indulgentiam praedicandam **V3δ**
22 rudi ueritate simplicia: **Tγ**
23 accipe quod sentitur, **Vδε**
24 antequam discitur, **T2δ**
25 nec per moras temporum *
26 longa agnitione colligitur, **Tγ**
27 sed conpendio gratiae maturantis hauritur. **P1γ**

1 **3** Ego cum in tenebris atque in nocte caeca iacerem **Pγ**
2 cumque in salo iactantis saeculi nutabundus **Vδ**
3 ac dubius uestigiis oberrantibus fluctuarem **V3δ**
4 uitae meae nescius, *
5 ueritatis ac lucis alienus, **TT1$^2$γ**
6 difficile prorsus ac durum **P1γδ**
7 pro illis tunc moribus opinabar, **Vδ**
8 quod in salutem mihi diuina indulgentia pollicebatur, **P1**
9 ut quis renasci denuo posset **P1δ**
10 utque in nouam uitam **1βδ**
11 lauacro aquae salutaris animatus, **TT1$^2$γ**
12 quod prius fuerat, **(Tβδ)***
13 exponeret
14 et corporis licet manente conpage **P1γ**
15 hominem animo ac mente mutaret. **P1γ**
16 Qui possibilis, *
17 aiebam,
18 tanta conuersio, **T2γ**
19 ut repente ac perniciter exuatur, **Vδ**
20 quod uel genuinum situ materiae naturalis obduruit **T2γ**
21 uel usurpatum diu senio uetustatis inoleuit? **TT1$^2$γ**
22 Alta haec et profunda penitus radice sederunt. **P1γ**
23 Quando parcimoniam discit, **P1δ**
24 qui epularibus cenis **P1δ**
25 et largis dapibus adsueuit? **Vδ**
26 Et qui pretiosa ueste conspicuus **Tγ**
27 in auro atque in purpura fulsit, **P1δ**
28 ad plebeium se ac simplicem cultum **P1δ**
29 quando deponit? **Pγ**
30 Fascibus ille oblectatus **TTγ**
31 et honoribus
32 esse priuatus **P1γ**
33 et inglorius non potest. **TTδε**
34 Hic stipatus clientium cuneis, **Tδ**
35 frequentiore comitatu officiosi agminis honestatus, **Vδ**
36 poenam putat esse, cum solus est. **T2γδζ**
37 Tenacibus semper inlecebris necesse est, ut solebat, **V3γδε**
38 uinolentia inuitet, **TTδ**
39 inflet superbia, **Tγ**
40 iracundia inflammet, **TTδ**
41 rapacitas inquietet, **V3δ**
42 crudelitas stimulet, **Tδ**
43 ambitio delectet, **TTδ**
44 libido praecipitet. **Tγ**

1 **4** Haec egomet saepe mecum. **Vδζ**
2 Nam et ipse
3 quam plurimis uitae prioris erroribus **T2γ**
4 inplicatus tenebar, **Pγ**
5 quibus exui me posse non crederem: **T2γδ**
6 sic uitiis adhaerentibus obsecundans eram,
7 desperatione meliorum **TT1$^2$γ**
8 malis meis
9 uelut iam propriis ac uernaculis effauebam. **V3δ**
10 Sed postquam undae genitalis auxilio **Tγ**
11 superioris aeui labe detersa **P1γ**

| | |
|---|---|
| in expiatum pectus ac purum | **P1γδ** |
| desuper se lumen infudit, | **P1γ** |
| postquam caelitus spiritu hausto | **P1δ** |
| in nouum me hominem | **Pγδ** |
| natiuitas secunda reparauit, | **TT1$^2$γ** |
| mirum in modum | **Pγδ** |
| protinus confirmare se dubia, | **Tγδ** |
| patere clausa, | **Ditr.** |
| lucere tenebrosa, | **TT1$^2$γ** |
| facultatem dare | |
| quod prius difficile uidebatur, | **Vδ** |
| geri posse | |
| quod inpossibile putabatur, | **Vδ** |
| ut esset agnoscere | **T2γ** |
| terrenum fuisse, | **Pγ** |
| quod prius | |
| carnaliter natum | **P1δ** |
| delictis obnoxium uiueret, | **T2δ** |
| Dei esse coepisse, | **P1γ** |
| quod iam Spiritus sanctus animaret. | **TT1$^2$γ** |
| Scis profecto | |
| et mecum pariter recognoscis, | **Vδ/1β** |
| quid detraxerit nobis | **P1δ** |
| quidue contulerit | |
| mors ista criminum, | * |
| uita uirtutum. | **P1γ** |
| Scis ipse, nec praedico. | **T2γδ** |
| In proprias laudes | **Pδ** |
| odiosa iactatio est: | |
| quamuis non iactatum possit esse sed gratum, | **P1γδ** |
| quicquid non uirtuti hominis adscribitur, | |
| sed de Dei munere praedicatur, | **Vδ** |
| ut iam non peccare esse coeperit fidei, | **Tδ** |
| quod ante peccatum est, | **T2γζ** |
| fuerit erroris humani. | **P1γ** |
| Dei est, | |
| inquam, | |
| Dei omne, quod possumus. | **T2γδ** |
| Inde uiuimus, | * |
| inde pollemus, | **P1γ** |
| inde sumpto et concepto uigore | **Pγ** |
| hic adhuc positi | |
| futurorum indicia praenoscimus: | |
| sit tantum timor innocentiae custos, | **P1δ** |
| ut qui in mentes nostras | |
| indulgentiae caelestis adlapsu | **P1γ** |
| clementer Dominus influxit, | **TTδ** |
| in animi oblectantis hospitio | **Tγ** |
| iusta operatione teneatur, | **TT1$^2$γ** |
| ne accepta securitas | **T2γ** |
| indiligentiam pariat | **Tδ** |
| et uetus denuo hostis obrepat. | **P1γ** |

| | |
|---|---|
| **5** Ceterum si tu innocentiae, | **(Tβ) (*)** |
| si iustitiae uiam teneas | **Ton. Äqu. 4δζ*** |
| inlapsa firmitate uestigii tui, | **Pδ** |
| si in Deum | |
| uiribus totis | **P1δ** |
| ac toto corde suspensus | **P1γ** |
| hoc sis tantum | |
| quod esse coepisti, | **P1γ** |
| tantum tibi ad licentiam datur, | **Pδ** |
| quantum gratiae spiritalis augetur. | **P1γ** |
| Non enim, | |
| qui beneficiorum terrestrium mos est, | **P1δε** |
| in capessendo munere | * |
| mensura ulla uel modus est. | **Tγδζ** |
| Profluens largiter spiritus | **T2δ** |
| nullis finibus premitur | **Tδ** |
| nec coercentibus claustris | **P1δ** |
| intra certa metarum spatia frenatur. | **TTδ** |
| Manat iugiter, | * |
| exuberat afluenter: | **Vδ** |
| nostrum tantum sitiat pectus et pateat. | **Tγδ** |
| Quantum illuc fidei capacis adferimus, | **Tγ** |
| tantum gratiae inundantis haurimus. | **P1γ** |
| Inde iam facultas datur, | |
| castitate sobria, | * |
| mente integra, | * |
| uoce pura | **Ditr.** |
| in medellam dolentium posse | **P1δ** |
| uenenorum uirus extinguere, | **T2γ** |
| animorum desipientium labes | **P1δ** |
| reddita sanitate purgare, | **P1γ** |
| infestis iubere pacem, | **Ditr.** |
| uiolentis quietem, | **Pγ** |
| ferocientibus lenitatem, | **V3δ** |
| inmundos et erraticos spiritus, | **T2δ** |
| qui se expugnandis hominibus inmerserint, | |
| ad confessionem | **Ditr.** |
| minis increpantibus cogere, | **T2δ** |
| ut recedant | |
| duris uerberibus urguere, | **Vδ** |
| conflictantes, heiulantes, gementes | **Pγ** |
| incremento poenae propagantis extendere, | **T2γ** |
| flagris caedere, | * |
| igne torrere. | **P1γ** |
| Res illic geritur nec uidetur: | **Vδε** |
| occulta plaga | **Ditr.** |
| et poena manifesta. | **TT1$^2$γ** |

48 Ita quod esse iam coepimus, **T2γδ**
49 acceptus spiritus *
50 licentia sua potitur: **Pγ**
51 quod necdum corpus ac membra mutauimus, **T2γ**
52 adhuc carnalis aspectus **P1γ**
53 saeculi nube caecatur: **P1γ**
54 Quantus hic animi potentatus est, **Ton. Äqu. 4δθ***
55 quanta uis est,
56 non tantum ipsum esse subtractum **P1γ**
57 perniciosis contactibus mundi, **P1δ**
58 ut quis piatus et purus **P1γδ**
59 nulla incursantis inimici labe capiatur, **TT1$^2$γ**
60 sed adhuc maiorem et fortiorem uiribus fieri, **Tδ**
61 ut in omnem aduersarii grassantis exercitum **T2γ**
62 inperioso iure dominetur. **TT1$^2$γ**

1 **6** Atque ut inlustrius ueritate patefacta **TT1$^2$γ**
2 diuini muneris indicia clarescant, **TTδ**
3 lucem tibi ad cognitionem dabo,
4 malorum caligine abstersa **TTδ**
5 operti saeculi tenebras reuelabo. **Vδ**
6 Paulisper te crede subduci **P1γ**
7 in montis ardui uerticem celsiorem, **V3δ**
8 speculare inde rerum infra te iacentium facies **Tδ**
9 et oculis in diuersa porrectis **P1γ**
10 ipse a terrenis contactibus liber **P1δ**
11 fluctuantis mundi turbines intuere: **V3δ**
12 iam saeculi et ipse misereberis
13 tuique admonitus **Tγ**
14 et plus in Deum gratus **(P)1βδ**
15 maiore laetitia **Tγ**
16 quod euaseris gratularis. **V3δ**
17 Cerne tu itinera latronibus clausa, **P1δ**
18 maria obsessa praedonibus, **T2γ**
19 cruento horrore castrorum **P1γ**
20 bella ubique diuisa. **P1γ**
21 Madet orbis mutuo sanguine: **T2δ**
22 et homicidium cum admittunt singuli, crimen est: **T2δζ**
23 uirtus uocatur, **Pγ**
24 cum publice geritur. **Tδ**
25 Inpunitatem sceleribus adquirit **TTδ**
26 non innocentiae ratio, **Tδ**
27 sed saeuitiae magnitudo. **Vδ/Ditr.**

1 **7** Iam si ad urbes ipsas
2 oculos tuos atque ora conuertas, **P1γ**
3 celebritatem offendes **P1γ**
4 omni solitudine tristiorem. **Vδ/Ditr.**
5 Paratur gladiatorius ludus, **P1δ**
6 ut libidinem crudelium luminum **T2δ**
7 sanguis oblectet. **Pγ**
8 Inpletur in sucum **P1γ**
9 cibis fortioribus corpus, **P1δ**
10 et aruinae toris
11 membrorum moles robusta pinguescit, **TTγ**
12 ut saginatus in poenam **P1γδ**
13 carius pereat. **Tδ**
14 Homo occiditur **Tγ**
15 in hominis uoluptatem, **Vδ**
16 et ut quis possit occidere, **T2γ**
17 peritia est, usus est, ars est: **P1γδε**
18 scelus non tantum geritur sed docetur. **Vδε**
19 Quid potest inhumanius, *
20 quid acerbius dici? **P1δ**
21 Disciplina est,
22 ut perimere quis possit, **TTδε**
23 et gloria est, quod perimit. ** -**
24 Quid illud,
25 oro te,
26 quale est, **gl. Akzentfolge od. T**
27 ubi se feris obiciunt, **Tγ**
28 quos nemo damnauit, **P1γ**
29 aetate integra, *
30 honesta satis forma, **(TTγε)**
31 ueste pretiosa? **TT1$^2$γ**
32 Viuentes in ultroneum funus ornantur, **P1γ**
33 malis suis miseri et gloriantur. **Ditr.**
34 Pugnant ad bestias **Pγδ**
35 non crimine sed furore. **Vδε**
36 Spectant filios suos patres, **Vδζ**
37 frater in cauea et soror praesto est, **Tβδζ**
38 et spectaculi licet pretium **Ton. Äqu. 4δζ***
39 largior muneris adparatus amplificet, **Tγ**
40 ut maeroribus suis mater intersit, **P1γ**
41 hoc pro dolor mater et redimit. **Tγδ**
42 Et in tam impiis spectaculis tamque diris **V3δζ**
43 esse se non putant **TTγδε**
44 oculis parricidas. **Vδ**

1 **8** Conuerte hinc uultus **P1γδ**
2 ad diuersi spectaculi **Tγ**
3 non minus paenitenda contagia: **T2γ**
4 in theatris quoque conspicies, **Tγ**
5 quod tibi et dolori sit et pudori. **Vγδε**
6 Cothurnus est tragicus, **Tγδ**
7 prisca carmine facinora recensere: **Vδ**
8 de parricidiis et incestis **Vδε**
9 horror antiquus **P1γ**
10 expressa ad imaginem ueritatis **V3δ**

| | | |
|---|---|---|
| 11 | actione replicatur, | **TT1$^{2}$γ** |
| 12 | ne saeculis transeuntibus exolescat | **Vδ** |
| 13 | quod aliquando commissum est. | **T2γζ** |
| 14 | Admonetur aetas omnis auditu | **P1γ** |
| 15 | fieri posse quod factum est. | **T2γζ** |
| 16 | Numquam aeui senio delicta moriuntur, | **TT1$^{2}$γ** |
| 17 | numquam temporibus crimen obruitur, | **Tγ** |
| 18 | numquam scelus obliuione sepelitur. | **TT1$^{2}$γ** |
| 19 | Exempla fiunt | **Ditr.** |
| 20 | quae esse iam facinora destiterunt. | **Vδ** |
| 21 | Tum delectat in mimis | **P1γδ** |
| 22 | turpitudinum magisterio | **Ton. Äqu. 4δ*** |
| 23 | uel quid domi<br>gesserit recognoscere | **Ton. Äqu. 4δ*** |
| 24 | uel quid gerere possit audire. | **P1γ** |
| 25 | Adulterium discitur dum uidetur, | **V3δε** |
| 26 | et lenocinante ad uitia publicae auctoritatis malo | |
| 27 | quae pudica fortasse ad spectaculum<br>matrona processerat, | **T2γ** |
| 28 | de spectaculo reuertitur inpudica. | **Vδ** |
| 29 | Adhuc deinde<br>morum quanta labes, | **Ditr. (od. TTγε)** |
| 30 | quae probrorum fomenta, | **Pγ** |
| 31 | quae alimenta uitiorum, | **TT1$^{2}$γ** |
| 32 | histrionicis gestibus inquinari, | **Vδ** |
| 33 | uidere contra foedus iusque nascendi | **P1γ** |
| 34 | patientiam incestae turpitudinis elaboratam: | **P1** |
| 35 | euirantur mares, | |
| 36 | honor omnis | |
| 37 | et uigor sexus | **gl. Akzentfolge** |
| 38 | eneruati corporis dedecore mollitur | **TTδ** |
| 39 | plusque illic placet, | **TTγε** |
| 40 | quisque uirum in feminam magis fregerit. | * |
| 41 | In laudem crescit ex crimine | **T2γδ** |
| 42 | et peritior quo turpior iudicatur. | **V3δ** |
| 43 | Spectatur hic pro nefas et libenter. | **TTγδ** |
| 44 | Quid non possit suadere qui talis est? | **T2γδζ** |
| 45 | Mouet sensus, | |
| 46 | mulcet adfectus, | **P1γ** |
| 47 | expugnat boni pectoris conscientiam fortiorem: | **V3δ** |
| 48 | nec deest probri blandientis auctoritas, | **T2γ** |
| 49 | ut auditu molliore | **TTγ/Ditr.** |
| 50 | pernicies hominibus obrepat. | **TTδ** |
| 51 | Exprimunt inpudicam Venerem, | * |
| 52 | adulterum Martem, | **P1δ** |
| 53 | Iouem illum suum | **TTγε** |
| 54 | non magis regno | **P1βδ** |
| 55 | quam uitiis principem, | **Tδ** |
| 56 | in terrenos amores | **Pγ** |
| 57 | cum ipsis suis fulminibus ardentem, | **TTδ** |
| 58 | nunc in plumas oloris albescere, | **T2γ** |
| 59 | nunc aureo imbre defluere, | **Tγ** |
| 60 | nunc in puerorum pubescentium raptus | **P1δ** |
| 61 | ministris auibus prosilire. | **Vδ/Ditr.** |
| 62 | Quaere iam nunc, | **Ditr.** |
| 63 | an possit esse | **(Pβδ oder Ditr.)** |
| 64 | qui spectat integer uel pudicus. | **V3δε** |
| 65 | Deos suos, quos uenerantur, imitantur: | **TT1$^{2}$γ** |
| 66 | fiunt miseris et religiosa delicta. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **9** O si et possis | |
| 2 | in illa sublimi specula constitutus | **Vδ** |
| 3 | oculos tuos inserere secretis, | **TTδ** |
| 4 | recludere cubiculorum obductas fores | |
| 5 | et ad conscientiam luminum | **T2δ** |
| 6 | penetralia occulta reserare: | **TT1$^{2}$γ** |
| 7 | aspicias ab inpudicis geri | **Ton. Äqu. Ditr.** |
| 8 | quod nec possit<br>aspicere frons pudica, | **Vδε (od. Ditr.)** |
| 9 | uideas | |
| 10 | quod crimen sit et uidere, | **Vγδε** |
| 11 | uideas | |
| 12 | quod uitiorum furore | **Pγ** |
| 13 | dementes gessisse se negant | **Pγδ** |
| 14 | et gerere festinant. | **TTδ** |
| 15 | Libidinibus insanis | **TTδ** |
| 16 | in uiros uiri proruunt. | * |
| 17 | Fiunt quae nec illis possunt placere qui faciunt. | **Tγδ** |
| 18 | Mentior, | |
| 19 | nisi alios qui talis est increpat, | **T2γδ** |
| 20 | turpes turpis infamat | **P1γ** |
| 21 | et euasisse se conscium credit, | **P1δ** |
| 22 | quasi conscientia satis non sit. | **(Vδζη)** |
| 23 | Idem in publico accusatores, | **P** |
| 24 | in occulto rei, | |
| 25 | in semet ipsos censores pariter et nocentes: | **Vδε** |
| 26 | damnant foris | |
| 27 | quod intus operantur, | **TT1$^{2}$γ** |
| 28 | admittunt libenter, | **Pγ** |
| 29 | quod cum admiserint criminantur. | **V3δ** |
| 30 | Audacia prorsus cum uitiis faciens | **Tδ** |
| 31 | et inpudentia congruens inpudicis. | **V3δ** |
| 32 | Nolo mireris | **Pγ** |
| 33 | quae locuntur huiusmodi: | **T2δ** |
| 34 | ore illo | **Ditr.** |
| 35 | quicquid iam uoce delinquitur minus est. | **Tδζ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **10** Sed tibi post insidiosas uias, | |
| 2 | post dispersas orbe toto multiplices pugnas, | **Pδ** |
| 3 | post spectacula uel cruenta uel turpia, | **T2γδ** |

| | | |
|---|---|---|
| 4 | post libidinum probra | **Pδ (m+l)** |
| 5 | uel lupanaribus prostituta | **V3δ** |
| 6 | uel domesticis parietibus obsaepta, | **TTδ** |
| 7 | quorum quo secretior culpa, | **P1δ** |
| 8 | maior audacia est, | |
| 9 | forum fortasse uideatur immune, | **P1γ** |
| 10 | quod ab iniuriis lacessentibus liberum | **T2δ** |
| 11 | nullis malorum contactibus polluatur. | **V3δ** |
| 12 | Illuc aciem tuam flecte: | **Vδζ** |
| 13 | plura illic quae detesteris inuenies, | **Tγ** |
| 14 | magis oculos tuos inde deuertes. | **P1γ** |
| 15 | Incisae sint licet leges duodecim tabulis | **Tδ** |
| 16 | et publico aere praefixo | **P1γ** |
| 17 | iura proscripta sint: | **T2γζ** |
| 18 | inter leges ipsas delinquitur, | **Tγ** |
| 19 | inter iura peccatur, | **P1γ** |
| 20 | innocentia nec illic, | |
| 21 | ubi defenditur, reseruatur. | **Vδ** |
| 22 | Saeuit inuicem discordantium rabies | **Tδ** |
| 23 | et inter togas | **Ton. Äqu. Ditr.** |
| 24 | pace rupta | **Ditr.** |
| 25 | forum litibus mugit insanum. | **P1γ** |
| 26 | Hasta illic et gladius | **Tγδ** |
| 27 | et carnifex praesto est, | **Tδζ** |
| 28 | ungula effodiens, | |
| 29 | eculeus extendens, | **TTδ** |
| 30 | ignis exurens, | **P1γ** |
| 31 | ad hominis corpus unum | **Vδζ** |
| 32 | supplicia plura quam membra. | **P1γδ** |
| 33 | Quis inter haec uero subueniat? | **Tγ** |
| 34 | Patronus? | |
| 35 | Sed praeuaricatur et decipit. | **T2γδ** |
| 36 | Iudex? | |
| 37 | Sed sententiam uendit. | **P1δ** |
| 38 | Qui sedit crimina uindicaturus admittit, | **P1γ** |
| 39 | et ut reus innocens pereat, | **Tδ** |
| 40 | fit nocens iudex. | **(P)1βδ** |
| 41 | Flagrant ubique delicta | **P1γ** |
| 42 | et passim multiformi genere peccandi | **TTδ** |
| 43 | per improbas mentes | **P1δ** |
| 44 | nocens uirus operatur. | **TT1$^2$γ** |
| 45 | Hic testamentum subicit, | ***** |
| 46 | ille falsum capitali fraude conscribit: | **P1γ** |
| 47 | hic arcentur hereditatibus liberi, | **T2δ** |
| 48 | illic bonis donantur alieni: | **TT1$^2$γ** |
| 49 | inimicus insimulat, | **Tγ** |
| 50 | calumniator inpugnat, | **P1γ** |
| 51 | testis infamat. | **P1γ** |
| 52 | Vtrubique grassantur | **P1γ** |
| 53 | in mendacium criminum | **T2δ** |
| 54 | prostitutae uocis uenalis audacia, | **T2γ** |
| 55 | cum interim nocentes | **Vδ** |
| 56 | nec cum innocentibus pereunt. | **Tδ** |
| 57 | Nullus de legibus metus est, | **Tδζ** |
| 58 | de quaesitore, | **Pβ** |
| 59 | de iudice pauor nullus: | **Vδζ** |
| 60 | quod potest redimi non timetur. | **Vδε** |
| 61 | Esse iam inter nocentes innoxium crimen est: | **T2δζ** |
| 62 | malos quisquis non imitatur offendit. | **P1γ** |
| 63 | Consensere iura peccatis | **P1γ** |
| 64 | et coepit licitum esse quod publicum est. | **P1γ** |
| 65 | Quis illic rerum pudor, | **(TTγε)** |
| 66 | quae esse possit integritas, | **Tγ** |
| 67 | ubi qui damnent improbos desunt, | **P1δ** |
| 68 | soli tibi qui damnentur, occurrunt? | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **11** Sed nos uideamur | |
| 2 | eligere fortasse peiora | **P1γ** |
| 3 | et studio destruendi | **Vδ** |
| 4 | per ea oculos tuos ducere, | **Ton. Äqu. 4δζ*** |
| 5 | quorum tristis adque auersandus aspectus | **P1γ** |
| 6 | ora et uultus conscientiae melioris offendat: | **P1γ** |
| 7 | iam tibi illa quae ignorantia saecularis bona opinatur ostendam. | **P1γ** |
| 8 | Illic etiam fugienda conspicies. | **Tγ** |
| 9 | Quos honores putas esse, quos fasces, | **P1γδ** |
| 10 | quam affluentiam in diuitiis, | **Ton. Äqu. 4δε*** |
| 11 | quam potentiam in castris, | **TTδε** |
| 12 | in magistratus purpura speciem, | **Tδ** |
| 13 | in principatus licentia potestatem: | **Vδ** |
| 14 | malorum blandientium uirus occultum est, | **T2γζ** |
| 15 | et adridentis nequitiae | **(Tγ)** |
| 16 | facies quidem laeta, | **Vδζ** |
| 17 | sed calamitatis abstrusae inlecebrosa fallacia. | **T2γ** |
| 18 | Instar quoddam ueneni, | **Pγ** |
| 19 | ubi in letales sucos dulcedine aspersa | **TTδ** |
| 20 | calliditate fallendi sapore medicato | **TT1$^2$γ** |
| 21 | poculum uidetur esse, quod sumitur: | **T2γδ** |
| 22 | ubi epota res est, | **Ditr.** |
| 23 | pernicies hausta grassatur. | **P1γ** |
| 24 | Quippe illum uides, | **TTγε** |
| 25 | qui amictu clariore conspicuus | **Tγ** |
| 26 | fulgere sibi uidetur in purpura: | **T2γδ** |
| 27 | quibus hoc sordibus emit, | **Pδ** |
| 28 | ut fulgeat, | |
| 29 | quos adrogantium fastus prius pertulit, | ***** |
| 30 | quas superbas fores matutinus salutator obsedit, | **P1γ** |
| 31 | quot tumentium contumeliosa uestigia | **T2γ** |
| 32 | stipatus in clientium cuneos | **Tδ** |

33 ante praecessit, **P1γ**
34 ut ipsum etiam salutatum **Vδ**
35 comes postmodum pompa praecederet, **Tγ**
36 obnoxia non homini sed potestati! **P1β**
37 Neque enim coli moribus meruit
ille sed fascibus. **T2γδ**
38 Horum denique uideas exitus turpes. **P1δ**
39 Cum auceps temporum palpator abscessit, **P1γ**
40 cum priuati latus nudum **TTγε**
41 desertor adsecla foedauit: **TTγ**
42 tunc laceratae domus plagae **TTγε**
43 conscientiam feriunt, **Tδ**
44 tunc rei familiaris exhaustae damna noscuntur, **P1γ**
45 quibus redemptus fauor uulgi
46 et caducis adque inanibus uotis **P1δ**
47 popularis aura quaesita est. **T2γζ**
48 Stulta prorsus et uana iactura, **P1γ**
49 frustrantis spectaculi uoluptate **Vδ**
50 id parare uoluisse, **TT1$^{2}$γ**
51 quod nec populus acciperet
52 et perderet magistratus. **Vδ**

1 **12** Sed et quos diuites opinaris **Vδ**
2 continuantes saltibus saltus **P1δ**
3 et de confinio pauperibus exclusis **TTδ**
4 infinita ac sine terminis rura **P1δ**
5 latius porrigentes, **V3δ**
6 quibus argenti et auri maximum pondus **P1δ**
7 et pecuniarum ingentium **T2γ**
8 uel exstructi aggeres *
9 uel defossae strues,
10 hos,etiam inter diuitias suas trepidos *
11 cogitationis incertae sollicitudo discruciat, **Tγ**
12 ne praedo uastet,
13 ne percussor infestet, **P1γ**
14 ne inimica cuiusque locupletioris inuidia **Tγ**
15 calumniosis litibus inquietet. **Vδ**
16 Non cibus securo somnusue contingit, **P1γ**
17 suspirat ille in conuiuio,
18 bibat licet gemma, **TTγε**
19 et cum epulis marcidum corpus **P1δ**
20 thorus mollior *
21 alto sinu condidit, *
22 uigilat in pluma **TTδε**
23 nec intellegit miser, **Pδ**
24 speciosa sibi esse supplicia, **Tγ**
25 auro se alligatum teneri **Pγ**
26 et possideri **(Pβ)**
27 magis quam possidere diuitias, **Tγ**
28 adque
29 – o detestabilis caecitas mentium **T2δ**
30 et cupiditatis insanae profunda caligo! - **P1γ**
31 cum exonerare se possit **P1γδ**
32 et leuare ponderibus, **Tγ**
33 pergit magis fortunis angentibus incubare, **Vδ**
34 pergit poenalibus cumulis **Tδ**
35 pertinaciter adhaerere. **Vδ**
36 Nulla in clientes inde largitio est,
37 cum indigentibus nulla partitio
est, **gl. Akzentfolge**
38 et pecuniam suam dicunt, **Vδζ**
39 quam uelut alienam domi clausam **TTγε**
40 sollicito labore custodiunt, **T2γ**
41 ex qua non amicis, **(Pβγ)**
42 non liberis quicquam, **P1δ**
43 non sibi denique impertiunt,
44 possident ad hoc tantum, **(Vδεζ)**
45 ne possidere alteri liceat, **Tδ**
46 et
47 – o nominum quanta diuersitas! - **T2γ**
48 bona appellant, **Pγ**
49 ex quibus nullus illis nisi ad res malas usus est. *

1 **13** An tu uel illos putas tutos, **TTγε**
2 illos saltim
3 inter honorum infulas *
4 et opes largas
5 stabili firmitate securos, **P1γ**
6 quos regalis aulae splendore fulgentes **P1γ**
7 armorum excubantium tutela circumstat? **P1γ**
8 Maior illis quam ceteris metus est. **Tδζ**
9 Tam ille timere cogitur quam timetur. **V3δε**
10 Exigit poenas **P1δ**
11 pariter de potentiore sublimitas, **T2γ**
12 sit licet satellitum manu saeptus **Vδζ**
13 et clausum ac protectum latus
14 numeroso stipatore tueatur. **TT1$^{2}$γ**
15 Quam securos non sinit esse subiectos, **P1γ**
16 tam necesse est *
17 non sit et ipse securus: **P1γ**
18 ante ipsos terret potestas sua **2βε**
19 quos facit esse terribiles: **Tγ**
20 adridet, ut saeuiat; **T2γδ**
21 blanditur, ut fallat; **P1γδ**
22 extollit, ut deprimat. **T2γδ**
23 Faenore quodam nocendi **Pγ**
24 quam fuerit amplior **Tδ**
25 summa dignitatis et honorum, **TT1$^{2}$γδ**
26 tam maior exigitur **Tγ**
27 usura poenarum. **P1γ**

1 **14** Vna igitur placida et fida tranquillitas, **T2γ**
2 una solida et firma securitas, **T2γ**
3 si qui ab his inquietantis saeculi turbinibus extractus **TTδ**
4 salutaris portus statione fundetur: **P1γ**
5 ad caelum oculos tollit a terris **P1γδ**
6 et ad Domini munus admissus **P1γ**
7 ac Deo suo mente iam proximus, **T2γδ**
8 quicquid apud ceteros in rebus humanis **P1γ**
9 sublime ac magnum uidetur, **Pγ**
10 intra suam iacere conscientiam gloriatur. **V3δ**
11 Nihil adpetere iam,
12 nihil desiderare de saeculo potest, **Pδ**
13 qui saeculo maior est. **T2δζ**
14 Quam stabilis,
15 quam inconcussa tutela est, **T2γζ**
16 quam perennibus bonis **Pδ**
17 caeleste praesidium, **Tγ**
18 inplicantis mundi laqueis solui, **Pδ**
19 in lucem immortalitatis aeternae **P1γ**
20 de terrena faece purgari. **P1γ**
21 Viderit,
22 quae in nos prius infestantis inimici **TT1$^{2}$γ**
23 pernicies insidiosa grassata sit. **T2γζ**
24 Plus amare conpellimur, **T2γ**
25 quod futuri sumus,
26 dum et scire conceditur et damnare, quod eramus. **TT1$^{2}$γδ**
27 Nec ad hoc pretiis aut ambitu aut manu opus est,*
28 ut hominis summa uel dignitas uel potestas **V3δε**
29 elaborata mole pariatur: **TT1$^{2}$γ**
30 et gratuitum de Deo munus et facile est.
31 Vt sponte sol radiat, **Tγδ**
32 dies luminat, *
33 fons rigat,
34 imber inrorat, **P1γ**
35 ita se spiritus caelestis infundit. **P1γ**
36 Postquam auctorem suum
37 caelum intuens *
38 anima cognouit, **TTδ**
39 sole altior *
40 et hac omni terrena potestate **TTγ/1β**
41 sublimior id esse incipit, *
42 quod esse se credit. **P1γδ**

1 **15** Tu tantum,
2 quem iam spiritalibus castris **P1δ**
3 caelestis militia signauit, **TTδ**
4 tene incorruptam, **TTγ**
5 tene sobriam *
6 religiosis uirtutibus disciplinam. **V3δ**
7 Sit tibi uel oratio adsidua uel lectio.
8 Nunc cum Deo loquere, **(Tβδ)***
9 nunc Deus tecum. **(P)1βδ**
10 Ille te praeceptis suis instruat, *
11 ille disponat. **P1γ**
12 Quem ille diuitem fecerit, **T2δ**
13 nemo pauperem faciet. **Tδ**
14 Penuria esse nulla iam poterit, **Tγδ**
15 cum semel pectus caelestis sagina saturauit. **TT1$^{2}$γ**
16 Iam tibi auro distincta laquearia
17 et pretiosi marmoris crustis uestita **Pγ**
18 domicilia sordebunt, **TTδ**
19 cum scieris **Ditr.**
20 te excolendum magis,
21 te potius orandum, **TTδ**
22 domum tibi hanc esse potiorem, **TT1$^{2}$γ**
23 quam Dominus insedit **TTδ**
24 templi uice,
25 in qua Spiritus sanctus coepit habitare. **TT1$^{2}$γ**
26 Pingamus hanc domum **Pγδ**
27 pigmentis innocentiae, *
28 luminemus luce iustitiae. **Tγ**
29 Non haec umquam procumbet in lapsum **P1γδ**
30 senio uetustatis, **Vδ/1β**
31 nec pigmento parietis **Tγ**
32 aut auro exolescente foedabitur. **T2γ**
33 Caduca sunt,
34 quaecumque fucata sunt, **T2γζ**
35 nec fiduciam praebent possidentibus stabilem, **Tδ**
36 quae possessionis non habeant ueritatem. **Vδ/Ditr.**
37 Hoc manet cultu iugiter uiuido, **T2δ**
38 honore integro, *
39 splendore diuturno. **TTγ**
40 Aboleri non potest nec extingui, *
41 potest tantum in melius **Tγδ**
42 corpore redeunte formari. **P1γ**

1 **16** Haec interim breuibus, **Tδ**
2 Donate carissime. **T2γ**
3 Nam etsi facilem de bonitate patientiam,
4 mentem in Deum solidam, **(Tβδ)***
5 fidem tutam
6 salutaris auditus oblectat, **P1γ**
7 nihilque tam tuis auribus gratum est, **T2δζ**
8 quam quod in Deum gratum est, **(T)2βδζ***
9 moderari tamen dicenda debemus **P1γ**
10 simul iuncti et saepius locuturi, **Vδ**
11 et quoniam feriata nunc quies **Pγδ**
12 ac tempus est otiosum, **V3γδ**

13 quicquid
14 inclinante iam sole in uesperam **T2γδ**
15 dies superest, *
16 ducamus hunc diem laeti **P1βδ**
17 nec sit uel hora conuiuii **T2γ**
18 gratiae caelestis inmunis. **P1γ**
19 Sonet psalmus conuiuium sobrium: **T2δ**
20 ut tibi tenax memoria est,
21 uox canora, **Ditr.**
22 adgredere hoc munus ex more. **P1γδ**
23 Magis carissimos pascis, **P1δ**
24 si sit nobis spiritalis auditio, **T2γ**
25 prolectet aures religiosa mulcedo. **P1γ**

## 1.3 Ad Fortunatum

1 **1** Desiderasti,
2 Fortunate carissime, **T2γ**
3 ut quoniam pressurarum et persecutionum pondus incumbit **P1γ**
4 et in fine adque in consummatione mundi **Ditr.**
5 antichristi tempus infestum **P1γ**
6 adpropinquare iam coepit, **P1γδ**
7 ad praeparandas et corroborandas fratrum mentes **TTγε**
8 de diuinis scripturis hortamenta conponerem **T2γ**
9 quibus milites Christi **P1δ**
10 ad spiritale et caeleste certamen animarem. **TT1$^2$γ**
11 Obtemperandum fuit desiderio tuo tam necessario, **T2β***
12 ut quantum sufficit mediocritas nostra **Pδ**
13 auxilio diuinae inspirationis instructa **P1γ**
14 quasi arma ac munimenta quaedam **Ditr.**
15 pugnaturis fratribus *
16 de praeceptis dominicis promerentur. **Vδ/Ditr.**
17 Parum est enim quod Dei plebem classico nostrae uocis erigimus, **Tγ**
18 nisi credentium fidem et dicatam Deo deuotamque uirtutem **P1γ**
19 diuina lectione firmemus. **P1γ**

1 **2** Quid autem potius aut maius curae nostrae ac sollicitudini congruit **T2δ**
2 quam commissum nobis diuinitus populum **Tδ**
3 et exercitum in castris caelestibus constitutum **V3δ**
4 aduersus diaboli tela et iacula **Tγδ**
5 exhortationibus adsiduis praeparare? **Vδ**
6 Neque enim idoneus potest esse
7 miles ad bellum **P1γδ**
8 qui non exercitatus in campo prius fuerit, *
9 aut qui agonisticam coronam quaerit adipisci **TT1$^2$γ**
10 in stadio coronabitur, **(Ton. Äqu. 4δ)***
11 nisi usum et peritiam uirium ante meditetur. **TT1$^2$γ**
12 Aduersarius uetus est et hostis antiquus cum quo proelium gerimus. **Tδ**
13 Sex milia annorum iam paene conplentur, **P1γ**
14 ex quo hominem diabolus inpugnat. **TTδ**
15 Omnia genera temptandi **TTδ**
16 et artes adque insidias deiciendi
17 usu ipso uetustatis edidicit. **Tγ**
18 Si inparatum inuenerit Christi militem, *
19 si rudem,
20 si non sollicito ac toto corde uigilantem, **TT1$^2$γ**
21 circumuenit nescium, **T2δ**
22 fallit incautum, **P1γ**
23 decipit inperitum. **Vδ/Ditr.**
24 Si uero quis dominica praecepta custodiens **T2γ**
25 et fortiter Christo adhaerens **Pγ**
26 contra eum steterit, *
27 uincatur necesse est, **Tγζ**
28 quia Christus quem confitemur inuictus est. **T2γζ**

1 **3** Ac ne in longum sermonem meum extenderem, **Tγ**
2 frater carissime, **Tγ**
3 et audientem uel legentem stili latioris copia fatigarem, **Vδ**
4 conpendium feci, **P1δ**
5 ut propositis titulis **Tδ**
6 quos quis et nosse debeat et tenere **Vδε**
7 capitula dominica subnecterem
8 et id quod proposueram
9 diuinae lectionis auctoritate solidarem, **TT1$^2$γ**
10 ut non tam tractatum meum uidear tibi misisse **Pγ**
11 quam materiam tractantibus praebuisse. **V3δ**
12 Quae res in usum singulis proficit **T2δ**
13 utilitate maiore. **P1γ**
14 Nam si confectam et paratam iam uestem darem,
15 uestis esset mea **(TTγε)**
16 qua alius uteretur **Vδ**
17 et forsitan non pro habitudine staturae et corporis **Tγδ**
18 res alteri facta **P1δ**
19 minus congruens haberetur: **Vδ**
20 nunc uero de agno per quem redempti ac uiuificati sumus
21 lanam ipsam et purpuram misi, **P1δ**
22 quam cum acceperis tunicam **Tδ**
23 tibi pro uoluntate conficies **Tγ**
24 et plus ut in domestica tua adque in propria ueste laetaberis **T2γ**

25 et ceteris quoque,
26 ut conficere et ipsi pro arbitrio suo possint, **Vδζ**
27 quod misimus exhibebis, **Vδ**
28 ut uetere illa nuditate contecta **P1γ**
29 perferant omnes indumenta Christi caelestis gratiae sanctificatione uestiti. **P1γ**

1 **4** Nec non et illud consilium, **Tγ**
2 frater carissime, **Tγ**
3 utile et salubre prospexi **P1γ**
4 in exhortatione tam necessaria **T2β***
5 quae martyras faciat amputandas esse uerborum nostrorum moras
6 et tardidates adque ambages sermonis humani subtrahendas, **TTγ**
7 ponenda illa sola quae Deus loquitur, *
8 quibus seruos suos ad martyrium Christus hortatur. **P1γ**
9 Praecepta ipsa diuina **P1γ**
10 uelut arma pugnantibus suggerenda sunt. **4δτη***
11 Illa sint militaris tubae hortamenta, **TTγ**
12 illa pugnantibus classica. **T2δ**
13 Inde aures erigantur, **TTγ**
14 inde instruantur mentes,
15 inde et animi et corporis uires **P1δ**
16 ad omnem passionis tolerantiam roborentur. **V3δ**
17 Nos tantum qui Domino permittente **Vδ**
18 primum baptisma credentibus dedimus **Tδ**
19 ad aliud quoque singulos praeparemus **V3δ**
20 insinuantes et docentes **TTγδ**
21 hoc esse baptisma in gratia maius, **P1δ**
22 in potestate sublimius, **T2γ**
23 in honore praetiosius, *
24 baptisma in quo angeli baptizant,
25 baptisma in quo Deus et Christus eius exultant, **P1γ**
26 baptisma post quod nemo iam peccat, **P1γδ**
27 baptisma quod fidei nostrae incrementa consummat, **P1γ**
28 baptisma quod nos de mundo recedentes **TTγ**
29 statim Deo copulat. *
30 In aquae baptismo accipitur peccatorum remissa, **Pγ**
31 in sanguinis corona uirtutum. **P1γ**
32 Amplectenda res et optanda
33 et omnibus postulationum nostrarum praecibus expetenda, **Vδ**
34 ut qui serui Dei fuimus simus et amici. **TT1$^{2}$γδ**

1 **5** In exhortandis itaque ac parandis fratribus nostris **P1δ**
2 et uirtutis ac fidei firmitate **Vδ**
3 ad praeconium dominicae confessionis
4 adque ad proelium persecutionis et
5 passionis armandis: **P1γ**
6 I. Primo in loco dicendum est idola deos non esse **Pγδ**
7 quae homo sibi faciat, *
8 neque enim quae fiunt **Pγδ**
9 factore suo et fabricatore maiora sunt, **T2γζ**
10 aut protegere et seruare quemquam possunt **TTγε**
11 quae ipsa de templis suis pereunt, *
12 nisi ab homine seruentur, **TTδ**
13 sed nec elementa colenda esse, **Ditr.**
14 quae homini secundum dispositionem et praeceptum Dei seruiunt. *
15 II. Destructis idolis **Pγ**
16 et elementorum ratione monstrata **P1γ**
17 ostendendum Deum solum colendum esse. **Ditr.**
18 III. Tunc addendum quae comminatio Dei sit aduersus eos
19 qui idolis sacrificant. **Tγ**
20 IIII. Praeterea docendum non facile ignoscere Deum idolatris. **Tγ**
21 V. Et quod sic idolatriae indignetur Deus,
22 ut praeceperit etiam eos interfici **Tγ**
23 qui sacrificare et seruire idolis suaserint. **Tγ**
24 VI. Subiungendem post haec quod redempti et uiuificati Christi sanguine *
25 nihil Christo praeponere debeamus, **Vδ**
26 quia nec ille quicquam nobis praeposuerit **(*)**
27 et ille propter nos mala bonis praetulerit, **Tγ**
28 paupertatem diuitiis, **Tγ**
29 seruitutem dominationi, **(TT)**
30 mortem inmortalitati, **(TT) gl. Akzentfolge**
31 nos contra in passionibus nostris **P1δ**
32 paupertati saeculari **TTγ**
33 paradisi diuitias et delicias praeferamus, **Vδ**
34 dominatum et regnum aeternum **P1γ**
35 temporariae seruituti, **V3δ**
36 inmortalitatem morti,
37 Deum et Christum **Pγδ**
38 diabolo et antichristo.
39 VII. Insinuandum quoque
40 ne erepti de faucibus diaboli
41 et de laqueis saeculi liberati, **V3δ**
42 si in angustiis et pressuris esse coeperint, *
43 regredi denuo ad saeculum uelint **Pδ**
44 et perdant quod euaserint. *
45 VIII. Insistendum potius esse **Pδ**
46 et perseuerandum in fide et uirtute **TTγδ**
47 et caelestis ac spiritalis gratiae consummatione, **(TT)**

48 ut ad palam et coronam
possit perueniri. **TTγ/Ditr.**

49 VIIII. Ad hoc enim pressuras et persecutiones
fieri ut probemur. **Vδε**

50 X. Nec timendas esse iniurias et poenas
persecutionum, **(TT)**

51 quia maior est Dominus **(Tγδ)**

52 ad protegendum

53 quam diabolus ad inpugnandum. **gl. Akzentfolge**

54 XI. Ac ne expauescat quis

55 et conturbetur ad pressuras et persecutiones **(TT)**

56 quas patimur in isto mundo,

57 probandum ante praedictum esse

58 quod nos mundus odio habiturus esset **Ditr.**

59 et quod persecutiones aduersum nos excitaret, **Vγδ**

60 ut ex hoc ipso quod haec fiant **ton. Äqu. Ditr.**

61 manifesta sit fides diuinae pollicitationis

62 in mercedibus et praemiis postmodum secuturis, **Vδ**

63 nec nouum quid accidat christianis, **V3δ**

64 quando ab initio mundi **Pδ**

65 boni laborauerint *

66 et oppressi adque occisi sint iusti ab iniustis. **TTγδ**

67 XII. In nouissima parte ponendum **P1γ**

68 quae spes et quae merces maneat
iustos et martyras **Tγδ**

69 post conflictationes huius temporis
et passiones. **(Pβ)**

70 XIII. Et quod plus accepturi
simus in passionis remuneratione

71 quam quod hic sustinemus in ipsa passione. **TTγ**

72 I. Quod idola dii non sint et quod
nec elementa uice deorum colenda sint.

73 In psalmo CXXXIII:

*Idola gentium argentum et aurum, opus manuum hominum. Os habent et non loquuntur, oculos habent et non uident, aures habent et non audiunt: neque enim est spiritus in ore eorum. Similes sint illis omnes qui faciunt ea.*

74 Item in Sapientia Salomonis:

*Omnia idola nationum aestimauerunt deos, quibus neque oculorum usus est ad uidendum neque nares ad percipiendum spiritum neque aures ad audiendum nec digiti in manibus ad tractandum, sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos et qui spiritum mutuatus est is finxit illos. Nemo autem sibi similem homo poterit deum fingere: cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior est autem ipse his quos colit, quoniam ipse quidem uixit, illi numquam.*

75 Item in Exodo:

*Non facies tibi idolum
nec cuiusquam similitudinem.*

76 Item aput Salomonem de elementis:

*Neque opera adtendentes agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem aut spiritum aut citatum aerem aut gyrum stellarum aut nimiam aquam aut solem aut lunam deos putauerunt: quorum si propter speciem hoc aestimauerunt, sciant quanto his Dominus sit speciosior: aut si uirtutes et opera eorum mirati sunt, intellegant ab ipsis quoniam qui haec constituit fortia fortior est illis.*

77 II. Quod Deus solus colendus sit.

78 Sicut scriptum est: *

*Dominum Deum tuum adorabis et ipsi soli seruies.*

79 Item in Deuteronomio: **T**

80 Non erunt tibi dii alii absque me.

81 Item illic:

*Videte, uidete quia ego sum, et non est Deus praeter me. Ego interimam et uiuere faciam, percutiam et ego sanabo, et non est qui eripiat de manibus meis.*

82 Item in Apocalypsi: **P**

*Et uidi alium angelum uolantem medio caelo, habentem euangelium aeternum, ut adnuntiaret super terram per omnes nationes et tribus et linguas et populos, dicentem uoce magna: Metuite potius Dominum et date illi claritatem, quoniam uenit hora iudicii eius, et adorate eum qui fecit caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt.*

83 Sic et Dominus in euangelio **(*)**

84 commemorationem facit primi
et secundi praecepti dicens:

*Audi, Israhel, Dominus Deus tuus Dominus unus est, et diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo et de tota anima tua et de tota uirtute tua. Hoc primum, et secundum simile huic: Diliges proximum tibi tamquam te. In his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae.*

85 Et iterum:

*Haec est autem uita aeterna ut cognoscant te solum et uerum Deum et quem misisti Iesum Christum.*

86 III. Quae comminatio Dei sit
aduersus eos qui idolis sacrificant.

87 In Exodo:

*Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli.*

88 Item in Deuteronomio: **T**

*Sacrificauerunt daemoniis et non Deo.*

89 Item apud Esaiam:

*Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, et curuatus est homo et humiliatus est uir, et non laxabo illis.*

90 Et iterum:

*Illis fudistis libamina et illis inposuistis sacrificia. Super haec non indignabor? dicit Dominus.*

91 Item apud Hieremiam:

*Nolite ambulare post deos alienos ut seruiatis eis, et ne adoraueritis eos et ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos.*

92 Item in Apocalypsi: **P**

*Si quis adorat bestiam et imaginem eius et accipit notam in fronte sua et in manu, bibet et ipse de uino irae Dei mixto in poculo irae eius et punietur igne et sulphure sub oculis sanctorum angelorum et sub oculis agni. Et fumus de tormentis eorum in saeculo saeculorum ascendet: Nec habebunt requiem die et nocte quicumque adorant bestiam et imaginem eius.*

93 IIII. Non facile ignoscere Deum idolatris.

94 Moyses in Exodo pro populo suo rogat nec inpetrat: **Tγδ**

*Praecor, ait, Domine, deliquit populus hic delictum grande, fecerunt sibi deos aureos et argenteos. Et nunc si dimittis eis delictum, dimitte: Sin autem, dele me de libro quem scripsisti. Et dixit Dominus ad Moysen: Si qui deliquit ante me, deleam eum de libro meo.*

95 Item cum Hieremias pro populo depraecaretur, **P**

96 Dominus ad eum loquitur dicens: **Pδ**

*Et tu noli orare pro populo hoc et noli postulare pro ipsis in praece et oratione, quia non exaudiam in tempore quo inuocabunt me, in tempore adflictionis suae.*

97 Ezechihel quoque hanc eandem denuntiat indignationem Dei eis

98 qui in Deum delinquunt: **Pγ**

*Et fuit,*

99 inquit,

*uerbum Domini ad me dicens: Fili hominis, terra quaecumque peccauerit mihi ut delinquat delictum, extendam manum meam super eam et obteram stabilimentum panis et inmittam in eam famem et auferam de ea hominem et pecora. Et si fuerint tres uiri hi in medio eius Noe et Danihel et Iob, non liberabunt filios neque filias, ipsi soli salui erunt.*

100 Item in Regnorum I:

*Si delinquendo peccet uir aduersus uirum, orabunt pro eo Dominum: Si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo?*

101 V. Quod sic idolatriae indignetur Deus ut praeceperit etiam eos interfici qui sacrificare et seruire idolis suaserint.

102 In Deuteronomio: **T**

*Quodsi rogauerit te frater tuus aut filius tuus aut filia tua aut uxor tua quae est in sinu tuo aut amicus tuus qui aequalis est animae tuae latenter dicens: Eamus et seruiamus diis aliis, diis gentium; non consenties ei et non exaudies eum et non parcet oculus tuus super eum et non celabis eum, adnuntians adnuntiabis de illo. Manus tua erit super eum in primis interficere eum et manus omnis populi postremo: Et lapidabunt eum, et morietur, quoniam quaesiuit auertere te a Domino Deo tuo.*

103 Et iterum loquitur Dominus et dicit **TTδε**

104 nec ciuitati parcendum, **Pγ**

105 etiamsi uniuersa consenserit ad idolatriam: **P**

106 Aut si audieris in una ex ciuitatibus quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic dicentes; Eamus et seruiamus diis aliis quos non nostis; interficiens necabis omnes qui sunt in ciuitate caede gladii et incendes ciuitatem igni, et erit sine habitaculo in aeternum. Non reaedificabitur etiam nunc, ut auertatur Dominus ab indignatione irae suae. Et dabit tibi misericordiam et miserebitur tui et mutiplicabit te, si exaudieris uocem Domini Dei tui et obseruaueris praecepta eius.

107 Cuius praecepti et uigoris memor Matthathias interfecit eum

108 qui ad aram sacrificaturus accesserat. **T2γ**

109 Quodsi ante aduentum Christi circa Deum colendum et idola spernanda **Pγ**

110 haec praecepta seruata sunt, **T2γζ**

111 quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt, **Tγζ**

112 quando ille ueniens non uerbis nos hortatus sit sed et factis, **Vγδεζ**

113 post omnes iniurias et contumelias passus quoque et crucifixus,

114 ut nos pati et mori **(Pγδ)**

115 exemplo suo doceret, **Pγ**

116 ut nulla sit homini excusatio pro se non patienti, **Pβ**

117 cum passus sit ille pro nobis, **P1γδ**

118 et cum ille passus sit pro alienis peccatis, **Pγ**

119 multo magis pro peccatis suis pati unumquemque debere. **P1γ**

120 Et ideo in euangelio comminatur et dicit: **P1γ**

*Quicumque confessus fuerit in me coram hominibus, et ego confitebor in ipso coram patre meo qui in caelis est. Qui autem me negauerit coram hominibus, et ego negabo eum coram patre meo qui in caelis est.*

121 Item apostolus Paulus: **P1δ**

*Si enim commorimur,*

122 inquit,

*et conuiuemus: Si toleramus, et conregnabimus: Si negamus, et ipse negabit nos.*

123 Item Iohannes:

*Qui negat filium neque patrem habet: Qui confitetur filium et filium et patrem habet.*

124 Vnde nos ad contemptum mortis hortatur Dominus et corroborat dicens: **P1δ**

*Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Magis autem metuite eum, qui potest animam et corpus occidere in gehennam.*

125 Et iterum:

*Qui amat animam suam perdet illam, et qui odit animam suam in isto saeculo in uitam aeternam conseruabit illam.*

126 VI. Quod redempti et uiuificati Christi sanguine nihil Christo praeponere debeamus.

127 In euangelio Dominus loquitur et dicit: **TTδε**

*Qui diligit patrem aut matrem super me non est me dignus, et qui diligit filium aut filiam super me non est me dignus, et qui non accipit crucem suam et sequitur me non est meus discipulus.*

128 Sicut in Deuteronomio scriptum est: **Tδζ**

*Qui dicunt patri et matri: Non noui te; et filios suos non agnouerunt, hi custodierunt praecepta tua et testamentum tuum seruauerunt.*

129 Item apostolus Paulus: **P1δ**

*Quis nos,*

130 inquit,

*separabit a caritate Christi, pressura an angustia an persecutio an famis an nuditas an periculum an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te occidimur tota die, aestimati sumus ut oues uictimae. Sed in his omnibus superamus pro eo qui dilexit nos.*

131 Et iterum:

*Non estis uestri: empti enim estis magno. Clarificate et portate Deum in corpore uestro.*

132 Et iterum:

*Pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt iam non sibi uiuant sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.*

133 VII. Ereptos de faucibus diaboli et de laqueis saeculi liberatos non debere denuo ad saeculum reuerti ne perdant quod euaserint.

134 In Exodo Iudaicus populus ad umbram nostri et imaginem praefiguratus, **P1**

135 cum Deo tutore et uindice **T2γδ**

136 euasisset Pharaonis adque Aegypti **P1γ**

137 id est diaboli et saeculi durissimam seruitutem, **V3δ**

138 circa Deum perfidus et ingratus **Vδε**

139 aduersus Moysen mussitat *****

140 respiciens solitudinis et laboris incommoda **T2γ**

141 et non intellegens *****

142 libertatis ac salutis beneficia diuina, **TTδ**

143 et reuerti quaerit ad Aegypti

144 hoc est ad saeculi seruitutem, **V3δ**

145 unde fuerat exutus, **TTδ**

146 cum magis fidere in Deum deberet et credere, **T2γδ**

147 quoniam qui a diabolo et saeculo liberat populum suum **Pδ**

148 protegit liberatum. **V3δ**

*Quid hoc nobis,*

149 inquiunt,

*fecisti in eiciendo nos de Aegypto? melius erat nobis seruire Aegyptiis quam obire in solitudine hac. Et dixit Moyses ad populum: Fidete, state et cernite salutem quae a Domino est, quam nobis faciet hodie. Dominus pugnabit pro uobis et uos tacebitis.*

150 Quod nos admonens et docens in euangelio suo Dominus *****

151 ne ad diabolum rursus et ad saeculum **(*)**

152 quibus renuntiauimus **(T)**

153 et unde euasimus **T2γ**

154 reuertamur dicit:

*Nemo retro adtendens et superponens manum suam super aratrum aptus est regno Dei.*

155 Et iterum:

*Et qui in agro est non conuertatur retro. Memores estote uxoris Loth.*

156 Ac ne quis aliqua uel cupiditate rerum **Ditr.**

157 uel suorum dulcedine retardetur **Vδ**

158 quominus Christum sequatur, **Pγ**

159 addit et dicit: **P1γδ**

*Qui non renuntiat omnibus quae sunt eius, non potest meus discipulus esse.*

160 VIII. Insistendum esse et perseuerandum in fide et uirtute et caelestis ac spiritalis gratiae consummatione ut ad palam et coronam possit perueniri.

161 In Paralipomenon:

*Dominus uobiscum est, quamdiu estis uos cum ipso. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet uos. Item apud Ezechihel: Iustitia iusti non liberabit eum in quacumque die exerrauerit.*

162 Item in euangelio Dominus loqitur et dicit: **TTδε**

*Qui perseuerauerit usque ad finem hic saluus erit.*

163 Et iterum:

*Si permanseritis in uerbo meo, uere discipuli mei estis et cognoscetis ueritatem et ueritas liberabit uos.*

164 Praemonens quoque nos paratos semper esse debere **P1γ**

165 et expeditos in procinctu firmiter stare **P1δ**

166 adicit et dicit: **Tδε**

*Sint lumbi uestri adcincti et lucernae ardentes et uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando ueniat a nuptiis, ut cum uenerit et pulsauerit aperiant ei. Felices serui illi quos adueniens dominus inuenerit uigilantes.*

167 Item beatus apostolus Paulus, **P1δ**

168 ut fides nostra proficiat **(Tγ)**

169 et crescat

170 et ad summa perueniat, **Tγ**

171 hortatur dicens:

*Nescitis quia qui in stadio currunt omnes quidem currunt, unus tamen accipit palmam? Sic currite ut occupetis: et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, uos autem incorruptam.*

172 Et iterum:

*Nemo militans Deo obligat se molestiis saecularibus, ut possit placere ei qui se probauit. Sed et si certabit quis, non coronabitur, nisi legitime pugnauerit.*

173 Et iterum:

*Oro ergo uos, fratres, per misericordiam Dei ut constituatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, placentem Deo: nec configuremini saeculo huic, sed transformemini in renouatione sensus ad probandum quae sit uoluntas Dei bona et placens et perfecta.*

174 Et iterum:

*Sumus filii Dei: si autem filii, et heredes Dei, coheredes autem Christi, siquidem conpatiamur, ut et commagnificemur.*

175 Et in Apocalypsi eadem loquitur diuinae praedicationis hortatio dicens: **P1δ**

*Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.*

176 Quod exemplum perseuerandi et permanendi designatur in Exodo, **Tγδ**

177 ubi Moyses ad superandum Amalech

178 qui figuram portabat diaboli in signo **TTδε**

179 et sacramento crucis adleuabat supinas manus,

180 nec uincere aduersarium potuit, **Tδ**

181 nisi postquam stabilis in signo adleuatis iugiter manibus perseuerauit. **P1**

*Et factum est,*

182 inquit,

*cum leuabat manus Moyses, praeualebat Israhel: Vbi autem submiserat manus, inualescebat Amalech. Et accepto lapide subposuerunt sub eo, et sedebat super eum. Et Aaron et Or sustinebant manus eius hinc et inde: Et factae sunt manus Moysi stabiles usque in occasum solis. Et fugauit Iesus Amalech et omnem populum eius. Et dixit Dominus ad Moysen: Scribe hoc, ut sit memoriae in libro, et da in aures Iesu, quoniam delectione deleam memoriam Amalech de sub caelo.*

183 VIIII. Ad hoc pressuras et persecutiones fieri ut probemur.

184 In Deuteronomio: **T**

*Temptat Dominus Deus uester uos ut sciat si diligitis Dominum Deum uestrum ex toto corde uestro et ex tota anima uestra et ex tota uirtute uestra.*

185 Et iterum apud Solomonem:

*Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis.*

186 Paulus quoque paria testatur ac loquitur dicens: **Pδ**

*Gloriamur in spe claritatis Dei. Non solum autem sed et gloriamur in pressuris scientes quoniam pressura tolerantiam operatur, tolerantia autem probationem, probatio autem spem: spes autem non confundit, quia dilectio Dei infusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.*

187 Et Petrus in epistula sua ponit et dicit: **P1γδ**

*Carissimi, nolite mirari ardorem accidentem uobis qui ad temptationem uestram fit, nec excidatis, tamquam nouum uobis contingat. Sed quotienscumque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut et in reuelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. Si inproperatur uobis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis et uirtutis Domini nomen in uobis requiescit, quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur.*

188 X: Timendas non esse iniurias et poenas persecutionum quia maior est Dominus ad protegendum quam diabolus ad inpugnandum.

189 Iohannes in epistula sua **Pδ**

190 probat dicens:

*Maior est qui in uobis est quam qui in isto mundo.*

191 Item in psalmo CXVII:

*Non metuam quid mihi faciat homo: Dominus mihi auxiliator est.*

192 Et iterum:

*Isti in curribus et isti in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus. Illis copulati sunt pedes et ceciderunt, nos autem exsurreximus et erecti sumus.*

193 Et adhuc fortius docens et ostendens **(TTγδ)**

194 Spiritus sanctus castra diaboli non timenda **Vδε**

195 et si bellum nobis hostis indixerit, **T2γ**

196 in ipso magis bello spem nostram consistere **Tγ**

197 et congressione illa **Ditr.**

198 iustos ad diuinae sedis et salutis aeternae praemium peruenire **V3δ**

199 in psalmo XXV ponit et dicit: **P1γδ**

*Si directa fuerint in me castra, non timebit cor meum: Et si exsurrexerit super me bellum, in illud ego spero. Vnum petii a Domino, hoc exquiram, ut habitem in domo Dei per omnes dies uitae meae.*

200 Item in Exodo declarat scriptura diuina **P1γ**

201 pressuris multiplicari nos potius et augeri dicens:

*Quantoque eos deprimebant, tanto plures fiebant et inualescebant magis.*

202 Et in Apocalypsi protectio diuina promittitur passionibus nostris. **P1δ**

*Nihil,*

203 inquit,

*eorum timeas quae passurus es.*

204 Nec alius securitatem nobis et protectionem pollicetur **TTγ**

205 quam qui et per Esaiam prophetam **(Pγ)**

206 loquitur dicens: **Pδ**

*Noli timere, quia te redemi et uocaui te nomine tuo: meus es tu. Et si transieris per aquam, tecum sum et flumina te non inundabunt. Et si transieris per ignem non conbureris, flamma te non conburet, quoniam ego Dominus Deus sanctus Israhel qui te saluum facio.*

207 Qui et in euangelio promittit **TTδ**

208 auxilium diuinum Dei seruis in persecutionibus non defuturum dicens:

*Cum autem uos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.*

209 Et iterum:

*Ponite in cordibus uestris non praemeditari excusare. Ego enim dabo uobis os et sapientiam, cui non possint resistere aduersarii uestri.*

210 Sicut in Exodo ad Moysen cunctantem **Pγ**

211 et ad populum ire trepidantem **TT1$^{2}$γ**

212 Deus loquitur dicens: **Pδ**

*Quis dedit os homini et quis fecit mogilalum et surdum et uidentem et caecum? Nonne ego Dominus Deus? et nunc perge, et ego aperiam os tuum et instruam te quid loquaris.*

213 Nec difficile est Deo aperire os hominis deuoti sibi

214 et confessori suo inspirare constantiam **(T2γ)**

215 et fiduciam loquendi **TT**

216 qui in Numeris aduersus Balaam prophetam etiam asinam fecerit loqui. **Pδ**

217 Quare in persecutionibus nemo cogitet *

218 quod periculum diabolus inportet, **TTδ**

219 sed immo consideret **T2γ**

220 quod auxilium Deus praestet, **(Vδζ)**

221 nec mentem labefactet humana infestatio, **(*)**

222 sed corroberet fidem diuina protectio, **T2γ**

223 quando unusquisque secundum dominica promissa **(TTδ)**

224 et fidei suae merita **(Ton. Äqu. 4δζ)***

225 tantum accipiat de Dei ope

226 quantum se credat accipere, **Tγ**

227 nec sit quod omnipotens praestare non possit, **P1γδ**

228 nisi accipientis fides caduca defecerit. **T2γ**

229 XI.

230 Ante praedictum esse quod nos mundus odio habiturus esset et quod persecutiones aduersum nos excitaret et quod nihil nouum christianis accidat, quando ab initio mundi boni laborauerint et oppressi adque occisi sint iusti ab iniustis.

231 Dominus in euangelio praemonet et praenuntiat dicens: **P1δ**

*Si mundus uos odit, scitote quoniam me primo odit. Si de mundo essetis, mundus quod suum esse amaret: Sed quia de mundo non estis et ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Mementote sermonis quem dixi uobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et uos persequentur.*

232 Et iterum:

*Veniet hora, ut omnis qui uos occiderit putet se officium Deo facere: Sed hoc facient, quoniam non cognouerunt patrem neque me. Haec autem locutus sum uobis, ut cum uenerit hora eorum memores sitis, quia ego dixi uobis.*

233 Et iterum:

*Amen amen dico uobis quoniam uos plorabitis et plangetis, saeculum autem gaudebit: Vos tristes eritis, sed tristitia uestra in laetitiam ueniet.*

234 Et iterum:

*Haec locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis, in saeculo autem pressuram: Sed fidete quoniam ego uici saeculum.*

235 Et cum a discipulis suis interrogaretur **(TT)**

236 de signo aduentus sui et consummationis mundi,

237 respondit et dixit: **P1γδ**

*Cauete ne quis uos fallat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes ego sum Christus, et multos fallent. Incipientis autem audire bella et auditus bellorum. Videte, nolite tumultuari: Oportet enim fieri: sed nondum est finis. Exsurget autem gens super gentem et regnum super regnum, et erunt fames et terraemotus et pestilentiae per singula loca. Omnia autem ista initia parturitionum. Tunc tradent uos in pressuram et interficient uos, et eritis odibiles omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi et inuicem tradent et odient inuicem. Et multi pseudoprophetae exsurgent et seducent multos, et eo quod facinus abundet refrigescet caritas multorum. Qui autem tolerauerit usque ad finem hic saluabitur. Et praedicabitur euangelium istud regni per totum orbem terrae in testimonium omnibus gentibus, et tunc ueniet finis. Cum ergo uideritis abominationem uastationis quae dicta est per Danihelum prophetam stantem in loco sancto, qui legit intellegat, tunc qui in Iudaea sunt fugiant in montes, et qui in tecto est non descendat tollere quicquam de domo, et qui in agro est non conuertatur retro auferre uestimentum suum. Vae autem praegnantibus et*

*nutricantibus in illis diebus. Adorate ne fiat fuga uestra hieme neque sabbato. Erit enim tunc pressura magna qualis non est facta ab initio mundi usque nunc, sed neque fiet: Et nisi breuiati essent dies illi, non liberaretur omnis caro: propter electos autem breuiabuntur illi dies. Tunc si qui dixerit uobis: ecce hic Christus, aut: ecce illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa magna et portenta ad errorem faciendum, si fieri potest, et electis. Vos autem cauete. Ecce praedixi uobis omnia. Si ergo dixerint uobis: Ecce in solitudine est, nolite exire; ecce in cubiculis, nolite credere. Sicut enim coruscatio quae exit ab oriente et apparet usque ad occidentem, ita erit et aduentus filii hominis. Vbi fuerit cadauer, illuc colligentur aquilae. Continuo autem post pressuram dierum illorum sol tenebricabit et luna non dabit lumen suum et stellae cadent de caelo et uirtutes caelorum mouebuntur. Et tunc apparebit signum filii hominis in caelo, et lamentabuntur omnes tribus terrae et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute magna et claritate. Et mittet angelos suos cum tuba magna. Et colligent electos eius a quattuor uentis, a summis caelorum usque ad summitates eorum.*

238 Nec noua aut repentina haec sunt quae nunc accidunt christianis, **V3δ**

239 cum boni semper et iusti et Deo innocentiae lege **P1δ**

240 ac uerae religionis timore deuoti **P1γ**

241 per pressuras et iniurias et graues ac multiformes infestantium poenas **P1δ**

242 angusti itineris difficultate gradiantur. **TT1$^2$γ**

243 Sic in origine statim mundi **(Vδζ)**

244 Abel iustus a fratre primus occiditur **T2γ**

245 et Iacob fugatur **Pγ**

246 et Ioseph uenundatur **TTγ**

247 et Dauid misericordem Saul rex persequitur *

248 et Heliam maiestatem Dei constanter ac fortiter adserentem **Vδ**

249 rex Achab opprimere conatur. **TTδ**

250 Zacharias sacerdos interficitur in medio templi et altaris, **TTγδ**

251 ut illic hostia ipse fiat, **Vδζ**

252 ubi Deo hostias immolabat. **V3δ**

253 Tot denique martyria iustorum saepe celebrata, **TT1$^2$γ**

254 tot edita in posterum fidei et uirtutis exempla. **P1γ**

255 Tres pueri, Ananias, Azarias, Misahel,

256 aetate conpares, **P1γ**

257 dilectione concordes, **P1γ**

258 fide stabiles, *

259 uirtute constantes, **P1γ**

260 flammis ac poenis urguentibus fortiores **V3δ**

261 soli se Deo seruire, **Pγ**

262 solum nosse,

263 solum colere proclamant dicentes: **Pγ**

*Nabuchodonosor rex, non opus est nobis de hoc uerbo respondere tibi. Est enim Deus cui nos seruimus potens eripere nos de camino ignis ardentis: Et de manibus tuis, rex, liberabit nos. Et si non, notum sit tibi quia diis tuis non seruimus et iamginem auream quam statuisti non adoramus.*

264 Et Danihel Deo deuotus **Pγ**

265 et sancto Spiritu plenus **P1δ**

266 exclamat et dicit: **P1γδ**

*Nihil colo ego nisi Dominum Deum meum qui condidit caelum et terram.*

267 Tobias quoque sub regali licet ac tyrannica seruitute, **V3δ**

268 sensu tamen ac spiritu liber, **P1δ**

269 confessionem suam Deo seruat

270 et uirtutem maiestatemque diuinam **(P1γ)**

271 sublimiter praedicat dicens: **P1δ**

*Ego in terra captiuitatis meae confiteor illi et ostendo uirtutem eius in natione peccatrice.*

272 Quid uero in Machabeis septem fratres

273 et natalium pariter et uirtutum sorte consimiles **Tγ**

274 septenarium numerum sacramento perfectae consummationis implentes? **P1γ**

275 Sic septem fratres in martyrio cohaerentes, **Vδ**

276 ut primi in dispositione diuina **P1γ**

277 septem milia continentes, **Vδ**

278 ut septem spiritus, *

279 ut angeli septem qui adsistunt et conuersantur ante faciem Dei, **Pδ**

280 et lucerna septiformis in tabernaculo martyrii,

281 et in Apocalypsi

*septem candelabra aurea*

282 et apud Solomonem

*columnae septem,*

283 super quas

*aedificat domum sapientia,*

284 ita et istic septem fratrum numerus *

285 ecclesias septem **P1δ**

286 numeri sui quantitate conplexus, **P1γ**

287 secundum quod in primo Regnorum legimus sterilem septem peperisse. **TTγ**

288 Et apud Esaiam septem mulieres unum hominem adprehendunt, **Vδ**

289 cuius inuocari super se nomen exposcunt. **P1γ**

290 Et apostolus Paulus, **P1δ**

291 qui huius numeri legitimi et certi meminit, *

292 ad septem ecclesias scribit. **P1δ**

293 Et in Apocalypsi Dominus mandata sua diuina **Pγ**

294 et praecepta caelestia **T2γ**
295 ad septem ecclesias et earum angelos dirigit. **Tδ**
296 Qui nunc istic numerus in fratribus inuenitur, **Vδ**
297 ut consummatio legitima conpleatur. **Vδ**
298 Cum septem liberis plane copulatur et mater, **P1γδ**
299 origo et radix, **Pγδ**
300 quae ecclesias septem postmodum peperit, **Tδ**
301 ipsa prima et una **Pγδ**
302 super Petrum Domini uoce fundata. **P1γ**
303 Nec uacat quod in passionibus sola cum liberis mater est. **T2γζ**
304 Martyres enim qui se Dei filios in passione testantur **P1γ**
305 iam non nisi Deo patre censetur, **Pγ**
306 sicut in euangelio Dominus docet dicens: **(Vδζ)**
*Ne uocaueritis uobis patrem super terram. Vnus est enim pater uester qui in caelis est.*
307 Quae uero ediderunt confessionum praeconia, **Tγ**
308 quam praeclara,
309 quam magna documenta fidei praebuerunt! **Vδ**
310 Rex Antiochus infestus,
311 immo in Antiocho antichristus expressus, **P1γ**
312 ora martyrum gloriosa et spiritu confessionis inuicta **P1γ**
313 contagio suillae carnis maculare quaerebat **P1γ**
314 et cum flagellis grauiter uerberasset **Vδ**
315 ac nihil promouere potuisset, **TT1$^2$γ**
316 sartagines iussit igniri: **P1γ**
317 Quibus ignitis et accensis **TTγδ**
318 eum qui primus locutus fuerat *****
319 et magis regem uirtutis et fidei constantia prouocauerat **Ton. Äqu. 4δ***
320 admoueri praecepit **Pγ**
321 et frigi producta et exsecta prius lingua quae confessa Deum fuerat: *****
322 Quod martyri gloriosius contigit. **T2δ**
323 Lingua enim confessa nomen Dei **TTγ**
324 prior ad Deum debuit ipsa proficisci. **TT1$^2$γ**
325 Post in secundo excogitatis acrioribus poenis, **P1δ**
326 antequam cetera membra torqueret, **P1γ**
327 cutem capitis cum capillis detraxit, **Pγ**
328 odio scilicet certo: **P1δ**
329 Nam cum
*caput uiri Christus*
330 sit et
*caput Christi Deus,*
331 qui caput laniabat in martyre **T2γδ**
332 Deum et Christum persequebatur in capite. **Tγδ**
333 Ad ille in martyrio suo fidens **Vδζ/1βδ**
334 et resurrectionis sibi praemium
335 de Dei remuneratione promittens **P1γ**
336 exclamauit et dixit: **P1γδ**
*Tu quidem, inpotens, ex hac praesenti uita nos perdis: Sed mundi rex defunctos nos pro suis legibus in aeternam uitae resurrectionem suscitabit.*
337 Tertius linguam postulatus **V3δ**
338 cito protulit. *****
339 Nam poenam linguae exsecandae iam didicerat a fratre contemnere. **T2γ**
340 Manus quoque amputandas constanter extendit **P1γ**
341 multum beatus genere isto supplicii, **Tγ**
342 cui contigit extensis ad poenam manibus passionis dominicae instar imitari. **TT1$^2$γ**
343 Nec non et quartus pari uirtute tormenta contemnens **P1γ**
344 et ad retundendum regem caelesti uoce respondens **P1γ**
345 exclamauit et dixit: **P1γδ**
*Potius est ad hominibus morti datos expectare spem a Deo iterum ab eo suscitatos. Tibi enim resurrectio ad uitam non erit.*
346 Quintus praeter quod carnificinam regis
347 et duros uariosque cruciatus fidei uigore calcabat, **P1γ**
348 ad praescientiam quoque et notitiam futurorum spiritu diuinitatis animatus **TT1$^2$γ**
349 prophetauit regi indignationem Dei et ultionem uelociter secuturam. **Vδ**
*Potestatem,*
350 inquit,
*inter homines habens cum sis corruptibilis, facis quod uis. Noli autem putare genus nostrum a Deo derelictum esse. Sustine et uide magna potestas eius qualiter te et semen tuum torquebit.*
351 Quale illud leuamentum fuit martyri, *****
352 quam magnum, quam grande solacium **T2γ**
353 in cruciatibus suis **Pδ**
354 non tormenta propria cogitare **Vδ**
355 sed tortoris sui supplicia praedicare! **Vδ**
356 In sexto uero non uirtus sola sed et humilitas praedicanda est, **Ton. Äqu. 4δθ***
357 nihil sibi martyrem uindicasse **V3δ**
358 nec confessionis suae honorem superbis uocibus uentilasse, **V3δ**
359 peccatis potius suis adscripsisse quod persecutionem a rege pateretur, **TT1$^2$γ**
360 Deo uero dedisse **Pγ**
361 quod postmodum uindicaretur. **P1**
362 Docuit esse martyras uerecundos, **Vδ**
363 de ultione fidere et nihil in passione iactare. **P1γ**
*Noli,*
364 inquit,

365 frustra errare. Nos enim propter nosmet ipsos haec patimur peccantes in Deum nostrum. Tu autem ne te existimes inpunitum futurum adgressus pugnare cum Deo.

366 Admirabilis quoque mater **Vδζ**

367 quae nec sexus infirmitate fracta **Ditr.**

368 nec multiplici orbitate commota **P1γ**

369 morientes liberos spectauit libenter **Pγ**

370 nec poenas illas pignorum sed glorias conputauit, **V3δ**

371 tam grande martyrium Deo praebens **Vδζ**

372 uirtute oculorum suorum **Pγ**

373 quam praebuerant filii eius tormentis et passione membrorum. **P1γ**

374 Cum sex punitis et occisis superesset unus ex fratribus, **T2γδ**

375 cui rex diuitias et potentatus et multa pollicebatur **P1**

376 ut crudelitas eius ac feritas uel unius subacti solacio foueretur, **Vδ**

377 et peteret ut ad filium deiciendum secum depraecaretur et mater, **P1γδ**

378 depraecata est illa, **P1γδ**

379 sed ut decebat martyrum matrem, **P1δ**

380 ut decebat legis et Dei memorem, *****

381 ut decebat filios suos non delicate sed fortiter diligentem. **V3δ**

382 Depraecata est enim, **Pγδ**

383 sed ut Deum confiteretur. **P1**

384 Depraecata est *****

385 ne a fratribus suis frater in consortio laudis et gloriae **(T2γδ)**

386 separaretur, **P1**

387 tunc se septem filiorum conputans matrem si sibi contingeret **Tγ**

388 filios septem Deo potius peperisse, non saeculo. **T2γδ**

389 Armans itaque eum et corroborans et feliciore tunc partu filium generans, **Tδ**
*fili,*

390 inquit,
*miserere mei quae te in utero mensibus decem portaui et lac triennio dedi et alui et in aetatem istam perduxi. Oro, fili, aspicias in caelum et terram et omnibus quae in eis sunt aspectis intellegas quia ex nihilo fecit illa Deus, fratribus effectus excipias mortem, ut in illa miseratione cum fratribus te recipiam.*

391 Magna laus matris in exhortatione uirtutis, **P1γ**

392 sed maior in Dei timore et in fidei ueritate, **Vδ**

393 quod nihil sibi aut filio de sex martyrum honore promisit **P1γ**

394 nec fratrum praecem profuturam credidit ad negantis salutem, **Pγ**

395 persuasit potius participem passionis fieri, *****

396 ut in iudicii die posset cum fratribus inueniri. **Vδ**

397 Post haec liberis suis commoritur et mater: **TTδε**

398 Neque enim aliud iam licebat **Vδε**

399 quam ut quae martyras et pepererat et fecerat in consortio illis gloriae iungeretur **V3δ**

400 et quos ad Deum praemiserat **Tγ**

401 ipsa quoque sequeretur. **Pγ**

402 Ac ne quis uel libelli uel alicuius rei oblata sibi occasione **P**

403 qua fallat amplectatur decipientium malum munus, **Vδζ**

404 nec Eliezer tacendus est.

405 Qui cum sibi a ministris regis offeretur facultas, **Pγ**

406 ut accepta carne qua liceret ei uesci **(TTγε)**

407 ad circumueniendum regem simularet se illa edere *** (Tβδ)**

408 quae de sacrificiis adque inlicitis cibis ingerebantur, **P1**

409 consentire ad hanc fallaciam noluit **T2δ**

410 dicens nec aetati suae nec nobilitati conuenire id fingere, **T2γδ**

411 quo ceteri scandalizarentur **(TT)**

412 et in errorem inducerentur existimantes Eliezerum nonaginta annos natum

413 ad alienigenarum morem relicta et prodita Dei lege transisse, **P1γ**

414 nec tanti esse lucrari breuia uitae momenta, **Pγ**

415 ut offenso Deo incurreret aeterna supplicia. **Tγ**

416 Adque ille excruciatus diu et in extremo iam constitutus, **Vγδ**

417 cum inter uerbera et tormenta moreretur, **TT1$^2$γ**

418 ingemescens ait:
*Domino, qui sanctam habet scientiam, manifestum est quia cum possim morte liberari durissimos dolores corporis tolero flagellis uapulans, animo autem propter ipsius metum libenter haec patior.*

419 Sincera prorsus fides et uirtus integra ac satis pura **P1βδ**

420 non regem Antiochum cogitasse sed Deum iudicem **(T)2βδ**

421 et scisse proficere sibi ad salutem non posse, **Pγδ**

422 si hominem derideret ac falleret, **T2γδ**

423 quando Deus qui conscientiae nostrae iudex est **(Ton. Äqu. 4δζθ)***

424 et solus timendus est **Tγζ**

425 nec derideri possit omnino nec falli. **Pγδ**

426 Si igitur et nos dicati ac deuoti Deo uiuimus, *****

427 si supra ipsa iustorum antiqua et sancta uestigia iter facimus, *** gl. Akzentfolge**

428 per eadem documenta poenarum, **P1γ**

429 per eadem passionum martyria pergamus, **TTδ**

430 hoc ampliorem gloriam conputantes temporis nostri, **P1δ**

431 quod cum uetera exempla numerentur, **TT1$^{2}$γ**

432 exuberante postmodum copia uirtutis ac fidei **Tγδ**

433 numerari non possunt martyres christiani **V3δ**

434 testante Apocalypsi et dicente: **TTγδ**

*Post haec uidi turbam multam quam dinumerare nemo poterat ex omni gente et ex omni tribu et populo et lingua stantes in conspectu throni et agni: et erant amicti stolas albas et palmae fuerunt in manibus eorum et magno clamore dicebant: Salus Deo nostro sedenti super thronum et agno. Et respondit unus ex senioribus dicens mihi: Qui amicti sunt stolas albas qui sunt et unde uenerunt? Et dixi ei: Domine, tu scis. Et ait mihi: Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et candidas eas fecerunt in sanguine agni. Propter hoc sunt in conspectu throni Dei et seruiunt ei et in templo eius.*

435 Quodsi tantus ostenditur et probatur christianorum martyrum populus, **Tδ**

436 nemo difficile uel arduum putet esse martyrem fieri, **Tδ**

437 quando uideat martyrum populum non posse numerari. **TT1$^{2}$γ**

438 XII. Quae spes et merces maneat iustos et martyras post conflictationes huius temporis et passiones.

439 Per Solomonem Spiritus sanctus **(P1δ)**

440 ostendit et praecanit dicens: **P1δ**

*Et si coronam hominibus tormenta passi sunt, spes eorum inmortalitate plena est: et in paucis uexati in multis bene disponentur, quoniam Deus temptauit illos et inuenit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace probauit illos et quasi holocaustam hostiam accepit illos, et in tempore erit respectus illorum. Iudicabunt nationes et dominabuntur populis, et regnabit dominus eorum in perpetuum.*

441 Item apud eundem uindicta nostra describitur **T2γ**

442 et persequentium nos adque infestantium paenitentia praedicatur. **Vδ**

*Tunc stabunt,*

443 inquit,

*iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustauerunt et qui abstulerunt labores eorum: uidentes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperatae salutis dicentes inter se, paenitentiam habentes et per angustiam spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in risu et in similitudine inproperii. Nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam et finem illorum sine honore. Quomodo conputati sunt inter filios Dei et inter sanctos sors illorum est? Ergo errauimus a uia ueritatis et iustitiae lumen non luxit nobis et sol non est ortus nobis. Lassati sumus iniquitatis uia et perditionis et ambulauimus solitudines difficiles, uiam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transierunt omnia illa tamquam umbra.*

444 Item in psalmo CXV praetium et merces passionis ostenditur. **T2γ**

*Praetiosa est,*

445 inquit,

*in conspectu Domini mors iustorum eius.*

446 Item in psalmo CXXV tristitia conflictationis et laetitia retributionis exprimitur. **Tγ**

*Qui seminant,*

447 inquit,

*in lacrimis in gaudio metent. Ambulantes ambulabant et plorabant mittentes semina sua: uenientes autem uenient in exultatione tollentes gremia sua.*

448 Et iterum in psalmo CXVIII:

*Beati qui inmaculati sunt in uia, qui ambulant in uia Domini. Beati qui perscrutantur martyria eius, in toto corde inquirunt eum.*

449 Item Dominus in euangelio, **(*)**

450 ultor ipse persecutionis nostrae et munerator,

451 passionis,

*beati,*

452 inquit,

*qui persecutionem passi fuerint propter iustitiam, quia ipsorum est regnum caelorum.*

453 Et iterum:

*Beati eritis, cum odio uos habuerint homines et separauerint uos et expulerint et maledixerint nomini uestro quasi nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate. Ecce enim merces uestra multa in caelis.*

454 Et iterum:

*Qui perdit animam suam propter me hic saluabit illam.*

455 Nec solos animaduersos et interfectos diuinae pollicitationis manent praemia, *

456 sed etiam si passio fidelibus desit, **P1δ**

457 fides tamen integra adque inuicta perstiterit **Tγ**

458 et contemptis ac relictis suis omnibus *

459 Christum se sequi christianus ostenderit, **T2γ**

460 ipse quoque a Christo inter martyras honoratur **Vδ**

461 pollicente ipso et dicente: **TTγδ**

*Nemo est qui relinquat domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios et non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem uenturo uitam aeternam.*

462 Item in Apocalypsi hoc idem loquitur, **(Tβδ)***

*et uidi,*

463 inquit,

*animas occisorum propter nomen Iesu et sermonem Dei.*

464 Et cum primo in loco posuisset occisos, **P1γ**

465 addidit dicens: **P1δ**

*Et quicumque imaginem bestiae non adorauerunt nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua.*

466 Quos uniuersos a se in eodem loco simul uisos coniungit ac dicit: **P1γδ**

*Et uixerunt et regnauerunt cum Christo.*

467 Viuere omnes dicit et regnare cum Christo, **P1γδ**

468 non tantum qui occisi fuerint, *****

469 sed quique in fidei suae firmitate et Dei timore perstantes **P1γ**

470 imaginem bestiae non adorauerint *****

471 neque ad funesta eius et sacrilega edicta consenserint. **T2γ**

472 XIII. Plus non accipere in passionis mercede quam quod hic sustinemus in ipsa passione.

473 Probat beatus apostolus Paulus **P1δ**

474 qui dignatione diuina **P1γ**

475 usque in tertium caelum adque in paradisum raptus

476 audisse se inenarrabilia testatur, **TTδ**

477 qui oculata fide Iesum Dominum uidisse se gloriatur, **V3γδ**

478 qui id quod et didicit et uidit **TTδε**

479 maioris conscientiae ueritate profitetur. **TT1$^2$γ**

*Non sunt,*

480 inquit,

*condignae passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quae reuelabitur in nobis.*

481 Quis ergo non omnibus uiribus elaboret ad claritatem tantam peruenire, **TTγ**

482 ut amicus Dei fiat, **(TTγε)**

483 ut cum Christo statim gaudeat, *****

484 ut post tormenta et supplicia terrena **TTδ**

485 praemia diuina percipiat? **Tγ**

486 Si militibus saecularibus gloriosum est **4δθ***

487 ut hoste deuicto redeant in patriam triumphantes, **Vδ**

488 quanto potior et maior est gloria **T2γδ**

489 uicto diabolo ad paradisum triumphantem redire **Pγ**

490 et unde Adam peccator eiectus est **T2γζ**

491 illuc prostrato eo qui ante deceperat **T2γ**

492 tropea uictricia reportare, **Vδ**

493 offerre Domino acceptissimum munus **P1δ**

494 incorruptam fidem,

495 uirtutem mentis incolumen, **Tγ**

496 laudem deuotionis inlustrem, **P1γ**

497 comitari eum cum uenire coeperit uindictam de inimicis recepturus, **TTγ**

498 lateri eius adsistere cum sederit iudicaturus, **P1**

499 coheredem Christi fieri, *****

500 angelis adaequari, **Vδ**

501 cum patriarchis,

502 cum apostolis, *****

503 cum prophetis **Ditr.**

504 caelestis regni possessione laetari. **P1γ**

505 Has cogitationes quae persecutio potest uincere, **Ton. Äqu. 4δζ***

506 quae possunt tormenta superare? **TT1$^2$γ**

507 Durat fortis et stabilis religiosis meditationibus fundata mens

508 et aduersus omnes diaboli terrores **(TTδ)**

509 et minas mundi **(P)1βδ**

510 animus inmobilis perstat **P1δ**

511 quem futurorum fides certa et solida corroborat.

512 Cluduntur in persecutionibus terrae, **P1δ**

513 sed patet caelum: **(P)1βδ**

514 minatur antichristus, **TTγ**

515 sed Christus tuetur: **Pγ**

516 mors infertur,

517 sed inmortalitas sequitur: **Tδ**

518 occiso mundus eripitur, **Tγ**

519 sed restituto paradisus exhibetur: **TTγ**

520 uita temporalis extinguitur, **(*)**

521 sed aeterna reparatur. **TT1$^2$γ**

522 Quanta est dignitas **T2γδ**

523 et quanta securitas **T2γ**

524 exire hinc laetum, **P1γδ**

525 exire inter pressuras et angustias gloriosum, **V3δ**

526 cludere in momento oculos, *****

527 quibus homines uidebantur et mundus, **P1γδ**

528 aperire eosdem statim,

529 ut Deus uideatur et Christus. **P1γδ**

530 Tam feliciter migrandi quanta uelocitas. **T2γ**

531 Terris repente subtraheris, **Tγ**

532 ut in regnis caelestibus reponaris. **Vδ**

533 Haec oportet mente et cogitatione conplecti, **P1γ**

534 haec die ac nocte meditari. **TT1$^2$γ**

535 Si talem persecutio inuenerit Dei militem, **Ton. Äqu. 4δζ***

536 uinci non poterit uirtus ad proelium prompta. **P1δ**

537 Vel si arcessitio ante praeuenerit, **Tγ**

538 sine praemio non erit fides **(Pβδ)**

539 quae erat ad martyrium praeparata: **Vδ**

540 sine damno temporis merces iudice Deo redditur: *****

541 in persecutione militia, **Tγ**

542 in pace conscientia coronatur. **Vδ**

## 1.4 Ad Quirinum

1 Incipit ad Quirinum liber primus
2 (Testimoniorum libri tres)
3 Cyprianus Quirino filio salutem.
4 Obtemperandum fuit,
5 fili carissime, **T**
6 desiderio tuo spiritali **Ditr./TTγε**
7 inpensissima petitione **Ditr.**
8 diuina magisteria poscenti, **TTδ**
9 quibus nos Dominus
10 per scripturas sanctas
11 erudire et instruere dignatus est,
12 ut a tenebris erroris abducti **P1γ**
13 et luce eius pura et candida luminati **V3δ**
14 uiam uitae per salutaria sacramenta teneamus. **TT1$^{2}$γ**
15 Et quidem sicut petisti, **Pγ**
16 ita a nobis sermo conpositus **Tγ**
17 et libellus conpendio breuiante digestus est, **T2γζ**
18 ut quae scribebantur
19 non copia latiore diffunderem, **T2γ**
20 sed quantum mediocris memoria suggerebat, **Vδ**
21 excerptis capitulis et adnexis **Vδε**
22 necessaria quaeque colligerem, **Tγ**
23 quibus non tam tractasse
24 quam tractantibus materiam praebuisse uideamur. **TT1$^{2}$γ**
25 Sed et legentibus breuitas eiusmodi plurimum prodest, **P1δ**
26 dum non intellectum legentis et sensum **P1γδ**
27 liber longior spargit, **P1δ**
28 sed subtiliore conpendio **T2γ**
29 id quod legitur
30 tenax memoria custodit. **TTδ**
31 Conplexus sum uero libellos duos
32 pari qualitate moderatos: **TT1$^{2}$γ**
33 unum quo ostendere enisi sumus,
34 Iudaeos
35 secundum quae fuerant ante praedicta **P1γ**
36 a Deo recessisse **TTγε/1β**
37 et indulgentiam Domini, **Tδ**
38 quae sibi et pridem data
39 et in posterum promissa fuerat, *****
40 perdidisse,
41 successisse uero in eorum locum Christianos **Ditr./TTγ**
42 fide Dominum promerentes **Vδ**
43 et de omnibus gentibus **T2δ**
44 ac de toto orbe uenientes. **TT1$^{2}$γ**
45 Item libellus alius continet Christi sacramentum, **TTγ**
46 quod idem uenerit, **(Tβδ)***
47 qui secundum scripturas adnuntiatus est, *****
48 et gesserit ac perfecerit uniuersa, **Vδ**
49 quibus intellegi et cognosci posse praedictus est: **T2γζ**
50 quae et legenti tibi interim prosunt **P1δ**
51 ad prima fidei liniamenta formanda. **P1γ**
52 Plus roboris tibi dabitur *****
53 et magis ac magis **Pγδ**
54 intellectus cordis operabitur
55 scrutanti scripturas ueteres ac nouas plenius *****
56 et uniuersa librorum spiritalium uolumina perlegenti. **Vδ**
57 Nam nos nunc de diuinis fontibus *****
58 inpleuimus modicum **Tδ**
59 quod tibi interim mitteremus. **V3δ**
60 Bibere uberius et saturari copiosius poteris, **Tδ**
61 si tu quoque ad eosdem diuinae plenitudinis fontes **P1δ**
62 nobiscum pariter poturus accesseris. **T2γ**
63 Opto te,
64 fili carissime, **Tγ**
65 semper bene ualere. **Pγ**
66 **Libellus primus**
67 I.Iudaeos in offensam Dei grauiter deliquisse, **Vδ**
68 quod Dominum reliquerint
69 et idola secuti sint. **Tγζ**
70 II.Item quod prophetis non crediderint *****
71 et eos interfecerint. **(*)**
72 III. Ante praedictum, **P1γ**
73 quod Dominum neque cognituri **TTγ**
74 neque intellecturi
75 neque recepturi essent.
76 IIII. Quod scripturas sanctas intellecturi
77 Iudaei non essent, **Pγδ**
78 intellegi autem haberent **Pγ**
79 in nouissimis temporibus,
80 posteaquam Christus uenisset. **Pγ**
81 V. Nihil posse Iudaeos intellegere de scripturis, **Vδε**
82 nisi prius crediderint in Christum. **TTδε**
83 VI. Quod Hierusalem perdituri essent
84 et terram quam acceperant relicturi. **Vδ**
85 VII. Item quod essent amissuri lumen Domini. *****
86 VIII. Quod circumcisio prima carnalis euacuata sit *****
87 et secunda spiritalis repromissa sit. **2βδ**
88 VIIII. Quod lex prior
89 quae per Moysen data est *****
90 cessatura esset. **Ditr.**

91 X. Quod lex noua dari haberet. **Pγ**
92 XI. Quod dispositio alia **Tδ**
93 et testamentum nouum
94 dari haberet. **Pγ**
95 XII. Quod baptisma uetus cessaret **Pγ**
96 et nouum inciperet. **Tγ**
97 XIII. Quod iugum uetus euacuaretur
98 et iugum nouum daretur. **Pγ**
99 XIIII. Quod pastores ueteres cessaturi essent
100 et noui inciperent. **Tγ**
101 XV. Quod domus et templum Dei
102 Christus futurus esset **Ditr.**
103 et cessasset templum uetus **TTγε**
104 et nouum coepisset. **Pγ**
105 XVI. Quod sacrificium uetus euacuaretur
106 et nouum celebraretur. **P**
107 XVII. Quod sacerdotium uetus cessaret **Pγ**
108 et nouus sacerdos ueniret **Pγ**
109 qui in aeternum futurus esset. **Ditr.**
110 XVIII. Quod propheta alius
111 sicut Moyses promissus sit, **Tγζ**
112 scilicet qui testamentum nouum daret **TTγε**
113 et qui magis audiri deberet. **Pγ**
114 XVIIII. Quod duo populi praedicti sint,
115 maior et minor, **Pγδ**
116 id est uetus Iudaeorum **TTγ**
117 et nouus
118 qui esset ex nobis futurus. **Pγ**
119 XX. Quod ecclesia
120 quae prius sterilis fuerit **Tδ**
121 plures filios habitura esset ex gentibus, **T2γδ**
122 quam quod synagoga ante habuisset. **TT1**$^{2}$**γ**
123 XXI. Quod gentes magis in
Christum crediturae essent.
124 XXII. Quod panem et calicem Christi **Pδ**
125 et omnem gratiam eius amissuri essent Iudaei, **Pγ**
126 nos uero accepturi, **TTγ**
127 et quod christianorum nouum nomen **TTγζ**
128 benediceretur in terris. **P1γδ**
129 XXIII. Quod ad regnum caelorum **Pγ**
130 magis gentes quam Iudaei perueniant. **Tγ**
131 XXIIII. Quod solo hoc Iudaei accipere
ueniam possint **Pδ**
132 delictorum suorum, **Pγ**
133 si sanguinem Christi occisi **Pγ**
134 baptismo eius abluerint **Tγ**
135 et in ecclesiam transeuntes **V3δ**
136 praeceptis eius obtemperauerint. **(T)**
137 . . . VIII. . . .
138 Item quod Adam primus a Deo factus
incircumcisus **(P)**
139 et Abel iustus
140 et Enoch
141 qui Deo placuit et translatus est**Ton. Äqu. 4δεθ***
142 et Noe
143 qui in terris omnibus
144 ob delicta pereuntibus
145 solus,
146 in quo humanum genus
seruaretur, electus est, **T2γζ**
147 et Melchisedech sacerdos,
148 secundum cuius ordinem *
149 Christus repromissus est: *
150 tunc quod illud signaculum feminis non proficit,
151 signo autem Domini omnes signantur. **Pγ**
152 . . . XX. . . .
153 Sic et Abrahae
154 cum de ancilla natus esset prior filius, *
155 Sarra sterilis diu mansit **Vδζ**
156 et sero in senecta de
pollicitatione peperit filium Isaac,
157 qui fuit typus Christi. **TTγε**
158 Sic et Iacob accepit uxores duas,
159 maiorem Liam
160 oculis infirmioribus typum synagogae, **TTγ**
161 minorem speciosam Rachel
162 typum ecclesiae, **T2γ**
163 quae et sterilis diu mansit **Vδζ**
164 et postea peperit Ioseph,
165 qui et ipse fuit typus Christi. **(TTγε)**
166 Et in Basilion I Helcana habet uxores duas,
167 Fenannam cum filiis
168 et Annam sterilem, *
169 ex qua nascitur Samuhel
170 non secundum generandi ordinem, *
171 sed secundum Dei miserationem et
promissionem, **(P)**
172 cum illa orasset in templo, **P1γδ**
173 et natus Samuhel typus fuit Christi. **(TTγε)**
174 Item in Basilion I:
*Steriles septem peperit, et quae*
*plurimos habebat filios, infirmata est.*
175 Filii autem septem **Vδζ**
176 sunt ecclesiae septem. **P1δ**
177 Vnde et Paulus ecclesiis septem scripsit, **Vδζ**
178 et Apocalypsis ecclesias septem ponit, **Vδζ**
179 ut seruetur septenarius numerus, **Tδ**
180 ut dies septem,
181 quibus Deus mundum fecit, **(TTγε)**
182 et angeli septem, **P1δ**
183 qui adsistunt et conuersantur ante faciem Dei, **Pδ**
184 sicut Rafahel angelus in Tobia dicit,

185 et lucerna septiformis
186 in tabernaculo martyrii
187 et oculi Domini septem, **Pδ**
188 qui mundum speculantur, **TTγ**
189 et lapis cum oculis septem, **Pδ**
190 ut Zacharias dicit,
191 et spiritus septem **P1δ**
192 et candelabra in Apocalypsi septem
193 et columnae septem, **gl. Akzentfolge**
194 super quas aedificauit domum sapientia
195 apud Solomonem.
196 Liber secundus:
197 I.Christum primogenitum esse **Pδ**
198 et ipsum esse sapientiam Dei, **Pδ**
199 per quem omnia facta sunt. **Tδζ**
200 II. Quod sapientia Dei Christus, **Vδζ**
201 et de sacramento concarnationis eius **Ditr.**
202 et passionis et calicis et altaris et apostolorum, **Ditr.**
203 qui missi praedicauerunt. **P1**
204 III. Quod Christus idem sit et sermo Dei.
205 IV. Quod Christus idem manus et brachium Dei.**Pδ**
206 V. Quod idem angelus et Deus. **TTδε**
207 VI. Quod Deus Christus. **(P)1βδ**
208 VII. Quod Christus Deus uenturus esset **Ditr.**
209 inluminator et saluator generis humani. **TTδ**
210 VIII. Quod cum a principio filius Dei fuisset, **Pγ**
211 generari denuo haberet secundum carnem.
212 VIIII. Quod hoc futurum esset signum natiuitatis eius, **Ditr.**
213 ut de uirgine nasceretur homo et Deus,
214 hominis et Dei filius. **(T)2βδ**
215 X. Quod et homo et Deus Christus **1βδ**
216 ex utroque genere concretus, **TTδ**
217 ut mediator esse inter nos et patrem posset.**(P)1βδ**
218 XI. Quod de semine Dauid **Pδ**
219 secundum carnem nasci haberet. **Pγ**
220 XII. Quod in Bethlem nasceretur.
221 XIII. Quod humilis in primo aduentu suo ueniret. **Pγ**
222 XIIII.Quod ipse sit iustus, **P1γδ**
223 quem Iudaei occisuri essent.
224 XV. Quod ipse dictus sit ouis et agnus, **Pγδ**
225 qui occidi haberet, **Pγ**
226 et de sacramento passionis. **TTγ**
227 XVI. Quod idem et lapis dictus sit. *****
228 XVII. Quod deinde idem lapis mons fieret
229 et inpleret totam terram. **TTγε**
230 XVIII. Quod in nouissimis temporibus
231 idem mons manifestaretur, **(TT)**
232 super quem gentes uenirent **Pγ**
233 et in quem iusti quique ascenderent. **T2γ**
234 XVIIII. Quod ipse sit sponsus **P1γδ**
235 ecclesiam habens sponsam, **Vδζ**
236 de qua filii spiritaliter nascerentur. **V3δ**
237 XX. Quod cruci illum fixuri essent Iudaei. **Pγ**
238 XXI. Quod in passione crucis et signo **Pγδ**
239 uirtus omnis sit et potestas. **Vγδε**
240 XXII. Quod in hoc signo crucis
241 salus sit omnibus, **Tγδ**
242 qui in frontibus notentur. **TTδ**
243 XXIII. Quod medio die **Pδ**
244 in passione eius **Ditr.**
245 tenebrae futurae essent.
246 XXIIII. Quod a morte non uinceretur **Ditr.**
247 nec apud inferos remansurus esset. **Ditr.**
248 XXV. Quod ab inferis tertio die resurget. **Pγ**
249 XXVI. Quod cum resurrexisset, **(P)**
250 acciperet a patre omnem potestatem, **Pγ**
251 et potestas eius aeterna sit. **T2γζ**
252 XXVII. Quod perueniri non possit ad Deum patrem
253 nisi per filium eius Iesum Christum. **gl. Akzentfolge**
254 XXVIII. Quod ipse iudex uenturus sit. **Tγζ**
255 XXVIIII. Quod ipse sit rex in aeternum regnaturus. **TTγ**
256 XXX. Quod ipse sit et iudex et rex.
257 . . . VI. . . . Quod si iusti qui fuerint **Tγδ**
258 et praeceptis diuinis obtemperauerint, **(T)**
259 dii dici possunt,
260 quanto magis Christus Deus Dei filius: *****
261 sicut ipse in euangelio dicit cata Iohannem: **Pγ**
262 . . . VIIII. . . . Hoc semen praedixerat Deus **Pδ**
263 de muliere procedere, **T2γ**
264 quod calcaret caput diaboli. **Tγ**
265 In Genesi:
266 . . . XVI. . . . Hic est lapis in Genesi,
267 quem ponit Iacob ad caput suum,
268 quia caput uiri Christus, **gl. Akzentfolge**
269 et dormiens uidet scalam **Vδζ**
270 ad caelum pertingentem, **TTγ**
271 in qua constitutus erat Dominus, *****
272 et angeli ascendebant et descendebant:
273 quem lapidem consecrauit et unxit **Pγδ**
274 sacramento unctionis **TTγ/Ditr.**
275 Christum significans. **Tγ**
276 Hic est lapis in Exodo,
277 super quem sedit Moyses **Pγ**
278 in cacumine collis, **Pδ**

| | | |
|---|---|---|
| 279 | quando Iesus Naue contra Amalech dimicabat, | |
| 280 | et sacramento lapidis | * |
| 281 | et stabilitate sessionis | **TTγ/Ditr.** |
| 282 | Amalech superatus est ab Iesu, | **TTγδε** |
| 283 | id est diabolus a Christo uictus est. | * |
| 284 | Hic est lapis magnus in Basilion primo, | |
| 285 | super quem posita est arca testamenti, | **TTγ** |
| 286 | quando eam ab allophylis remissam et redditam | **T2γδ** |
| 287 | in plaustro boues reportauerunt. | **Pγ** |
| 288 | Hic est lapis item in Basilion primo, | |
| 289 | quo Dauid frontem Goliae percussit et occidit, | **TTγδ** |
| 290 | significans diabolum et seruos eius inde prosterni uictos scilicet ea capitis parte, | **Pδ** |
| 291 | quam signatam non habent: | **Pγδ** |
| 292 | quo signo nos et tuti sumus semper et uiuimus. | **T2γδ** |
| 293 | Hic est lapis, | |
| 294 | quem cum alienigenas Israhel uicisset, | |
| 295 | statuit Samuhel et appellauit nomen eius Abennezer | |
| 296 | id est lapis auxiliator. | **(P)** |
| 297 | ... XVIIII. ... Huius rei mysterium ostensum est apud Iesum Naue, | |
| 298 | quando iussus est | |
| 299 | excalciare se, | |
| 300 | quod scilicet sponsus non ipse esset | **Ditr.** |
| 301 | – erat enim in lege, | **Pγδ** |
| 302 | ut quisque nuptias recusaret | **Vδ** |
| 303 | calciamentum deponeret, | **Tγ** |
| 304 | calciaretur uero ille | |
| 305 | qui sponsus futurus esset –: | **Ditr.** |
| 306 | incipit liber tertius | |
| 307 | Cyprianus Quirino filio salutem. | **TTδ** |
| 308 | Pro fide ac deuotione tua, | |
| 309 | quam Domino Deo exhibes, | * |
| 310 | fili carissime, | **(Tγ)** |
| 311 | petisti, | |
| 312 | ut ad instruendum te | |
| 313 | excerperem de scripturis sanctis | |
| 314 | quaedam capitula | **Tγ** |
| 315 | ad religiosam sectae nostrae disciplinam pertinentia, | (*) |
| 316 | lectionis diuinae succinctam diligentiam quaerens, | **P1δ** |
| 317 | ut animus Deo deditus | * |
| 318 | non longis aut multis librorum uoluminibus fatigetur, | **Vδ** |
| 319 | sed eruditus breuiario praeceptorum caelestium habeat | **Tδ** |
| 320 | ad fouendam memoriam suam | **Pδ** |
| 321 | salubre et grande conpendium. | **T2γ** |
| 322 | Et quia tibi plenum dilectionis obsequium debeo, | **Tδ** |
| 323 | feci quod petisti, | **TTγδ** |
| 324 | ut laborarem semel, | |
| 325 | ne tu semper laborares. | **TTγ** |
| 326 | Quantum potuit itaque | **Tδ** |
| 327 | mediocritas nostra conplecti, | **P1γ** |
| 328 | collecta sunt a me | |
| 329 | quaedam praecepta dominica | **Tγ** |
| 330 | et magisteria diuina | **TTδ** |
| 331 | quae esse et facilia et utilia legentibus possint, | **P1δ** |
| 332 | dum in breuiarium pauca digesta | **P1γ** |
| 333 | et uelociter perleguntur | **V3δ** |
| 334 | et frequenter iterantur. | **TT1**$^{2}$**γ** |
| 335 | Opto te, | |
| 336 | fili carissime, | **(Tγ)** |
| 337 | semper bene ualere. | **(Pγ)** |
| 338 | I. De bono operis et misericordiae. | **(T)** |
| 339 | II. In opere et elemosynis, | **(P)** |
| 340 | etiamsi per mediocritatem minus fiat, | **TTγε** |
| 341 | ipsam uoluntatem satis esse. | **(TTγε)** |
| 342 | III. Agapem et dilectionem fraternam | **Pγ** |
| 343 | religiose et firmiter exercendam. | **Vδ** |
| 344 | IIII. In nullo gloriandum, | **TTγ/Ditr.** |
| 345 | quando nostrum nihil sit. | * |
| 346 | V. Humilitatem et quietem in omnibus tenendam. | **TTδ** |
| 347 | VI. Bonos quosque et iustos | **P1γδ** |
| 348 | plus laborare sed tolerare debere, | **P1γ** |
| 349 | quia probantur. | **Pγ** |
| 350 | VII. Non contristandum Spiritum sanctum quem accepimus. | * |
| 351 | VIII. Iracundiam uincendam esse, | **Ditr.** |
| 352 | ne cogat delinquere. | **Tγ** |
| 353 | VIIII. Inuicem se fratres sustinere debere. | **P1γ** |
| 354 | X. In Deum solum fidendum | **Pγ** |
| 355 | et in ipso gloriandum. | **TTγ** |
| 356 | XI. Eum | |
| 357 | qui fidem consecutus est | * |
| 358 | exposito priore homine | * |
| 359 | caelestia tantum et spiritalia | * |
| 360 | cogitare debere | **P1γ** |
| 361 | nec adtendere ad saeculum, | |
| 362 | cui iam renuntiauit. | **(P)** |
| 363 | XII. Non iurandum. | |
| 364 | XIII. Non maledicendum. | **(P)** |
| 365 | XIV. Numquam mussitandum, | **TTγ** |
| 366 | sed circa omnia quae accidunt | |

367 benedicendum Deum.

368 XV. Ad hoc temptari homines a Deo, ut probentur. **TTγδ**

369 XVI. De bono martyrii. **Tγ**

370 XVII. Minora esse **Ditr.**

371 quae in saeculo patimur **Tδ**

372 quam sit praemium quod promissum est. **Ton. Äqu. 4δεθ***

373 XVIII. Dilectioni Dei et Christi **Pγδ**

374 nihil praeponendum. **TTγ**

375 XIX. Voluntati non nostrae sed Dei obtemperandum. **Ditr.**

376 XX. Fundamentum et firmamentum spei et fidei **Tγδ**

377 esse timorem. **Pγ**

378 XXI. Non temere de altero iudicandum. **V3δ**

379 XXII. Accepta iniuria **Tγ**

380 remittendum et ignoscendum. **Vγδ**

381 XXIII. Vicem malis non referendam. **(Pβ)**

382 XXIV. Non posse ad patrem uenire **Pγ**

383 nisi per Christum. **Pγδ**

384 XXV. Ad regnum Dei,

385 nisi baptizatus et renatus quis fuerit, **Tγδ**

386 peruenire non posse. **P1γδ**

387 XXVI. Parum esse baptizari **TTγ**

388 et eucharistiam accipere, **Tδ**

389 nisi quis factis et opere proficiat.

390 XXVII. Baptizatum quoque gratiam perdere **T2δ**

391 quam consecutus sit, *

392 nisi innocentiam seruet. **P1δ**

393 XXVIII. Non posse in ecclesia remitti ei

394 qui in Deum deliquerit. **Tγ**

395 XXVIIII. De odio nominis **Tδ**

396 ante praedictum. **P1γ**

397 XXX. Quod quis Deo uouerit *

398 cito reddendum. **Pγ**

399 XXXI. Eum qui non crediderit *

400 iam iudicatum esse. **Ditr.**

401 XXXII. De bono uirginitatis et continentiae. **4γδ***

402 XXXIII. Nihil patrem iudicare sed filium **T2γδ**

403 et patrem ab eo non honorificari, **(TT)**

404 a quo non honorificetur filius. *

405 XXXIV. Fidelem gentiliter uiuere non oportere. **(P)1β**

406 XXXV. Deum ad hoc patientem esse, **Ditr.**

407 ut non paeniteat peccati nostri

408 et reformemur. **(P)1β**

409 XXXVI. Mulierem ornari saeculariter non debere. **Vδε**

410 XXXVII. Fidelem non oportere

411 ob alia delicta **TTδ**

412 nisi ob nomen solum puniri. **Pγ**

413 XXXVIII. Seruum Dei innocentem esse debere, **P1γ**

414 ne incidat in poenam saecularem. **TTγ**

415 XXXIX. Datum nobis esse exemplum uiuendi in Christo. **Pγδ**

416 XL. Non iactanter nec tumultuose operandum. **TTγ**

417 XLI. Inepte et scurriliter non loquendum. **V3δε**

418 XLII. Fidem totum prodesse **Pγ**

419 et tantum nos posse **Pγδ**

420 quantum credimus. *

421 XLIII. Posse eum statim consequi *

422 qui uere crediderit. **Tγ**

423 XLIIII. Fideles inter se disceptantes

424 non debere gentilem iudicem experiri. **Vδ**

425 XLV. Spem futurorum esse **Ditr.**

426 et ideo fidem circa ea quae promissa sunt *

427 patientem esse debere. **P1γ**

428 XLVI. Mulierem in ecclesia tacere debere. **P1γ**

429 XLVII. Delicto et merito nostro fieri, *

430 ut laboremus

431 nec Dei opem in omnibus sentiamus. **V3δ**

432 XLVIII. Non faenerandum. **Ditr.**

433 XLIX. Inimicos quoque diligendos. **TTγ**

434 L. Sacramentum fidei non esse profanandum. **TTγ**

435 LI.Quod nemo in opere suo extolli debeat. *

436 LII. Credendi uel non credendi libertatem **TTγ**

437 in arbitrio positam. **Tδ**

438 LIII. Dei arcana perspici non posse **TTδε**

439 et idcirco fidem nostram simplicem esse debere. **P1γ**

440 LIIII. Neminem contristari morte debere, **P1γ**

441 cum sit in uiuendo labor et periculum, *

442 in moriendo pax et resurgendi securitas. **Tγ**

443 LV. Non hominibus sed Deo placendum. **Pγ**

444 LVI. Deum nihil latere **Pγ**

445 ex his quae geruntur. **(Pβγ)**

446 LVII. Fidelem emendari et reseruari. **Vγδ**

447 LVIII. Neminem contristari morte debere, **P1γ**

448 cum sit in uiuendo labor et periculum, *

449 in moriendo pax et resurgendi securitas. **Tγ**

450 LIIII. De idolis

451 quae gentiles deos putant. **TTγε**

452 LX. Ciborum nimiam concupiscentiam **T2**

453 non adpetendam. **Ditr.**

454 LXI. Matrimonium cum gentilibus non iungendum. **Vδε**

455 LXII. Possidendi concupiscentiam et pecuniam **Ton. Äqu. 4δε**

456 non adpetendam. **Ditr.**

457 LXIII. Grauius delictum esse fornicationis. **(TT)**

458 LXIV. Quae sint carnalia **(Tβγ)**

459 quae mortem pariant *****

460 et quae spiritalia

461 quae ad uitam ducant.

462 LXV. Omnia delicta in baptismo deponi. **Pγ**

463 LXVI. Disciplinam Dei

464 in ecclesiasticis praeceptis obseruandam. **TTγ**

465 LXVII. Praedictum

466 quod disciplinam sanam aspernaturi essent.

467 LXVIII. Recedendum ab eo **Pγδ**

468 qui inordinate et contra disciplinam uiuat.

469 LXVIIII. Non in sapientia mundi **P1δ**

470 nec in eloquentia

471 esse regnum Dei **TTγε**

472 sed in fide crucis

473 et uirtute conuersationis. **(TT)**

474 LXX. Parentibus obsequendum. **Vδ**

475 LXXI. Patres quoque asperos esse circa filios non oportere. **(P)1β**

476 LXXII. Seruos,

477 cum crediderint,

478 plus dominis carnalibus seruire debere. **P1γ**

479 LXXIII. Item dominos mitiores esse debere. **P1γ**

480 LXXIIII. Viduas probatas quasque honorandas. **TTγ**

481 LXXV. Suorum et maxime fidelium curam

482 plus unumquemque habere debere. **P1γ**

483 LXXVI. Maiorem natu

484 non temere accusandum. **Vδ**

485 LXXVII. Peccantem publice obiurgandum. **Vδ**

486 LXXVIII. Cum hereticis non loquendum. **Vδε**

487 LXXVIIII. Innocentiam fidenter petere et inpetrare. **Ditr.**

488 LXXX. Nihil licere diabolo in homine,

489 nisi Deus permiserit. **Tγ**

490 LXXXI. Mercedem mercennario cito reddendam. **Pγ**

491 LXXXII. Non augurandam. **Ditr.**

492 LXXXIII. Cirrum non habendum. **TTγδ**

493 LXXXIIII. Non uellendum.

494 LXXXV. Surgendum, cum episcopus aut presbyter ueniat. **Tδ**

495 LXXXVI. Schisma non faciendum, **(Pβ)**

496 etiamsi in una fide

497 et in eadem traditione

498 permaneat qui recedit. **Vδε**

499 LXXXVII. Fideles simplices cum prudentia esse debere. **P1γ**

500 LXXXVIII. Fratrem non circumueniendum. **(TT)**

501 LXXXIX. Subito uenire finem mundi. **TTγε**

502 XC. Vxorem a uiro non recedere

503 aut, si recesserit, innuptam manere. **Pγ**

504 XCI. Tantum unumquemque temptari **P1γ**

505 quantum potest sustinere. **TTγ**

506 XCII. Non quidquid licet esse faciendum. **TT1$^2$γ**

507 XCIII. Praedictum quod heresis futurae essent.

508 XCIIII. Cum timore et cum honore

509 eucharistiam accipiendam. **(P)**

510 XCV. Bonis conuiuendum, **TTγ**

511 malos autem uitandos. **Pγ**

512 XCVI. Factis, non uerbis operandum. **TTγ**

513 XCVII. Et ad fidem et ad consecutionem **Ditr.**

514 properandum esse. **Ditr.**

515 XCVIII. Catecuminum peccare iam non debere. **(Pβγ)**

516 XCIIII. Iudicium secundum tempora futurum **TT1$^2$γ**

517 uel aequitatis ante legem **TTγε**

518 uel legis post Moysen. **Pγδ**

519 C. Gratiam Dei gratuitam esse debere. **P1γ**

520 CI. Spiritum sanctum in igni frequenter apparuisse.

521 CII. Correptionem bonos quosque libenter audire debere. **P1γ**

522 CIII. A multiloquentia temperandum. **V3δ**

523 CIV. Non mentiendum. **Ditr.**

524 CV. Frequenter emendandos **TTγ**

525 qui delinquunt in domestico ministerio. **Ton. Äqu. 4δ***

526 CVI. Iniuria accepta **TTδ**

527 patientiam tenendam et ultionem Deo relinquendam. **TTγ**

528 CVII. Non detrahendum. **Ditr.**

529 CVIII. Non esse proximo insidiandum. **(P)**

530 CIIII. Infirmos uisitandos. **TTγ**

531 CX. Susurrones maledictos esse.

532 CXI. Sacrificia malorum acceptabilia non esse. **TTδε**

533 CXII. Grauius iudicari de his

534 qui in saeculo plus habuerint potestatis. **Vδ**

535 CXIII. Viduam et pupillos protegi oportere. **Vδ**

536 CXIV. Dum in carne est quis,

537 exhomologesin facere debere. **TTδ**

538 CXV. Adulationem perniciosam esse. **Ditr.**

539 CXVI. Plus ab eo diligi Deum, **Pδ**

540 cui in baptismo plura peccata dimittuntur. **TTγ**

541 CXVII. Fortem congressionem esse **Ditr.**

542 aduersus diabolum **Tγ**

543 et ideo fortiter nos stare debere, **P1γ**

544 ut possimus uincere. *****

545 CXVIII. De antichristo

546 quod in homine ueniat. **Tδ**
547 CXIX. Graue fuisse iugum legis **TTγε**
548 quod a nobis adiectum est **Tγζ**
549 et leue esse iugum Domini *****
550 quod a nobis susceptum est. **Tγζ**
551 CXX. Orationibus insistendum. **Vδ**
552 . . .
553 XXXII. De hoc ipso in Exodo **Tγδ**
554 cum praecepisset Deus Moysi,
555 ut sanctificauit populum in diem tertium, *****
556 sanctificauit ille et adiecit: **TTγδ**
557 . . .
558 XXXIIII. De hoc ipso
559 quod segregare se quis debeat a gentilibus **Ton. Äqu. 4δε***
560 ne sit socius culpae **Pδ**
561 et fiat particeps plagae in Apocalypsi: . . . **P**
562 LXII. Matrimonium cum gentilibus non iungendum.
563 . . .
564 Item in Genesi mittit puerum suum Abraham, **Ton. Äqu. 4δζ***
565 ut de semine suo accipiatur Rebecca filio eius Isaac.
566 Item in Hesdra satis non fit Deo,
567 cum uastarentur Iudaei,
568 nisi alienigenas uxores cum filiis quoque, **Pδ**
569 quos ex illis procreauerant, reliquissent. **Vδ**
570 . . . LXXX. . . . Item in Iob prius Deus permisit, **Pγ**
571 et tunc diabolo licuit, **Tδ**
572 et in euangelio
573 Dominus ante permisit **P1γ**
574 dicendo Iudae:
575 . . . CI. . . . Item in sacrificiis
576 quaecumque accepto habebat Deus
577 descendebat ignis de caelo **Pγδ**
578 qui sacrificata consumeret. **T2γ**
579 Item in Exodo **Tγδ**
580 in flamma ignis
581 apparuit angelus Domini de rubo. **TTδε**

## 1.5 De bono patientiae

1 **1** De patientia locuturus, **Vδ**
2 fratres dilectissimi,
3 et utilitates eius et commoda praedicaturus **P1**
4 unde potius incipiam
5 quam quod nunc quoque ad audientiam uestram **P1δ**
6 patientiam uideo esse necessariam, *****
7 ut nec hoc ipsum
8 quod auditis et discitis **T2γδ**
9 sine patientia facere possitis? **TTδ**
10 Tunc enim demum **(P)1βδ**
11 sermo et ratio salutaris efficaciter discitur, **T2γ**
12 si patienter quod dicitur audiatur. **Vδ**
13 Nec inuenio,
14 fratres dilectissimi,
15 inter ceteras disciplinae caelestis uias
16 quibus
17 ad consequenda diuinitus praemia **T2δ**
18 spei ac fidei nostrae secta dirigitur **Tγ**
19 quid magis sit uel utilius ad uitam **TTδε**
20 uel maius ad gloriam **T2γδ**
21 quam ut qui praeceptis dominicis **Tγ**
22 obsequio timoris ac deuotionis innitimur **T2γ**
23 patientiam maxime **T2δ**
24 tota obseruatione tueamur. **TT1$^{2}$γ**

1 **2** Hanc se sectari **Pβγ**
2 philosophi quoque profitentur, **TTγ**
3 sed tam illic patientia falsa est **T2δζ**
4 quam et falsa sapientia est.
5 Vnde enim uel sapiens esse **Pδ**
6 uel patiens possit **Pδ**
7 qui nec sapientiam nec patientiam Dei nouit? **Vδζ**
8 Quando ipse de his **Ditr.**
9 qui sibi sapere in mundo uidentur **Pγ**
10 moneat et dicat: **TTδε**
*Perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo,* [Is. 29, 14b]
11 item beatus apostolus Paulus **P1δ**
12 plenus Spiritu sancto **P1δ**
13 et uocandis formandisque gentibus missus **P1δ**
14 contestetur et instruat dicens: **P1δ**
*Videte ne qui uos depraedetur per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis.* [Col. 2, 8.9]
15 Et alio loco, **Pδ**
*Nemo se,*
16 inquit,
*decipiat. Si qui putat sapientem se esse in uobis, mundo huic stultus fiat ut fiat sapiens. Sapientia enim mundi huius stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: reprehendens sapientes in astutia ipsorum. Et iterum: Cognouit Deus cogitationes sapientium quia sunt stultae.* [I Cor. 3, 18-20]
17 Quare si sapientia illic uera non est, **Ditr.**
18 esse non potest et uera patientia.
19 Nam si patiens ille est **Tδζ**

20 qui est humilis et mitis, **TTδε**
21 philosophos autem nec humiles uidemus esse nec mites **P1γδ**
22 sed sibi multum placentes **Tγ**
23 et hoc ipso
24 quod sibi placeant *
25 Deo displicentes, **TTγ/Ditr**
26 apparet illic non esse patientiam,
27 ubi sit insolens affectatae libertatis audacia **T2γ**
28 et exerti ac seminudi pectoris *
29 inuerecunda iactantia. **T2γ**

1 **3** Nos autem,
2 fratres dilectissimi,
3 qui philosophi non uerbis sed factis sumus,
4 nec uestitu sapientiam
5 sed ueritate praeferimus, **Tγ**
6 qui uirtutum conscientiam magis quam iactantiam nouimus, **T2δ**
7 qui non loquimur magna sed uiuimus, **T2γδ**
8 quasi serui et cultores Dei
9 patientiam
10 quam magisteriis caelestibus discimus **T2δ**
11 obsequiis spiritalibus praebeamus. **V3δ**
12 Est enim nobis cum Deo uirtus ista communis. **P1γ**
13 Inde patientia incipit, **T2δ**
14 inde claritas eius et dignitas caput sumit. **Vδζ**
15 Origo et magnitudo patientiae
16 Deo auctore procedit. **P1γ**
17 Diligenda res homini **Tγδ**
18 quae Deo cara est: */2βδζ
19 bonum quod amat **Pγδ**
20 maiestas diuina commendat. **P1γ**
21 Si dominus nobis et pater Deus est, *
22 sectemur patientiam domini pariter et patris, **TTδε**
23 quia et seruos esse oportet obsequentes **TTγ**
24 et filios non decet esse degeneres. **Tγ**

1 **4** Qualis uero in Deo et quanta patientia,
2 quod in contumeliam suae maiestatis et honoris **TT1**$^{2}$**γδ**
3 instituta ab hominibus profana templa **Ditr.**
4 et terrena figmenta **P1γ**
5 et sacra sacrilega **Tγ**
6 patientissime sustinens, **T2δ**
7 super bonos et malos aequaliter facit diem nasci **TTγε/1βδ**
8 et lumen solis oboriri, **TT1**$^{2}$**γ**
9 et cum imbribus terras rigat, **Vδζ**
10 nemo a beneficiis eius excluditur **T2γ**
11 quominus iustis similiter et iniustis **Vδε**
12 indiscretas pluuias largiatur! **Vδ**
13 Videmus inseparabili aequalitate patientiae
14 nocentibus et innoxiis, **Ton. Äqu. 4δε***
15 religiosis et impiis, **Tγδ**
16 gratias agentibus et ingratis **Vδε**
17 Dei nutu
18 tempora obsequi, **Tδ**
19 elementa famulari, **TT1**$^{2}$**γ**
20 spirare uentos, **Ditr.**
21 fontes fluere, *
22 grandescere copias messium, **T2δ**
23 fructus mitescere uinearum, **Vδ**
24 exuberare pomis arbusta, **Pγ**
25 nemora frondescere,
26 prata florere. **Pγ**
27 Et cum crebris immo continuis exacerbetur offensis Deus,
28 indignationem suam temperat *
29 et praestitutum semel retributionis diem
30 patienter exspectat, **P1γ**
31 cumque habeat in potestate uindictam, **P1γ**
32 mauult diu tenere patientiam,
33 sustinens scilicet clementer et differens, **T2γδ**
34 ut,
35 si fieri potest, **Pδ**
36 multum malitia protracta aliquando mutetur **P1γ**
37 et homo in errorum et scelerum contagio uolutatus **Vδ**
38 uel sero ad Deum conuertatur **TTγ**
39 ipso monente et dicente: **TTγδ**
*Nolo mortem morientis, quantum ut reuertatur et uiuat.* [Ez. 18, 32]
40 Et iterum:
*Reuertimini ad Dominum Deum uestrum, quoniam misericors et pius est et patiens et multae miserationis et qui sententiam flectat aduersus malitias irrogatas.* [Ioel. 2, 13b]
41 Quod beatus apostolus Paulus commemorans **Tγ**
42 et peccatorem ad paenitentiam reuocans **Tδ**
43 proponit et dicit: **P1γδ**
*An numquid opulentiam bonitatis eius et sustinentiam et patientiam contemnis ignorans quoniam patientia et bonitas Dei ad paenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam et cor impaenitens thesaurizas tibi iram in diem irae et reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua.* [Rom. 2, 4-6]
44 Iustum iudicium Dei dixit esse, **TTγε**
45 quia serum est, *
46 quia diu multumque differtur **P1γ**
47 ut homini ad uitam longa Dei patientia consulatur. **V3δ**

48 Tunc repraesentatur poena impio et peccatori,
49 quando iam non potest paenitentia prodesse peccati. **P1γ**

1 **5** Atque ut plenius intellegere possimus, **TTδ**
2 fratres dilectissimi,
3 quia patientia Dei res est **Vδζη**
4 et quisque lenis patiens et mitis est
5 Dei patris imitator est, *
6 cum in euangelio suo **Pδ**
7 Dominus praecepta in salutem daret
8 et diuina monita depromens **TTδ**
9 ad perfectum discipulos erudiret, **Vδ**
10 posuit et dixit: **TTδε**
*Audistis quia dictum est: diliges proximum tibi et odio habebis inimicum tibi. Ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros et orate pro eis qui uos persequuntur, ut sitis filii patris uestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Si enim dilexeritis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne et publicani sic faciunt? Et si salutaueritis fratres uestros tantum, quid amplius facitis? Nonne et ethnici id ipsum faciunt? Eritis itaque uos perfecti, quomodo pater uester caelestis perfectus est.* [Mt. 5, 43-48]
11 Sic perfectos dixit fieri Dei filios, *
12 sic consummari ostendit et docuit **Tγδ**
13 caelesti natiuitate reparatos, **TT1$^2$γ**
14 si patientia Dei patris maneat in nobis, **TTδε**
15 si similitudo diuina **Pγ**
16 quam peccato Adam perdiderat **Tγ**
17 manifestetur et luceat **Tγδ**
18 in actibus nostris. **P1δ**
19 Quae gloria est
20 similem Deo fieri, **Ton. Äqu. 4δζ***
21 qualis et quanta felicitas **T2γ**
22 habere in uirtutibus *
23 quod diuinis laudibus possit aequari! **P1γ**

1 **6** Nec hoc,
2 fratres dilectissimi,
3 Iesus Christus Dominus et Deus noster
4 tantum uerbis docuit, *
5 sed impleuit et factis. **P1γδ**
6 Et qui ad hoc descendisse se dixerat **T2γδ**
7 ut uoluntatem patris faceret, *
8 inter cetera mirabilia uirtutum **TTδ**
9 quibus indicia diuinae maiestatis expressit **P1γ**
10 paternam quoque patientiam
11 tolerantiae tenore seruauit. **P1γ**
12 Omnis denique actus eius **Ditr.**
13 ab ipso statim aduentu **Pγ**
14 patientia comite signatur, **TTδ**
15 quod primum de illa sublimitate caelesti **P1γ**
16 ad terrena descendens **P1γ**
17 non aspernatur Dei filius **2βδ***
18 carnem hominis induere
19 et cum peccator ipse non esset **P1γδ**
20 aliena peccata portare, **P1γ**
21 immortalitate interim posita **TTδ**
22 fieri se mortalem patitur *
23 ut innocens pro nocentium salute perimatur. **TT1$^2$γ**
24 Dominus baptizatur a seruo **P1γδ**
25 et remissam peccatorum daturus **Pγ**
26 ipse non dedignatur **Pβ**
27 lauacro regenerationis corpus abluere. **Tγ**
28 Diebus quadraginta ieiunat **P1γ**
29 per quem ceteri saginantur: **Vδ**
30 esurit et famem sentit,
31 ut qui in fame sermonis et gratiae fuerant **Tδ**
32 caelesti pane saturentur. **TT1$^2$γ**
33 Cum diabolo temptante congreditur **Tγ**
34 et inimicum tantum uicisse contentus **P1γ**
35 nihil ultra uerba conatur. **P1γ**
36 Discipulis non ut seruis **Vδεζ**
37 dominica potestate praefuit, *
38 sed benignus et mitis **P1γδ**
39 fraterna eos caritate dilexit, **P1γ**
40 dignatus etiam pedes apostolorum lauare, **Pγ**
41 ut dum circa seruos talis est dominus, **Tγδ**
42 exemplo suo doceret **Pγ**
43 qualis circa compares et aequales **Vδε**
44 debeat esse conseruus. **P1γ**
45 Nec mirandum
46 quod circa obaudientes talis extiterit **Tγ**
47 qui Iudam potuit usque ad extremum **TTγδ**
48 longa patientia sustinere, **V3δ**
49 cibum cum inimico capere, *
50 hostem domesticum scire **P1δ**
51 nec palam ostendere, **Tγ**
52 traditoris osculum non recusare. **(P)1β**
53 In Iudaeis uero tolerandis **TTγ**
54 aequanimitas quanta **Pδ**
55 et quanta patientia! **(*)**
56 Incredulos ad fidem suadendo flectere, *
57 obsequio ingratos fouere, **Pγ**
58 contradicentibus respondere leniter, *
59 superbos sustinere clementer, **P1γ**
60 humiliter persequentibus cedere, **T2δ**
61 prophetarum interfectores **(P)**

62 et aduersus Deum semper rebelles **Pγ**
63 usque ad crucis et passionis horam **Ditr.**
64 uelle colligere! **Tγ**

1 **7** Sub ipsa autem passione et cruce, **Pγδ**
2 priusquam ad crudelitatem necis
3 et effusionem sanguinis ueniretur, **Vδ**
4 quae conuiciorum probra patienter audita, **P1γ**
5 quae contumeliarum tolerata ludibria, **Tγ**
6 ut insultantium sputamina exciperet
7 qui sputo suo caeci oculos
paulo ante formasset **P1γ**
8 et cuius nomine a seruis nunc eius **Pγδ**
9 diabolus cum angelis suis flagellatur **TTγ**
10 flagella ipse pateretur, **TT1**$^{2}$**γ**
11 coronaretur spinis
12 qui martyras floribus coronat aeternis, **P1γ**
13 palmis in faciem uerberaretur **P1**
14 qui palmas ueras uincentibus tribuit, **Tδ**
15 spoliaretur ueste terrena **P1γ**
16 qui indumento immortalitatis **Ditr.**
17 ceteros uestit, **P1δ**
18 cibaretur felle
19 qui cibum caelestem dedit,
20 aceto potaretur **TTγ**
21 qui salutari poculo propinauit: **Vδ**
22 ille innocens, *
23 ille iustus **Ditr.**
24 immo innocentia ipse **Pδ**
25 et ipse iustitia **Tγ**
26 inter facinorosos deputatur **TTγ**
27 et testimoniis falsis **P1δ**
28 ueritas premitur, **Tδ**
29 iudicatur iudicaturus **P1**
30 et Dei sermo **1βδ**
31 ad uictimam tacens ducitur. *
32 Et cum ad crucem Domini *
33 confundantur sidera, *
34 elementa turbentur, **P1γ**
35 contremescat terra,
36 nox diem cludat, **(P)1βδ**
37 sol
38 ne Iudaeorum facinus aspicere cogatur **TTδ**
39 et radios et oculos suos subtrahat, *
40 ille non loquitur nec mouetur **Vδζ**
41 nec maiestatem suam
42 sub ipsa saltem passione profitetur: **TT1**$^{2}$**γ**
43 usque ad finem **P1γδ**
44 perseueranter ac iugiter **T2γδ**
45 tolerantur omnia *
46 ut consummetur in Christo **P1γ**
47 plena et perfecta patientia. (*)

1 **8** Et post ista adhuc interfectores suos,
2 si conuersi ad eum uenerint, *
3 suscipit
4 et patientia salutari **Vδ**
5 ad conseruandum benignus **Pγ**
6 ecclesiam suam **Pδ**
7 nemini cludit. **P1δ**
8 Illos aduersarios, *
9 illos blasphemos, **Pγ**
10 illos nominis sui semper inimicos, **TT1**$^{2}$**γ**
11 si paenitentiam delicti agant,
12 si admissum facinus agnoscant, **TTδ**
13 non solum ad indulgentiam criminis **T2δ**
14 sed ad praemium regni caelestis admittit. **P1γ**
15 Quid potest patientius, (*)
16 quid benignius dici? **P1δ**
17 Viuificatur Christi sanguine etiam **Tδ**
18 qui fudit sanguinem Christi. **P1δ**
19 Talis est Christi ac tanta patientia: (*)
20 quae nisi tanta et talis existeret, **T2γ**
21 Paulum quoque apostolum **TTγ**
22 ecclesia non haberet. **Vδε**

1 **9** Quodsi et nos,
2 fratres dilectissimi,
3 in Christo sumus,
4 si ipsum induimus, **Tγ**
5 si ipse est salutis nostrae uia, **TTγε**
6 qui Christum uestigiis salutaribus sequimur **Tδ**
7 per Christi exempla gradiamur, **TT1**$^{2}$**γ**
8 sicut Iohannes apostolus instruit dicens: **P1δ**
*Qui dicit se in Christo manere debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare.* [I Io. 2, 6]
9 Item Petrus,
10 super quem ecclesia Domini
dignatione fundata est **T2γζ**
11 in epistula sua ponit et dicit: **P1γδ**
*Christus passus est pro uobis relinquens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius qui cum malediceretur non remaledixit, cum pateretur non minabatur, tradebat autem se iudicanti iniuste.* [I Petr. 2, 21-23]

1 **10** Inuenimus denique
2 et patriarchas et prophetas et iustos omnes
3 qui figuram Christi imagine
praeeunte portabant **P1γ**
4 nihil magis custodisse **TTγ**

5 in laude uirtutum suarum **Pγ**
6 quam quod patientiam forti et stabili aequanimitate tenuerunt. **TT1$^{2}$γ**
7 Sic Abel originem martyrii
8 et passionem iusti
9 initians primus et dedicans, **T2γδ**
10 aduersus fratrem parricidam **TTγ/Ditr.**
11 non resistit nec reluctatur, **(Vγδ)**
12 sed humilis et mitis **TTδε**
13 patienter occiditur. **T2γ**
14 Sic Abraham
15 Deo credens
16 et radicem ac fundamentum fidei *****
17 primus instituens, **Tγ**
18 temptatus in filio **T2γδ**
19 non dubitat neque cunctatur, **Pγ**
20 sed praeceptis Dei
21 tota patientia deuotionis obsequitur. **Tγ**
22 Et Isaac
23 ad hostiae dominicae similitudinem praefiguratus **P1**
24 quando a patre immolandus offertur, **P1γ**
25 patiens inuenitur, **Vδ**
26 et Iacob
27 fugatus a fratre **P1γδ**
28 de terra sua patienter excedit **P1γ**
29 et maiore patientia **(*)**
30 postmodum supplex **P1δ**
31 adhuc magis impium et persecutorem
32 muneribus pacificis
33 ad concordiam redigit. **TTδ**
34 Ioseph uenumdatus a fratribus **T2γδ**
35 et relegatus
36 non tantum patienter ignoscit, **P1γ**
37 sed et gratuita uenientibus frumenta **TTδ**
38 largiter et clementer impertit. **P1γ**
39 Moyses ab ingrato et perfido populo **Tδ**
40 contemnitur frequenter **TTδ**
41 et paene lapidatur, **TT1$^{2}$γ**
42 et tamen lenis et patiens **Tγδ**
43 pro eisdem Dominum deprecatur. **Vδ/Ditr.**
44 In Dauid uero,
45 ex quo secundum carnem Christi natiuitas oritur, **Tδ**
46 quam magna et mira et christiana patientia *****
47 habuisse in manu saepe
48 ut Saul regem persequentem se
49 et interficere concupiscentem
50 posset occidere **T2γ**
51 et tamen subditum sibi et traditum **Tγδ**
52 maluisse seruare **P1γ**
53 nec rependisse inimico uicem,
54 sed occisum adhuc insuper et uindicasse! **Pβ**
55 Tot denique prophetae interfecti, **TTγ**
56 tot martyres gloriosis mortibus honorati, **Vδ**
57 qui omnes ad caelestes coronas **Pγ**
58 patientiae laude uenerunt: **P1γ**
59 neque enim potest accipi *****
60 dolorum et passionum corona, **Pγ**
61 nisi praecedat in dolore et passione patientia. **(*)**

1 **11** Quam sit autem patientia utilis et necessaria, **T2β***
2 fratres dilectissimi,
3 ut manifestius possit **P1δ**
4 et plenius nosci, **P1δ**
5 Dei sententia cogitetur, **Vδ**
6 quam in origine statim mundi et generis humani **TTδ**
7 Adam
8 praecepti immemor *****
9 et datae legis transgressor accepit. **P1γ**
10 Tunc sciemus **Ditr.**
11 quam patientes esse in isto saeculo debeamus, **V3δ**
12 qui sic nascimur
13 ut pressuris istic et conflictationibus laboremus. **Vδ**
*Quia audisti,*
14 inquit,
*uocem mulieris tuae et manducasti ex illa arbore, de qua sola praeceperam tibi ne manducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis, in tristitia et gemitu edes ex ea omnibus diebus uitae tuae. Spinas et tribulos eiciet tibi et edes pabulum agri. In sudore uultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quoniam terra es et in terram ibis.* [Gen. 3, 17-19]
15 Huius sententiae uinculo **T2δ**
16 colligati omnes et constricti sumus,
17 donec morte expuncta **P1γ**
18 de isto saeculo recedamus. **Vδ**
19 In tristitia et gemitu simus necesse est **Tγ**
20 omnibus diebus uitae nostrae, **(TTγε)**
21 edamus panem necesse est cum sudore et labore. **TTγδ**

1 **12** Vnde unusquisque cum nascitur **T2γδ**
2 et hospitio mundi huius excipitur, **Tγ**
3 initium sumit a lacrimis **Tγδ**
4 et quamuis adhuc omnium nescius et ignarus **Vδε**
5 nihil aliud nouit **Pδ**
6 in illa ipsa prima natiuitate quam flere. **P1γδ**

7 Prouidentia naturali lamentatur **TTγ**
8 uitae mortalis anxietates, **P**
9 et labores et procellas mundi,
10 quas ingreditur in exordio, **Ton. Äqu. 4δε***
11 statim suo ploratu et gemitu **Tγδ**
12 rudis anima testatur. **TTδ**
13 Sudatur enim
14 quamdiu istic uiuitur et laboratur,
15 nec sudantibus et laborantibus *
16 possunt alia magis quam patientiae
subuenire solacia: **T2γ**
17 quae cum apta sint et necessaria in isto
mundo uniuersis, **TTγ**
18 tunc magis nobis, **(P)1βδ**
19 qui diabolo impugnante plus quatimur, **Tγδ**
20 qui in acie cotidie stantes **P1δ**
21 inueterati et exercitati hostis
colluctationibus fatigamur, **Vδ**
22 quibus praeter uarias et
adsiduas temptationum pugnas
23 in persecutionum quoque certamine
24 patrimonia relinquenda sunt, *
25 subeundus carcer,
26 portandae catenae, **Pγ**
27 animae impendendae, **Vδ**
28 gladius, bestiae, ignes, cruces,
29 omnia denique tormentorum ac poenarum genera*
30 fide et uirtute patientiae perferenda **V3δ**
31 Domino ipso instruente et dicente: **TTγδ**
*Haec locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis,*
*in saeculo autem pressuram: sed fidite,*
*quoniam ego uici mundum.* [Io. 16, 33]
32 Si autem qui diabolo et mundo renuntiauimus *
33 pressuras et infestationes diaboli et mundi **TTδε**
34 crebrius ac uiolentius patimur, **Tδ**
35 quanto magis patientiam tenere debemus **P1γ**
36 qua adiutrice et comite **Tγδ**
37 omnia infesta toleremus! **TT1$^2$γ**

1 **13** Domini et magistri nostri
salutare praeceptum est: **T2δ**
*Qui tolerauerit usque ad finem*
*hic saluus erit.* [Mt. 10, 22b]
2 Et iterum:
*Si permanseritis in uerbo meo, uere discipuli*
*mei estis: et cognoscetis ueritatem,*
*et ueritas liberabit uos.* [Io. 8, 31.32]
3 Tolerandum est et perseuerandum, **P1**
4 fratres dilectissimi,
5 ut ad spem ueritatis et libertatis admissi **P1γ**
6 ad ueritatem et libertatem ipsam **Ditr.**
7 peruenire possimus, **P1γ**
8 quia hoc ipsum
9 quod christiani sumus
10 fidei et spei res est.
11 Vt autem peruenire spes et fides
12 ad fructum possint sui **TTγε**
13 patientia opus est. **Tδζ**
14 Non enim praesentem gloriam
sequimur sed futuram, **Vδε**
15 secundum quod et Paulus
apostolus monet dicens: **Vδζ**
*Spe saluati sumus. Spes autem quae uidetur non*
*est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si*
*autem quod non uidemus speramus per*
*exspectationem speramus.* [Rom. 8, 24.25]
16 Exspectatio et patientia necessaria est,
17 ut id quod esse coepimus impleamus **Vδ**
18 et quod speramus et credimus **T2γδ**
19 Deo repraesentante capiamus. **TT1$^2$γ**
20 Denique alio in loco **TTδε**
21 idem apostolus **Tγ**
22 iustos et operantes **12βγ**
23 et de diuini faenoris incremento **Vδ**
24 caelestes sibi thesauros recondentes **TTγ**
25 ut patientes quoque sint *
26 instruit et docet dicens: **(P)1βδ**
*Ergo dum tempus habemus, operemur quod*
*bonum est ad omnes, maxime uero ad domesticos*
*fidei. Bonum autem facientes non deficiamus:*
*tempore enim suo metemus.* [Gal. 6, 10. 9]
27 Admonet
28 ne quis impatiens in operatione deficiat, **Tγ**
29 ne quis temptationibus
aut auocatus aut uictus **P1γδ**
30 in medio laudis et gloriae itinere desistat **TTδ**
31 et pereant praeterita,
32 dum quae coeperant
33 desinunt esse perfecta, **P1γ**
34 sicut scriptum est: *
*Iustitia iusti non liberabit eum in*
*quocumque die exerrauerit,* [Ez. 33, 12]
35 et iterum:
*tene quod habes ne alius*
*accipiat coronam tuam.* [Apoc. 3, 11]
36 Quae uox adhortatur **Pβ**
37 patienter et fortiter perseuerare, **P1**
38 ut qui ad coronam laude iam proxima nititur **T2δ**
39 durante patientia coronetur. **Vδ**

1 **14** Patientia autem, **Pδ**
2 fratres dilectissimi, *
3 non tantum bona custodit, **Pγ**
4 sed et repellit aduersa. **P1γ**

5 Spiritui sancto fauens **Vδζ**
6 et caelestibus ac diuinis cohaerens **Pγ**
7 contra facta carnis et corporis **T2γδ**
8 quibus anima expugnatur et capitur **Tγδ**
9 uirtutum suarum propugnaculo reluctatur. **Vδ**
10 Inspiciamus denique pauca de multis, **P1γδ**
11 ut de paucis intellegantur et cetera. **T2γδ**
12 Adulterium, fraus, homicidium
mortale crimen est. *
13 Sit fortis et stabilis **Tγδ**
14 in corde patientia, *
15 nec adulterio *
16 sanctificatum corpus et Dei templum polluitur **Tγ**
17 nec iustitiae dicata innocentia (*)
18 contagio fraudis inficitur **Tγ**
19 nec post gestatam eucharistiam
20 manus gladio et cruore maculatur. **TT1$^2$γ**

1 **15** Caritas fraternitatis uinculum est,
2 fundamentum pacis,
3 tenacitas ac firmitas unitatis, **V3δ**
4 quae et spe et fide maior est, *
5 quae et opera et martyria praecedit, **TTδ**
6 quae nobiscum semper aeterna **P1γ**
7 in regnis caelestibus permanebit. **V3δ**
8 Tolle illi patientiam, *
9 et desolata non durat, **P1γδ**
10 tolle sustinendi tolerandique substantiam, **T2γ**
11 et nullis radicibus ac uiribus perseuerat. **V3δ**
12 Apostolus denique **T2δ**
13 cum de caritate loqueretur, **TT1$^2$γ**
14 tolerantiam illi et patientiam iunxit. **P1δ**
*Caritas,*
15 inquit,
*magnanima est, caritas benigna est, caritas non aemulatur, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum, omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* [I Cor. 13, 4.5.7]
16 Ostendit inde **Ditr.**
17 illam perseuerare tenaciter posse **P1δ**
18 quod nouerit omnia sustinere. **Vδ**
19 Et alio loco, **Pδ**
*sustinentes,*
20 inquit,
*inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis.* [Eph. 4, 2b.3]
21 Probauit
22 nec unitatem seruari posse nec pacem, **P1γδ**
23 nisi se inuicem fratres mutua tolerantia foueant **Tδ**
24 et concordiae uinculum **T2δ**
25 patientia intercedente custodiant. **T2γ**

1 **16** Quid deinde, **Ditr.**
2 ut non iures neque maledicas, **TT1$^2$γ**
3 ut tua ablata non repetas, **Tγδ**
4 ut
5 accepta alapa
6 et alteram maxillam uerberanti praebeas, *
7 ut fratri in te peccanti
8 non tantum septuagies septies **T2δ**
9 sed omnia omnino peccata dimittas, **P1γ**
10 ut diligas inimicos tuos,
11 ut pro aduersariis et persecutoribus
12 precem facias? **Ton. Äqu. 4δζ***
13 Poterisne ista perferre **P1γ**
14 nisi patientiae et tolerantiae firmitate? **V3δ**
15 Quod factum uidemus in Stephano, **Tγδ**
16 qui cum a Iudaeis ui et lapidibus necaretur, **Vδ**
17 non sibi uindictam **Pγ**
18 sed interfectoribus ueniam postulabat dicens:
*Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* [Act. 7, 60a]
19 Sic esse oportuit primum martyrem Christi **P1δ**
20 qui martyras secuturos **Vδ**
21 gloriosa morte praecurrens **P1γ**
22 non tantum praedicator esset
dominicae passionis **TTδ**
23 sed et patientissimae lenitatis imitator. **TT1$^2$γ**
24 Quid dicam de ira, **Pγδ**
25 de discordia, *
26 de simultate,
27 quae in christiano esse non debent? **P1γδ**
28 Sit patientia in corde, **TTδε**
29 et haec illic locum habere non possunt, **P1γδ**
30 aut si adire temptauerint, **T2γ**
31 cito exclusa discedunt, **P1γ**
32 ut domicilium pacificum perseueret in corde, **P1γδ**
33 ubi Deum pacis delectet habitare. **TT1$^2$γ**
34 Admonet denique apostolus
35 et docet dicens: **(P)1βδ**
*Nolite contristare Spiritum sanctum Dei in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia auferantur a uobis.* [Eph. 4, 30.31]
36 Si enim christianus **Ditr.**
37 a furore et contentione carnali **P1γ**
38 tamquam de maris turbinibus excessit **TTδ**
39 et tranquillus ac lenis **Pγδ**
40 in portu Christ esse iam coepit, **P1γδ**
41 nec iram nec discordiam *
42 debet intra pectus admittere **T2γ**

43 cui nec malum pro malo reddere liceat nec odisse. **Vδε**

1 **17** Nec non ad uaria quoque carnis incommoda **P1γ**
2 et crebros corporis durosque cruciatus **TT1$^2$γ**
3 quibus humanum genus cotidie fatigatur et quatitur **Tγδ**
4 patientia necessaria est. **(*/Ton. Äqu. 4 falls Aphärese)**
5 Nam cum in illa prima transgressione praecepti **P1γ**
6 firmitas corporis cum immortalitate discesserit **T2γ**
7 et cum morte infirmitas uenerit **T2δ**
8 nec possit firmitas recipi **Tδ**
9 nisi cum recepta et immortalitas fuerit, **Tδ**
10 oportet in hac fragilitate atque infirmitate corporea **Tγ**
11 luctari semper et congredi, **T2γδ**
12 quae luctatio et congressio **Ton. Äqu. 4δε**
13 non nisi patientiae potest uiribus sustineri. **V3δ**
14 Examinandis autem nobis atque explorandis **TTγ**
15 diuersi importantur dolores **Pγ**
16 et multiplex temptationum qualitas irrogatur **V3δ**
17 de iacturis facultatum, **TTγ**
18 de ardoribus febrium, **Tδ**
19 de cruciatibus uulnerum, **T2δ**
20 de amissione carorum. **P1γ**
21 Nec aliud magis iniustos discernit et iustos **P1γδ**
22 quam quod in aduersis
23 per impatientiam queritur et blasphemat iniustus, **P1γ**
24 patientia iustus probatur, **Pγ**
25 sicut scriptum est: *
*In dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum et argentum.* [Sir. 2, 4.5]

1 **18** Sic Iob examinatus est et probatus **V3γδε**
2 et ad summum fastigium laudis **P1δ**
3 patientiae uirtute prouectus. **P1γ**
4 Quanta aduersus eum diaboli iacula emissa, **TTδ**
5 quanta admota tormenta! **P1γ**
6 Iactura rei familiaris infligitur, **T2γ**
7 numerosae subolis orbitas irrogatur: **V3δ**
8 diues in censu dominus *
9 et in liberis pater ditior *
10 nec dominus repente nec pater est. **Tγδζ**
11 Accedit uulnerum uastitas **T2δ**
12 et tabescentes ac fluentes artus
13 uermium quoque edax poena consumit. **P1γ**
14 Ac ne quid omnino remaneret **TTγ**
15 quod non Iob in suis temptationibus experiretur, **P1**
16 armat diabolus et uxorem, **Vδε**
17 illo antiquo nequitiae suae usus ingenio, **Tγ**
18 quasi omnes per mulierem
19 decipere posset et fallere. **T2γδ**
20 Nec tamen Iob
21 grauibus et densis conflictationibus frangitur **T2δ**
22 quominus inter illas angustias et pressuras **Vδε**
23 Dei benedictio *
24 uictrice patientia praedicetur. **V3δ**
25 Tobias quoque
26 post iustitiae et misericordiae suae opera magnifica
27 luminum amissione temptatus, **P1γ**
28 in quantum patienter caecitatem pertulit *
29 in tantum granditer Deum patientiae laude promeruit. **Tγ**

1 **19** Atque ut magis, **Pγδ**
2 fratres dilectissimi,
3 patientiae bonum luceat, *
4 quid mali e contrario impatientia importet **TTδ**
5 consideremus. **Ditr.**
6 Nam ut patientia bonum Christi est, *
7 ita contra impatientia diaboli malum est, **Tδζ**
8 et sicut in quo habitat et manet Christus **1βδ**
9 patiens inuenitur, **Vδ**
10 ita impatiens semper existit **P1γ**
11 cuius mentem diaboli nequitia possedit. **TTδ**
12 Exordia denique ipsa uideamus. **TT1$^2$γ**
13 Diabolus hominem
14 ad imaginem Dei factum **Vδζ**
15 impatienter tulit:
16 inde et perit primus et perdidit. **T2γδ**
17 Adam contra caeleste praeceptum cibi letalis **Pγ**
18 impatiens in mortem cecidit *
19 nec acceptam diuinitus gratiam **T2δ**
20 patientia custode seruauit. **P1γ**
21 et ut fratrem Cain perimeret *
22 sacrificii eius et muneris impatiens fuit, **Pδ**
23 et quod Esau de maioribus ad minora descendit, **P1γ**
24 primatus suos per impatientiam lentis amisit. **P1γ**
25 Quid Iudaicus populus **Tδ**
26 circa beneficia diuina **TTδ**
27 perfidus et ingratus? **Vδε**
28 Nonne quod a Deo primum recessit **Pγ**
29 impatientiae crimen fuit? **Vδζ**
30 Dum Moysi
31 cum Deo colloquentis moras non potest ferre, **P1βδ**

32 profanos deos ausus est postulare, **V3γδ**
33 ut itineris sui duces nuncuparet **TTγ**
34 caput bubulum et terrestre figmentum, **P1γ**
35 nec umquam ab eadem impatientia destitit **T2δ**
36 quominus semper **P1δ**
37 docilitatis et diuinae administrationis impatiens **Tγ**
38 prophetas suos et iustos quosque perimendo **TT1$^{2}$γ**
39 ad crucem quoque et sanguinem
Domini prosiliret. **Vδ**
40 Impatientia etiam in ecclesia haereticos facit **Pδ**
41 et ad Iudaeorum similitudinem **(T)**
42 contra Christi pacem et caritatem rebelles **Pγ**
43 ad hostilia et furiosa odia compellit. **TTδ**
44 Et ne longum sit singula recensere, **Vδ**
45 omnia omnino quae patientia
operibus suis aedificat ad gloriam
46 impatientia destruit ad ruinam. **Vδε**

1 **20** Quare,
2 fratres dilectissimi, *
3 et bonis patientiae (*)
4 et impatientiae malis **Pδ**
5 diligenter expensis **P1γ**
6 patientiam, *
7 per quam in Christo manemus **Pγ**
8 et uenire cum Christo ad Deum possumus, **(T)2βδ***
9 plena obseruatione teneamus: **TT1$^{2}$γ**
10 quae copiosa et multiplex **T2γδ**
11 non angusto fine concluditur **T2γ**
12 nec breuibus terminis coercetur. **Vδ**
13 Late patet patientiae uirtus **P1δ**
14 et ubertas eius et largitas **Tγδ**
15 de unius quidem nominis fonte proficiscitur, (*)
16 sed exundantibus uenis **P1δ**
17 per multa gloriarum itinera diffunditur,
18 nec proficere aliquid in actibus nostris potest **Vδζ**
19 ad consummandam laudem,
20 nisi inde consummationis accipiat firmitatem. **Vδ**
21 Patientia est
22 quae nos Deo commendat et seruat: **P1γδ**
23 ipsa est
24 quae iram temperat, *
25 quae linguam frenat, **P1δ**
26 quae mentem gubernat, **Pγ**
27 pacem custodit, **Pγ**
28 disciplinam regit,
29 libidinis impetum frangit, **P1δ**
30 tumoris uiolentiam comprimit, **T2δ**
31 incendium simultatis extinguit, **T2γ**
32 coercet potentiam diuitum, **T2δ**
33 inopiam pauperum refouet, **Tδ**
34 tuetur in uirginibus
35 beatam integritatem, **P**
36 in uiduis laboriosam castitatem, **TTγ**
37 in coniunctis et maritatis **1β**
38 indiuiduam caritatem. **Vδ**
39 Facit humiles in prosperis,
40 in aduersis fortes,
41 contra iniurias et contumelias mites; **P1δ**
42 docet delinquentibus cito ignoscere, **Tγ**
43 si ipse delinquas, **P1γ**
44 diu et multum rogare. **Pγ**
45 Temptationes expugnat, **Pγ**
46 persecutiones tolerat, *
47 passiones et martyria consummat. **TTδ**
48 Ipsa est
49 quae fidei nostrae fundamenta firmiter munit, **P1δ**
50 ipsa est
51 quae incrementa spei sublimiter prouehit. **T2δ**
52 Ipsa actum dirigit, **Pγ**
53 ut tenere possimus uiam Christi, **(TTγε)**
54 dum per eius tolerantiam gradimur, **Tδ**
55 ipsa efficit
56 ut perseueremus filii Dei, **Pδ**
57 dum patientiam patris imitamur. **TT1$^{2}$γ**

1 **21** Et quoniam plurimos scio, **Pδ**
2 fratres dilectissimi, *
3 uel pondere iniuriarum angentium **T2γ**
4 uel dolore de eis **Pγδ**
5 qui aduersum se grassantur et saeuiunt **T2γδ**
6 uindicari uelociter cupere, **Tδ**
7 nec illud in extrema parte reticendum est, *
8 ut in istis fluctuantis mundi turbinibus **Tγ**
9 et Iudaeorum siue gentilium **T2γ**
10 et haereticorum quoque
persecutionibus constituti **V3δ**
11 patienter exspectemus ultionis diem
12 nec ad uindictam doloris nostri **gl. Akzentfolge**
13 querula festinatione properemus, **TT1$^{2}$γ**
14 cum scriptum sit:
*Exspecta me, dicit Dominus, in diem resurrectionis meae in testimonium, quoniam iudicium meum ad congregationes gentium, ut excipiam reges et effundam super eos iram meam.* [Soph. 3, 8]
15 Exspectare nos iubet Dominus *
16 et futurae ultionis diem
17 forti patientia sustinere, **V3δ**
18 qui et in Apocalypsi loquitur dicens: **Pδ**

*Ne signaueris uerba prophetiae libri huius, quia iam tempus in proximo est: et hi qui perseuerant nocere, noceant, et qui in sordibus est sordescat adhuc, iustus autem adhuc iustiora faciat, similiter et sanctus sanctiora. Ecce uenio cito, et merces mea mecum est, reddere unicuique secundum facta sua.* [Apoc. 22, 10-12]

19 Vnde et clamantes martyres *****
20 et ad uindictam suam
21 dolore erumpente properantes **TT1$^{2}$γ**
22 exspectare adhuc iubentur **Ditr.**
23 et temporibus consummandis **Vδ**
24 implendisque martyribus **Tγ**
25 praebere patientiam. *****
*Et cum aperuisset,*
26 inquit,
*quintum signum, uidi sub ara Dei animas occisorum propter uerbum Dei et martyrium suum, et clamauerunt magna uoce dicentes: quousque, Domine sanctus et uerus, non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de his qui in terris inhabitant? Et data est eis singulis stola alba et dictum est ut requiescerent breui adhuc tempore, donec impleatur numerus conseruorum et fratrum eorum quique postea occidentur exemplo ipsorum.* [Apoc. 6, 9-11]

1 **22** Quando autem ueniat sanguinis iusti diuina uindicta **P1δ**
2 declarat per Malachin prophetam
3 Spiritus sanctus dicens:
*Ecce dies Domini uenit ardens uelut clibanus, eruntque omnes alienigenae et omnes iniqui stipula, et succendet illos adueniens dies, dicit Dominus.* [Mal. 3, 19]
4 Quod item legimus in psalmis, **TTδε**
5 ubi Dei iudicis praedicatur aduentus **P1γ**
6 censurae suae maiestate uenerandus: **TT1$^{2}$γ**
*Deus manifestus ueniet, Deus noster, et non silebit. Ignis ante eum ardebit et in circuitu eius procella nimia. Vocabit caelum susum et terram ut separet populum suum. Colligite illi iustos eius, eos qui disponunt testamentum eius in sacrificiis. Et nuntiabunt caeli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est.* [Ps. 59, 2b-6]
7 Et Esaias eadem praenuntiat dicens: **P1δ**
*Ecce enim Dominus sicut ignis ueniet, et sicut procella currus eius retribuere in ira uindictam. In igne enim Domini iudicabuntur et in gladio eius uulnerabuntur.* [Is. 66, 15.16]
8 Et iterum:
*Dominus Deus uirtutum prodibit et comminuet bellum excitabit certamen et clamabit super inimicos suos cum fortitudine: tacui, numquid semper tacebo?* [Is. 42, 13.14a]

1 **23** Quis autem est hic **Ditr.**
2 qui tacuisse se prius dicit **gl. Akzentfolge**
3 et non semper tacebit? **Pγ**
4 Vtique ille **Pδ**
5 qui sicut ouis ad uictimam ductus **P1δ**
6 et sicut agnus coram tondente **Pγ**
7 sine uoce
8 non aperuit os suum. **TTδε**
9 Vtique ille **Pδ**
10 qui non fuit contumax **T2βδ***
11 neque contradixit, **TTγ**
12 cum dorsum suum poneret ad flagella **Vδε**
13 et maxillas ad palmas, **Pγδ**
14 faciem autem suam **Vδζ**
15 non auerteret a foeditate sputorum. **Pγ**
16 Vtique ille **Pδ**
17 qui cum accusaretur a sacerdotibus et senioribus **Ton. Äqu. 4δε***
18 nihil respondit **Pγ**
19 et admirante Pilato **P1γ**
20 patientissimum silentium tenuit. **Tδ**
21 Hic est
22 qui cum in passione tacuerit **Tγ**
23 in ultione postmodum non tacebit. **V3δε**
24 Hic est Deus noster, **1βδ**
25 id est non omnium, **(Tβγδ)***
26 sed fidelium et credentium Deus, **Pδ**
27 qui cum in secundo aduentu manifestus uenerit non silebit. **V3δε**
28 Nam cum in humilitate prius fuerit occultus, **TTδ**
29 ueniet in potestate manifestus. **TT1$^{2}$γ**

1 **24** Hunc exspectemus, **Pβ**
2 fratres dilectissimi, *****
3 iudicem et uindicem nostrum, **P1δ**
4 ecclesiae suae populum **Ton. Äqu. 4δζ***
5 et ab initio mundi **Pδ**
6 iustorum omnium numerum **Tδ**
7 secum pariter uindicaturum. **P1**
8 Qui ad uindictam suam
9 nimium festinat et properat, **Tγδ**
10 consideret
11 quia necdum uindicatus est ipse qui uindicat. **T2γδ**
12 In Apocalypsi angelus Iohanni uolenti adorare se
13 resistit et dicit: **P1γδ**
*Vide ne feceris, quia conseruus tuus sum et fratrum tuorum. Iesum Dominum adora.* [Apoc. 22, 9]
14 Qualis Iesus Dominus **(*)**
15 et quanta patientia **(*)**

16 ut qui in caelis adoratur **TTγ**
17 necdum uindicetur in terris! **P1γδ**
18 Huius patientiam, **(*)**
19 fratres dilectissimi, *
20 in persecutionibus et passionibus nostris cogitemus, **TTγ**
21 huius aduentui **T2γ**
22 plenum exspectationis obsequium praebeamus **Vδ**
23 nec defendi ante Dominum serui **Pδ**
24 irreligiosa et inuerecunda festinatione properemus. **TT1$^2$γ**
25 Insistamus potius et elaboremus **P1**
26 et toto corde uigilantes **TT1$^2$γ**
27 atque ad omnem tolerantiam stabiles **Tδ**
28 dominica praecepta seruemus, **P1γ**
29 ut cum ille irae et uindictae dies uenerit *
30 non cum impiis et peccatoribus puniamur, **V3δ**
31 sed cum iustis et Deum timentibus honoremur. **Vδ**

## 1.6 De dominica oratione

1 **1** Euangelica praecepta, **TTδ**
2 fratres dilectissimi, *
3 nihil sunt aliud **Tγδ**
4 quam magisteria diuina, **TTδ**
5 fundamenta aedificandae spei,
6 firmamenta corroborandae fidei, *
7 nutrimenta fouendi cordis,
8 gubernacula dirigendi itineris, **Tγ**
9 praesidia obtinendae salutis, **Pγ**
10 quae
11 dum dociles credentium mentes **P1δ**
12 in terris instruunt, *
13 ad caelestia regna perducunt. **P1γ**
14 Multa et per prophetas
15 seruos suos
16 dici
17 Deus uoluit et audiri: **Vδε**
18 sed quanto maiora sunt **Tγζ**
19 quae filius loquitur, **Tδ**
20 quae Dei sermo, **(P)1βδ**
21 qui in prophetis fuit,
22 propria uoce testatur **P1γ**
23 non iam mandans
24 ut paretur uenienti uia
25 sed ipse ueniens *
26 et uiam nobis aperiens et ostendens, **Vδε**
27 ut qui in tenebris mortis errantes **P1γ**
28 improuidi et caeci prius fuimus *
29 luce gratiae luminati **V3δ**
30 iter uitae duce et rectore Domino teneremus. **Vδ**

1 **2** Qui inter cetera salutaria sua monita et praecepta diuina **P1γ**
2 quibus populo suo consulit ad salutem **Vδ/Ditr.**
3 etiam orandi ipse formam dedit,
4 ipse quid precaremur **P1β**
5 monuit et instruxit. **Vδε**
6 Qui fecit uiuere *
7 docuit et orare, **Vδε**
8 benignitate ea scilicet *
9 qua et cetera dare et conferre dignatus est, **T2γζ**
10 ut dum prece et oratione
11 quam filius docuit **Tδ**
12 apud patrem loquimur, *
13 facilius audiamur. **Vδ**
14 Iam praedixerat horam uenire, **Pγ**
15 quando ueri adoratores
16 adorarent patrem
17 in spiritu et ueritate,
18 et impleuit quod ante promisit, **P1γ**
19 ut qui spiritum et ueritatem **Ditr.**
20 de eius sanctificatione percepimus **T2γ**
21 de traditione quoque eius **TT1$^2$γε**
22 uere et spiritaliter adoremus. **Vδ**
23 Quae enim potest esse spiritalis oratio **T2γ**
24 quam quae a Christo nobis data est, *
25 a quo nobis et sanctus Spiritus missus est? **T2δζ**
26 Quae uera apud patrem praecatio **Tγ**
27 quam quae a filio, *
28 qui est ueritas, *
29 de eius ore prolata est? **T2γζ**
30 Vt aliter orare quam docuit **Tγδ**
31 non ignorantia sola sit sed et culpa, **Vγδεζ**
32 quando ipse posuerit et dixerit:
*Reicitis mandatum Dei, ut traditionem uestram statuatis.* [Mc. 7, 9]

1 **3** Oremus itaque, *
2 fratres dilectissimi, *
3 sicut magister Deus docuit. *
4 Amica et familiaris oratio est
5 Deum de suo rogare, **Pγ**
6 ad aures eius ascendere **T2γ**
7 Christi orationem. **Ditr.**
8 Agnoscat pater filii sui uerba, **Vδζ**
9 cum precem facimus: *
10 qui habitat intus in pectore **T2γδ**
11 ipse sit et in uoce, **Vγδεζ**
12 et cum ipsum habeamus apud patrem aduocatum
13 pro peccatis nostris,

14 quando peccatores pro delictis nostris petimus, *

15 aduocati nostri uerba promamus. **P1γ**

16 Nam cum dicat:

*Quia quodcumque petierimus a patre in nomine eius dabit nobis,* [Io. 16, 23b]

17 quanto efficacius impetramus **Vδ**

18 quod petimus Christi nomine, *

19 si petamus ipsius oratione? **V3γ**

1 **4** Sit autem orantibus **T2γ**

2 sermo et precatio *

3 cum disciplina quietem continens et pudorem, **V3δε**

4 cogitemus **Ditr.**

5 nos sub conspectu Dei stare,

6 placendum est diuinis oculis *

7 et habitu corporis **Tδ**

8 et modo uocis. **(P)1βδ**

9 Nam ut impudentis est

10 clamoribus strepere, **Tδ**

11 ita contra congruit uerecundo **Vδ**

12 modestis precibus orare. **TTδ**

13 Denique magisterio suo **Pδ**

14 Dominus secrete orare nos praecepit, **TTγδ**

15 in abditis et secretis locis,

16 in cubiculis ipsis, **Pδ**

17 quod magis conuenit fidei, **Tδ**

18 ut sciamus **Ditr.**

19 Deum ubique esse praesentem, **P1γ**

20 audire omnes et uidere **TTγδ**

21 et maiestatis suae plenitudine **(*)**

22 in abdita quoque et occulta penetrare, **TT1**$^{2}$**γ**

23 sicut scriptum est: *

*Ego Deus adproximans et non Deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non uidebo eum? Nonne caelum et terram ego impleo?* [Hier. 23, 23. 24]

24 Et iterum:

*In omni loco oculi Dei speculantur bonos et malos.* [Prou. 15, 3]

25 Et quando in unum cum fratribus conuenimus

26 et sacrificia diuina **TTδ**

27 cum Dei sacerdote celebramus, **TT1**$^{2}$**γ**

28 uerecundiae et disciplinae memores esse debemus, **P1γ**

29 non passim uentilare preces nostras **TTγδ**

30 inconditis uocibus **T2δ**

31 nec petitionem commendandam modeste Deo

32 tumultuosa loquacitate iactare, **P1γ**

33 quia Deus non uocis sed cordis auditor est, **T2γζ**

34 nec admonendus est clamoribus *

35 qui cogitationes uidet

36 probante Domino et dicente: **Vδε**

*Quid cogitatis nequam in cordibus uestris?* [Mt. 9, 4]

37 Et alio loco: **Pδ**

*Et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis.* [Apoc. 2, 23a]

1 **5** Quod Anna

2 in primo Regnorum libro

3 ecclesiae typum portans **Vδζ**

4 custodit et seruat, **P1γδ**

5 quae Deum non clamosa petitione

6 sed tacite et modeste **Vδε**

7 intra ipsas pectoris latebras precabatur. **Vδ**

8 Loquebatur prece occulta **Pγ**

9 sed manifesta fide,

10 loquebatur non uoce sed corde, **P1γδ**

11 quia sic Dominum sciebat audire, **P1γ**

12 et impetrauit efficaciter quod petit, **TTγδ**

13 quia fideliter postulauit. **V3δ**

14 Declarat scriptura diuina quae dicit: **P1γδ**

*Loquebatur in corde suo et labia eius mouebantur et uox eius non audiebatur, et exaudiuit eam Dominus.* [I Sam. 1, 13]

15 Item legimus in psalmis:

*Dicite in cordibus uestris et in cubilibus uestris compungimini.* [Ps. 4, 5b]

16 Per Hieremiam quoque haec eadem Spiritus sanctus **P1δ**

17 suggerit et docet dicens: **(P)1βδ**

*In sensu autem tibi debet adorari, Domine.* [Bar. 6, 5b]

1 **6** Adorans autem,

2 fratres dilectissimi, *

3 nec illud ignoret, **P1γ**

4 quemadmodum in templo **TTδε**

5 cum pharisaeo publicanus orauerit. **T2γ**

6 Non alleuatis in caelum impudenter oculis *

7 nec manibus insolenter erectis, **P1γ**

8 pectus suum pulsans **TTγε**

9 et peccata intus inclusa contestans **P1γ**

10 diuinae misericordiae implorabat auxilium, **Tγ**

11 et cum sibi pharisaeus placeret, **Pγ**

12 santificari hic magis meruit *

13 qui sic rogauit,

14 qui spem salutis non in fiducia innocentiae suae posuit, **Ton. Äqu. 4δζ***

15 cum innocens nemo sit, **T2γζ**

16 sed peccata confessus **P1γ**

17 humiliter orauit, **TTδ**

18 et exaudiuit orantem **P1γ**
19 qui humilibus ignoscit. **TTδ**
20 Quae Dominus in euangelio suo ponit et dicit: **P1γδ**
*Homines duo ascenderunt in templum adorare, unus pharisaeus et unus publicanus. Pharisaeus cum stetisset, talia apud se precabatur: Deus, gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines iniusti, raptores, adulteri, quomodo et publicanus iste. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quaecumque possideo. Publicanus autem de longinquo stabat et neque oculos uolebat ad caelum leuare sed percutiebat pectus suum dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis quam ille pharisaeus, quia omnis qui se extollit humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur.* [Lc. 18, 10-14]

1 **7** Quae nos,
2 fratres dilectissimi, *****
3 de diuina lectione discentes, **P1γ**
4 postquam cognouimus **Tγ**
5 ad orationem qualiter accedere debeamus, **Vδ**
6 cognoscamus,
7 docente Domino et quid oremus. **(P)1βδ**
*Sic,*
8 inquit,
*orate: pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua in caelo et in terra, panem nostrum cottidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris, et ne patiaris induci nos in temptationem, sed libera nos a malo.* [Mt 6, 9-13]

1 **8** Ante omnia pacis doctor **(Vδζ)**
2 atque unitatis magister **Pγ**
3 singillatim noluit et priuatim precem fieri, *****
4 ut quis cum precatur **Ditr.**
5 pro se tantum precetur. **Ditr./Pγ**
6 Non dicimus:
*Pater meus, qui es in caelis*
7 nec:
*panem meum da mihi hodie,*
8 nec dimitti sibi tantum unusquisque debitum postulat **T2δ**
9 aut ut in temptationem non inducatur
10 atque a malo liberetur **Ditr./TTγ**
11 pro se solo rogat. **(Pβδ)**
12 Publica est nobis et communis oratio, **T2γ**
13 et quando oramus **Pγ**
14 non pro uno
15 sed pro populo toto rogamus, **Pγ**
16 quia totus populus unum sumus. **(Vδζ)**
17 Deus pacis
18 et concordiae magister **TTδ**
19 qui docuit unitatem, **Vδ**
20 sic orare unum pro omnibus uoluit, **Tδ**
21 quomodo in uno omnes ipse portauit. **P1γ**
22 Hanc orationis legem seruauerunt **TTγ**
23 tres pueri
24 in camino ignis inclusi **P1γ**
25 consonantes in prece **Pγδ**
26 et spiritus consensione concordes: **P1γ**
27 declarat scripturae diuinae fides
28 et dum docet
29 quomodo orauerint tales, **P1δ**
30 dat exemplum
31 quod imitari in precibus debeamus, **Vδ**
32 ut tales esse possimus. **P1γ**
*Tunc,*
33 inquit,
*illi tres tamquam ex uno ore hymnum canebant et benedicebant Deum.* [Dan. 3, 51]
34 Loquebantur quasi ex uno ore,
35 et nondum illos Christus docuerat orare. **TTδ**
36 Et idcirco orantibus fuit impetrabilis et efficax sermo, **P1δ**
37 quia promerebatur Deum
38 pacifica et simplex et spiritalis oratio. **T2γ**
39 Sic et apostolos cum discipulis **Ton. Äqu. 4δε**
40 post ascensum Domini *****
41 inuenimus orasse. **P1γ**
*Erant,*
42 inquit,
*perseuerantes omnes unanimes in oratione cum mulieribus et Maria quae fuerat mater Iesu et fratribus eius.* [Act. 1, 14]
43 Perseuerabant in oratione unanimes orationis suae
44 et instantiam simul et concordiam declarantes, **Vδ**
45 quia Deus
46 qui inhabitare facit unanimes in domo **TTδε**
47 non admittit in diuinam et aeternam domum
48 nisi apud quos est unanimis oratio.

1 **9** Qualia autem sunt,
2 fratres dilectissimi, *****
3 orationis dominicae sacramenta, **Vδ**
4 quam multa, quam magna, **P1γδ**
5 breuiter in sermone collecta **P1γ**
6 sed in uirtute spiritaliter copiosa, **V3δ**
7 ut nihil omnino praetermissum sit *****
8 quod non in precibus atque orationibus nostris **P1δ**

9 caelestis doctrinae compendio comprehendatur! **P1**
*Sic, ait, adorate: pater noster, qui es in caelis.*
10 Homo nouus,
11 renatus et Deo suo per eius gratiam restitutus **V3δ**
*pater*
12 primo in loco dicit,
13 quia filius esse iam coepit. **P1γδ**
14 In sua, inquit, propria uenit
*et sui eum non receperunt. Quotquot eum receperunt, dedit illis potestatem ut filii Dei fierent, qui credunt in nomine eius.* [Io. 1, 11.12]
15 Qui ergo credit in nomine eius **Pδ**
16 et factus est Dei filius, **2βδ* oder Ton. Äqu. 4γδζ**
17 hinc debet incipere, **Tγ**
18 ut et gratias agat **Pδ**
19 et profiteatur se Dei filium. **(T)2βδ**
20 Dum nominat patrem sibi esse in caelis Deum,
21 contestetur quoque
22 inter prima statim natiuitatis suae uerba **(TTγε)**
23 renuntiasse se terreno et carnali patri
24 et patrem solum nosse se *
25 et habere coepisse **P1γ**
26 qui sit in caelis, **P1βγδ**
27 sicut scriptum est: *
*Qui dicunt patri et matri: non noui te, et filios suos non agnouerunt, hi custodierunt praecepta tua et testamentum tuum seruauerunt.* [Deut. 33, 9]
28 Item Dominus in euangelio suo praecepit **Pγ**
29 ne uocemus nobis patrem in terra, **Pγδ**
30 quod sit scilicet nobis unus pater
31 qui est in caelis. **Pβγδ**
32 Et disciPulo qui mentionem defuncti patris fecerat respondit: **TTδ**
*Sine mortui mortuos suos sepeliant.* [Mt. 8, 22]
33 Dixerat enim patrem suum mortuum, *
34 cum sit credentium pater uiuus. **Vδζ**

1 **10** Nec hoc solum,
2 fratres dilectissimi, *
3 animaduertere et intellegere debemus, **TTδ**
4 quod appellemus patrem
5 qui sit in caelis, **P1βγδ**
6 sed coniungimus et dicimus
*pater noster,*
7 id est eorum qui credunt, **Pγδ**
8 eorum qui per eum sanctificati **P**
9 et gratiae spiritalis natiuitate reparati **TT1$^{2}$γ**
10 filii Dei esse coeperunt. **P1γ**
11 Quae uox Iudaeos etiam perstringit et percutit, **T2γδ**
12 qui Christum sibi per prophetas adnuntiatum **P**
13 et ad se prius missum
14 non tantum spreuerunt infideliter *
15 sed et crudeliter necauerunt: **Vδ**
16 qui iam non possunt patrem Deum uocare, **Pγ**
17 cum Dominus eos confundat et redarguat dicens: **P1δ**
*Vos de diabolo patre nati estis et concupiscentias patris uestri facere uultis. Ille enim homicida fuit ab initio et in ueritate non stetit, quia ueritas non est in illo.* [Io. 8, 44]
18 Et per Esaiam prophetam Deus clamat indignans: **P1γ**
*Filios generaui et exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. Agnouit bos possessorem suum et asinus praesepium domini sui: Israhel autem me non cognouit et populus me non intellexit. Vae genti peccatrici, populo pleno peccatis, semen nequam, filii scelesti! Dereliquistis Dominum et in indignationem misistis illum sanctum Israel.* [Is. 1, 2b-4]
19 In quorum exprobrationem **Ditr.**
20 christiani
21 quando oramus **Pγ**
*pater noster*
22 dicimus,
23 quia noster esse iam coepit **P1γδ**
24 et Iudaeorum qui eum dereliquerunt esse desiuit. **P1γ**
25 Nec peccator populus potest esse filius, *
26 sed quibus remissa peccatorum datur,
27 eis filiorum nomen adscribitur, **T2γ**
28 eis et aeternitas repromittitur **Ton. Äqu. 4δ***
29 Domino ipso dicente: **Pγ**
*Omnis qui facit peccatum seruus est. Seruus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum.* [Io. 8, 34.35]

1 **11** Quanta autem Domini indulgentia, *
2 quanta circa nos dignationis eius et bonitatis ubertas, **P1γ**
3 ut sic nos uoluerit orationem celebrare **TTγ**
4 in conspectu Dei
5 ut Deum patrem uocemus **Pγ**
6 et ut est Christus Dei filius *
7 sic et nos Dei filii nuncupemur! **V3δ**
8 Quod nomen nemo nostrum in oratione auderet attingere, **T2γ**
9 nisi ipse nobis sic permisisset orare. **P1γ**
10 Meminisse itaque, *
11 fratres dilectissimi, *
12 et scire debemus **P1γ**
13 quia quando patrem Deum dicimus *

14 quasi filii Dei agere debemus, **TTδ**
15 ut quomodo nos nobis placemus de Deo patre, **1βδ**
16 sic sibi placeat et ille de nobis. **P1γδ**
17 Conuersemur quasi Dei templa, **(TTγε)**
18 ut Deum in nobis constet habitare, **TT1$^2$γ**
19 nec sit degener actus noster ab spiritu, **T2γδ**
20 ut qui spiritales et caelestes esse coepimus *
21 non nisi spiritalia et caelestia **Ton. Äqu. 4δε**
22 cogitemus et agamus, **TT1$^2$γδ**
23 quia et ipse Dominus Deus dixit: **Vδζ**
*Eos qui clarificant me clarificabo et qui me spernent, spernentur.* [I Sam. 2, 30b]
24 Beatus quoque apostolus **Tγ**
25 in epistula sua posuit: **Ton. Äqu. 4δζ***
*Non estis uestri, empti enim estis magno. Clarificate et portate Deum in corpore uestro.* [I Cor. 6, 19.20]

1 **12** Post hoc dicimus:
*Sanctificetur nomen tuum,*
2 non quod optemus Deo
3 ut sanctificetur orationibus nostris, **P1δ**
4 sed quod petamus a Deo **Pγδ**
5 ut nomen eius sanctificetur in nobis. **P1γδ**
6 Ceterum a quo Deus sanctificatur **P**
7 qui ipse sanctificat? **Tγ**
8 Sed quia ipse dixit: **Ditr.**
*Sancti estote, quoniam et ego sanctus sum,* [Leu. 19, 2]
9 id petimus et rogamus, **Vδε**
10 ut qui in baptismo sanctificati sumus in eo **Pγδ**
11 quod esse coepimus perseueremus. **P1**
12 Et hoc cotidie deprecamur. **V3δ**
13 Opus est enim nobis **(P)1βδ**
14 cotidiana sanctificatio, **(T)**
15 ut qui cotidie delinquimus
16 delicta nostra **Ditr.**
17 sanctificatione assidua repurgemus. **Vδ**
18 Quae autem sit sanctificatio **(T)**
19 quae nobis de Dei dignatione confertur **P1γ**
20 apostolus praedicat dicens: **P1δ**
*Neque fornicarii neque idolis seruientes neque adulteri neque molles neque masculorum appetitores neque fures neque fraudulenti neque ebriosi neque maledici neque raptores regnum Dei consequentur. Et haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Iesu Christi et in spiritu Dei nostri.* [I Cor. 6, 9b-11]
21 Sanctificatos nos dicit **Pγδ**
22 in nomine Domini Iesu Christi **Vδζ**
23 et in spiritu Dei nostri. **Vδζ**
24 Haec sanctificatio **T**
25 ut in nobis permaneat oramus, **TTδ**
26 et quia Dominus et iudex noster
27 sanato a se et uiuificato comminatur **TTγ**
28 iam non delinquere, **Tβγ**
29 ne quid ei deterius fiat, **Pδ**
30 hanc continuis orationibus precem facimus, *
31 hoc diebus ac noctibus postulamus **V3δ**
32 ut sanctificatio et uiuificatio **(T)**
33 quae de Dei gratia sumitur **T2δ**
34 ipsius protectione seruetur. **P1γ**

1 **13** Sequitur in oratione: **Ditr.**
*Adueniat regnum tuum.*
2 Regnum etiam Dei repraesentari nobis petimus, *
3 sicuti et nomen eius **Ditr.**
4 ut in nobis sanctificetur postulamus. **TTγ**
5 Nam Deus quando non regnat, **Pγδ**
6 aut apud eum quando incipit *
7 quod et semper fuit **Ton. äqu. Ditr.**
8 et esse non desinit? **T2γδ**
9 Nostrum regnum petimus aduenire **Vδ**
10 a Deo nobis repromissum, **TTγ**
11 Christi sanguine et passione quaesitum, **P1γ**
12 ut qui in saeculo ante seruiuimus **T2γ**
13 postmodum Christo dominante regnemus, **P1γ**
14 sicut ipse pollicetur et dicit: **P1γδ**
*Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi.* [Mt. 25, 34b]
15 Potest uero,
16 fratres dilectissimi, *
17 et ipse Christus esse regnum Dei
18 quem uenire cotidie cupimus, **Tδ**
19 cuius aduentus ut cito nobis repraesentetur optamus. **P1γ**
20 Nam cum resurrectio ipse sit, **T2γζ**
21 quia in ipso resurgimus, **Tγ**
22 sic et regnum Dei potest ipse intellegi, **T2γ**
23 quia in illo regnaturi sumus.
24 Bene autem regnum Dei petimus, *
25 id est regnum caeleste, **Pγ**
26 quia est et terrestre regnum: **Ditr.**
27 sed qui renuntiauit **Ditr.**
28 iam saeculo maior est **T2δζ**
29 et honoribus eius et regno. **P1γδ**
30 Et ideo
31 qui se Deo et Christo dicat **ton. äqu. ditr.**
32 non terrena sed caelestia regna desiderat. **T2γ**
33 Continua autem oratione et prece opus est, *
34 ne excidamus de regno caelesti, **Pγ**

35 sicut Iudaei
36 quibus hoc prius promissum fuerat *****
37 exciderunt **Ditr.**
38 Domino manifestante et probante: **Ditr.**
*Multi,*
39 inquit,
*uenient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum. Filii autem regni expellentur in tenebras exteriores: illic erit ploratio et stridor dentium.* [Mt. 8, 11.12]
40 Ostendit
41 quia ante filii regni Iudaei erant,
42 quando et filii Dei esse perseuerabant; **P1**
43 postquam cessauit circa illos nomen paternum, **Pγ**
44 cessauit et regnum. **P1γδ**
45 Et ideo christiani
46 qui in oratione appellare patrem Deum coepimus *****
47 nos et ut regnum Dei nobis ueniat oramus. **TTδ**

1 **14** Addimus quoque et dicimus: **Tγδ**
*Fiat uoluntas tua in caelo et in terra,*
2 non ut Deus faciat quod uult,
3 sed ut nos facere possimus quod Deus uult. **Tγδζ**
4 Nam Deo quis obsistit
5 quominus quod uelit faciat? *****
6 Sed quia nobis a diabolo obsistitur
7 quominus per omnia noster animus atque actus **Vδζ**
8 Deo obsequatur, **TTγ**
9 oramus et petimus **Tγδ**
10 ut fiat in nobis uoluntas Dei:
11 quae ut fiat in nobis, **P1γδ**
12 opus est Dei uoluntate, **TTγ**
13 id est ope eius et protectione, **(P)**
14 quia nemo suis uiribus fortis est **T2δζ**
15 sed Dei indulgentia et misericordia tutus est. **T2δζ**
16 Denique et Dominus
17 infirmitatem hominis *****
18 quem portabat **ton äqu ditr**
19 ostendens ait: **ton äqu ditr**
*Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste,* [Mt. 26, 39]
20 et exemplum discipulis suis tribuens, *****
21 ut non uoluntatem suam sed Dei faciant, *****
22 addidit dicens: **P1δ**
*Verumtamen non quod ego uolo sed quod tu.* [Mt. 26, 39]
23 Et alio loco dicit: **Vδζ**
*Non descendi de caelo ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit.* [Io. 6, 38]
24 Quodsi filius obaudiuit **Vδ**
25 ut faceret patris uoluntatem, **TTγ**
26 quanto magis seruus obaudire debet **Ditr.**
27 ut faciat domini uoluntatem, **Vδ**
28 sicut in epistula sua **Pδ**
29 Iohannes quoque
30 ad faciendam uoluntatem Dei **ton äqu ditr**
31 hortatur et instruit dicens: **P1δ**
*Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. Si qui dilexerit mundum, non est caritas patris in illo, quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi, quae non est a patre sed ex concupiscentia mundi. Et mundus transibit et concupiscentia eius: qui autem fecerit uoluntatem Dei manet in aeternum, quomodo et Deus manet in aeternum.* [I Io. 2, 15-17]
32 Qui in aeternum manere uolumus *****
33 Dei qui aeternus est uoluntatem **Vγδ**
34 facere debemus. **TTδ**

1 **15** Voluntas autem Dei est *****
2 quam Christus et fecit et docuit. **Tγδ**
3 Humilitas in conuersatione, **(TT)**
4 stabilitas in fide, **TTδε**
5 uerecundia in uerbis, **TTδε**
6 in factis iustitia, **Tγ**
7 in operibus misericordia, **(T)**
8 in moribus disciplina, **V3δ**
9 iniuriam facere non nosse **TTδε**
10 et factam posse tolerare, **TT1**$^{2}$**γ**
11 cum fratribus pacem tenere, **Pγ**
12 Deum toto corde diligere, **Tγ**
13 amare in illo quod pater est, **Tγδζ**
14 timere quod Deus est, **Tγδζ**
15 Christo nihil omnino praeponere **Tγ**
16 quia nec nobis quicquam ille praeposuit, **Tγ**
17 caritati eius inseparabiliter adhaerere, **Vδ**
18 cruci eius fortiter ac fidenter adsistere, **T2γ**
19 quando de eius nomine et honore certamen est, **T2γζ**
20 exhibere in sermone constantiam **T2γ**
21 qua confitemur, **Ditr.**
22 in quaestione fiduciam **T2γ**
23 qua congredimur, *****
24 in morte patientiam
25 qua coronamur: **P1β**
26 hoc est coheredem Christi uelle esse, **Ditr.**
27 hoc est praeceptum Dei facere, *****
28 hoc est uoluntatem patris implere. **P1γ**

1 **16** Fieri autem petimus uoluntatem Dei
2 in caelo et in terra: **TTγδε**

3 quod utrumque ad consummationem nostrae incolumitatis **TT**
4 pertinet et salutis. **Vδε**
5 Nam cum corpus e terra et spiritum possideamus e caelo, **P1γδ**
6 ipsi terra et caelum sumus
7 et in utroque, **(Pβγ)**
8 id est et corpore et spiritu,
9 ut Dei uoluntas fiat oramus. **P1γ**
10 Est enim inter carnem et spiritum **(T2γδ)**
11 colluctatio **(*)**
12 et discordantibus aduersus se inuicem **Tγδ**
13 cotidiana congressio, **T2γ**
14 ut non quae uolumus ipsa faciamus, **TT1**$^{2}$**γ**
15 dum spiritus caelestia et diuina quaerit, **Ditr.**
16 caro terrena et saecularia concupiscit. **Vδ**
17 Et ideo petimus **Tδ**
18 inter duo ista **TTγε**
19 ope et auxilio Dei **Pδ**
20 concordiam fieri, **Tδ**
21 ut dum et in spiritu et in carne **Vδεζ**
22 uoluntas Dei geritur, *
23 quae per eum renata est anima seruetur. **TTδ**
24 Quod aperte atque manifeste **TT1**$^{2}$**γ**
25 apostolus Paulus **P1δ**
26 sua uoce declarat: **P1γ**
*Caro,*
27 inquit,
*concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. Haec enim inuicem aduersantur sibi, ut non quae uultis ipsa faciatis. Manifesta autem sunt facta carnis, quae sunt adulteria, fornicationes, immunditiae, spurcitiae, idololatriae, ueneficia, homicidia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, prouocationes, simultates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comisationes et his similia: qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas.* [Gal. 5, 17; 19-23]
28 Et idcirco
29 cotidianis immo continuis orationibus hoc precamur **Vδε**
30 et in caelo et in terra **TTγδε**
31 uoluntatem circa nos Dei fieri: *** (od. Tγ)**
32 quia haec est uoluntas Dei,
33 ut terrena caelestibus cedant, **P1δ**
34 spiritalia et diuina praeualeant. **Tγ**

1 **17** Potest et sic intellegi, *
2 fratres dilectissimi, *
3 ut quoniam mandat et monet Dominus *
4 etiam inimicos diligere **Tγ**
5 et pro his quoque qui nos persequuntur orare, **P1γ**
6 petamus et pro illis **TTγδε**
7 qui adhuc terreni sunt
8 et necdum caelestes esse coeperunt, **P1γ**
9 ut et circa illos uoluntas Dei fiat
10 quam Christus hominem conseruando et redintegrando perfecit. **Pγ**
11 Nam cum discipuli ab eo iam non terra appellentur **TTγ**
12 sed sal terrae
13 et apostolus primum hominem uocet de terrae limo,
14 secundum uero de caelo, **Pγδ**
15 merito et nos
16 qui esse debemus **P1γ**
17 patri Deo similes, *
18 qui solem suum oriri facit
19 super bonos et malos **Pγδ**
20 et pluit super iustos et iniustos, **TTγδ**
21 sic Christo monente oramus et petimus, **Tγδ**
22 ut precem pro omnium salute faciamus, **TT1**$^{2}$**γ**
23 ut quomodo in caelo, **TTδε**
24 id est in nobis, **Pβγδ**
25 per fidem nostram uoluntas Dei facta est *
26 ut essemus e caelo, **P1γδ**
27 ita et in terra, **TTγδε**
28 hoc est in illis <non> credentibus
29 fiat uoluntas Dei,
30 ut qui adhuc sunt prima natiuitate terreni **P1γ**
31 incipiant esse caelestes **P1γ**
32 ex aqua et spiritu nati. **P1δ**

1 **18** Procedente oratione **Ditr.**
2 postulamus et dicimus: **T2γδ**
*Panem nostrum cotidianum da nobis hodie.*
3 Quod potest et spiritaliter et simpliciter intellegi,
4 quia et uterque intellectus **TTγ**
5 utilitate diuina **P1γ**
6 proficit ad salutem. **Vδε**
7 Nam panis uitae Christus est *
8 et panis hic omnium non est, **P1δε**
9 sed noster est.
10 Et quomodo dicimus *
*pater noster,*
11 quia intellegentium et credentium pater est, **Tδζ**
12 sic et
*panem nostrum*
13 uocamus,
14 quia Christus eorum, **Pγ**

15 qui corpus eius contingimus, panis est. **T2δζ**
16 Hunc autem panem dari nobis **TTγε**
17 cotidie postulamus, **V3δ**
18 ne qui in Christo sumus
19 et eucharistiam eius **Pδ**
20 cotidie ad cibum salutis accipimus **Tγ**
21 intercedente aliquo grauiore delicto, **P1γ**
22 dum abstenti et non communicantes **Ditr.**
23 a caelesti pane prohibemur, **TT1$^2$γ**
24 a Christi corpore separemur **Vδ**
25 ipso praedicante et dicente: **TTγδ**
*Ego sum panis uitae qui de caelo descendi. Si qui ederit de meo pane, uiuet in aeternum. Panis autem quem ego dedero caro mea est pro saeculi uita.* [Io. 6, 51]
26 Quando ergo dicit **TTγε**
27 in aeternum uiuere *****
28 si qui ederit de eius pane,
29 ut manifestum est
30 eos uiuere
31 qui corpus eius attingunt **P1γ**
32 et eucharistiam iure communicationis accipiunt, **Tγ**
33 ita contra timendum est et orandum, **Vγδε**
34 ne dum quis abstentus separatur a Christi corpore *****
35 remaneat a salute **Vδε**
36 comminante ipso et dicente: **TTγδ**
*Nisi ederitis carnem filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis.* [Io. 6, 53]
37 Et ideo panem nostrum, **ton äqu ditr**
38 id est Christum, **ton äqu ditr**
39 dari nobis cotidie petimus, **Tδ**
40 ut qui in Christo manemus et uiuimus **T2γδ**
41 a sanctificatione eius et corpore non recedamus. **(P)1β**

1 **19** Potest uero et sic intellegi, *****
2 ut qui saeculo renuntiauimus **T**
3 et diuitias eius et pompas **P1γδ**
4 fide gratiae spiritalis **V3δ**
5 abiecimus
6 cibum nobis tantum petamus et uictum, **P1γδ**
7 quando instruat Dominus et dicat: **TTδε**
*Qui non renuntiat omnibus quae sunt eius, non potest meus discipulus esse.* [Lc. 14, 33]
8 Qui autem Christi coepit esse discipulus **Tγ**
9 secundum magistri sui uocem **TTγε**
10 renuntians omnibus, **T2δ**
11 diurnum debet cibum petere *****
12 nec in longum desideria petitionis extendere **T2γ**
13 ipso iterum Domino praescribente et dicente: **TTγδ**
*Nolite in crastinum cogitare: crastinus enim ipse cogitabit sibi. Sufficit diei malitia sua.* [Mt. 6, 34]
14 Merito ergo Christi discipulus uictum sibi in diem postulat **(T)2βδ***
15 qui de crastino cogitare prohibetur, **TT1$^2$γ**
16 quia et contrarium sibi fit et repugnans
17 ut quaeramus in saeculo diu uiuere *****
18 qui petimus
19 regnum Dei uelociter aduenire. **Vδ**
20 Sic et beatus apostolus monet
21 formans et corroborans
22 spei nostrae ac fidei firmitatem: **Vδ**
*Nihil,*
23 inquit,
*intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre possumus. Habentes itaque exhibitionem et tegumentum his contenti sumus. Qui autem uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et muscipulas et desideria multa et nocentia quae mergunt hominem in perditionem et in interitum. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes naufragauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.* [I Tim. 6, 7-10]

1 **20** Docet non tantum contemnendas **TTγ**
2 sed et periculosas esse diuitias, **Tγ**
3 illic esse radicem malorum blandientium, **(*)**
4 caecitatem mentis humanae **P1γ**
5 occulta deceptione fallentium. **T2γ**
6 Vnde et diuitem stultum **P1δ**
7 saeculares copias cogitantem **V3δ**
8 et se exuberantium fructuum largitate iactantem **P1γ**
9 redarguit Deus dicens: **Vδζ**
*Stulte, hac nocte expostulatur anima tua. Quae ergo parasti cuius erunt?* [Lc. 12, 20]
10 Laetabatur stultus in fructibus **T2γδ**
11 nocte moriturus **TT1$^2$γ**
12 et cui uita iam deerat **T2γδ**
13 uictus abundantiam cogitabat. **V3δ**
14 Contra autem
15 Dominus perfectum et consummatum docet fieri *****
16 qui omnibus suis uenditis **Ton. Äqu. 4δζ***
17 atque in usum pauperum distributis **V3δ**
18 thesaurum sibi condat in caelo. **P1γδ**
19 Eum dicit posse se sequi **Pγδ**
20 et gloriam dominicae passionis imitari **TT1$^2$γ**
21 qui expeditus et succinctus **TTγδ**
22 nullis laqueis rei familiaris inuoluitur, **T2γ**
23 sed solutus ac liber **P1γδ**
24 facultates suas ad Dominum ante praemissas **P1γ**
25 ipse quoque comitatur. **TTγ**

26 Ad quod ut possit unusquisque nostrum parare se, **Tγζ**
27 sic discit orare **P1γ**
28 et de orationis lege
29 qualis esse debeat noscere. **T2γ**

1 **21** Neque enim deesse cotidianus cibus potest iusto, **TTγε**
2 cum scriptum sit:
*Non occidet Dominus fame animam iustam,* [Prou. 10, 3a]
3 et iterum:
*Iuuenior fui et senui et non uidi iustum derelictum neque semen eius quaerens panem,* [Ps. 36, 25]
4 item Dominus promittat et dicat: **P1γδ**
*nolite cogitare dicentes: quid edemus aut quid bibemus aut quid uestiemur? Haec enim nationes quaerunt. Scit autem pater uester quia horum omnium indigetis. Quaerite primo regnum et iustitiam Dei, et haec omnia apponentur uobis.* [Mt. 6, 31-33]
5 Quaerentibus regnum et iustitiam Dei **Pδ**
6 omnia promittit apponi: **P1γ**
7 nam cum Dei sint omnia, **Tγδ**
8 habenti Deum nihil deerit, *****
9 si Deo ipse non desit. **P1γδ**
10 Sic Daniheli
11 in leonum lacum
12 iussu regis incluso **P1γ**
13 prandium diuinitus procuratur **Vδ**
14 et inter feras esurientes et parcentes **TTγδ**
15 homo Dei pascitur. *****
16 Sic alitur Helias
17 in fuga et solitudine *****
18 coruis ministrantibus *****
19 et uolucribus cibum sibi apportantibus *****
20 in persecutione nutritur, **P1γ**
21 atque
22 – o humanae malitiae detestanda crudelitas! **T2γ**
23 – ferae parcunt,
24 aues pascunt, **gl. Akzentfolge**
25 et homines insidiantur et saeuiunt! **T2γδ**

1 **22** Post haec
2 et pro peccatis nostris
3 precamur dicentes: **Pγ**
*Et remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris. Post subsidium cibi*
4 petitur et uenia delicti, **TTδ**
5 ut qui a Deo pascitur *****
6 in Deo uiuat **1βδ**
7 nec tantum praesenti et temporali uitae
8 sed aeternae consulatur, **TTγ**
9 ad quam ueniri potest
10 si peccata donentur, **P1γ**
11 quae debita Dominus appellat, **TTδ**
12 sicut in euangelio suo dicit: **Vδζ**
*Dimisi tibi omne debitum, quia me rogasti.* [Mt. 18, 22]
13 Quam necessario autem, **P1δ**
14 quam prouidenter et salubriter admonemur **Vδ**
15 quod peccatores sumus,
16 qui pro peccatis rogare compellimur, **T2γ**
17 ut dum indulgentia de Deo petitur, *****
18 conscientiae suae animus recordetur! **Vδ**
19 Ne quis sibi quasi innocens placeat **Tδ**
20 et se extollendo plus pereat, **Tγδ**
21 instruitur et docetur **Vδε**
22 peccare se cotidie, *****
23 dum cotidie pro peccatis iubetur orare. **P1γ**
24 Sic denique et Iohannes **Vδε**
25 in epistula sua monet dicens: **TTγε**
*Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis et iustus est Dominus qui nobis peccata dimittat.* [I Io. 1, 8.9]
26 In epistula sua **Pδ**
27 utrumque complexus est, **T2γζ**
28 quod et rogare pro peccatis debeamus **TTγ**
29 et impetremus indulgentiam cum rogamus. **V3δε**
30 Ideo et fidelem dixit Dominum *****
31 ad dimittenda peccata **P1γ**
32 fidem pollicitationis suae reseruantem, **TTγ**
33 quia qui orare nos pro debitis et peccatis docuit *****
34 paternam misericordiam promisit **TTδ**
35 et ueniam secuturam. **Vδ**

1 **23** Adiunxit plane et addidit legem **P1δ**
2 certa nos condicione et sponsione constringens, **P1γ**
3 ut sic nobis dimitti debita postulemus **Vδ**
4 secundum quod et ipsi debitoribus nostris dimittimus, **Tγ**
5 scientes impetrari non posse **Pγδ**
6 quod pro peccatis petimus, *****
7 nisi et ipsi **Pγδ**
8 circa peccatores nostros
9 paria fecerimus.
10 Idcirco et alio in loco dicit: **1βδ**
*In qua mensura mensi fueritis, in ea remetiemur uobis.* [Mc. 4, 24]

11 Et qui seruus post dimissum sibi a domino omne debitum *

12 conseruo suo noluit ipse dimittere **T2γ**

13 in carcerem relegatur: **Vδ**

14 quia indulgere conseruo noluit, *

15 quod sibi a Domino indultum fuerat amisit. **TTδ**

16 Quae adhuc fortius Christus in praeceptis suis

17 maiore censurae suae uigore proponit. **P1γ**

*Cum steteritis,*

18 inquit,

*ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut et pater uester qui in caelis est remittat peccata uobis. Si autem uos non remiseritis, neque pater uester qui in caelis est remittet uobis peccata uestra.* [Mc. 11, 25.26]

19 Excusatio tibi nulla in die iudicii superest, **Tδ**

20 cum secundum tuam sententiam iudiceris **V3δ**

21 et quod feceris

22 hoc et ipse patiaris. **TT1$^2$γ**

23 Pacificos enim et concordes atque unanimes **Tγ**

24 esse in domo sua Deus praecepit **Pγ**

25 et quales nos fecit secunda natiuitate **(P)**

26 tales uult renatos perseuerare, **P1**

27 ut qui filii Dei esse coepimus *

28 in Dei pace maneamus, **TT1$^2$γ**

29 et quibus spiritus unus est **Tδζ**

30 unus sit et animus et sensus. **TTδε**

31 Sic nec sacrificium Deus recipit dissidentis **Vδ**

32 et ab altari reuertentem **TTγ**

33 prius fratri reconciliari iubet,

34 ut pacificis precibus **Tδ**

35 et Deus possit esse pacatus. **P1γ**

36 Sacrificium Deo maius est pax nostra

37 et fraterna concordia **T2γ**

38 et de unitate Patris et Filii et Spiritus sancti **P1δ**

39 plebs adunata. **Pβ**

1 **24** Neque enim in sacrificiis *

2 quae Abel et Cain primi obtulerunt **TTγ**

3 munera eorum Deus,

4 sed corda intuebatur, **P1**

5 ut ille placeret in munere **T2γδ**

6 qui placebat in corde. **P1γδ**

7 Abel pacificus et iustus, **TTδε**

8 dum Deo sacrificat innocenter, **Vδ**

9 docuit et ceteros,

10 quando ad altare munus offerunt, *

11 sic uenire cum Dei timore, **Pγ**

12 cum simplici corde, **P1δ**

13 cum lege iustitiae, **Tγ**

14 cum concordiae pace. **P1δ**

15 Merito ille **Pδ**

16 dum in sacrificio Dei talis est, *

17 ipse postmodum sacrificium Dei factus est, *

18 ut martyrium primus ostendens **P1γ**

19 initiaret sanguinis sui gloria **Ton. Äqu. 4δζ***

20 dominicam passionem **Vδ**

21 qui et iustitiam Domini habuerat et pacem: **TTδε**

22 tales denique a Domino coronantur, **Vδ**

23 tales

24 in die iudicii **Tγ**

25 cum Domino uindicabuntur. **P1**

26 Ceterum discordans et dissidens **Tγδ**

27 et pacem cum fratribus non habens, **TTδε**

28 secundum quod beatus apostolus **Tγ**

29 et scriptura sancta testatur, **P1γ**

30 nec si pro nomine occisus fuerit, *

31 crimen dissensionis fraternae poterit euadere,

32 quia sicut scriptum est: *

*Qui fratrem suum odit homicida est,* [I Io. 3, 15]

33 nec ad regnum peruenit aut cum Deo uiuit homicida. **TT1$^2$γ**

34 Non potest esse cum Christo **P1γδ**

35 qui imitator Iudae maluit esse quam Christi. **P1γδ**

36 Quale delictum est **T2γζ**

37 quod nec baptismo sanguinis potest ablui, **Ton. Äqu. 4δζ***

38 quale crimen est *

39 quod martyrio non potest expiari! **V3βδ**

1 **25** Illud quoque necessarie monet Dominus **Ton. Äqu. 4δζ***

2 ut in oratione dicamus: **P1γ**

3 Et ne patiaris nos induci in temptationem. **Ditr.**

4 Qua in parte ostenditur **T2γ**

5 nihil contra nos aduersarium posse, **P1δ**

6 nisi Deus ante permiserit, **T2γ**

7 ut omnis timor noster

8 et deuotio

9 atque obseruatio *

10 ad Deum conuertatur, **TTγ**

11 quando in temptationibus nihil malo liceat, *

12 nisi potestas inde tribuatur. **TT1$^2$γ**

13 Probat scriptura quae dicit: **P1γδ**

*Venit Nabuchodonosor rex Babyloniae in Hierusalem et expugnabat eam, et dedit eam Dominus in manu eius.* [Dan. 1, 1.2a]

14 Datur autem potestas **Pγ**

15 aduersum nos malo **Pγ**

16 secundum nostra peccata, **P1γ**

17 sicut scriptum est: *

*Quis dedit in direptionem Iacob et Israel eis qui praedabantur illum? Nonne Deus cui peccauerunt et nolebant in uiis eius ambulare neque audire legem eius, et superduxit super eos iram animationis suae?* [Io. 19, 11a]
18 Et iterum Salomone peccante **P1γ**
19 et a praeceptis atque a uiis Domini recedente **Vδ**
20 positum est:
*Et excitauit Dominus Satanan ipsi Salomoni.* [I Reg. 11, 14a]

1 **26** Potestas uero dupliciter aduersum nos datur,
2 uel ad poenam cum delinquimus *
3 uel ad gloriam cum probamur, **V3δε**
4 sicuti de Iob factum uidemus **Pγ**
5 manifestante Deo et dicente: **TTγδ**
*Ecce omnia quaecumque habet in tuas manus do: sed ipsum caue ne tangas.* [Iob. 1, 12a]
6 Et Dominus in euangelio loquitur **Tδ**
7 tempore passionis: **Vδ**
*Nullam haberes potestatem aduersum me, nisi data esset tibi desuper.* [Io. 19, 11a]
8 Quando autem rogamus **Pγ**
9 ne in temptationem ueniamus, **TTγ**
10 admonemur infirmitatis et imbecillitatis nostrae
11 dum sic rogamus, **(Pβγ)**
12 ne quis se insolenter extollat, **P1γ**
13 ne quis sibi superbe atque arroganter **TTγ**
14 aliquid adsumat, **TTδ**
15 ne quis aut confessionis aut passionis gloriam suam ducat, **Vδζ**
16 cum Dominus ipse humilitatem docens dixerit: *
*Vigilate et orate, ne ueniatis in temptationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma,* [Mt. 26, 41]
17 ut dum praecedit humilis et summissa confessio **T2γ**
18 et datur totum Deo
19 quidquid suppliciter cum timore et honore Dei petitur *
20 ipsius pietate praestetur. **P1γ**

1 **27** Post ista omnia *
2 in consummatione orationis **Ditr.**
3 uenit clausula *
4 uniuersas petitiones et preces nostras **1βδ**
5 collecta breuitate concludens. **P1γ**
6 In nouissimo enim ponimus: **Ton. Äqu. 4δζ***
*Sed libera nos a malo,*
7 comprehendentes aduersa cuncta **Ditr.**
8 quae contra nos in hoc mundo molitur inimicus, **TT1$^2$γ**
9 a quibus potest esse firma et fida tutela, **P1γ**
10 si nos Deus liberet, **(T)2βδ***
11 si deprecantibus atque implorantibus *
12 opem suam praestet. **ton. Äqu. ditr.**
13 Quando autem dicimus *
*libera nos a malo,*
14 nihil remanet *
15 quod ultra adhuc debeat postulari, **V3δ**
16 quando semel protectionem Dei aduersus malum petamus; **Pγ**
17 qua impetrata **Pβ**
18 contra omnia *
19 quae diabolus et mundus operantur **TT1$^2$γ**
20 securi stamus et tuti. **P1γδ**
21 Quis enim ei de saeculo metus est **Tδζ**
22 cui in saeculo Deus tutor est? *** 2βδ**

1 **28** Quid mirum,
2 fratres dilectissimi, *
3 si oratio talis est **T2δζ**
4 quam Deus docuit, **Tβδ***
5 qui magisterio suo **Pδ**
6 omnem precem nostram **TTγε/1βδ**
7 salutari sermone breuiauit? **TT1$^2$γ**
8 Hoc iam per Esaiam prophetam
9 fuerat ante praedictum, **P1γ**
10 cum plenus Spiritu sancto **P1δ**
11 de Dei maiestate ac pietate loqueretur. **TT1$^2$γ**
*Verbum consummans,*
12 inquit,
*et breuians in iustitia, quoniam sermonem breuiatum faciet Deus in toto orbe terrae.* [Is. 10, 22b.23]
13 Nam cum Dei sermo
14 Dominus noster Iesus Christus omnibus uenerit **T2δ**
15 et colligens doctos pariter et indoctos **Vδε**
16 omni sexu atque aetati **P1γ**
17 praecepta salutis ediderit, **Tγ**
18 praeceptorum suorum fecit grande compendium, **T2γ**
19 ut in disciplina caelesti **Pγ**
20 discentium memoria non laboraret, **Pβ**
21 sed quod esset simplici fidei necessarium **Ton. Äqu. 4δ***
22 uelociter disceret. **T2δ**
23 Sic dum doceret **Ditr.**
24 quid sit uita aeterna, **P1γ**
25 sacramentum uitae
26 magna et diuina breuitate complexus est dicens: **P1γδ**

*Haec est autem uita aeterna ut cognoscant*
*te solum et uerum Deum et quem*
*misisti Iesum Christum.* [Io. 17, 3]
27 Item cum de lege et prophetis **TTγδ**
28 praecepta prima et maiora decerperet, **T2γ**
*audi,*
29 inquit,
*Israel: Dominus Deus tuus*
*Dominus unus est,* [Mc. 12, 29-31]
30 et:
*diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo et de tota anima tua et de tota uirtute tua. Hoc primum, et secundum simile huic: diliges proximum tibi tamquam te. In his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae.* [Mt. 7, 12]
31 Et iterum:
*Quaecumque uolueritis ut faciant uobis homines bona, ita et uos facite illis. Haec est enim lex et prophetae.* [Lc. 5, 16]

1 **29** Nec uerbis tantum sed et factis **TTγδε**
2 Dominus orare nos docuit **Tγδ**
3 ipse orans frequenter et deprecans **T2γδ**
4 et quid nos facere oporteret **TTδ**
5 exempli sui contestatione demonstrans, **P1γ**
6 sicut scriptum est: *
*Ipse autem fuit secedens in*
*solitudines et adorans,* [Lc. 5, 16]
7 et iterum:
*Exiuit in montem orare et fuit*
*pernoctans in oratione Dei.* [Lc. 6, 12]
8 Quodsi ille orabat **P1γ**
9 qui sine peccato erat,
10 quanto magis peccatores oportet orare, **P1γ**
11 et si ille
12 per totam noctem iugiter uigilans **Tδ**
13 continuis precibus orabat, **TTδ**
14 quanto nos magis in frequentanda oratione **Ditr.**
15 debemus nocte uigilare. **TT1$^{2}$γ**

1 **30** Orabat autem Dominus et rogabat **Vδε**
2 non pro se
3 – quid enim pro se innocens precaretur? – **Vδ**
4 sed pro delictis nostris,
5 sicut ipse declarat **P1γ**
6 cum dicit ad Petrum: **P1γδ**
*Ecce satanas postulauit ut nos uexaret quomodo triticum. Ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides tua.* [Lc. 22, 31.32a]
7 Et postmodum pro omnibus
patrem deprecatur dicens:
*Non pro his autem rogo solis sed pro illis qui credituri sunt per uerbum ipsorum in me ut omnes unum sint, sicut et tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis sint.* [Io. 17, 20.21]
8 Magna Domini propter salutem
nostram benignitas pariter et pietas,
9 ut non contentus
10 quod nos sanguine suo redimeret **Tγ**
11 adhuc pro nobis amplius et rogaret. **Vδε**
12 Rogantis autem desiderium uidete quod fuerit, **Tγδ**
13 ut quomodo unum sunt pater et filius, **Tγδ**
14 sic et nos in ipsa unitate maneamus: **TT1$^{2}$γ**
15 ut hinc quoque possit intellegi **T2γ**
16 quantum delinquat **Tγ**
17 qui unitatem scindit et pacem, **P1γδ**
18 cum pro hoc et rogauerit Dominus **Tδ**
19 uolens scilicet plebem suam uiuere, *
20 cum sciret
21 ad regnum Dei
22 discordiam non uenire. **V3δε**

1 **31** Quando autem stamus ad orationem, **P**
2 fratres dilectissimi, *
3 inuigilare et incumbere ad preces **TTδε**
4 toto corde debemus. **P1γ**
5 Cogitatio omnis carnalis et saecularis abscedat **P1γ**
6 nec quicquam tunc animus
7 quam id solum cogitet quod precatur. **V3δε**
8 Ideo et sacerdos ante orationem **Ditr.**
9 praefatione praemissa **P1γ**
10 parat fratrum mentes dicendo: **Pγ**
*Susum corda,*
11 ut dum respondet plebs:
*Habemus ad Dominum,*
12 admoneatur
13 nihil aliud se quam Dominum cogitare debere. **P1γ**
14 Cludatur contra aduersarium pectus **P1δ**
15 et soli Deo pateat *
16 nec ad se hostem Dei
17 tempore orationis adire patiatur. **TT1$^{2}$γ**
18 Obrepit enim frequenter et penetrat **Tγδ**
19 et subtiliter fallens **P1δ**
20 preces nostras a Deo auocat, **(T)2βδ***
21 ut aliud habeamus in corde **P1γδ**
22 aliud in uoce, **TTγδ**
23 quando intentione sincera **P1γ**
24 Deum debeat non uocis sonus
25 sed animus et sensus orare. **P1γ**
26 Quae autem segnitia est
27 abalienari et capi **Pγδ**
28 ineptis cogitationibus et profanis **Vδε/Ditr.**
29 cum Dominum deprecaris, **Vδ/Ditr.**

30 quasi sit aliud **Tγδ**
31 quod magis debeas cogitare **V3δ**
32 quam quod cum Deo loqueris? *
33 Quomodo audiri te a Deo postulas, **(T)2βδ***
34 cum te ipse non audias? **T2γδ**
35 Vis esse Dominum memorem tui cum rogas, **Pγδ**
36 quando tui memor ipse non sis? **Ditr.**
37 Hoc est ab hoste in totum non cauere, **TTγδ**
38 hoc est,
39 quando oras Deum,
40 maiestatem Dei neglegentia orationis offendere, **T2γ**
41 hoc est uigilare oculis *
42 et corde dormire, **P1γ**
43 cum debeat christianus **V3δ**
44 et cum dormit oculis *
45 corde uigilare, **TT1$^2$γ**
46 sicut scriptum est *
47 ex persona ecclesiae loquentis **TTδ**
48 in Cantico canticorum: **V3δ**
*Ego dormio et cor meum uigilat.* [Cant. 5, 2a]
49 Quapropter sollicite et caute **TTδε**
50 apostolus admonet dicens: **P1δ**
*Instate orationi uigilantes in ea,* [Col. 4, 2]
51 docens scilicet et ostendens **Vδε**
52 eos impetrare **(TTγ)**
53 quod postulant de Deo posse, **(P)1βδ**
54 quos Deus uideat in oratione uigilare. **TT1$^2$γ**

1 **32** Orantes autem non infructuosis nec nudis precibus *
2 ad Deum ueniant. *
3 Inefficax petitio est,
4 cum precatur Deum sterilis oratio.
5 Nam cum omnis arbor non faciens fructum excidatur **TTγ**
6 et in ignem mittatur, **Pγ**
7 utique et sermo non habens fructum **(P)1βδ**
8 promereri Deum non potest, **Pγδ**
9 qui nulla operatione fecundus est. **T2γζ**
10 Et ideo scriptura diuina instruit dicens: **P1δ**
*Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna.* [Tob. 12, 8]
11 Nam qui in die iudicii **Tγ**
12 praemium pro operibus et eleemosynis redditurus est *
13 hodie quoque
14 ad orationem cum operatione uenienti **TT1$^2$γ**
15 benignus auditor est. **T2γζ**
16 Sic denique Cornelius centurio cum oraret, **Vδε**
17 meruit audiri. **TTδ**
18 Fuit faciens multas eleemosynas in plebem **Pγδ**
19 et semper orans Deum. **TTγε**
20 Huic circa horam nonam oranti **P1γ**
21 adstitit angelus **Tδ**
22 testimonium reddens sui operis et dicens: **TTδε**
*Corneli, orationes tuae et eleemosynae tuae ascenderunt ad memoriam coram Deo.* [Act. 10, 4]

1 **33** Cito orationes ad Deum ascendunt **Pγ**
2 quas ad Deum merita nostri operis imponunt. **TTδ**
3 Sic et Raphael angelus Tobiae oranti
4 semper et semper operanti **TT1$^2$γ**
5 testis fuit dicens: **TTγε**
*Opera Dei reuelare et confiteri honorificum est. Nam quando orabas tu et Sarra, ego obtuli memoriam orationis uestrae in conspectu claritatis Dei; et cum sepelires tu mortuos simpliciter, et quia non es cunctatus exsurgere et derelinquere prandium tuum, sed abisti et condidisti mortuum, et missus sum temptare te; et iterum me misit Deus curare te et Sarram nurum tuam. Ego enim sum Raphael, unus ex septem angelis iustis qui adsistimus et conuersamur ante claritatem Dei.* [Tob. 12, 11-15]
6 Per Esaiam quoque Dominus admonet et docet **TTδε**
7 similia contestans: **TTδ**
*Solue,*
8 inquit,
*omnem nodum iniustitiae, resolue suffocationes impotentium commerciorum: dimitte quassatos in requiem et omnem consignationem iniustam dissipa: frange esurienti panem tuum et egenos sine tecto induc in domum tuam: si uideris nudum, uesti et domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum et uestimenta tua cito orientur et praeibit ante te iustitia et claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamabis, et Deus exaudiet te: dum adhuc loqueris, dicit: ecce adsum.* [Is. 58, 6b-9a]
9 Adesse se repromittit **(P)1β**
10 et audire ac protegere se eos dicit **(P)1βδ**
11 qui iniustitiae nodos **Pδ**
12 de corde soluentes **P1γ**
13 et eleemosynas circa domesticos Dei **Pδ**
14 secundum eius praecepta facientes, **TT1$^2$γ**
15 dum audiunt
16 quod Deus praecepit fieri, *
17 ipsi quoque a Deo merentur audiri. **P1γ**
18 Beatus apostolus Paulus **P1δ**
19 in necessitate pressurae **P1γ**
20 adiutus a fratribus **T2γδ**
21 opera quae fiunt **TTδε**

22 sacrificia Deo dixit esse. **(TTγε)**
*Saturatus sum,*
23 inquit,
*recipiens ab Epaphrodito ea quae a uobis missa sunt, odorem suauitatis, sacrificium acceptum et placitum Deo.* [Phil. 4, 18]
24 Nam quando
25 qui miseretur pauperi *
26 Deo faenerat **Ton. Äqu. 4δζ***
27 et qui dat minimis
28 Deo donat,
29 spiritaliter Deo suauitatis odore sacrificat. **Tγ**

1 **34** In orationibus uero celebrandis **TTγ**
2 inuenimus obseruasse cum Danihele
3 tres pueros
4 in fide fortes **(P)1βδ**
5 et in captiuitate uictores **P1γ**
6 horam tertiam sextam nonam,
7 sacramento scilicet trinitatis **V3δ**
8 quae
9 in nouissimis temporibus
10 manifestari habebat. **Pγ**
11 Nam et prima hora
12 in tertiam ueniens **Tδ**
13 consummatum numerum trinitatis ostendit, **P1γ**
14 itemque ad sextam quarta procedens **P1γ**
15 declarat alteram trinitatem, **V3δ**
16 et quando a septima nona completur, **P1γ**
17 per ternas horas
18 trinitas perfecta numeratur. **TT1²γ**
19 Quae horarum spatia
20 iam pridem **TTδε**
21 spiritaliter determinantes
22 adoratores Dei
23 statutis et legitimis ad precem temporibus seruiebant. **Vδ**
24 Et manifestata postmodum res est, **P1δε**
25 sacramenta olim fuisse **Pγ**
26 quod ante sic iusti precabantur. **TTγ**
27 Nam super discipulos **Tγ**
28 hora tertia *
29 descendit Spiritus sanctus **P1δ**
30 qui gratiam dominicae promissionis impleuit. **P1γ**
31 Item Petrus
32 hora sexta in tectum superius ascendens **TTδ**
33 signo pariter et uoce Dei monentis instructus est, **T2γζ**
34 ut omnes ad gratiam salutis admitteret, **T2γ**
35 cum de emundandis gentibus *
36 ante dubitaret. **TT1²γ**
37 Et Dominus
38 hora sexta crucifixus **TTγ**
39 ad nonam peccata nostra sanguine suo abluit *
40 et ut redimere et uiuificare nos posset, **P1γδ**
41 tunc uictoriam suam passione perfecit. **P1γ**

1 **35** Sed nobis,
2 fratres dilectissimi, *
3 praeter horas antiquitus obseruatas orandi **Pγ**
4 nunc et spatia et sacramenta creuerunt. **P1γ**
5 Nam et mane orandum est, **T2γζ**
6 ut resurrectio Domini **Tδ**
7 matutina oratione celebretur. **TT1²γ**
8 Quod olim Spiritus sanctus designabat **TTγ**
9 in psalmis dicens:
*Rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo, Domine, mane: et exaudies uocem meam, mane adsistam tibi et contemplabor te.* [Ps. 5, 3b-4]
10 Et iterum per prophetam loquitur Dominus: **Tδ**
*Diluculo uigilabunt ad me dicentes: eamus et reuertamur ad Dominum Deum nostrum.* [Os. 5, 15d-6, 1a]
11 Recedente item sole **TTγε**
12 ac die cessante **Pγ**
13 necessario rursus orandum est. **T2γζ**
14 Nam quia Christus sol uerus est et dies uerus, **(P)1βδ**
15 sole ac die saeculi recedente **Vδ**
16 quando oramus et petimus **Tγδ**
17 ut super nos lux denuo ueniat, **Tδ**
18 Christi precamur aduentum
19 lucis aeternae gratiam praebiturum. **V3δ**
20 Christum autem diem dictum **TTγε**
21 declarat in psalmis **P1γδ**
22 Spiritus sanctus. **P1δ**
*Lapsis,*
23 inquit,
*quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli. A Domino factus est iste et est admirabilis in oculis nostris. Iste est dies quem fecit Dominus: exultemus et iucundemur in eo.* [Ps. 118, 22-24]
24 Item quod sol appellatus sit Malachin propheta testatur dicens:
*Vobis autem qui timetis nomen Domini orietur sol iustitiae, et in alis eius curatio est.* [Mal. 3, 20a]
25 Quodsi in scripturis sanctis
26 sol uerus et dies uerus est Christus, **P1γδ**
27 nulla hora excipitur christianis **Vδ**
28 quominus frequenter ac semper **P1γδ**
29 Deus debeat adorari, **Vδ**

30 ut qui in Christo, **Pβγδ**
31 hoc est in sole **Pβγδ**
32 et in die uero, **(P)1βδ**
33 sumus
34 instemus per totum diem precibus et oremus: **Vδε**
35 et quando mundi lege decurrens **P1γ**
36 uicibus alternis **TTδ**
37 nox reuoluta succedit, **P1γ**
38 nullum de nocturnis tenebris esse orantibus damnum potest, **(Vδζ)**
39 quia filiis lucis **P1δ**
40 et in noctibus dies est. **Tδζ**
41 Quando enim sine lumine est
42 cui lumen in corde est? **T2γδζ**
43 Aut quando sol ei et dies non est **(P)1βδε**
44 cui sol et dies Christus est? **(T)2βδζ***

1 **36** Qui autem in Christo, **P1γδ**
2 hoc est in lumine, **Tβγδ**
3 semper sumus
4 nec noctibus ab oratione cessemus. **P1γ**
5 Sic Anna uidua *
6 sine intermissione rogans semper et uigilans **Tγδ**
7 perseuerabat in promerendo Deo,
8 sicut in euangelio scriptum est: **Tδζ**
*Non recedebat de templo ieiuniis et orationibus seruiens nocte et die.* [Lc. 2, 37b]
9 Viderint uel gentiles **Vδε**
10 qui necdum illuminati sunt **Tζ**
11 uel Iudaei
12 qui deserti lumine *
13 in tenebris remanserunt: **Vδ**
14 nos,
15 fratres dilectissimi, *
16 qui in Domini luce semper sumus, **(TTγε)**
17 qui meminimus et tenemus **Vδε**
18 quid esse accepta gratia coeperimus,
19 computemus noctem pro die. **Pγδ**
20 Ambulare nos credamus semper in lumine, **T2γδ**
21 non impediamur a tenebris **Tγδ**
22 quas euasimus,
23 nulla sint horis nocturnis precum damna, **1βδ**
24 nulla orationum pigra et ignaua dispendia. **T2γ**
25 Per Dei indulgentiam recreati spiritaliter et renati **Vδε**
26 imitemur
27 quod futuri sumus:
28 habituri in regno **Pγδ**
29 sine interuento noctis
30 solum diem,
31 sic nocte quasi in luce uigilemus; **TT1$^2$γ**
32 oraturi semper
33 et acturi gratias Deo **Pδ**
34 hic quoque orare **Pγ**
35 et gratias agere **Tδ**
36 non desinamus. **Pβ**

## 1.7 De habitu uirginum

1 **1** Disciplina custos spei,
2 retinaculum fidei, **Tδ**
3 dux itineris salutaris, **TTδ**
4 fomes ac nutrimentum bonae indolis, *
5 magistra uirtutis, **P1γ**
6 facit in Christo manere semper **Ditr.**
7 ac iugiter Deo uiuere, **Ton. Äqu. 4δζ***
8 ad promissa caelestia **T2γ**
9 et diuina praemia peruenire. **Vδ/Ditr.**
10 hanc et sectari salubre est **Tγζ**
11 et auersari ac neglegere letale. **TTδ**
12 in psalmis loquitur Spiritus sanctus: **P1δ**
*continete disciplinam ne forte irascatur Dominus et pereatis a uia recta, cum exarserit cito ira eius super uos.* [Ps. 2, 12.]
13 et iterum:
*peccatori autem dicit Deus: ad quid exponis iustificationes meas et adsumis testamentum meum per os tuum? tu autem odisti disciplinam et abiecisti sermones meos retro.* [Ps. 49, 16 sq.]
14 et denuo legimus: **Tδ**
*disciplinam qui abicit infelix est.* [Sap. 3, 11.]
15 et de Salomone mandata sapientiae monentis accepimus: **T2γ**
*fili, ne neglexeris disciplinam Dei nec defeceris ab eo correptus: quem enim diligit Deus corripit.* [Prou. 3, 11 sq.]
16 si autem Deus quem diligit corripit **T2δ**
17 et corripit ut emendet, **Vδε**
18 fratres quoque et maxime sacerdotes non oderunt **TTγδ**
19 sed diligunt eos **Pδ**
20 quos corripiunt ut emendent, **Vδε**
21 quando et Deus per Hieremiam ante praedixerit **T2γ**
22 et tempora nostra significauerit dicens: **P1δ**
*et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disciplina.* [Hier. 3, 15]

1 **2** Quodsi in scripturis sanctis
2 frequenter et ubique **TT1$^2$γδ**
3 disciplina praecipitur **Tγ**
4 et fundamentum omne religionis ac fidei **Tγδ**
5 de obseruatione ac timore proficiscitur, **(*)**

6 quid cupidius adpetere,
7 quid magis uelle ac tenere nos conuenit, **T2γδ**
8 quam ut radicibus fortius fixis **P1δ**
9 et domiciliis nostris **Pδ**
10 super petram robusta mole solidatis **TT1$^2$γ**
11 inconcussi ad procellas et turbines saeculi stemus, **P1δ**
12 ad Dei munera **2βδ**
13 per diuina praecepta ueniamus, **TT1$^2$γ**
14 considerantes pariter ac scientes **Vδε**
15 quod templa Dei sint membra nostra **Ditr.**
16 ab omni faece contagionis antiquae **P1γ**
17 lauacri uitalis sanctificatione purgata **P1γ**
18 nec uiolari ea aut pollui fas sit, **P1δε**
19 quando qui uiolat et ipse uioletur? **TT1$^2$γ**
20 eorum nos templorum cultores et antistites sumus: **Pδ**
21 seruiamus illi, **Ditr.**
22 cuius esse iam coepimus. **T2γδ**
23 Paulus in epistulis suis dicit, **(Vδζ)**
24 quibus nos ad curricula uiuendi **TTδ**
25 per diuina magisteria formauit: **TTδ**
*non estis uestri: empti enim estis magno* [pretio]. clarificate et portate Deum in corpore uestro. [I Cor. 6, 19 sq.]
26 clarificemus et portemus Deum
27 puro et mundo corpore *
28 et obseruatione meliore, **TT1$^2$γ**
29 et qui per sanguinem Christi redempti sumus
30 per omnia seruitutis obsequia **Tγ**
31 redemptoris imperio pareamus **Vδ**
32 demusque operam, *
33 ne quid immundum et profanum **TTγδ**
34 templo Dei inferatur, **TTγ**
35 ne offensus sedem quam inhabitat derelinquat. **Vδ/Ditr.**
36 sospitantis Domini uerba sunt et docentis, **V3γδε**
37 curantis pariter et monentis: **Vδε**
*ecce,*
38 inquit,
*sanus factus es: iam noli peccare ne quid tibi deterius fiat.* [Io. 5, 14.]
39 dat uiuendi timorem, **Pγ**
40 dat innocentiae legem, **P1δ**
41 postquam contulit sanitatem, **V3δ**
42 nec habenis liberis et solutis **V3δε**
43 uagari postmodum patitur, **Tδ**
44 sed ipsis potius quibus sanatus fuerat mancipato **Vδ**
45 grauius comminatur, **Vδ**
46 quod sit scilicet minor culpa **Vδζ**
47 deliquisse ante, **Ditr.**
48 cum necdum nosses disciplinam Dei, **gl. Akzentfolge**
49 nulla sit uenia **Tγδ**
50 ultra delinquere, **Tγ**
51 postquam Deum nosse coepisti. **P1γ**
52 et quidem hoc tam uiri quam mulieres, **(Vγδ)**
53 tam pueri quam puellae, **Vδε**
54 sexus omnis adque omnis aetas **Ditr.**
55 obseruet et curet **P1γδ**
56 pro religione et fide **Pγδ**
57 quam Deo debet, **(P)1βδ**
58 ne quod sanctum et purum **P1γδ**
59 de Domini dignatione percipitur **Tγ**
60 minus sollicito timore teneatur. **TT1$^2$γ**

1 **3** Nunc nobis ad uirgines sermo est, **Tδζ**
2 quarum quo sublimior gloria est
3 maior et cura est. **T2γδζ**
4 flos est ille ecclesiastici germinis, **T2δ**
5 decus adque ornamentum gratiae spiritalis, **V3δ**
6 laeta indoles, *
7 laudis et honoris opus integrum adque incorruptum, **TTγ**
8 Dei imago **Pγ**
9 respondens ad sanctimoniam Domini, **Tδ**
10 inlustrior portio gregis Christi. **Vδζ**
11 gaudet per illas **Pγδ**
12 adque in illis largiter floret **P1δ**
13 ecclesiae matris gloriosa fecunditas, **T2γ**
14 quantoque plus copiosa uirginitas **Tγ**
15 numero suo addit, **(Vδζ)**
16 gaudium matris augescit. **P1γ**
17 ad has loquimur,
18 has adhortamur **(P)1β**
19 adfectu potius quam potestate **(P)1β**
20 nec quo extremi et minimi **Tγδ**
21 et humilitatis nostrae admodum conscii **T2δ**
22 aliquid ad censuram licentiae uindicemus, **V3δ**
23 sed quod ad sollicitudinem magis cauti **(Vδζ)**
24 plus de diaboli infestatione timeamus. **TT1$^2$γ**

1 **4** Neque inanis haec cautio est **Ditr.**
2 et uana formido **P1γ**
3 quae ad salutis uiam consulit, *
4 quae dominica et uitalia praecepta custodit, **P1γ**
5 ut quae se Christo dicauerint **Tγ**
6 et a carnali concupiscentia recedentes **Vδ**
7 tam carne quam mente se Deo uouerint, * **((T)2βδ)**
8 consumment opus suum **TTγε**
9 magno praemio destinatum **V3δ**

10 nec ornari aut placere cuiquam

11 nisi domino suo studeant, **Ton. Äqu. 4δζ***

12 a quo et mercedem uirginitatis expectant **P1γ**

13 dicente ipso: **Ditr.**

*non omnes capiunt uerbum sed illi quibus datum est: sunt enim spadones qui ex utero matris nati sunt sic et sunt spadones qui coacti sunt ab hominibus et sunt spadones qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum.* [Matth. 19, 11 sq.]

14 denuo quoque **Pδ**

15 per hanc angeli uocem **P1δ**

16 continentiae munus ostenditur, **T2γ**

17 uirginitas praedicatur: **Vδ**

*hi sunt qui cum mulieribus se non coinquinauerunt: uirgines enim permanserunt. hi sunt qui secuntur agnum, quocumque ierit.* [Apoc. 14, 4.]

18 neque enim tantum masculis

19 continentiae gratiam Dominus repromittit **Vδ**

20 et feminas praeterit, **T2δ**

21 sed quoniam uiri portio est femina

22 et ex eo sumpta adque formata est, **T2γζ**

23 in scripturis fere omnibus

24 ad protoplastum Deus loquitur, *

25 quia sunt duo in carne una **Ditr.**

26 et in masculo simul significatur et femina. **T2γδ**

1 **5** Quodsi Christum continentia sequitur **Tδ**

2 et regno Dei uirginitas destinatur, **Vδ**

3 quid istae cum terreno cultu et cum ornamentis, **(Pβ)**

4 quibus dum hominibus placere gestiunt, *

5 Deum offendunt **Pγ**

6 non cogitantes **Ditr.**

7 esse praedictum: **P1γ**

*qui hominibus placent confusi sunt, quoniam Deus nihil fecit illos* [Ps. 52, 6.],

8 et Paulo quoque gloriose et sublimiter praedicante: **V3δ**

*si hominibus placerem, seruus Christi non essem.* [Gal. 1, 10.]

9 continentia uero et pudicitia

10 non in sola carnis integritate consistit **P1γ**

11 sed etiam in cultus et ornatus honore pariter ac pudore, **Vδε**

12 ut secundum apostolum **Tγ**

13 quae innupta est **(Ton. Äqu. 4δεζ)***

14 sancta sit et corpore et spiritu.

15 instruit Paulus et dicit: **P1γδ**

*caeleps cogitat ea quae sunt Domini, quomodo placeat Deo: qui autem matrimonium contraxit cogitat ea quae sunt mundi huius, quomodo placeat uxori. sic et mulier et uirgo innupta cogitat ea quae sunt Domini, ut sit sancta et corpore et spiritu.* [I Cor. 7, 32 sq.]

16 uirgo non esse tantum **Ditr.**

17 sed et intellegi debet et credi: **P1γδ**

18 nemo cum uirginem uiderit, **T2δ**

19 dubitet an uirgo sit.

20 parem se integritas in omnibus praestet **P1δ**

21 nec bonum corporis cultus infamet. **P1γ**

22 quid ornata, quid compta procedit, **P1γ**

23 quasi maritum aut habeat aut quaerat? **TTδε**

24 timeat potius placere, si uirgo est, **Tγδζ**

25 nec periculum sui adpetat

26 quae ad meliora et diuina se seruat. **P1γδ**

27 quae uirum non habet, **Pγδ**

28 cui placere se simulet, **Tγδ**

29 integre et pure **TTδε**

30 non tantum corporaliter *

31 sed et spiritaliter perseueret. **V3δ**

32 neque enim uirginem fas est **P1δε**

33 ad speciem formae suae comi **(TTγε)**

34 aut de carne et de eius pulchritudine gloriari, **V3δ**

35 cum nulla sit illis magis quam aduersus carnem conluctatio *

36 et uincendi corporis ac domandi **Vδε**

37 obstinata certatio. **T2γ**

1 **6** Paulus forti ac sublimi uoce proclamat: **P1γ**

*mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo* [Gal. 6, 14.]:

2 et uirgo in ecclesia **(*)**

3 de specie carnis **Pδ**

4 ac de corporis pulchritudine gloriatur? **Vδ/Ditr.**

5 addit Paulus et dicit: **P1γδ**

*qui enim sunt Christi carnem crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis.* [Gal. 5, 24.]

6 et quae se concupiscentiis carnis et uitiis renuntiasse profitetur, **TT1$^2$γ**

7 in isdem quibus renuntiauerat inuenitur? **Vδ/Ditr.**

8 deprehenderis, uirgo, **P1δ**

9 detegeris:

10 aliud te esse iactas **Ditr.**

11 et aliud adfectas. **TTδ**

12 maculis te concupiscentiae carnalis aspergis, **P1γ**

13 cum integritatis candidata sis et pudoris. **V3γδε**

*clama,*

14 inquit Esaiae Deus,

*omnis caro faenum et omnis claritas eius ut flos faeni. aruit faenum et flos decidit. sermo autem Domini manet in aeternum.* [Es. 40, 6 sq.]

15 neminem Christianum decet
16 et maxime uirginem non decet **TTδε**
17 claritatem ullam conputare carnis et honorem, **TT1$^{2}$γ**
18 sed solum adpetere sermonem Dei,
19 bona in aeternum mansura conplecti. **P1γ**
20 aut si carne sit gloriandum, **V3γδ**
21 tunc plane
22 quando in nominis confessione cruciatur, **TT1$^{2}$γ**
23 quando fortior femina uiris torquentibus inuenitur, **Vδ**
24 quando ignes aut cruces aut ferrum aut bestias **T2γδ**
25 patitur ut coronetur. **(P)1β**
26 illa sunt carnis pretiosa monilia, **Tγ**
27 illa corporis ornamenta meliora. **TT1$^{2}$γ**

1 **7** Sed sunt aliquae diuites **Tδ**
2 et facultatum ubertate locupletes, **TT1$^{2}$γ**
3 quae opes suas praeferant *****
4 et se bonis suis uti debere contendant. **P1γ**
5 sciant primo illam diuitem esse **Pδ**
6 quae Deo diues est, **(T)2βδζ***
7 illam esse locupletem **TT1$^{2}$γ**
8 quae locuples in Christo est,
9 bona esse illa **TTγε/Ditr.**
10 quae sint spiritalia, diuina, caelestia, **T2γ**
11 quae nos ad Deum ducant, **(TTβγε)**
12 quae nobiscum aput Deum **TTγε**
13 perpetua possessione permaneant. **Tγ**
14 ceterum quaecumque terrena sunt in saeculo accepta **TTδ**
15 et hic cum saeculo remansura, **Vδ**
16 tam contemni debent,
17 quam mundus ipse contemnitur, **T2γ**
18 cuius pompis et deliciis iam tum renuntiauimus, **(T)**
19 cum meliore transgressu ad Deum uenimus. *****
20 Iohannes nos excitat et hortatur **Vδε**
21 spiritali et caelesti uoce contestans: **P1γ**
*nolite,*
22 ait,
*diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. si qui dilexerit mundum, non est caritas patris in illo: quoniam omne quod in mundo est concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi quae non sunt a patre sed ex concupiscentia saeculi. et mundus transibit et concupiscentia eius, qui autem fecerit uoluntatem Dei, manebit in aeternum.* [I Io. 2, 15 sq.]
23 aeterna igitur et diuina sectanda sunt **T2γζ**
24 et omnia de Dei uoluntate facienda sunt,
25 ut Domini nostri uestigia et magisteria sectemur **TTδ**
26 qui monuit et dixit: **TTδε**
*non descendi de caelo, ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui me misit.* [Io. 6, 38.]
27 quodsi non est maior domino suo seruus **Vδζ**
28 et liberatori debet obsequium liberatus, **Vδ**
29 qui esse cupimus christiani **Vδ**
30 debemus quod Christus dixit imitari. **TT1$^{2}$γ**
31 scriptum est et legitur et auditur **Vδε**
32 et in exemplum nostri ecclesiae ore celebratur: **TT1$^{2}$γ**
*qui dicit se in Christo manere debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare.* [I Io. 2, 6.]
33 ambulandum est uestigiis paribus, **Tδ**
34 aemula ingressione nitendum. **P1γ**
35 tunc respondebit ad fidem nominis **2βδ***
36 sectatio ueritatis **V3δ**
37 et credenti praemium datur, **Pδ**
38 si quod creditur et geratur. **Vδε**

1 **8** Locupletem te dicis et diuitem. **T2γδ**
2 sed diuitiis tuis Paulus occurrit **P1γ**
3 et ad cultum adque ornatum tuum
4 iusto fine moderandum **TT1$^{2}$γ**
5 sua uoce praescribit. **P1γ**
*sint,*
6 inquit,
*mulieres cum uerecundia et pudicitia conponentes se, non in tortis crinibus neque auro neque margaritis aut ueste pretiosa, sed ut decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem.* [I Tim. 2, 9 sq.]
7 item Petrus
8 ad haec eadem praecepta **TTδ**
9 consentit et dicit: **P1γδ**
*sit in muliere non exterior ornamenti aut auri aut uestis cultus sed cultus cordis.* [I Petr. 3, 3 sq.]
10 quodsi ille mulieres quoque admonet coercendas **Vδ**
11 et ad ecclesiasticam disciplinam **V3δ**
12 religiosa obseruatione moderandas **TT1$^{2}$γ**
13 quae excusare cultus suos soleant per maritum, **Vδε**
14 quanto id magis obseruare uirginem fas est, **P1δε**
15 cui nulla ornatus sui conpetat uenia **Pδ**
16 nec deriuari in alterum possit mendacium culpae, **P1δ**
17 sed sola ipsa remaneat in crimine.

1 **9** Locupletem te dicis et diuitem. **T2γδ**
2 sed non omne quod potest debet et fieri **Tγδ**

3 nec desideria prolixa **TTδ**
4 et de saeculi ambitione nascentia **T2γ**
5 ultra honorem ac pudorem uirginitatis extendi, **P1γ**
6 cum scriptum sit:
*omnia licent, sed non omnia expediunt. omnia licent, sed non omnia aedificant.* [I Cor. 10, 23]
7 ceterum si tu te sumptuosius comas **P1δ**
8 et per publicum notabiliter incedas, **TTδ**
9 oculos in te iuuentutis inlicias, **Tγ**
10 suspiria adulescentium post te trahas, **(Vδεζ)**
11 concupiscendi libidinem nutrias, **T2δ**
12 sperandi fomenta succendas, **P1γ**
13 ut etsi ipsa non pereas, **Tγδ**
14 alios tamen perdas **Vδζ**
15 et uelut gladium te et uenenum
uidentibus praebeas, **T2δ**
16 excusari non potes, **Pγδ**
17 quasi mente casta sis et pudica. **V3γδε**
18 redarguit te cultus inprobus *
19 et inpudicus ornatus, **P1γ**
20 nec conputari iam potes **Pγδ**
21 inter puellas et uirgines Christi **P1δ**
22 quae sic uiuis,
23 ut possis adamari. **TTγ**

1 **10** Locupletem te dicis et diuitem. **T2γδ**
2 sed iactare diuitias suas **Pδ**
3 uirginem non decet, **TTδε**
4 cum dicat scriptura diuina: **P1γ**
*quid nobis profuit superbia aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transierunt omnia illa tamquam umbra,* [Sap. 5, 8 sq.]
5 et apostolus rursum moneat et dicat: **TTδε**
*et qui emunt sic sint quasi non possidentes, et qui hoc mundo utuntur quasi non utantur. praeterit enim figura huius mundi.* [I Cor. 7, 30 sq.]
6 Petrus etiam,
7 cui oues suas Dominus pascendas
tuendasque commendat, **P1γ**
8 super quem posuit et fundauit ecclesiam, **T2γ**
9 aurum quidem sibi esse et argentum negat,
10 sed esse se dicit Christi gratia diuitem, **T2δ**
11 esse fide eius et uirtute locupletem, **TT1$^{2}$γ**
12 quibus multa magnalia cum miraculo faceret, **Tδ**
13 quibus ad gratiam gloriae **T2δ**
14 bonis spiritalibus abundaret. **Vδ**
15 has opes,
16 has diuitias
17 possidere non potest **Pγδ**
18 quae se diuitem saeculo mauult
esse quam Christo. **P1γδ**

1 **11** Locupletem te dicis et diuitem **T2γδ**
2 et utendum putas his *
3 quae possidere te Deus uoluit. **Ton. Äqu. 4γδζ***
4 utere
5 sed ad res salutares et bonas artes: **(P)1βδ**
6 utere ad illa **TTδε**
7 quae Deus praecepit, *
8 quae Dominus ostendit. **TTδ**
9 diuitem te sentiant pauperes, **T2δ**
10 locupletem te sentiant indigentes, **V3δ**
11 patrimonio tuo Deum faenera, Christum ciba: **Vδζ**
12 ut uirginitatis perferre gloriam liceat, **Tδ**
13 ut ad Domini praemia uenire contingat, **P1γ**
14 multorum precibus exora: **TTδ**
15 commenda illic thesauros tuos,
16 ubi fur nullus effodiat, **Tγ**
17 quo nullus insidians grassator inrumpat: **P1γ**
18 possessiones tibi sed caelestes magis conpara, *
19 ubi fructus tuos iuges ac perennes **TTγδ**
20 et ab omni contactu iniuriae
saecularis inmunes **P1γ**
21 nec rubigo adterat *
22 nec grando caedat
23 nec sol urat
24 nec pluuia corrumpat. **TTδ**
25 nam delinquis et hoc ipso in Deum, **Pγδ**
26 si ad hoc tibi ab illo diuitias datas credis, **Vδζ**
27 ut illis non salubriter perfruaris. **V3δ**
28 nam et uocem Deus homini dedit, **Pδ**
29 et tamen non sunt amatoria
cantanda nec turpia, **T2γδ**
30 et ferrum esse ad culturam terrae
31 Deus uoluit, *
32 nec homicidia sunt idcirco facienda: **TTγ**
33 aut quia tura et merum
et ignem Dominus instituit,
34 sacrificandum est inde idolis, **P1γ**
35 uel quia abundant pecudum greges in agris tuis,
36 uictimas et hostias immolare debebis? **P1γ**
37 adquin temptatio est patrimonium grande, **P1δ**
38 nisi ad usus bonos
39 census operetur, **TT1$^{2}$γ**
40 ut patrimonio suo unusquisque locupletior *
41 magis redimere debeat **Tδ**
42 quam augere delicta. **P1γ**

1 **12** Ornamentorum ac uestium insignia
2 et lenocinia formarum **TTδ**
3 non nisi prostitutis et inpudicis
feminis congruunt **T2δ**

4 et nullarum fere pretiosior cultus est **T2δζ**
5 quam quarum pudor uilis est. *****
6 sic in scripturis sanctis,
7 quibus nos instrui Dominus uoluit et moneri, **Vδε**
8 describitur ciuitas **T2δ**
9 meretrix compta pulchrius et ornata **Vδε**
10 et cum ornamentis suis
11 ac propter ipsa potius ornamenta peritura. **TT1$^{2}$γ**
*et uenit,*
12 inquit,
*unus ex septem angelis habentibus phialas et adgressus est me dicens: ueni, ostendam tibi damnationem meretricis magnae sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terrae. et duxit me in spiritu et uidi mulierem sedentem super bestiam: et mulier illa amicta erat pallium purpureum et coccineum et adornata erat auro et lapidibus pretiosis et margaritis, tenens poculum aureum in manu sua plenum exsecrationum et inmunditiae et fornicationis totius terrae.* [Apoc. 17, 1 sq.]
13 fugiant castae uirgines et pudicae **V3δε**
14 incestarum cultus,
15 habitus inpudicarum, **P1**
16 lupanarum insignia, **T2γ**
17 ornamenta meretricum. **TT1$^{2}$γ**

1 **13** Clamat etiam Spiritu sancto plenus Esaias
2 et filias Sion
3 auro et ueste corruptas **P1γ**
4 increpat et obiurgat **Vδε**
5 perniciosis opibus afluentes **Vδ**
6 et a Deo per saeculi delicias recedentes. **Vδ**
*exaltatae sunt,*
7 inquit,
*filiae Sion et ambulauerunt alto collo et nutu oculorum et incessu pedum trahentes tunicas et pedibus simul ludentes. et humiliabit Deus principales filias Sion et reuelabit Dominus habitum earum: et auferet Dominus gloriam uestis illarum et ornamenta earum et crines et cincinnos et lunulas et discrimen et armillas et botronatum et dextralia et anulos et inaures et serica contexta cum auro et hyacintho. et erit pro odore suauitatis puluis et pro cingulo reste cingeris et pro ornamento capitis aureo caluitium habebis.* [Es. 3, 16 sq.]
8 hoc Deus culpat, hoc denotat: **T2γδ**
9 hinc corruptas esse,
10 hinc a cultu uero adque diuino **P1γ**
11 desciuisse pronuntiat. **T2γ**
12 exaltatae ciciderunt, **TTγ**
13 comptae turpitudinem foeditatemque meruerunt. **TT1$^{2}$γ**
14 sericum et purpuram indutae **TTδ**
15 Christum induere non possunt, **TTδε**
16 auro et margaritis et monilibus adornatae **Vδ**
17 ornamenta cordis et pectoris perdiderunt. **V3δ**
18 quis non id exsecretur et fugiat **Tγδ**
19 quod alii fuerit exitio?
20 quis id adpetat et adsumat **Vδε**
21 quod ad necem alterius **TTγε/Ditr.**
22 pro gladio fuerit et telo? **Vδε**
23 si hausto poculo moreretur ille qui biberat, **Tγδ**
24 uenenum scires esse **TTγε/Ditr.**
25 quod ille potauit: **P1γ**
26 si accepto cibo qui acceperat interiret, **Vδ**
27 scires esse letale **P1γ**
28 quod acceptum potuit occidere
29 nec ederes inde nec biberes, **Tγδ**
30 unde interisse alios ante conspiceres. **Tγ**
31 nunc quanta ignorantia ueri est, **Tδζ**
32 animi quanta dementia **T2γ**
33 id uelle quod et nocuerit semper et noceat, **Tγδ**
34 et putare **Ditr.**
35 quod inde ipsa non pereas, **Tγδ**
36 unde alios perisse cognoscas! **P1γ**

1 **14** Neque enim Deus coccineas aut purpureas oues fecit **Vδζ**
2 aut herbarum sucis et conchyliis
3 tinguere et colorare lanas docuit *****
4 nec distinctis auro lapillis **Pγ**
5 aut margaritis contexta serie et numerosa conpage digestis **P1γ**
6 monilia instituit,
7 quibus ceruicem quam fecit absconderet, **T2γ**
8 ut operiatur illud **Ditr.**
9 quod Deus in homine formauit **TTδ**
10 et conspiciatur id desuper **T2γδ**
11 quod diabolus inuenit. **Tδ**
12 an uulnera inferri auribus Deus uoluit, **Ton. Äqu. 4δζ***
13 quibus innocens adhuc infantia
14 et mali saecularis ignara crucietur, **TT1$^{2}$γ**
15 ut postea de aurium cicatricibus et cauernis **Vδε**
16 pretiosa grana dependeant, **T2γ**
17 grauia etsi non suo pondere, **(T)2βδ***
18 mercium tamen quantitate? **TTγ/Ditr.**
19 quae omnia peccatores et apostatae angeli
20 suis artibus prodiderunt, **V3δ**
21 quando ad terrena contagia deuoluti **Vδ**
22 a caelesti uigore recesserunt. **Vδ**
23 illi et oculos circumducto nigrore fucare **P1γ**
24 et genas mendacio ruboris inficere **Tγ**

25 et mutare adulterinis coloribus crinem **P1δ**
26 et expugnare omnem oris et capitis ueritatem **Vδ**
27 corruptelae suae inpugnatione docuerunt. **TT1$^2$γ**

1 **15** Et quidem isto in loco **Pγδ**
2 pro timore **Ditr.**
3 quem nobis fides suggerit, *
4 pro dilectione **Ditr.**
5 quam fraternitas exigit, **T2δ**
6 non uirgines tantum aut uiduas **Tγδ**
7 sed et nuptas puto
8 et omnes omnino feminas admonendas, **V3δ**
9 quod opus Dei et factura eius et plastica **T2γδ**
10 adulterari nullo modo debeat **2βδ**
11 adhibito flauo colore **Pγ**
12 uel nigro puluere *
13 uel rubore **Ditr.**
14 aut quolibet denique liniamenta natiua conrumpente medicamine. (*)
15 dicit Deus:
*faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram:* [Gen. 1, 26.]
16 et audet quisquam mutare et conuertere
17 quod Deus fecit! **(P)1βδ**
18 manus Deo inferunt, *
19 quando id
20 quod ille formauit **P1γ**
21 reformare et transfigurare contendunt, **P1γ**
22 nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, **T2γδ**
23 diaboli quodcumque mutatur. **P1γ**
24 si quis pingendi artifex *
25 uultum alicuius **TTγ**
26 et speciem
27 et corporis qualitatem **V3δ**
28 aemulo colore signasset **P1γ**
29 et signato iam consummatoque simulacro **TT1$^2$γ**
30 manus alius adferret, **TTδ**
31 iam formata, iam picta **P1γδ**
32 quasi peritior reformaret, **Vδ**
33 grauius prioris artificis iniuria
34 et iusta indignatio uideretur: **Vδ**
35 tu te existimas inpune laturam **Pγ**
36 tam inprobae temeritatis audaciam, **T2γ**
37 Dei artificis offensam? **TTδ**
38 ut inpudica circa homines
39 et incesta fucis lenocinantibus non sis, **P1δε**
40 corruptis uiolatisque quae Dei sunt **(Tγδζ)**
41 peior adultera detineris. **Vδ**
42 quod ornari te putas, **Pγδ**
43 quod putas comi,
44 inpugnatio est ista diuini operis, *
45 praeuaricatio est ueritatis. **Ditr.**

1 **16** Monentis apostoli uox est: **P1δε**
*expurgate uetus fermentum, ut sitis noua consparsio, sicut estis azymi: nam et pascha nostrum inmolatus est Christus. itaque festa celebremus non in fermento ueteri neque in fermento malitiae et nequitiae sed in azymis sinceritatis et ueritatis.* [I Cor. 5, 7.]
2 num sinceritas perseuerat et ueritas, **T2γδ**
3 quando quae sincera sunt polluuntur **V3γδ**
4 colorum adulteriis, (*)
5 medicaminum fucis **P1δ**
6 in mendacium uera mutantur? **P1γ**
7 Dominus tuus dicit: **Vδζ**
*non potes facere capillum unum album aut nigrum:* [Matth. 5, 36.]
8 et tu
9 ad uincendam Domini tui uocem **Vδζ**
10 uis te esse potiorem, **TT1$^2$γ**
11 audaci conatu **Pγ**
12 et sacrilego contemptu **TTδ**
13 crines tuos inficis, *
14 malo praesagio futurorum **Vδ**
15 capillos iam tibi flammeos auspicaris **V3δ**
16 et peccas pro nefas capite *
17 id est
18 corporis parte meliore! **TT1$^2$γ**
19 et cum scriptum sit de Domino:
*caput autem eius et capilli erant albi uelut lana aut nix,* [Apoc. 1, 14.]
20 tu execraris canitiem, **Tγ**
21 detestaris alborem, **P1γ**
22 qui sit ad Domini caput similis! **Ton. Äqu. 4δζ***

1 **17** Non metuis,
2 oro,
3 quae talis es,
4 ne cum resurrectionis dies uenerit, *
5 artifex tuus te non recognoscat, **P1β**
6 ad sua praemia et promissa uenientem **TT1$^2$γ**
7 remoueat et excludat **Vδε**
8 et increpans uigore censoris et iudicis dicat: **P1δ**
9 „opus hoc meum non est
10 nec imago haec nostra est.“ **Tγδζ**
11 cutem falso medicamine polluisti, **Vδ**
12 crinem adultero colore mutasti, **P1γ**
13 expugnata est mendacio facies, **Tδ**
14 figura corrupta est, **T2γζ**
15 uultus alienus est.

16 Deum uidere non poteris, **Tγδ**
17 quando oculi tibi non sunt **1βδε**
18 quos Deus fecit **(P)1βδ**
19 sed quos diabolus infecit. **TTδ**
20 illum tu sectata es, *****
21 rutilos adque depictos oculos
serpentis imitata es, *** gl. Akzentfolge**
22 de inimico tuo compta, **TTγε**
23 cum illo pariter arsura. **TTδ**
24 haec,
25 oro,
26 non cogitanda sunt Dei seruis, **Vγδζ**
27 non die semper ac nocte metuenda? **TT1$^{2}$γ**
28 uiderint quid sibi nuptae **(P)1βδ**
29 per placendi studium *****
30 de coniugum solacio blandiantur, **V3δ**
31 quos dum in excusationem suam proferunt, *****
32 ad societatem criminosae
consensionis adsciscunt. **P1γ**
33 uirgines certe, **P1δ**
34 quibus hic sermo non consulit, **Tγδ**
35 quae se eiusmodi artibus compserint, **T2δ**
36 inter uirgines non putem debere numerari **TT1$^{2}$γ**
37 sed tamquam contactas oues
38 et morbidas pecudes **Tδ**
39 a sancto et puro grege uirginitatis arceri, **P1γ**
40 ne contagio suo ceteras polluant, **T2δ**
41 dum simul degunt, **(P)1βδ**
42 ne perdant alias
43 quaecumque perierunt. **TT1$^{2}$γ**

1 **18** Et quoniam
continentiae bonum quaerimus, **Ton. Äqu. 4δζ***
2 perniciosa quaque et infesta uitemus. **P1γ**
3 nec illa praetereo, **Tγ**
4 quae dum neglegentia in usum ueniunt, *****
5 contra pudicos et sobrios mores **P1δ**
6 licentiam sibi de usurpatione fecerunt. **P1γ**
7 quasdam non pudet **Pγδ**
8 nubentibus interesse **Vδ**
9 et in illa lasciuientium libertate sermonum **P1γ**
10 conloquia incesta miscere, **P1γ**
11 audire quod non decet, **TTγδε**
12 quod non licet dicere, **(T)2βδ***
13 obseruare et esse praesentes **P1γ**
14 inter uerba turpia et temulenta conuiuia, **T2γ**
15 quibus libidinum fomes accenditur, **T2γ**
16 sponsa ad patientiam stupri, **Pδ**
17 ad audaciam sponsus animatur. **TT1$^{2}$γ**
18 quis illi in nuptiis locus est **Tδζ**
19 cui animus ad nuptias non est, **P1δε**
20 aut uoluptaria illic et laeta esse quae possunt, **P1γδ**
21 ubi et studia et uota diuersa sunt? **T2γζ**
22 quid illic discitur, quid uidetur? **V3δε**
23 quantum a proposito suo uirgo deficit! *****
24 quantum inpudicior, *****
25 quae uenerat pudica, discedit! **P1γ**
26 corpore licet uirgo ac mente permaneat, **Tγ**
27 oculis, auribus, lingua **T2δ**
28 minuit illa quod habebat. **TTγδ**

1 **19** Quid uero
2 quae promiscuas balneas adeunt **Tδ**
3 quaeque oculis ad libidinem curiosis **V3δ**
4 pudori ac pudicitiae corpora dicata prostituunt? **Tγ**
5 quae cum uiris adque uiros **TTγε**
6 nudae uident turpiter ac uidentur, **Vδε**
7 nonne ipsae inlecebram uitiis praestant? **Pδ**
8 non ad corruptelam et iniuriam suam **Pδ**
9 desideria praesentium sollicitant et inuitant? **Vδε**
10 uiderit,
11 inquis,
12 qua illuc mente quis ueniat, **Tγδ**
13 mihi tantum reficiendi corpusculi
cura est et lauandi. **Vγδε**
14 non te purgat ista defensio **T2γ**
15 nec lasciuiae et petulantiae crimen excusat. **P1γ**
16 sordidat lauatio ista, non abluit, **Tγδ**
17 nec emundat membra sed maculat. **Tγδ**
18 inpudice tu neminem conspicis, **T2δ**
19 sed ipsa conspiceris inpudice: **Vδ/Ditr.**
20 oculos tuos turpi oblectatione non polluis, **T2γδ**
21 sed dum oblectas alios, *****
22 ipsa pollueris. **Tγ**
23 spectaculum de lauacro facis,
24 theatro sunt foediora quo conuenis. **T2γδ**
25 uerecundia illic omnis exuitur, **Tγ**
26 simul cum amictu uestis
27 honor corporis ac pudor ponitur, **(2βδ)***
28 denotanda et contrectanda uirginitas reuelatur. **Vδ**
29 iam nunc considera
30 an cum uestita est
31 uerecunda sit inter uiros talis **(TTγε)**
32 quae ad inuerecundiam profecit
audacia nuditatis. **V3δ**

1 **20** Sic ergo frequenter ecclesia
uirgines suas plangit, **Vδζ**
2 sic ad infames earum ac detestabiles
fabulas ingemescit: **V3δ**
3 sic flos uirginum extinguitur, **Ton. Äqu. 4δ***
4 honor continentiae ac pudor caeditur, *****

5 gloria omnis ac dignitas profanatur. **Vδ**
6 sic se expugnator inimicus per artes suas inserit: *
7 sic insidiis per occulta fallentibus **T2γ**
8 diabolus obrepit: **TTδ**
9 sic dum ornari cultius, *
10 dum liberius euagari **Vδ**
11 uirgines uolunt, **Pδ**
12 esse uirgines desinunt, **T2δ**
13 furtiuo dedecore corruptae, **TTδ**
14 uiduae antequam nuptae, **P1δ**
15 non mariti sed Christi adulterae, **Tγ**
16 quam fuerant praemiis ingentibus
uirgines destinatae, **V3δ**
17 tam magna supplicia **Tγ**
18 pro amissa uirginitate sensurae. **P1γ**

1 **21** Audite itaque uirgines, ut parentem: **V3δε**
2 audite
3 quaeso uos
4 timentem pariter et monentem: **Vδε/Ditr.**
5 audite utilitatibus et commodis uestris **P1δ**
6 fideliter consulentem. **V3δ**
7 estote tales **Ditr.**
8 quales uos Deus artifex fecit, **P1δ**
9 estote tales **Ditr.**
10 quales uos manus patris instituit: **Tγ**
11 maneat in uobis facies incorrupta, **Vδ**
12 ceruix pura,
13 forma sincera: **P1γ**
14 non inferantur auribus uulnera, **T2δ**
15 nec brachia includat aut colla **P1γδ**
16 de armillis et monilibus catena pretiosa: **TT1**$^{2}$**γ**
17 sint a compedibus
aureis pedes liberi, **Ton. Äqu. 4δζ***
18 crines nullo colore fucati, **P1γ**
19 oculi conspiciendo Deo digni. **(TTγε)/1βδ**
20 celebrentur lauacra cum feminis, **T2γδ**
21 quarum in uos pudica lauatio est.
22 nuptiarum festa inproba
23 et conuiuia lasciua uitentur, **P1γ**
24 quorum periculosa contagio est.
25 uince uestem **Ditr.**
26 quae uirgo es,
27 uince aurum **Ditr.**
28 quae carnem uincis et saeculum. **T2γδ**
29 non est eiusdem non posse a maioribus uinci **P1δ**
30 et inparem minoribus inueniri. **Vδ**
31 arta et angusta est uia **Pγδ**
32 quae ducit ad uitam, **P1γδ**
33 durus et arduus limes **P1δ**
34 qui tendit ad gloriam. **T2γδ**
35 per hunc uiae limitem **2βδ**
36 martyres pergunt, **P1δ**
37 eunt uirgines, *
38 iusti quique gradiuntur. **TT1**$^{2}$**γ**
39 lata et spatiosa itinera uitate: **TTδ**
40 letales illic inlecebrae **Tγ**
41 et mortiferae uoluntates: **Vδ**
42 illic diabolus blanditur ut fallat, **P1γδ**
43 adridet ut noceat, **Tγδ**
44 inlicet ut occidat. **Vδε**
45 primus cum centeno martyrum fructus est, **T2δζ**
46 secundus sexagenarius uester est. **T2δζ**
47 ut aput martyras non est carnis aut
saeculi cogitatio **4δ***
48 nec parua et leuis et delicata congressio, **T2γ**
49 sic et in uobis, **P1βγδ**
50 quarum ad gratiam merces secunda est, **Tγζ**
51 sit et uirtus ad tolerantiam proxima. **T2δ**
52 non est ad magna facilis ascensus. **TTδ**
53 quem sudorem perpetimur, **Tγ**
54 quem laborem, **Ditr.**
55 dum conamur ascendere colles
et uertices montium? **T2δ**
56 quid ut ascendamus ad caelum? **P1γδ**
57 si praemium pollicitationis adtendas, **P1γ**
58 minus est quod laboras. **Vγδε**
59 inmortalitas perseueranti datur,
60 perpetua uita promittitur, **T2γ**
61 regnum Dominus pollicetur. **Vδ**

1 **22** Seruate,
2 uirgines,
3 seruate quod esse coepistis. **P1γ**
4 seruate quod eritis. **Tγδ**
5 magna uos merces habet,
6 praemium grande uirtutis, **P1γ**
7 munus maximum castitatis. **V3δ**
8 uultis scire
9 quo malo careat **(Tβδ)***
10 et quid boni teneat *
11 continentiae uirtus? **P1δ**
*multiplicabo,*
12 inquit mulieri Deus,
*tristitias tuas et gemitus tuos, et in tristitia paries filios, et conuersio tua ad uirum tuum et ipse tui dominabitur.* [Gen. 3, 16.]
13 uos ab hac sententia liberae estis, **P1δ**
14 uos mulierum tristitias et gemitus non timetis, **Vδε**
15 nullus uobis de partu circa filios metus est: **Tδζ**
16 nec maritus dominus, *

17 dominus uester et caput Christus est **(T)2βδζ***
18 ad instar et uicem masculi, **(T)2βδ***
19 sors uobis et condicio communis est.
20 Domini uox est illa dicentis: **P1γ**
*filii saeculi huius generant et generantur: qui autem habuerint dignationem saeculi illius et resurrectionis a mortuis, non nubunt neque matrimonium faciunt: neque enim incipiunt mori. aequales enim sunt angelis Dei, cum sint filii resurrectionis.* [Luc. 20, 34 sq.]
21 quod futuri sumus,
22 iam uos esse coepistis. **P1γ**
23 uos resurrectionis gloriam *
24 in isto saeculo iam tenetis, **V3δε**
25 per saeculum sine saeculi contagione transitis: **P1γ**
26 cum castae perseueratis et uirgines, **T2γδ**
27 angelis Dei estis aequales. **P1γ**
28 tantum maneat et duret **TTδε**
29 solida et inlaesa uirginitas **Tγ**
30 et ut coepit fortiter, *
31 iugiter perseueret **V3δ**
32 nec monilium aut uestium quaerat ornamenta sed morum. **Pγδ**
33 Deum spectet et caelum **P1γδ**
34 neque oculos ad sublime porrectos **P1γ**
35 ad carnis et mundi concupiscentiam deprimat, **T2δ**
36 ad terrena deponat. **P1γ**

1 **23** Prima sententia crescere et multiplicari praecepit, **Pγ**
2 secunda et continentiam suasit. **TTδ**
3 dum adhuc rudis mundus et inanis est, *
4 copiam fecunditate generantes propagamur **TTγ**
5 et crescimus ad humani generis augmentum: **TTδ**
6 cum iam refertus est orbis **P1γ**
7 et mundus inpletus, **P1γ**
8 qui capere continentiam possunt **P1δ**
9 spadonum more uiuentes **P1γ**
10 castrantur ad regnum. **P1γδ**
11 nec hoc iubet Dominus sed hortatur, **Vδε**
12 nec iugum necessitatis inponit, **P1γ**
13 quando maneat uoluntatis arbitrium liberum. **Tδ**
14 sed cum habitationes multas aput patrem suum dicat, **TTγε**
15 melioris habitaculi hospitia demonstrat. **TTδ**
16 habitacula ista meliora uos petitis, **Tγδ**
17 carnis desideria castrantes **TTδ**
18 maioris gratiae praemium **T2δ**
19 in caelestibus obtinetis. **Vδ**
20 omnes quidem
21 qui ad diuinum munus et patrium **Tγδ**
22 baptismi sanctificatione perueniunt **Tγ**
23 hominem illic ueterem *
24 gratia lauacri salutaris exponunt **P1γ**
25 et innouati Spiritu sancto **P1δ**
26 a sordibus contagionis antiquae **P1γ**
27 iterata natiuitate purgantur. **P1γ**
28 sed natiuitatis iteratae uobis maior sanctitas et ueritas conpetit, **T2δ**
29 quibus desideria iam carnis et corporis nulla sunt. **T2δζ**
30 sola in uobis quae sunt uirtutis et spiritus **T2γδ**
31 ad gloriam remanserunt. **Vδ**
32 apostoli uox est **P1δε**
33 quem Dominus uas electionis suae dixit, **(TTγε)**
34 quem ad promenda mandata caelestia Deus misit. **Vδζ**
*primus homo,*
35 inquit,
*e terrae limo, secundus a caelo: qualis ille e limo, tales et qui de limo, et qualis caelestis, tales et caelestes. quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus et imaginem eius qui de caelo est.* [I Cor. 15, 47 sq.]
36 hanc imaginem uirginitas portat, **P1δ**
37 portat integritas, **Tγ**
38 sanctitas portat et ueritas, **T2γδ**
39 portant disciplinae Dei memores, *
40 iustitiam cum religione retinentes, **TT1$^2$γ**
41 stabiles in fide, **TTδε**
42 humiles in timore, **Vδε**
43 ad omnem tolerantiam fortes, **P1δ**
44 ad sustinendam iniuriam mites, **P1δ**
45 ad faciendam misericordiam faciles, **Tδ**
46 fraterna pace
47 unanimes adque concordes. **P1γ**

1 **24** Quae uos singula,
2 o bonae uirgines, **T2βδ**
3 obseruare, diligere, inplere debetis **P1γ**
4 quae Deo et Christo uacantes ad Dominum, **Tγδ**
5 cui uos dicastis,
6 et maiore et meliore parte praeceditis. **T2γ**
7 prouectae annis,
8 iunioribus facite magisterium: **Ton. Äqu. 4δ***
9 minores natu,
10 praebete conparibus incitamentum. **P1**
11 hortamentis uos mutuis excitate, **V3δ**
12 aemulis de uirtute documentis **TT1$^2$γ**
13 ad gloriam prouocate. **V3δ**
14 durate fortiter, *
15 spiritaliter pergite, **T2δ**

16 peruenite feliciter. **T2γ**
17 tantum mementote tunc nostri, **P1γδ**
18 cum incipiet in uobis uirginitas honorari. **Vδ**

## 1.8 De lapsis

1 **1** Pax ecce,
2 dilectissimi fratres, **P1δ**
3 ecclesiae reddita est
4 et quod difficile nuper incredulis **T2γ**
5 ac perfidis inpossibile uidebatur, **Vδ**
6 ope adque ultione diuina **P1γ**
7 securitas nostra reparata est. *
8 In laetitiam mentes redeunt *
9 et,
10 tempestate pressurae ac nube discussa, **P1γ**
11 tranquillitas ac serenitas refulserunt. **Vδ**
12 Dandae laudes Deo
13 et beneficia eius ac munera **T2γδ**
14 cum gratiarum actione celebranda **TT1$^{2}$γ**
15 – quamuis agere gratias **Tδ**
16 nostra uox nec in persecutione cessauerit; **T2γ**
17 neque enim tantum inimico licere potest
18 ut non,
19 qui Deum corde toto
et anima et uirtute diligimus, **Tγ**
20 benedictiones eius et laudes **Pγδ**
21 semper et ubique **TT1$^{2}$γδ**
22 cum gloria praedicemus. **V3δ**
23 Exoptatus uotis omnium dies uenit **Vδζ**
24 et post longae noctis horribilem
taetramque caliginem **T2γ**
25 Domini luce radiatus **TT1$^{2}$γ**
26 mundus eluxit. **P1γ**

1 **2** Confessores
2 praeconio boni nominis claros **P1δ**
3 et uirtutis ac fidei laudibus gloriosos **V3δ**
4 laetis conspectibus intuemur; **Vδ**
5 sanctis osculis adhaerentes **Vδ**
6 desideratos diu inexplebili
cupiditate conplectimur. **T2γ**
7 Adest militum Christi cohors candida, *
8 qui persecutionis urgentis
security ferociam turbulentam **V3δ**
9 stabili congressione fregerunt, **P1γ**
10 parati ad patientiam carceris, **T2δ**
11 armati ad tolerantiam mortis. **P1δ**
12 Repugnastis fortiter saeculo, **T2δ**
13 spectaculum gloriosum **V3δ**
14 praebuistis Deo,
15 secuturis fratribus fuistis exemplo. **P1γ**
16 Religiosa uox Christum locuta est, **Tγζ**
17 in quem se semel credidisse confessa est; **T2γζ**
18 inlustres manus
19 quae non nisi diuinis operibus adsueuerant *
20 sacrificiis sacrilegis restiterunt; **Vδ**
21 sanctificata ora **Ditr.**
22 caelestibus cibis **Pδ**
23 post corpus et sanguinem Domini **Tδ**
24 profana contagia **T2γ**
25 et idolorum reliquias respuerunt; **Vδ**
26 ab impio sceleratoque uelamine, **T2γ**
27 quo illic uelabantur sacrificantium
capita captiua, **TTδ**
28 caput uestrum liberum mansit; **P1δ**
29 frons cum signo Dei pura **TTγε/1βδ**
30 diaboli coronam ferre non potuit, **Tγδ**
31 coronae se Domini reseruauit. **Vδ**
32 Quam uos laeto sinu excipit mater ecclesia **T2γ**
33 de proelio reuertentes. **Vδ**
34 Quam beata, quam gaudens **P1γδ**
35 portas suas aperit, *
36 ut adunatis agminibus intretis **TTδ**
37 de hoste prostrato **P1γ**
38 tropaea referentes. **TT1$^{2}$γ**
39 Cum triumphantibus uiris **Pδ**
40 et feminae ueniunt **Tδ**
41 quae cum saeculo sexum quoque uicerunt. **Pγ**
42 Veniunt et geminata militiae
suae gloria uirgines et pueri
43 annos suos uirtutibus transeuntes. **V3δ**
44 Nec non et cetera stantium multitudo **V3δ**
45 uestram gloriam sequitur, **Tδ**
46 proximis et paene coniunctis laudis insignibus **T2γ**
47 uestigia uestra comitatur. **TT1$^{2}$γ**
48 Eadem et in illis sinceritas cordis, **P1δ**
49 eadem fidei tenacis integritas. **Tγ**
50 Inconcussis praeceptorum caelestium
radicibus nixos **P1δ**
51 et euangelicis traditionibus roboratos **V3δ**
52 non praescripta exsilia, **Tγ**
53 non destinata tormenta, **P1γ**
54 non rei familiaris et corporis **T2γδ**
55 supplicia terruerunt. **Vδ**
56 Explorandae fidei praefiniebantur dies:
57 sed qui saeculo renuntiasse se meminit **Tγδ**
58 nullum saeculi diem nouit, **Vδζ**
59 nec tempora terrena iam conputat **T2γδ**
60 qui aeternitatem de Deo sperat. **1βδ**

1 **3** Nemo,

| | | |
|---|---|---|
| 2 | fratres, | |
| 3 | nemo hanc gloriam mutilet, | **Tδ** |
| 4 | nemo incorruptam stantium firmitatem | **V3δ** |
| 5 | maligna obtrectatione debilitet. | **Tγ** |
| 6 | Cum dies negantibus praestitutus excessit, | **P1γ** |
| 7 | quisque professus intra diem non est, | |
| 8 | christianum se esse confessus est. | **T2γζ** |
| 9 | Primus est uictoriae titulus | **Tδ** |
| 10 | gentilium manibus adprehensum | **Vδ** |
| 11 | Dominum confiteri; | **Vδ** |
| 12 | secundus ad gloriam gradus est | **Tδζ** |
| 13 | cauta secessione subtractum | **P1γ** |
| 14 | Domino reseruari. | **Vδ** |
| 15 | Illa publica, haec priuata confessio est; | |
| 16 | ille iudicem saeculi uincit, | **P1δ** |
| 17 | hic contentus Deo suo iudice | * |
| 18 | conscientiam puram | **P1δ** |
| 19 | cordis integritate custodit; | **P1γ** |
| 20 | illic fortitudo promptior, | * |
| 21 | hic sollicitudo securior. | **Tγ** |
| 22 | Ille | |
| 23 | adpropinquante hora sua | **TTγε** |
| 24 | iam maturus inuentus est; | **T2γζ** |
| 25 | hic fortasse dilatus est | **T2γζ** |
| 26 | qui | |
| 27 | patrimonio derelicto | **V3δ** |
| 28 | idcirco secessit | **Pγ** |
| 29 | quia non erat negaturus: | **Vβδ/TTγ/1β** |
| 30 | confiteretur utique, | * |
| 31 | si fuisset et ipse detentus. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **4** Has martyrum caelestes coronas, | **Pγ** |
| 2 | has confessorum glorias spiritales, | **V3δ** |
| 3 | has stantium fratrum | **P1δ** |
| 4 | maximas eximiasque uirtutes | **P1γ** |
| 5 | maestitia una contristat: | **P1γ** |
| 6 | quod auulsam nostrorum uiscerum partem | **P1δ** |
| 7 | uiolentus inimicus | **TT1$^2$γ** |
| 8 | populationis suae strage deiecit. | **P1γ** |
| 9 | Quid hoc loco faciam, | * |
| 10 | dilectissimi fratres, | |
| 11 | fluctuans uario mentis aestu | **Vδζ** |
| 12 | quid aut quomodo dicam? | **Pδ** |
| 13 | Lacrimis magis quam uerbis opus est | * |
| 14 | ad exprimendam dolorem | **Pγ** |
| 15 | quo corporis nostri plaga deflenda est, | **T2γζ** |
| 16 | quo populi aliquando numerosi | **TT1$^2$γ** |
| 17 | multiplex lamentanda iactura est. | **T2γζ** |
| 18 | Quis enim sic durus ac ferreus, | **T2γδ** |
| 19 | quis sic fraternae caritatis oblitus | **P1γ** |
| 20 | qui, | |
| 21 | inter suorum multiformes ruinas | **Pγ** |
| 22 | et lugubres ac multo squalore deformes | **P1γ** |
| 23 | reliquias constitutus, | **Vδ** |
| 24 | siccos oculos tenere praeualeat, | **Tγ** |
| 25 | nec erumpente statim fletu | **TTγε** |
| 26 | prius gemitus suos lacrimis quam uoce depromat? | **P1γ** |
| 27 | Doleo, | |
| 28 | fratres, | |
| 29 | doleo uobiscum, | **TTδ** |
| 30 | nec mihi | |
| 31 | ad leniendos dolores meos | |
| 32 | integritas propria et sanitas priuata blanditur, | **P1γ** |
| 33 | quando plus pastor in gregis sui uulnere uulneretur. | **Vδ/Ditr.** |
| 34 | Cum singulis pectus meum copulo, | * |
| 35 | maeroris et funeris pondera luctuosa participo. | **Tγ** |
| 36 | Cum plangentibus plango, | **P1δ** |
| 37 | cum deflentibus defleo, | **T2δ** |
| 38 | cum iactentibus iacere me credo. | **P1γδ** |
| 39 | Iaculis illis grassantis inimici | **TT1$^2$γ** |
| 40 | mea simul membra percussa sunt, | **T2γζ** |
| 41 | saeuientes gladii | * |
| 42 | per mea uiscera transierunt. | **Vδ** |
| 43 | Inmunis et liber a persecutionis incursu | **P1γ** |
| 44 | fuisse non potest animus, | **(Tβδ)*** |
| 45 | in prostratis fratribus | * |
| 46 | et me prostrauit adfectus. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **5** Habenda tamen est, | * |
| 2 | fratres dilectissimi, | * |
| 3 | ratio ueritatis, | **Vδ** |
| 4 | nec sic mentem debet et sensum | **P1γδ** |
| 5 | persecutionis infestae tenebrosa caligo caecasse, | **Pγ** |
| 6 | ut nihil remanserit lucis et luminis, | **Tγδ** |
| 7 | unde diuina praecepta perspici possint. | **P1δ** |
| 8 | Si cladis causa cognoscitur, | **T2γ** |
| 9 | et medella uulneris inuenitur. | **Vδ** |
| 10 | Dominus probari familiam suam uoluit; | **Ton. Äqu. 4δζ*** |
| 11 | et quia traditam nobis diuinitus disciplinam | **V3δ** |
| 12 | pax longa corruperat, | **T2γ** |
| 13 | iacentem fidem | |
| 14 | et paene dixerim dormientem | **V3δ** |
| 15 | censura caelestis erexit; | **P1γ** |
| 16 | cumque nos peccatis nostris amplius mereremur, | **Vδ** |
| 17 | clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est | * |
| 18 | ut hoc omne quod gestum est | **T2γδζ** |
| 19 | exploratio potius quam persecutio uideretur. | **Vδ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **6** Studebant augendo patrimonio singuli | **T2δ** |
| 2 | et, | |
| 3 | obliti quid credentes aut sub apostolis ante fecissent | **P1γ** |
| 4 | aut semper facere deberent, | **TTδ** |
| 5 | insatiabili cupiditatis ardore | **P1γ** |
| 6 | ampliandis facultatibus incubabant. | **Vδ** |
| 7 | Non in sacerdotiis religio deuota, | **TTδ** |
| 8 | non in ministeriis fides integra, | ***** |
| 9 | non in operibus misericordia, | **T** |
| 10 | non in moribus disciplina. | **V3δ** |
| 11 | Corrupta barba in uiris, | **Pγδ** |
| 12 | in feminis forma fucata: | **P1γ** |
| 13 | adulterati post Dei manus oculi, | ***** |
| 14 | capilli mendacio colorati; | **Vδ** |
| 15 | ad decipienda corda simplicium, | **Tγ** |
| 16 | callidae fraudes, | **P1δ** |
| 17 | circumueniendis fratribus | ***** |
| 18 | subdolae uoluntates. | **Vδ** |
| 19 | Iungere cum infidelibus uinculum matrimonii, | **4δ(*)** |
| 20 | prostituere gentilibus membra Christi. | **V3δζ** |
| 21 | Non iurare tantum temere | ***** |
| 22 | sed adhuc etiam peierare; | **Vδ** |
| 23 | praepositos superbo tumore contemnere, | **T2γ** |
| 24 | uenenato sibi ore maledicere, | ***** |
| 25 | odiis pertinacibus | **Ton. Äqu. 4δ*** |
| 26 | inuicem dissidere. | **V3δ** |
| 27 | Episcopi plurimi, | **T2δ** |
| 28 | quos et hortamento esse oportet ceteris et exemplo, | **Vδε** |
| 29 | diuina procuratione contempta | **P1γ** |
| 30 | procuratores rerum saecularium fieri; | **Tδ** |
| 31 | derelicta cathedra, | **Pγ** |
| 32 | plebe deserta, | **P1γ** |
| 33 | per alienas prouincias oberrantes | **Vδ** |
| 34 | negotiationis quaestuosae nundinas aucupari; | **V3δ** |
| 35 | esurientibus in ecclesia fratribus, | **T2δ** |
| 36 | habere argentum largiter uelle, | **P1δ** |
| 37 | fundos insidiosis fraudibus rapere, | **Tδ** |
| 38 | usuris multiplicantibus | |
| 39 | faenus augere. | **P1γ** |
| 40 | Quid non perpeti | |
| 41 | tales pro peccatis eiusmodi mereremur, | **Vδ** |
| 42 | cum iam pridem praemonuerit ac dixerit censura diuina: | **P1γ** |
| | *si dereliquerint legem meam et in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint et praecepta mea non obseruauerint, uisitabo in uirga facinora eorum et in flagellis delicta eorum* [Ps. 88, 31-33]? | |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **7** Praenuntiata sunt ista nobis et ante praedicta. | **P1γ** |
| 2 | Sed nos, | |
| 3 | datae legis et obseruationis inmemores, | **Tγ** |
| 4 | id egimus per nostra peccata | **P1γ** |
| 5 | ut, | |
| 6 | dum Domini mandata contemnimus, | **T2γ** |
| 7 | ad correptionem delicti | **Pγ** |
| 8 | et probationem fidei | ***** |
| 9 | remediis seuerioribus ueniremus. | **Vδ** |
| 10 | Nec saltim sero conuersi ad Domini timorem sumus, | |
| 11 | ut hanc correptionem nostram | |
| 12 | probationemque diuinam | **P1γ** |
| 13 | patienter et fortiter subiremus. | **Vδ** |
| 14 | Ad prima statim uerba minantis inimici | **TT1$^{2}$γ** |
| 15 | maximus fratrum numerus | ***** |
| 16 | fidem suam prodidit, | ***** |
| 17 | nec prostratus est persecutionis inpetu, | ***** |
| 18 | sed uoluntario lapsu | **P1δ** |
| 19 | se ipse prostrauit. | **P1γ** |
| 20 | Quid oro inauditum, | |
| 21 | quid nouum uenerat | **(T)2βδ*** |
| 22 | ut, | |
| 23 | uelut incognitis adque inopinatis rebus exortis | **P1γ** |
| 24 | Christi sacramentum | **TTγ** |
| 25 | temeritate praecipiti solueretur? | **Vδ/Ditr.** |
| 26 | Nonne haec et prophetae ante | |
| 27 | et apostoli postmodum | **T2δ** |
| 28 | nuntiauerunt? | **P1** |
| 29 | Nonne iustorum pressuras | **Pγ** |
| 30 | et gentilium semper iniurias | **Tγ** |
| 31 | pleni sancto Spiritu praedicauerunt? | **P1** |
| 32 | Nonne fidem nostram semper armans | **Ditr.** |
| 33 | et Dei seruos caelesti uoce corroborans | **T2γ** |
| 34 | dicit scriptura diuina: | **P1γ** |
| | *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli seruies?* [Deut. 6, 13] | |
| 35 | Nonne iram diuinae indignationis ostendens | **P1γ** |
| 36 | et poenae metum praemonens | ***** |
| 37 | denuo dicit: | **P1δ** |
| | *Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, et curuatus est homo et humiliatus est uir, et non laxabo illis?* [Is. 2, 8 sq.] | |
| 38 | Et iterum Deus loquitur dicens: | **Pδ** |
| | *Sacrificans diis eradicabitur nisi Domino soli.* [Ex. 22, 19 (20)] | |
| 39 | In euangelio quoque postmodum Dominus, | **Tδ** |
| 40 | in uerbis doctor | |
| 41 | et consummator in factis, | **P1γδ** |

42 docens quid fieret Tγδ
43 et faciens quodcumque docuisset, TT1$^{2}$γ
44 quicquid nunc geritur et geretur Vδε
45 nonne ante praemonuit? Tγ
46 Nonne et negantibus aeterna supplicia Tγ
47 et salutaria confitentibus praemia T2δ
48 ante constituit? Tγ

1 **8** Exciderunt quibusdam pro nefas omnia (T)2βδ
2 et de memoria recesserunt. Vδ
3 Non expectauerunt saltim
4 ut ascenderent adprehensi, Vδ
5 ut interrogati negarent. Pγ
6 Ante aciem multi uicti,
7 sine congressione prostrati, P1γ
8 nec hoc sibi reliquerunt TTγ
9 ut sacrificare idolis uiderentur inuiti; P1γ
10 ultro ad forum currere, T2βδ
11 ad mortem sponte properare, TT1$^{2}$γ
12 quasi hoc olim cuperent, Pγ
13 quasi amplecterentur occasionem datam
14 quam libenter optassent. P1γ
15 Quot illic a magistratibus uespera urgente dilati sunt, Tγζ
16 quot ne eorum differretur interitus et rogauerunt. (P)1β
17 Quam uim potest talis obtendere T2γ
18 qua crimen suum purget, (TTγε)
19 cum uim magis ipse fecerit ut periret? Vδε/Ditr.
20 Nonne quando ad Capitolium sponte uentum est,*
21 quando ultro ad obsequium diri facinoris accessum est,
22 labauit gressus,
23 caligauit aspectus, P1γ
24 tremuerunt uiscera, *
25 brachia conciderunt? Vδ/Ditr.
26 Non sensus obstipuit, Tγ
27 lingua haesit, Pδ
28 sermo defecit? Pγ
29 Stare illic potuit Dei seruus Vδζ
30 et loqui et renuntiare Christo, Ditr.
31 qui iam diabolo renuntiauerat et saeculo?
32 Non ara illa, Ditr.
33 quo moriturus accessit, P1γ
34 rogus illi fuit? TTγε
35 Non diaboli altare, TTδ
36 quod
37 faetore taetro Ditr.
38 fumare ac redolere conspexerat, T2γ
39 uelut funus et bustum uitae suae TTγε
40 horrere ac fugere debebat? TTδ
41 Quid hostiam tecum,
42 miser,
43 quid uictimam supplicaturus inponis? P1γ
44 Ipse ad aras hostia, *
45 uictima ipse uenisti; P1γ
46 inmolasti illic salutem tuam,
47 spem tuam,
48 fidem tuam
49 funestis illic ignibus concremasti. V3δ

1 **9** Ac multis proprius interitus satis non fuit: Pγδ
2 hortamentis mutuis *
3 in exitium populus inpulsus est,
4 mors inuicem letali poculo propinata est. Ton. Äqu. 4δθ/*
5 Ac ne quid deesset ad criminis cumulum, Tδ
6 infantes quoque,
7 parentum manibus inpositi uel adtracti, Vδε
8 amiserunt paruuli *
9 quod in primo statim natiuitatis exordio T2γ
10 fuerant consecuti. Vδ/Ditr.
11 Nonne illi, cum iudicii dies uenerit, dicent: P1δ
12 „Nos nihil fecimus, *
13 nec derelicto cibo et poculo Domini Tδ
14 ad profana contagia T2γ
15 sponte properauimus: *
16 perdidit nos aliena perfidia, Tγ
17 parentes sensimus parricidas: V3δ
18 illi nobis ecclesiam matrem, P1δ
19 illi patrem Deum negauerunt TTγ
20 ut,
21 dum parui et inprouidi
22 et tanti facinoris ignari TTδ
23 per alios ad consortium criminum iungimur, T2δ
24 aliena fraude caperemur“? TT1$^{2}$γ

1 **10** Nec est pro dolor iusta aliqua et grauis causa (P)1βδ
2 quae tantum facinus excuset: TTδ
3 relinquenda erat patria *
4 et patrimonii facienda iactura. P1γ
5 Cui enim non nascenti adque morienti relinquenda TTγ
6 quandoque patria et patrimonii sui facienda iactura est? T2γζ
7 Christus non relinquatur, (P)1β
8 salutis ac sedis aeternae iactura timeatur. TT1$^{2}$γ
9 Clamat ecce per prophetam Spiritus sanctus: P1δ
*Discedite, discedite, exite inde et inmundum nolite tangere. Exite de medio eius, separamini qui fertis uasa Domini.* [Is. 52, 11]

10 Et qui uasa sunt Domini ac templum Dei,
11 ne inmundum tangere *
12 et feralibus cibis pollui uiolarique cogantur, **P1γ**
13 non exeunt de medio nec recedunt? **Vδε**
14 Alibi quoque uox auditur
15 e caelo praemonens *
16 quid Dei seruos facere conueniat, et dicens: **TTδε**
*Exi de ea, populus meus, ne particeps sis delictorum eius et ne perstringaris plagis eius.* [Apoc. 18, 4]
17 Qui exit et cedit, **P1γδ**
18 delicti particeps non fit; **P1δ**
19 plagis uero et ipse perstringitur **T2γ**
20 qui socius criminis inuenitur. **Vδ/Ditr.**
21 Et ideo Dominus in persecutione secedere et fugere mandauit **TTδ**
22 adque ut id fieret et docuit et fecit. **TTδε**
23 Nam cum corona de Dei dignatione descendat, **P1γ**
24 nec possit accipi *
25 nisi fuerit hora sumendi, **P1γ**
26 quisque in Christo manens interim cedit, **P1δ**
27 non fidem denegat **(T)2βδ**
28 sed tempus expectat; **P1γ**
29 qui autem cum non secederet cecidit, **Tδ**
30 negaturus remansit. **Pγ**

1 **11** Dissimulanda,
2 fratres,
3 ueritas non est **P1δε**
4 nec uulneris nostri **P1δ**
5 materia et causa reticenda. **TT1$^{2}$γ**
6 Decepit multos patrimonii sui amor caecus; **(TTγε)**
7 nec ad recedendum parati aut expediti esse potuerunt **TT1$^{2}$γ**
8 quos facultates suae uelut conpedes ligauerunt. **Vδ**
9 Illa fuerunt remanentibus uincula, **T2δ**
10 illae catenae **Pγ**
11 quibus et uirtus retardata est *
12 et fides pressa
13 et mens uincta
14 et anima praeclusa, **TTδ**
15 ut serpenti,
16 terram secundum Dei sententiam deuoranti, **Vδ**
17 praeda et cibus fierent *
18 qui terrestribus inhaererent. **Vδ**
19 Et idcirco Dominus *
20 bonorum magister **Pγ**
21 et praemonens in futurum: **Vδε/Ditr.**
*Si uis,*
22 inquit,
*perfectus esse, uende omnia tua et da pauperibus et habebis thesaurum in caelis: et ueni, sequere me.* [Math. 19, 21 (Marc. 10, 21; Luc. 18, 22)]
23 Si hoc diuites facerent, **Tδ**
24 per diuitias non perirent; **Vδε**
25 thesaurum in caelo reponentes **TTγ**
26 hostem nunc et expugnatorem domesticum non haberent; **V3δε**
27 esset in caelo cor et animus et sensus, **TTδε**
28 si thesaurus esset in caelo, **P1γδ**
29 nec uinci a saeculo posset **P1δ**
30 qui unde uinceretur in saeculo non haberet. **V3δε**
31 Sequeretur Dominum solutus et liber, **P1γδ**
32 ut apostoli et sub apostolis multi et nonnulli **TTγδ**
33 saepe fecerunt **P1γ**
34 qui,
35 et rebus suis et parentibus derelictis, **V3δ**
36 indiuiduis Christi nexibus adhaeserunt. **Vδ**

1 **12** Sequi autem Christum quomodo possunt **Pδ**
2 qui patrimonii uinculo detinentur? **V3δ**
3 Aut quomodo caelum petunt
4 et ad sublimia et alta conscendunt **P1γ**
5 qui terrenis cupiditatibus degrauantur? **V3δ**
6 Possidere se credunt **P1γδ**
7 qui potius possidentur, **Vδ**
8 census sui serui, **TTγε**
9 nec ad pecuniam domini **Tδ**
10 sed magis pecuniae mancipati. **V3δ**
11 Hoc tempus,
12 hos homines
13 apostolus denotat dicens: **P1δ**
*Qui autem uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et muscipula et desideria multa et nocentia quae mergunt hominem in perditionem et in interitum. Radix enim omnium malorum est cupiditas quam quidam adpetentes naufragauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.* [I Tim. 6, 9.10]
14 Dominus autem
15 quibus nos praemiis ad contemptum rei familiaris inuitat! **P1γ**
16 parua haec et exigua huius temporis damna **P1δ**
17 quibus mercedibus pensat! **P1δ**
*Nemo est,*
18 inquit,
*qui relinquat domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei et non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem uenturo uitam aeternam.* [Luc. 18, 29 sq.]
19 Quibus cognitis *

20 et de Domini pollicentis ueritate conpertis **P1γ**
21 non tantum timenda non est eiusmodi
22 sed et optanda iactura, **P1γ**
23 ipso denuo Domino praedicante et monente: **TTγδ**
*Beati eritis cum persecuti uos fuerint et separauerint uos et expulerint, et maledixerint nomini uestro ut nequam propter Filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces uestra multa in caelis.* [Luc. 6, 22 sq.]

1 **13** „Sed tormenta postmodum uenerant **T2δ**
2 et cruciatus graues reluctantibus inminebant.“ **Vδ/Ditr.**
3 Queri de tormentis potest
4 qui per tormenta superatus est, *****
5 excusationem doloris obtendere **T2γ**
6 qui uictus est in dolore. **V3γδε**
7 Potest rogare talis et dicere: **T2γδ**
8 „Certare quidem fortiter uolui **Tδ**
9 et sacramenti mei memor **TTγε**
10 deuotionis ac fidei arma suscepi, **P1γ**
11 sed me in congressione pugnantem **P1γ**
12 cruciamenta uaria et supplicia longa uicerunt. **P1γ**
13 Stetit mens stabilis
14 et fides fortis, **1βδ**
15 et cum torquentibus poenis **P1δ**
16 inmobilis diu anima luctata est.
17 Sed cum durissimi iudicis recrudescente saeuitia **Tγ**
18 iam fatigatum **Pβ**
19 nunc flagella adhuc scinderent,
20 nunc contunderent fustes, **P1δ**
21 nunc eculeus extenderet
22 nunc ungula effoderet,
23 nunc flamma torreret, **P1γ**
24 caro me in conluctatione deseruit, **Tγ**
25 infirmitas uiscerum cessit, **P1δ**
26 nec animus sed corpus in dolore defecit.“ **P1γ**
27 Potest cito proficere ad ueniam causa talis, **Vδζ**
28 potest eiusmodi excusatio esse miserabilis. **(*)**
29 Sic hic Casto et Aemilio aliquando Dominus ignouit: **TTδ**
30 sic in prima congressione deuictos **P1γ**
31 uictores in secundo proelio reddidit, **T2δ**
32 ut fortiores ignibus fierent **Tδ**
33 qui ignibus ante cessissent, **P1γ**
34 et unde superati essent
35 inde superarent. **TT1**$^{2}$**γ**
36 Deprecabantur illi **Ditr.**
37 non lacrimarum miseratione sed uulnerum, **T2γδ**
38 nec sola lamentabili uoce **P1δ**
39 sed laceratione corporis et dolore: **Vδε**
40 manabat pro fletibus sanguis **P1δ**
41 et pro lacrimis cruor semiustilatis uisceribus defluebat. **Vδ/Ditr.**

1 **14** Nunc uero quae uulnera ostendere uicti possunt, **Vδζ**
2 quas plagas hiantium uiscerum, **T2δ**
3 quae tormenta membrorum, **P1γ**
4 ubi non fides congressa cecidit, *****
5 sed congressionem perfidia praeuenit? **TTδ**
6 Nec excusat oppressum necessitas criminis, **T2δ**
7 ubi crimen est uoluntatis. **Vγδ**
8 Nec hoc eo dico
9 ut fratrum causas onerem, *****
10 sed ut magis fratres ad precem satisfactionis instigem. **P1γ**
11 Nam cum scriptum sit:
*Qui uos felices dicunt, in errorem uos mittunt et semitam pedum uestrorum turbant,* [Is. 3, 12]
12 qui peccantem blandimentis adulantibus palpat **P1δ**
13 peccandi fomitem subministrat, **V3δ**
14 nec conprimit delicta ille sed nutrit; **P1γδ**
15 at qui consiliis fortioribus redarguit simul adque instruit, *****
16 fratrem promouet ad salutem. **Vδε/Ditr.**
*Quos diligo,*
17 inquit Dominus, *****
*redarguo et castigo.* [Apoc. 3, 19]
18 Sic oportet et Domini sacerdotem **Vδ**
19 non obsequiis decipientibus fallere **T2δ**
20 sed remediis salutaribus prouidere. **V3δ**
21 Inperitus est medicus **Tγδ**
22 qui tumentes uulnerum sinus **Pδ**
23 manu parcente contrectat **P1γ**
24 et in altis recessibus uiscerum **T2δ**
25 uirus inclusum **P1γ**
26 dum seruat exaggerat. **T2γ**
27 Aperiendum uulnus est et secandum **V3γδε**
28 et putraminibus amputatis **Vδ**
29 medella fortiore curandum. **P1γ**
30 Vociferetur et clamet licet
31 et conqueratur aeger, **Ditr.**
32 impatiens per dolorem: **Vδε/Ditr.**
33 gratias agit postmodum *****
34 cum senserit sanitatem. **V3δ**

1 **15** Emersit enim,
2 fratres dilectissimi, *****
3 nouum genus cladis **TTγε**
4 et quasi parum persecutionis procella saeuierit, **T2γ**

5 accessit ad cumulum **Tγδ**
6 sub misericordiae titulo **Tδ**
7 malum fallens
8 et blanda pernicies. **Tγ**
9 Contra euangelii uigorem,
10 contra Domini ac Dei legem **(P)1βδ**
11 temeritate quorundam **P1γ**
12 laxatur incautis communicatio: **T2**
13 inrita et falsa pax,
14 periculosa dantibus *
15 et nihil accipientibus profutura. **V3δ**
16 Non quaerunt sanitatis patientiam
17 nec ueram de satisfactione medicinam: **TT1$^2$γ**
18 paenitentia de pectoribus excussa est,
19 grauissimi extremique delicti memoria sublata est.
20 Operiuntur morientium uulnera **T2δ**
21 et plaga letalis **P1γ**
22 altis et profundis uisceribus infixa **TTδ**
23 dissimulato dolore contegitur. **Tγ**
24 A diaboli aris reuertentes **TTγ**
25 ad sanctum Domini *
26 sordidis et infectis nidore manibus accedunt. **TTδ**
27 Mortiferos idolorum cibos adhuc
paene ructantes, **P1γ**
28 exhalantibus etiam nunc scelus suum faucibus *
29 et contagia funesta redolentibus, *
30 Domini corpus inuadunt, **P1γ**
31 quando occurrat scriptura diuina **P1γ**
32 et clamet et dicat: **P1γδ**
*Omnis mundus manducabit carnem; et anima quaecumque manducauerit ex carne sacrificii salutaris, quod est Domini, et inmunditia ipsius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo;* [Leu. 7, 19b sq.]
33 apostolus item testetur et dicat: **P1γδ**
*Non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum;* [I Cor. 10, 20 sq.]
34 idem contumacibus et
peruicacibus comminetur **V3δ**
35 et denuntiet dicens: **P1δ**
*Quicumque ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini.* [I Cor. 11, 27]

1 **16** Spretis his omnibus adque contemptis, **P1γ**
2 uis infertur corpori eius et sanguini, **T2γδ**
3 et plus modo in Dominum **Tγδ**
4 manibus adque ore delinquunt **P1γ**
5 quam cum Dominum negauerunt. **Vδ**
6 Ante expiata delicta, **P1γ**
7 ante exomologesin factam criminis, *
8 ante purgatam conscientiam *
9 sacrificio et manu sacerdotis, **TTγ**
10 ante offensam placatam indignantis
Domini et minantis, **Vδε**
11 pacem putant esse **TTγε**
12 quam quidam uerbis fallacibus uenditant: **T2δ**
13 non est pax illa sed bellum, **P1γδ**
14 nec ecclesiae iungitur **T2δ**
15 qui ab euangelio separatur. **Vδ/Ditr.**
16 Quid iniuriam beneficium uocant? **Pδ**
17 Quid impietatem uocabulo pietatis adpellant? **P1γ**
18 Quid eis
19 qui flere iugiter et rogare
Dominum suum debent, **Vδζ**
20 intercepta paenitentiae lamentatione, **(TT)**
21 communicare se simulant? **Tγδ**
22 Hoc sunt eiusmodi lapsis **P1δ**
23 quod grando frugibus, *
24 quod turbidum sidus arboribus, **T2γ**
25 quod armentis pestilens uastitas, **T2δ**
26 quod nauigiis saeua tempestas. **P1γ**
27 Solacium spei adimunt, *
28 a radice subuertunt, **P1γ**
29 sermone morbido
30 ad letale contagium serpunt, **P1δ**
31 nauem scopulis ne in portum
perueniat inlidunt. **TTδ**
32 Non concedit pacem facilitas ista sed tollit, **P1γδ**
33 nec communicationem tribuit *
34 sed inpedit ad salutem. **Vδε/Ditr.**
35 Persecutio est haec alia
36 et alia temptatio,
37 per quam subtilis inimicus **TT1$^2$γ**
38 inpugnandis adhuc lapsis
39 occulta populatione grassatur, **P1γ**
40 ut lamentatio conquiescat, **V3δ**
41 ut dolor sileat, *
42 ut delicti memoria uanescat, **TTδ**
43 conprimatur pectorum gemitus, **Tδ**
44 statuatur fletus oculorum, **TTγ**
45 nec Dominum grauiter offensum **TTδ**
46 longa et plena paenitentia deprecetur, **V3δ**
47 cum scriptum sit:
*Memento unde cecideris et age paenitentiam.* [Apoc. 2, 5]

1 **17** Nemo se fallat, **P1γδ**
2 nemo decipiat: **Tγ**
3 solus Dominus misereri potest.
4 Veniam peccatis **TTδ**
5 quae in ipsum commissa sunt **Tγζ**

6 solus potest ille largiri **P1γ**
7 qui peccata nostra portauit, **P1γ**
8 qui pro nobis doluit, *
9 quem Deus tradidit **(T)2βδ**
10 pro peccatis nostris.
11 Homo Deo esse non potest maior **(P)1βδ**
12 nec remittere aut donare indulgentia sua seruus potest
13 quod in Dominum delicto grauiore commissum est, **T2γζ**
14 ne adhuc lapso et hoc accedat ad crimen **P1γδ**
15 si nesciat esse praedictum: **P1γ**
*Maledictus homo qui spem habet in hominem.* [Ier. 17, 5]
16 Dominus orandus est,
17 Dominus nostra satisfactione placandus est **T2γζ**
18 qui negantem negare se dixit, **P1γδ**
19 qui omne iudicium **Tγ**
20 de Patre solus accepit. **P1γ**
21 Credimus quidem **Pδ**
22 posse aput iudicem plurimum martyrum merita **Tδ**
23 et opera iustorum, **TTδ**
24 sed cum iudicii dies uenerit, **Ton. Äqu. 4δζ***
25 cum post occasum saeculi huius et mundi **P1γδ**
26 ante tribunal Christi populus eius adstiterit. **Tγ**

1 **18** Ceterum si quis praepropera festinatione **TT**
2 temerarius remissionem peccatorum dare se cunctis putat posse **TTγε**
3 aut audet Domini praecepta rescindere, **T2γ**
4 non tantum nihil prodest **TTγε/1βδ**
5 sed et obest lapsis.
6 Prouocasse est iram **P1γδ**
7 non seruasse sententiam **T2γ**
8 nec misericordiam prius Domini deprecandam putare, **Pγ**
9 sed contempto Domino *
10 de sua facilitate praesumere. **T2γ**
11 Sub ara Dei
12 animae occisorum martyrum clamant **P1δ**
13 magna uoce dicentes: **P1γ**
*Quousque, Domine, sanctus et uerus, non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de his qui in terris inhabitant?* [Apoc. 6, 10]
14 Et requiescere ac patientiam tenere **TTδ**
15 adhuc iubentur.
16 Et quemquam posse aliquis existimat
17 remittendis passim donandisque peccatis **P1γ**
18 bonum fieri contra iudicem uelle, **P1δ**
19 aut prius quam uindicetur
20 ipse alios posse defendere? **T2γ**
21 Mandant aliquid martyres fieri: **Tδ**
22 si iusta, si licita, **(Tγδ)**
23 si non contra ipsum Deum **TTγε**
24 a Dei sacerdote facienda. **TT1$^2$γ**
25 Sit obtemperantis facilis et prona consensio, **T2γ**
26 si petentis fuerit religiosa moderatio.
27 Mandant aliquid martyres fieri, **Tδ**
28 sed si scripta non sunt in Domini lege quae mandant, **P1γδ**
29 ante est ut sciamus **V3γδε**
30 illos de Deo impetrasse quod postulant, **T2γδ**
31 tunc facere quod mandant; **TTδε**
32 neque enim statim uideri potest
33 diuina maiestate concessum **P1γ**
34 quod fuerit humana pollicitatione promissum. **P1γ**

1 **19** Nam et Moses pro peccatis populi petit **Pδ**
2 nec tamen peccantibus ueniam cum petisset accepit. **P1γ**
*„Precor,*
3 ait,
*Domine, deliquit populus hic delictum grande. Et nunc si dimittis eis delictum, dimitte; sin autem, dele me de libro quem scripsisti.“ Et dixit Dominus ad Mosen: „Si qui deliquit ante me, deleam eum de libro meo.“* [Ex. 32, 31-33]
4 Ille amicus Dei,
5 ille facie ad faciem locutus saepe cum Domino, **Tγδ**
6 quod petit impetrare non potuit, **Tγδ**
7 nec Dei indignantis offensam **P1γ**
8 sua deprecatione placauit. **P1γ**
9 Hieremiam Deus laudat et praedicat dicens: **P1δ**
*Priusquam te formarem in utero, noui te, et priusquam exires de uulua, sanctificaui te et prophetam in gentibus posui te;* [Ier. 1, 5]
10 et eidem
11 pro peccatis populi *
12 deprecanti frequentius et oranti: **Vδε**
*Noli,*
13 ait,
*orare pro populo hoc, et noli postulare pro eis in prece et oratione, quia non exaudiam in tempore quo inuocabunt me, in tempore adflictationis suae.* [Ier. 11, 14]
14 Quid uero iustius Noe
15 qui,
16 cum repleta esset terra peccatis, **P1γ**
17 solus inuentus est iustus in terris. **P1γδ**
18 Quid gloriosius Danihele,
19 quid ad facienda martyria **Tγ**
20 in fidei firmitate robustius, **T2γ**
21 in Dei dignatione felicius, **T2γ**

22 qui totiens et cum confligeret uicit **P1δ**
23 et cum uinceret superuixit? **Vδ**
24 Quid Iob in operibus promptius, **Tδ**
25 in temptationibus fortius, **T2δ**
26 in dolore patientius, *
27 in timore summissius, **T2γ**
28 in fide uerius? **(T)2βδ***
29 Nec his tamen, si rogarent, **TTγδ**
30 concessurum se Deus dixit. **Vγδζ (od. (P)1βδ)**
31 Cum propheta Ezechiel pro delicto populi
deprecaretur, **P1**
*Terra,*
32 inquit,
*quaecumque peccauerit mihi ut delinquat delictum, extendam manum meam super eam, et obteram stabilimentum panis et inmittam in eam famem, et auferam ab ea hominem et pecora; et si fuerint tres uiri hi in medio eius, Noe et Danihel et Iob, non liberabunt filios neque filias: ipsi soli salui erunt.* [Ez. 14, 13.14, Ez. 14, 16]
33 Adeo non omne quod petitur **Tγδ**
34 in praeiudicio petentis **TTδ**
35 sed in dantis arbitrio est;
36 nec quicquam sibi usurpat et uindicat
humana sententia, **T2γ**
37 nisi adnuat et censura diuina. **P1γ**

1 **20** In euangelio Dominus loquitur dicens: **Pδ**
*Qui confessus me fuerit coram hominibus, et ego confitebor eum coram Patre meo qui in caelis est; qui autem me negauerit, et ego negabo eum.* [Matth. 10, 32.33]
2 Si negantem non negat, **Pγδ**
3 nec confitentem confitetur. **TTγ/Ditr.**
4 Non potest euangelium in parte consistere **T2γ**
5 et in parte nutare: **P1γ**
6 aut utrumque oportet ualeat, *
7 aut utrumque uim ueritatis amittat. **P1γ**
8 Si negantes rei criminis non erunt, **Tδε**
9 nec confitentes praemium uirtutis accipiunt; **Tγ**
10 porro si fides quae uicerit coronatur, **Vδ**
11 necesse est et uicta perfidia puniatur. **Vδ**
12 Ita martyres aut nihil possunt **(P)1βδ**
13 si euangelium solui potest, **(Vδζ)**
14 aut si euangelium non potest solui, **(P)1βδ**
15 contra euangelium facere non possunt **TTδε**
16 qui de euangelio martyres fiunt. **P1δ**
17 Nemo,
18 fratres dilectissimi, *
19 infamet martyrum dignitatem; **V3δ**
20 nemo eorum glorias
destruat et coronas. **Vδε/Ditr.**
21 Manet incorruptae fidei robur incolume, **Tγ**
22 nec dicere aliquid aut facere
contra Christum potest **(TTγε)**
23 cuius et spes et fides
24 et uirtus et gloria omnis in Christo est; **Tγδζ**
25 ut ab episcopis contra mandatum Dei fiat, **TTγε**
26 auctores esse non possunt **P1γδ**
27 qui ipsi Dei mandata fecerunt. **P1γ**
28 An quisquam maior Deo **TTγε**
29 aut diuina bonitate clementior, **T2γ**
30 qui aut infectum uelit
31 quod passus est Deus fieri **(Tβδ)***
32 aut,
33 quasi illi minus potestatis **TTγ**
34 ad protegendam
ecclesiam suam fuerit, **(Ton. Äqu. 4δζ)***
35 auxilio nos suo putet posse seruari? **P1γ**

1 **21** Nisi si haec ignaro Deo gesta sunt, *
2 aut non permittente illo **Ditr.**
3 omnia ista uenerunt. **P1γ**
4 Doceat indociles
5 et admoneat inmemores scriptura diuina **P1γ**
6 quae loquitur dicens: **Pδ**
*Quis dedit in direptionem Iacob et Israhel eis qui praedabantur illum? Nonne Deus cui peccauerunt et nolebant in uiis eius ambulare neque audire legem eius, et superduxit super eos iram animationis suae?* [Is. 42, 24.25]
7 Et alibi testatur ac dicit: **P1γδ**
*Numquid non ualet manus Dei ut saluos faciat, aut grauauit aurem ut non exaudiat? Sed peccata uestra inter uos et Deum separant, et propter delicta uestra auertit faciem a uobis ne misereatur.* [Is. 59, 1.2]
8 Delicta potius nostra reputemus, **TT1$^{2}$γ**
9 actus nostri et animi secreta uoluentes **P1γ**
10 conscientiae merita ponderemus. **Vδ**
11 Redeat in cor nostrum
12 non ambulasse nos in uiis Domini, *
13 abiecisse legem Dei, **(TTγε)**
14 praecepta eius **Ditr.**
15 et monita salutaria **Ton. Äqu. 4δ***
16 numquam seruare uoluisse. **TT1$^{2}$γ**

1 **22** Quid de eo boni sentias, ***/2βδ**
2 quem timorem fuisse aput eum, **TTγε**
3 quam fidem credas, **(P)1βδ**
4 quem corrigere nec metus potuit, **(Tβδ)**
5 quem persecutio ipsa non reformauit? **Vγδ/P1β**
6 Alta et erecta ceruix **Ditr.**
7 nec quia cecidit inflexa est,

| | | |
|---|---|---|
| 8 | tumens animus et superbus | **Vδε** |
| 9 | nec quia uictus est fractus est. | **T2γδζ** |
| 10 | Iacens stantibus | |
| 11 | et integris uulneratus minatur | **Pγ** |
| 12 | et, | |
| 13 | quod non statim Domini corpus | **Pδ** |
| 14 | inquinatis manibus accipiat | |
| 15 | aut ore polluto | **P1γ** |
| 16 | Domini sanguinem bibat, | **Pδ** |
| 17 | sacerdotibus sacrilegus irascitur. | |
| 18 | Adque | |
| 19 | – o tuam nimiam, furiose, dementiam – | **T2γ** |
| 20 | irasceris ei | **Pδ** |
| 21 | qui abs te auertere iram Dei nititur; | * |
| 22 | ei minaris | **Pγ** |
| 23 | qui pro te Domini misericordiam deprecatur, | **V3δ** |
| 24 | qui uulnus tuum sentit | **TTγε/1βδ** |
| 25 | quod ipse non sentis, | **P1γδ** |
| 26 | qui pro te lacrimas fundit | **Pδ** |
| 27 | quas forsitan ipse non fundis. | **P1γδ** |
| 28 | Oneras adhuc crimen et cumulas | **Tγδ** |
| 29 | et, | |
| 30 | cum sis ipse inplacabilis | * |
| 31 | ad antistites et sacerdotes Dei, | |
| 32 | putas circa te Deum posse placari. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **23** Accipe potius et admitte quae loquimur. | **Tγδ** |
| 2 | Quid surdae aures | |
| 3 | salutaria praecepta non audiunt quae monemus? | **V3δε** |
| 4 | quid caeci oculi | * |
| 5 | paenitentiae iter non uident | **Pγδ** |
| 6 | quod ostendimus? | * |
| 7 | quid praeclusa et alienata mens | |
| 8 | remedia uitalia non percipit | |
| 9 | quae de scripturis caelestibus | **Tγ** |
| 10 | et discimus et docemus? | **V3δε** |
| 11 | Aut si incredulis quibusdam | |
| 12 | minor fides est futurorum, | **Vγδ** |
| 13 | uel praesentibus terreantur. | **V3δ** |
| 14 | Ecce eorum | **Pγ** |
| 15 | qui negauerunt | **(P)1β** |
| 16 | quae supplicia conspicimus, | |
| 17 | quos eorum tristes exitus flemus; | **P1δ** |
| 18 | nec hic esse sine poena possunt | **TTγε** |
| 19 | quamuis necdum poenae dies uenerit. | * |
| 20 | Plectuntur interim quidam | **P1δ** |
| 21 | quo ceteri dirigantur. | **V3δ** |
| 22 | Exempla sunt omnium | **T2γδ** |
| 23 | tormenta paucorum. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **24** Vnus ex his | **Ditr.** |
| 2 | qui sponte Capitolium negaturus ascendit, | **P1γ** |
| 3 | postquam Christum negauit obmutuit. | **T2γ** |
| 4 | Poena inde coepit | **Ditr./TTγε** |
| 5 | unde coepit et crimen, | **P1γδ** |
| 6 | ut nec rogare iam posset | **P1γδ** |
| 7 | qui uerba ad precum misericordiam non haberet. | **V3δε** |
| 8 | Alia in balneis constituta – | **V3δ** |
| 9 | hoc enim crimini eius et malis deerat, | * |
| 10 | ut et ad balneas statim pergeret **gl. Quantitäten- und Akzentfolge** | * |
| 11 | quae lauacri uitalis gratiam perdidisset - | **V3δ** |
| 12 | illic ab inmundo spiritu inmunda correpta | **P1γ** |
| 13 | laniauit dentibus linguam, | **T2δ** |
| 14 | quae fuerat uel pasta impie uel locuta. | **V3δε** |
| 15 | Postquam sceleratus cibus sumptus est, | * |
| 16 | in perniciem suam | **Pδ** |
| 17 | rabies oris armata est: | **T2γζ** |
| 18 | ipsa sui carnifex extitit | **T2δ** |
| 19 | nec diu superesse postmodum potuit. | **Tδ** |
| 20 | Doloribus uentris et uiscerum cruciata defecit. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **25** Praesente ac teste me ipso | **P1γδ** |
| 2 | accipite quid euenerit. | **Ton. Äqu. 4δε*** |
| 3 | Parentes forte fugientes, | **TT1$^{2}$γ** |
| 4 | dum trepidi minus consulunt, | * |
| 5 | sub nutricis alimento | **TT1$^{2}$γ** |
| 6 | paruulam filiam reliquerunt. | **Vδ** |
| 7 | Relictam nutrix detulit ad magistratus. | **(P)1β** |
| 8 | Illi ei aput idolum | **Pγ** |
| 9 | quo populus confluebat, | **Vδ** |
| 10 | quod carnem necdum posset edere per aetatem, | **Vδε** |
| 11 | panem mero mixtum, | **(TTγε)** |
| 12 | quod tamen et ipsum de immolatione pereuntium supererat, | |
| 13 | tradiderunt. | |
| 14 | Recepit filiam postmodum mater. | **P1δ** |
| 15 | Sed facinus puella commissum tam loqui et indicare non potuit | **Tγδ** |
| 16 | quam nec intellegere prius potuit nec arcere. | **Vδε** |
| 17 | Ignoratione igitur obreptum est | |
| 18 | ut sacrificantibus nobis | **P1δ** |
| 19 | eam secum mater inferret. | **P1γ** |
| 20 | Sed enim puella | **Pγ** |
| 21 | mixta cum sanctis, | **P1γδ** |
| 22 | precis nostrae et orationis impatiens, | **Tγ** |
| 23 | nunc ploratu concuti, | * |
| 24 | nunc mentis aestu fluctuabunda iactari, | **P1γ** |

25 uelut tortore cogente **P1γ**
26 quibus poterat indiciis conscientiam facti **P1δ**
27 in simplicibus adhuc annis rudis
28 anima fatebatur. **Vδ**
29 Vbi uero sollemnibus adimpletis **Vδ**
30 calicem diaconus offerre praesentibus coepit, **P1δ**
31 et accipientibus ceteris **T2δ**
32 locus eius aduenit, *****
33 faciem suam paruula instinctu diuinae maiestatis auertere, **T2γ**
34 os labiis obdurantibus premere, **Tδ**
35 calicem recusare. **Vδ**
36 Perstitit tamen diaconus
37 et reluctanti licet de sacramento calicis infudit. **TTδ**
38 Tunc sequitur singultus et uomitus: **Tγδ**
39 in corpore adque ore uiolato **TT1$^2$γ**
40 eucharistia permanere non potuit, **Tγδ**
41 sanctificatus in Domini sanguine potus **Pδ**
42 de pollutis uisceribus erupit. **TTγ**
43 Tanta est potestas Domini, *****
44 tanta maiestas; **P1γ**
45 secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt: **T2γζ**
46 sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. **Vδ**

1 **26** Hoc circa infantem **Pγ**
2 quae ad eloquendum alienum circa se crimen **Pγδ**
3 necdum habuit aetatem. **TTδ**
4 At uero ea
5 quae aetate prouecta **P1γ**
6 et in annis adultioribus constituta **V3δ**
7 sacrificantibus nobis **P1δ**
8 latenter obrepsit, **Pγ**
9 non cibum sed gladium sibi sumens **Vδζ**
10 et uelut quaedam uenena letalia **T2γ**
11 intra fauces et pectus admittens, **P1γ**
12 angi et anima exaestuante concludi postmodum coepit **P1δ**
13 et,
14 pressuram non iam persecutionis sed delicti sui passa, **TTγε**
15 palpitans et tremens concidit. *****
16 Inpunitum diu non fuit nec occultum **TTγδ**
17 dissimulatae conscientiae crimen: **P1δ**
18 quae fefellerat hominem **T2δ**
19 Deum sensit ultorem. **P1γ**
20 Et cum quaedam arcam suam, **TTγε**
21 in qua Domini sanctum fuit,
22 manibus indignis **TTδ**
23 temptasset aperire, **TT1$^2$γ**
24 igne inde surgente **P1γ**
25 deterrita est
26 ne auderet adtingere. **T2γ**
27 Et quia alius et ipse maculatus, **TT1$^2$γ**
28 sacrificio a sacerdote celebrato, **TT1$^2$γ**
29 partem cum ceteris ausus est latenter accipere, **Tγ**
30 sanctum Domini edere et contrectare non potuit: **Tγδ**
31 cinerem ferre se apertis manibus inuenit. **Tδ**
32 Documento unius ostensum est **T2γζ**
33 Dominum recedere cum negatur, **Vδε**
34 nec inmerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, **T2γδ**
35 quando gratia salutaris **Vδ**
36 in cinerem sanctitate fugiente mutetur. **P1γ**
37 Quam multi cottidie inmundis spiritibus adinplentur, **Vδ**
38 quam multi usque ad insaniam mentis **P1δ**
39 excordes dementiae furore quatiuntur. **TT1$^2$γ**
40 Nec necesse est
41 ire per exitus singulorum, **V3δ**
42 cum per orbis multiformes ruinas **Pγ**
43 tam delictorum poena sit uaria **Tγδ**
44 quam delinquentium multitudo numerosa. **TTγ**
45 Vnusquisque consideret **T2γ**
46 non quid alius passus sit **Tδζ**
47 sed quid pati et ipse mereatur: **TT1$^2$γ**
48 nec euasisse se credat **P1γδ**
49 si eum interim poena distulerit, **Tγ**
50 cum timere plus debeat **T2γδ**
51 quem sibi Dei iudicis ira seruauit. **P1γ**

1 **27** Nec sibi quo minus agant paenitentiam blandiantur **V3δ**
2 qui,
3 etsi nefandis sacrificiis manus non contaminauerunt, **(TT)**
4 libellis tamen conscientiam polluerunt. **V3δ**
5 Et illa professio est denegantis, **Ditr.**
6 contestatio est christiani **Ditr.**
7 quod fuerat abnuentis: **Vδ/Ditr.**
8 fecisse se dixit **P1γδ**
9 quidquid alius faciendo commisit. **Pγ**
10 Cumque scriptum sit: *****
*Non potestis duobus dominis seruire,* [Matth. 6, 24]
11 seruiuit saeculari domino, *****
12 obtemperauit eius edicto, **P1γ**
13 magis obaudiuit humano imperio quam Deo. **TTγδ**
14 Viderit
15 an minore uel dedecore uel crimine

16 aput homines publicauerit quod admisit; **Vδε**
17 Deum tamen iudicem **2βδ**
18 fugere et uitare non poterit, **Tγδ**
19 cum dicat Spiritus sanctus in psalmis: **P1γδ**
*Quod est inperfectum meum uiderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur;* [Ps. 138, 16]
20 et iterum:
*Homo uidet in faciem, Deus in cor;* [I Sam. 16, 7]
21 ipse quoque Dominus
22 praemoneat et praestruat dicens: **P1δ**
*Et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis.* [Apoc. 2, 23]
23 Perspicit ille abdita, *
24 et secreta adque occulta considerat, **T2γ**
25 nec Dei oculos potest aliquis euadere dicentis: **TTδ**
*Ego Deus adproximans et non Deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non uidebo eum?* [Ier. 23, 23.24]
26 Videt ille corda et pectora singulorum **Vδ**
27 et,
28 iudicaturus non tantum de factis **Pγδ**
29 sed et de uerbis
30 et de cogitationibus nostris, **P1δ**
31 omnium mentes uoluntatesque conceptas **P1γ**
32 in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur. **Vδ/Ditr.**

1 **28** Denique quanto et fide maiore **Pγ**
2 et timore meliore sunt
3 qui,
4 quamuis nullo sacrificii aut libelli facinore constricti, **TTδ**
5 quoniam tamen de hoc uel cogitauerunt, **P1**
6 hoc ipsum aput sacerdotes Dei
7 dolenter et simpliciter confitentes **Vδ**
8 exomologesin conscientiae faciunt, **Tδ**
9 animi sui pondus exponunt, **P1γ**
10 salutarem medellam **Pγ**
11 paruis licet et modicis uulneribus exquirunt, **TTδ**
12 scientes scriptum esse:
*Deus non deridetur.* [Gal. 6, 7]
13 Derideri et circumueniri Deus non potest, **Pγδ**
14 nec astutia aliqua fallente deludi. **P1γ**
15 Plus immo delinquit **P1γ**
16 qui secundum hominem Deum cogitans **2βδ**
17 euadere se poenam criminis credit, **P1δ**
18 si non palam crimen admisit. **P1γ**
19 Christus in praeceptis suis dicit: **TTγε**
20 Qui confusus me fuerit, confundet eum Filius hominis,
21 et christianum se putat **Pγδ**
22 qui christianus esse aut confunditur aut ueretur? **Vδε**
23 Quomodo potest esse cum Christo **P1γδ**
24 qui ad Christum pertinere aut erubescit aut metuit? **Tγδ**
25 Minus plane peccauerit **Tγ**
26 non uidendo idola **Pγ**
27 nec sub oculis circumstantis adque insultantis populi *
28 sanctitatem fidei profanando, **TTδ**
29 non polluendo manus suas funestis sacrificiis *
30 nec sceleratis cibis ora maculando. **TT1$^{2}$γ**
31 Hoc eo proficit *
32 ut sit minor culpa,
33 non ut innocens conscientia. **4δ***
34 Facilius potest ad ueniam criminis peruenire, **V3δ**
35 non est tamen inmunis a crimine. **T2γδ**
36 Nec cesset in agenda paenitentia *
37 adque in Domini misericordia deprecanda, **V3δ**
38 ne quod minus esse in qualitate delicti uidetur **Pγ**
39 in neglecta satisfactione cumuletur. **TT1$^{2}$γ**

1 **29** Confiteantur singuli *
2 quaeso uos,
3 fratres,
4 delictum suum
5 dum adhuc qui deliquit in saeculo est,
6 dum admitti confessio eius potest, **Vδζ**
7 dum satisfactio et remissio
8 facta per sacerdotes **Vγδ**
9 aput Deum grata est. *
10 Conuertamur ad Dominum **Tγδ**
11 mente tota, **Ditr.**
12 et paenitentiam criminis **T2δ**
13 ueris doloribus exprimentes **Vδ**
14 Dei misericordiam deprecemur. **V3δ**
15 Illi se anima prosternat, **TTδ**
16 illi maestitia satisfaciat, **Ton. Äqu. 4δ***
17 illi spes omnis incumbat. **P1γ**
18 Rogare qualiter debeamus **V3δ**
19 dicit ipse: **Ditr.**
*Reuertimini,*
20 inquit,
*ad me ex toto corde uestro simulque et ieiunio et fletu et planctu, et discindite corda uestra et non uestimenta uestra.* [Marc. 8, 38 (uel Luc. 9, 26)]
21 Ad Dominum toto corde redeamus: **TT1$^{2}$γ**
22 iram et offensam eius ieiuniis, fletibus, planctibus, **T2δ**
23 sicut admonet ipse, placemus. **P1γ**

1 **30** Lamentari eum putamus **Pγ**
2 ex toto corde,
3 ieiuniis, fletibus, planctibus, **T2δ**
4 Dominum deprecari **Vδ**
5 qui ex primo criminis die **Pδ**
6 lauacra cottidie celebrat, **Tδ**
7 qui epulis affluentibus pastus **P1δ**
8 et sagina largiore distentus **P1γ**
9 cruditates suas postridie eructat, **TTδ**
10 nec cibos et potus suos
11 cum pauperum necessitate communicat? **T2γ**
12 Qui hilaris ac laetus incedit **P1γ**
13 quomodo mortem suam deflet; **TTγε**
14 cumque scriptum sit: *****
*Non corrumpetis effigiem*
*barbae uestrae,* [Leu. 19, 27b]
15 barbam uellit
16 et faciem suam comit, **Vδζ**
17 et placere nunc cuiquam studet
18 qui Deo displicet? **(T)2βδ***
19 An illa ingemescit et plangit **P1γδ**
20 cui uacat cultum pretiosae uestis induere, **Tγ**
21 nec indumentum Christi
quod perdidit cogitare; **V3δ**
22 accipere pretiosa ornamenta **TTγ**
23 et monilia laborata, **Vδ**
24 nec diuini et caelestis ornatus damna deflere? **P1γ**
25 Tu licet indumenta peregrina **TT1$^2$γ**
26 et uestes sericas induas, **T2δ**
27 nuda es:
28 auro te licet et margaritis
gemmisque condecores, **Tγ**
29 sine Christi decore deformis es.
30 Et quae capillos tuos inficis *****
31 uel nunc in doloribus desine; **T2δ**
32 et quae nigri pulueris ductu **P1δ**
33 oculorum liniamenta depingis **P1γ**
34 uel nunc lacrimis
oculos tuos ablue. **(Ton. Äqu. 4δζ)***
35 Si quem de tuis carum **1βδ**
36 mortalitatis exitu perdidisses, **V3δ**
37 ingemesceres dolenter et fleres; **P1γδ**
38 facie inculta, **TTδ**
39 ueste mutata, **P1γ**
40 neglecto capillo, **Pγ**
41 uulto nubilo, *****
42 ore deiecto **P1γ**
43 indicia maeroris ostenderes. **T2γ**
44 Animam tuam, misera, perdidisti; **Vδ**
45 spiritaliter mortua, **T2δ**
46 superuiuere hic tibi **TTδε**
47 et ipsa ambulans funus tuum portare coepisti, **P1γ**
48 et non acriter plangis, **Pδ**
49 non iugiter ingemescis, **Vδ**
50 non te uel pudore criminis *****
51 uel continuatione lamentationis abscondis? **P1γ**
52 Ecce peiora adhuc peccandi uulnera, *****
53 ecce maiora delicta: **P1γ**
54 peccasse nec satisfacere, **(Ton. Äqu. 4γδ)***
55 deliquisse nec delicta deflere. **P1γδ**

1 **31** Ananias, Azarias, Misahel,
2 inlustres ac nobiles pueri, **Tδ**
3 quominus exomologesin Deo facerent *****
4 nec inter flammas et camini exaestuantis
incendia quieuerunt. **Vδ**
5 Bene sibi licet conscii *****
6 et Deum
7 fidei ac timoris obsequio **Tγ**
8 saepe promeriti, **Tδ**
9 humilitatem tamen tenere **Pγ**
10 et Domino satisfacere **Ton. Äqu. 4δ***
11 nec inter ipsa gloriosa uirtutum suarum
martyria destiterunt. **Vδ/Ditr.**
12 Loquitur scriptura diuina: **P1γ**
*Stans,*
13 inquit,
*Azarias precatus est et aperuit os suum, et exomologesin faciebat Deo simul cum sodalibus suis in medio ignis.* [Dan. (LXX) 3, 25]
14 Daniel quoque
15 post fidei adque innocentiae suae
multiplicem gratiam, **Tδ**
16 post dignationem Domini
17 circa uirtutes ac laudes suas
saepe repetitam, **TT1$^2$γ**
18 ieiuniis adhuc promereri Deum nititur; *****
19 in sacco et cinere uolutatur **TTδ**
20 exomologesin faciens dolenter et dicens: **P1γδ**
*Domine, Deus magnus et fortis et metuendus, qui seruas testamentum et miserationem eis qui te diligunt et conseruant imperia tua, peccauimus, facinus admisimus, impii fuimus, transgressi sumus ac deseruimus praecepta tua et iudicia tua. Non audiuimus puerorum tuorum prophetarum quae locuti sunt in nomine tuo super reges nostros et omnes gentes et super omnem terram. Tibi, Domine, tibi iustitia, nobis autem confusio.* [Dan. 9, 4-7]

1 **32** Haec mites,
2 haec simplices,
3 haec innocentes **Ditr.**

4 in promerenda Dei maiestate fecerunt: **P1γ**
5 et nunc satisfacere et Dominum rogare detrectant **P1γ**
6 qui Dominum negauerunt! **Vδ**
7 Quaeso uos,
8 fratres,
9 adquiescite salubribus remediis,
10 consiliis oboedite melioribus; *
11 cum lacrimis nostris **Pδ**
12 uestras lacrimas iungite, **Tδ**
13 cum nostro gemitu *
14 uestros gemitus copulate. **Vδ/Ditr.**
15 Rogamus uos
16 ut pro uobis Deum rogare possimus, **P1γ**
17 preces ipsas ad uos prius uertimus *
18 quibus Deum pro uobis ut misereatur oramus. **P1γ**
19 Agite paenitentiam plenam, **P1δ**
20 dolentis ac lamentantis animi *
21 probate maestitiam. **Tγ**

1 **33** Nec uos quorundam moueat *
2 aut error inprouidus **T2γ**
3 aut stupor uanus, **(P)1βδ**
4 qui
5 cum teneantur in tam graui crimine **(T)2βδ***
6 percussi sunt animi caecitate, **Vδ**
7 ut nec intellegant delicta nec plangant. **P1γδ**
8 Indignantis Dei maior haec plaga est, **T2γδζ**
9 sicut scriptum est: *
*Et dedit illis Deus spiritum transpunctionis;* [Is. 29, 10]
10 et iterum:
*Dilectum ueritatis non receperunt ut salui fierent, ac propterea mittit illis Deus operationem erroris ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed sibi placent in iniustitia.* [II Thess. 2, 10-12]
11 Iniuste sibi placentes **Pγ**
12 et transpunctae mentis alienatione dementes **P1γ**
13 Domini praecepta contemnunt, **P1γ**
14 medellam uulneris neglegunt, **Tδ**
15 agere paenitentiam nolunt. **P1δ**
16 Ante admissum facinus inprouidi,
17 post facinus obstinati, **Vδ**
18 nec prius stabiles nec postmodum supplices, **T2δ**
19 quando debuerant stare iacuerunt, **TT1²γ**
20 quando iacere et prosternere se Deo debent, **(P)1βδ**
21 stare se opinantur. **Vγδ**
22 Pacem sibi ultro nemine dante sumpserunt, **P1γ**
23 falsa pollicitatione seducti **P1γ**
24 et apostatis ac perfidis iuncti, **P1δ**
25 errorem pro ueritate suscipiunt, **Tγ**
26 communicationem non communicantium ratam ducunt, **(Vδζ)**
27 hominibus contra Deum credunt **(TTγε)**
28 qui contra homines Deo non crediderunt. **(Ditr.)**

1 **34** Eiusmodi homines **Tδ**
2 quantum potestis effugite, **Tγ**
3 perniciosis contactibus adhaerentes **Vδ**
4 salubri cautione uitate. **P1γ**
5 Sermo eorum sicut cancer serpit, **(TTγε)**
6 conloquium uelut contagium transilit, **T2δ**
7 noxia et uenenata persuasio *
8 persecutione ipsa peius interficit. **T2γ**
9 Illic superest paenitentia **Ton. Äqu. 4δ***
10 quae satisfaciat, **(*)**
11 qui autem paenitentiam criminis tollunt **P1δ**
12 satisfactionis uiam cludunt. **1βδ**
13 Ita fit
14 ut,
15 dum temeritate quorundam **P1γ**
16 uel promittitur salus falsa uel creditur, **T2γδ**
17 spes uerae salutis adimatur. **TT1²γ**

1 **35** Vos uero,
2 fratres,
3 quorum timor in Deum pronus est **(T)2βδζ***
4 et in ruina licet animus constitutus **Vδ**
5 mali sui memor est, *
6 paenitentes ac dolentes **TTγδ**
7 peccata uestra perspicite, **Tγ**
8 grauissimum conscientiae crimen agnoscite, **T2γ**
9 ad intellegentiam delicti uestri
10 oculos cordis aperite, **TT1²γ**
11 nec desperantes misericordiam Domini **Tδ**
12 nec tamen iam ueniam uindicantes. **Vδ/Ditr.**
13 Deus quantum patris pietate **TTγ**
14 indulgens semper et bonus est, **Tγδζ**
15 tantum iudicis maiestate metuendus est:
16 quam magna delinquimus, **T2γ**
17 tam granditer defleamus. **V3δ**
18 Alto uulneri *
19 diligens et longa medicina non desit, **P1γδ**
20 paenitentia crimine minor non sit. **(Vδζη)**
21 Putasne tu
22 Deum cito posse placari **P1γ**
23 quem uerbis perfidis abnuisti, **V3δ**
24 cui patrimonium praeponere maluisti, **Vδ**
25 cuius templum sacrilega contagione uiolasti? **TT1²γ**
26 Putas

27 facile eum misereri tui
28 quem tuum non esse dixisti? **P1γ**
29 Orare oportet inpensius et rogare; **Vδε**
30 diem luctu transigere, **Tγ**
31 uigiliis noctes ac fletibus ducere, **T2δ**
32 tempus omne lacrimosis lamentationibus occupare; **Vδ**
33 stratos solo
34 adhaerere cineri, *****
35 in cilicio et sordibus uolutari; **Vδ**
36 post indumentum Christi perditum, *****
37 nullum iam uelle uestitum, **P1γ**
38 post diaboli cibum **Pδ**
39 malle ieiunium; **T2γ**
40 iustis operibus incumbere
41 quibus peccata purgantur, **P1γ**
42 elemosynis frequenter insistere **T2γ**
43 quibus a morte animae liberantur. **Vδ**
44 Quod aduersarius auferebat **Vδ**
45 Christus accipiat, **Tγ**
46 nec teneri iam amari patrimonium debet **P1δ**
47 quo quis et deceptus et uictus est. **T2γδζ**
48 Pro hoste uitanda res, **T2γζ**
49 pro latrone fugienda, **TT1**$^2$**γ**
50 pro gladio metuenda possidentibus et ueneno. **Vδε**
51 Ad hoc tantum profuerit quod remansit **(Vδε)**
52 ut inde crimen et culpa redimatur; **TT1**$^2$**γ**
53 incunctanter et largiter fiat operatio, *****
54 census omnis **Ditr.**
55 in medellam uulneris erogetur: **Vδ/Ditr.**
56 opibus et facultatibus nostris **P1δ**
57 qui de nobis iudicaturus est **T2ζ**
58 Dominus faeneretur. **Vδ/Ditr.**
59 Sic sub apostolis fides uiguit, **(Ton. Äqu. 4δζ)***
60 sic primus credentium populus **Tδ**
61 Christi mandata seruauit. **P1γ**
62 Prompti erant,
63 largi erant, **gl. Akzentfolge**
64 distribuendum per apostolos totum dabant, **Vδζ**
65 et non talia delicta redimebant. **TT1**$^2$**γ**

1 **36** Si precem toto corde quis faciat, **Tγδ**
2 si ueris paenitentiae lamentis et lacrimis ingemescat, **Vδ**
3 si ad ueniam delicti sui
4 Dominum iustis et continuis operibus inflectat, **TTδ**
5 misereri talium potest **Pδ**
6 qui et misericordiam suam protulit dicens: **P1δ**
*Cum conuersus gemueris, tunc saluaberis et scies ubi fueris;* [Is. 30, 15]
7 et iterum:
*Nolo mortem morientis, dicit Dominus, quantum ut reuertatur et uiuat.* [Ez. 18, 32]
8 Et Iohel propheta
9 pietatem Domini, Domino ipso monente, declarat: **P1γ**
*Reuertimini,*
10 inquit,
*ad Dominum Deum uestrum, quoniam misericors et pius est et patiens et multae miserationis, et qui sententiam flectat aduersus malitias inrogatam.* [Ioel. 2, 13]
11 Potest ille indulgentiam dare, **Pδ**
12 sententiam suam potest ipse deflectere; **T2γ**
13 paenitenti, operanti, roganti **Pγ**
14 potest clementer ignoscere; **T2γ**
15 potest in acceptum referre **Pγ**
16 quidquid pro talibus et petierint martyres **Tδ**
17 et fecerint sacerdotes. **Vδ**
18 Vel si quis plus eum suis satisfactionibus mouerit, **T2δ**
19 si eius iram, **Ditr.**
20 si indignantis offensam **P1γ**
21 iusta deprecatione placauerit, **T2γ**
22 dat ille et arma rursum **Ditr.**
23 quibus uictus armetur, **P1γ**
24 reparat et corroborat uires **P1δ**
25 quibus fides instaurata uegetetur. **TT1**$^2$**γ**
26 Repetet certamen suum miles, **(TTγε)**
27 iterabit aciem, *****
28 prouocabit hostem **Ditr.**
29 et quidem factus ad proelium fortior per dolorem. **V3δε**
30 Qui sic Deo satisfecerit, **(*)**
31 qui paenitentia facti sui, **(Vδζ)**
32 qui pudore delicti **P1γ**
33 plus et uirtutis et fidei **Tγδ**
34 de ipso lapsus sui dolore conceperit, **T2γ**
35 exauditus et adiutus a Domino, **Tγδ**
36 quam contristauerat nuper **P1δ**
37 laetam faciet ecclesiam,
38 nec iam solam Dei ueniam merebitur sed coronam. **V3δε**

## 1.9 De mortalitate

1 **1** Etsi aput plurimos uestrum, **P1δ**
2 fratres dilectissimi, *****
3 mens solida est
4 et fides firma **(P)1βδ**
5 et anima deuota **TTδ**
6 quae ad praesentis mortalitatis copiam non mouetur, **V3δε**

7 sed tamquam petra fortis et stabilis **Tγδ**
8 turbidos impetus mundi **P1δ**
9 et uiolentos saeculi fluctus **P1δ**
10 frangit potius ipsa nec frangitur, **(T2γδ)**
11 et temptationibus non uincitur sed probatur, **V3δε**
12 tamen quia animaduerto in plebe quosdam
13 uel inbellicitate animi *
14 uel fidei paruitate **Vδ**
15 uel dulcedine saecularis uitae
16 uel sexus mollitie **Tγ**
17 uel,
18 quod magis est,
19 ueritatis errore **P1γ**
20 minus stare fortiter *
21 nec pectoris sui diuinum adque inuictum robur exerere, **Tγ**
22 dissimulanda res non fuit nec tacenda, **TTγδ**
23 quominus
24 quantum nostra mediocritas sufficit **T2δ**
25 uigore pleno **Ditr.**
26 et sermone de dominica lectione concepto **P1γ**
27 delicatae mentis ignauia conprimatur **Vδ**
28 et qui homo Dei et Christi esse iam coepit **P1γδ**
29 Deo et Christo dignus habeatur. **TT1$^{2}$γ**

1 **2** Agnoscere enim se debet,
2 fratres dilectissimi, *
3 qui Deo militat, **2βδ***
4 qui positus in caelestibus castris **P1δ**
5 diuina iam spirat, **P1γδ**
6 ut ad procellas et turbines mundi **P1δ**
7 trepidatio nulla sit nobis, **P1γδ**
8 nulla turbatio, **T2γ**
9 quando haec euentura praedixerit Dominus **Tδ**
10 prouidae uocis hortatu **P1γ**
11 instruens et docens **TTδε**
12 et praeparans adque corroborans **T2γ**
13 ecclesiae suae populum **Ton. Äqu. 4δζ***
14 ad omnem tolerantiam futurorum: **Vδ**
15 bella et fames et terrae motus et pestilentias **(*)**
16 per loca singula exurgere
17 praenuntiauit et cecinit, **Tγδ**
18 et ne inopinatus nos et nouus
19 rerum infestantium metus quateret, *
20 magis ac magis **Pγδ**
21 in nouissimis temporibus
22 aduersa crebrescere **T2γ**
23 ante praemonuit. **Tγ**
24 Fiunt ecce quae dicta sunt, **T2γδζ**
25 et quando fiunt quae ante praedicta sunt **T2γζ**
26 sequentur et quaecumque promissa sunt **T2γζ**
27 Domino ipso pollicente et dicente: **TTγδ**
*Cum autem uideritis haec omnia fieri, scitote quoniam in proximo est regnum Dei.* [Lc. 21, 31]
28 Regnum Dei,
29 fratres dilectissimi,
30 esse coepit in proximo: **T2γδ**
31 praemium uitae **P1δ**
32 et gaudium salutis aeternae **P1γ**
33 et perpetua laetitia
34 et possessio paradisi nuper amissa **P1γ**
35 mundo transeunte iam ueniunt: **Tγδ**
36 iam terrenis caelestia **Tγ**
37 et magna paruis **Ditr.**
38 et caducis aeterna succedunt. **P1γ**
39 Quis hic anxietatis et sollicitudinis locus est? **Tδζ**
40 Quis inter haec trepidus et maestus est
41 nisi cui spes et fides deest?
42 Eius est enim mortem timere **Pγ**
43 qui ad Christum nolit ire. **TTγε**
44 Eius est ad Christum nolle ire **Ditr.**
45 qui se non credat cum Christo incipere regnare. **TTδ**

1 **3** Scriptum est:
*Iustum fide uiuere.* [Rom. 1, 17b]
2 Si iustus es et fide uiuis,
3 si uere in Deum credis, **1βδ**
4 cur non cum Christo futurus **Pγ**
5 et de Domini pollicitatione securus, **P1γ**
6 quod ad Christum uoceris amplecteris **(T2γ)**
7 et quod diabolo careas gratularis? **Vδ/Ditr.**
8 Simeon denique
9 ille iustus **Ditr./Vδζ**
10 qui uere iustus fuit, **gl. Akzentfolge**
11 qui
12 fide plena
13 Dei praecepta seruauit, **P1γ**
14 cum ei diuinitus responsum fuisset **Pγ**
15 quod non ante moreretur **TT1$^{2}$γ**
16 quam Christum uidisset **Pγ**
17 et Christus infans in templum cum matre uenisset, **P1γ**
18 agnouit in spiritu natum esse iam Christum **P1γδ**
19 de quo sibi fuerat ante praedictum: **P1γ**
20 quo uiso
21 sciuit se cito esse moriturum. **TT1$^{2}$γ**
22 Laetus itaque de morte iam proxima **T2γδ**
23 et de uicina accersitione securus **P1γ**
24 accepit in manus puerum *
25 et benedicens Deum

26 exclamauit et dixit: **P1γδ**
*Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum uerbum tuum in pace, quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum,* [Lc. 2, 29. 30.]
27 probans scilicet adque contestans **P1γ**
28 tunc esse seruis Dei pacem, **TTγε**
29 tunc liberam,
30 tunc tranquillam quietem, **Pγ**
31 quando de istis mundi turbinibus extracti **TTδ**
32 sedis et securitatis aeternae portum petimus, **gl. Akzentfolge***
33 quando
34 expuncta hac morte **Pγδ**
35 ad immortalitatem uenimus. **Pγ**
36 Illa est enim nostra pax, **(T)2βδζ/***
37 illa fida tranquillitas, **T2γ**
38 illa stabilis et firma et perpetua securitas.

1 **4** Ceterum quid aliud in mundo **TTδε**
2 quam pugna aduersus diabolum cotidie geritur, **Tδ**
3 quam aduersus iacula eius et tela **P1γδ**
4 conflictationibus adsiduis dimicatur? **Vδ/Ditr.**
5 cum auaritia nobis, **Pδ**
6 cum inpudicitia, **T**
7 cum ira,
8 cum ambitione congressio est, **Ditr.**
9 cum carnalibus uitiis, **Tδ**
10 cum inlecebris saecularibus *****
11 adsidua et molesta luctatio est. **Ditr.**
12 Obsessa mens hominis
13 et undique diaboli infestatione uallata **P1γ**
14 uix occurit singulis, *****
15 uix resistit: **Ditr.**
16 si auaritia prostrata est,
17 exsurgit libido: *****
18 si libido conpressa est,
19 succedit ambitio: **Tγ**
20 si ambitio contempta est,
21 ira exasperat, **T2γ**
22 inflat superbia, **Tγ**
23 uinolentia inuitat, **TTδ**
24 inuidia concordiam rumpit, **P1δ**
25 amicitiam zelus abscidit. ***2**
26 Cogeris maledicere **Ton. Äqu. 4δ**
27 quod diuina lex prohibet, *****
28 conpelleris iurare quod non licet. **(T)2γδε**

1 **5** Tot persecutiones **Ditr.**
2 animus cotidie patitur, **Tδ**
3 tot periculis *****
4 pectus urguetur: **TTδ/Ditr.**
5 et delectat hic inter diaboli gladios diu stare? **Vδζ**
6 Cum magis concupiscendum sit et optandum **Vγδε**
7 ad Christum subueniente uelocius morte properare **TT1$^{2}$γ**
8 ipso instruente nos et dicente: **Vγδε**
*Amen amen dico uobis quoniam uos plorabitis et plangetis, saeculum autem gaudebit: uos tristes eritis, sed tristitia uestra in laetitiam ueniet:* [Io. 16, 20]
9 quis non tristitia carere optet, **Ditr.**
10 quis non ad laetitiam uenire festinet? **P1γ**
11 Quando autem in laetitiam ueniat nostra tristitia **Tγ**
12 Dominus denuo ipse declarat dicens:
*Iterum uidebo uos, et gaudebit cor uestrum et gaudium uestrum nemo auferet a uobis.* [Io. 16, 22b]
13 Cum ergo Christum uidere gaudere sit
14 nec possit esse gaudium nostrum **P1δ**
15 nisi quis uiderit Christum, **P1δ**
16 quae caecitas animi **Tδ**
17 quaeue dementia est
18 amare pressuras **P1γ**
19 et poenas et lacrimas mundi **P1δ**
20 et non festinare potius ad gaudium
21 quod numquam possit auferri. **P1γ**

1 **6** Hoc autem fit,
2 fratres dilectissimi, *****
3 quia fides deest, **TTδε**
4 quia nemo credit **Ditr.**
5 uera esse **Ditr.**
6 quae promittit Deus **TTβζ**
7 qui uerax est,
8 cuius sermo credentibus aeternus et firmus est. **T2γδζ**
9 Si tibi uir grauis et laudabilis aliquid polliceretur, **P1**
10 haberes pollicenti fidem
11 nec te falli aut decipi ab eo crederes *****
12 quem stare in sermonibus adque in actibus suis scires. **Vδζ**
13 Deus tecum loquitur, *****
14 et tu mente incredula **T2γ**
15 perfidus fluctuas? **T2δ**
16 Deus de hoc mundo recedenti **TTγ**
17 inmortalitatem adque aeternitatem pollicetur, et dubitas? **Tγδ**
18 Hoc est
19 Deum omnino non nosse, **Pγδ**
20 hoc est
21 Christum credendi magistrum **Pγ**

22 peccato incredulitatis offendere, **T2γ**
23 hoc est
24 in ecclesia constitutum **V3δ**
25 fidem in domo fidei non habere. **Vδε/Ditr.**

1 **7** Quantum prosit exire de saeculo **T2γδ**
2 Christus ipse salutis adque utilitatis nostrae magister ostendit: **P1γ**
3 qui cum discipuli eius contristarentur, **P**
4 quod se iam diceret recessurum, **Vδ**
5 locutus est ad eos dicens:
*Si me dilexissetis, gauderetis quoniam uado ad Patrem,* [Io. 14, 28]
6 docens et ostendens, **TTγδ**
7 cum cari quos diligimus de saeculo exeunt, **T2δ**
8 gaudendum potius quam dolendum. **Vδε/Ditr.**
9 Cuius rei memor **TTγε**
10 beatus apostolus Paulus **P1δ**
11 in epistula sua **Pδ**
12 ponit et dicit: **P1γδ**
*Mihi uiuere Christus est et mori lucrum,* [Phil. 1, 21]
13 lucrum maximum computans **T2δ**
14 iam saeculi laqueis non teneri, **Vδε**
15 iam nullis peccatis et uitiis carnis **Pδ**
16 obnoxium fieri, **Tδ**
17 exemptum pressuris angentibus **Tγ**
18 et uenenatis diaboli faucibus liberatum **V3δ**
19 ad laetitiam salutis aeternae **P1γ**
20 Christo uocante proficisci. **TT1$^2$γ**

1 **8** At enim quosdam mouet
2 quod aequaliter cum gentilibus **Ton. Äqu. 4δε***
3 nostros morbi istius ualitudo corripiat: **Tγ**
4 quasi ad hoc crediderit christianus, **Vδ**
5 ut immunis a contactu malorum **Pγ**
6 mundo et saeculo feliciter perfruatur **V3δ**
7 et non omnia hic aduersa perpessus **P1γ**
8 ad futuram laetitiam reseruetur. **Vδ**
9 Mouet quosdam
10 quod sit nobis cum ceteris **Tγδ**
11 mortalitas ista communis. **P1γ**
12 Quid enim nobis in hoc mundo non commune cum ceteris, **T2γδ**
13 quamdiu adhuc secundum legem primae natiuitatis **(P)**
14 manet caro ista communis? **P1γ**
15 Quoadusque istic in mundo sumus,
16 cum genere humano **TTδ**
17 carnis aequalitate coniungimur, **T2γ**
18 spiritu separamur. **V3δ**
19 Itaque donec corruptiuum istud induat incorruptionem, **TT**
20 et mortale hoc accipiat inmortalitatem, **TT**
21 et spiritus nos perducat ad Deum patrem, **1βδ**
22 quaecumque sunt carnis incommoda **T2γ**
23 sunt nobis cum humano genere communia.
24 Sic cum fetu sterili *****
25 terra ieiuna est, **T2γζ**
26 neminem fames separat: *****
27 sic cum inruptione hostili **P1γ**
28 ciuitas aliqua possessa est,
29 omnes simul captiuitas uastat, **P1δ**
30 et quando imbrem nubila serena suspendunt, **P1γ**
31 omnibus siccitas una est, **T2δζ**
32 et cum nauem scopulosa saxa confringunt, **P1γ**
33 nauigantibus naufragium sine exceptione commune est, **T2γζ**
34 et oculorum dolor
35 et impetus febrium **Tδ**
36 et omnium ualitudo membrorum **Pγ**
37 cum ceteris communis est nobis, **P1γδ**
38 quamdiu portatur in saeculo **T2γδ**
39 caro ista communis. **P1γ**

1 **9** Quin immo si qua condicione,
2 qua lege crediderit **Tγ**
3 christianus noscat et teneat, **Tγδ**
4 sciet plus sibi quam ceteris in saeculo laborandum, **Vδ**
5 cui magis sit cum diaboli inpugnatione luctandum. **P1γ**
6 Docet et praemonet **Tγδ**
7 scriptura diuina dicens: **Ditr.**
*Fili, accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad temptationem,* [Sir. 2, 1]
8 et iterum:
*In dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum et argumentum.* [Sir. 2, 4, 5]

1 **10** Sic Iob post rerum damna,
2 post pignorum funera *****
3 uulneribus quoque et uermibus grauiter adflictus **TTδ**
4 non uictus est sed probatus, **V3γδε**
5 qui in ipsis conflictationibus et doloribus suis **Pδ**
6 patientiam religiosae mentis ostendens **P1γ**
7 ait:
*Nudus exiui de matris utero, nudus etiam ibo sub terram. Dominus dedit et Dominus abstulit: sicut*

*Domino uisum est, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum.* [Iob. 1, 21]

8 Et cum eum uxor quoque conpelleret, **Tγ**
9 ut ui doloris inpatiens **Tγ**
10 aliquid aduersus Deum querula et inuidiosa uoce loqueretur, **TT1$^2$γ**
11 respondit et dixit: **P1γδ**

*Tamquam una ex ineptis mulieribus locuta es. Si bona excepimus de manu Domini, mala non tolerabimus?* [Iob. 2, 10b]

12 In his omnibus quae contigerunt ei
13 nihil peccauit Iob labiis suis **Pδ**
14 in conspectu Domini.
15 Itaque illi Dominus Deus perhibet testimonium dicens: **P1δ**

*Animaduertisti puerum meum Iob? Non enim est similis illi quisquam in terris, homo sine querella, uerus Dei cultor.* [Iob. 1, 8]

16 Et Tobias
17 post opera magnifica,
18 post misericordiae suae multa et gloriosa praeconia **T2γ**
19 caecitatem luminum passus **P1δ**
20 timens et benedicens in aduersis Deum
21 per ipsam corporis sui cladem **Vδζ**
22 creuit ad laudem, **P1γδ**
23 quam et ipsum uxor sua deprauare temptauit **P1γ**
24 dicens:

*Vbi sunt iustitiae tuae? Ecce quae pateris.* [Tob. 2, 14]

25 At ille
26 circa timorem Dei stabilis et firmus **TTδε**
27 et ad omnem tolerantiam passionis **V3δ**
28 fide religionis armatus **P1γ**
29 temptationi uxoris inualidae **Tγ**
30 in dolore non cessit, **P1γδ**
31 sed magis Deum patientia maiore promeruit, **Tγ**
32 quem postmodum Raphael angelus conlaudat et dicit: **P1γδ**

*Opera Dei reuelare et confiteri honorificum est. Nam quando orabas tu et Sarra ego optuli memoriam orationis uestrae in conspectu claritatis Dei: et cum sepelires tu mortuos simpliciter, et quia non es cunctatus exurgere et derelinquere prandium tuum et abisti et condisti mortuum, et missus sum temptare te: et iterum me misit Deus curare te et Sarram nurum tuam: ego enim sum Raphael, unus ex septem angelis sanctis qui adsistimus et conseruamur ante claritatem Dei.* [Tob. 12, 11-15]

1 **11** Hanc tolerantiam iusti semper habuerunt, **TT1$^2$γ**
2 hanc apostoli disciplinam **V3δ**
3 de Domini lege tenuerunt **TT1$^2$γ**
4 non mussitare in aduersis **TTγδ**
5 sed quaecumque in saeculo accidunt **T2δ**
6 fortiter et patienter excipere, **Tγ**
7 cum Iudaeorum populus hinc semper offenderit, **T2γ**
8 quod aduersus Deum frequentius murmuraret, **V3δ**
9 sicut testatur in Numeris **Tγδ**
10 Dominus Deus dicens: **Vδζ**

*Desinat murmuratio eorum a me, et non morientur.* [Num. 17, 25b]

11 Murmurandum non est in aduersis, **(P)1βγ**
12 fratres dilectissimi, *
13 sed patienter et fortiter **T2γδ**
14 quicquid acciderit sustinendum, **Vδ**
15 cum scriptum sit:

*Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contribulatum et humiliatum Deus non despicit;* [Ps. 50, 19]

16 in Deuteronomio quoque
17 moneat per Moysen Spiritus sanctus et dicat: **P1γδ**

*Dominus Deus tuus uexabit te et famem iniecit tibi, et cognoscetur in corde tuo si bene custodieris praecepta eius siue non,* [Deut. 8, 2]

18 et iterum:

*Temptat Dominus Deus uester uos ut sciat si diligitis Dominum Deum uestrum ex toto corde uestro et ex tota anima uestra.* [Deut. 13, 4b]

1 **12** Sic Abraham Deo placuit, *
2 quia ut placeret Deo
3 nec amittere filium timuit **Tδ**
4 nec gerere parricidium recusauit. **Vδ**
5 Qui filium non potes lege et sorte mortalitatis amittere, **T2γ**
6 quid faceres,
7 si filium iubereris occidere? **T2γ**
8 Ad omnia te paratum facere *
9 timor Dei et fides debet. **1βδ**
10 Sit licet rei familiaris amissio, **T2γ**
11 sit de infestantibus morbis **P1δ**
12 adsidua membrorum et cruenta uexatio, **T2γ**
13 sit de uxore,
14 de liberis,
15 de excedentibus caris **P1δ**
16 funebris et tristis auulsio: **T2γ**
17 non sint tibi scandala ista sed proelia, **T2γδ**
18 nec debilitent aut frangant christiani fidem,
19 sed potius ostendant in conluctatione uirtutem, **P1γ**

20 cum contemnenda sit omnis iniuria malorum praesentium **Tγ**
21 fiducia futurorum bonorum. **Pγ**
22 Nisi praecesserit pugna, **P1δ**
23 non potest esse uictoria, **T2γ**
24 cum fuerit in pugnae congressione uictoria, **T2γ**
25 tunc datur uincentibus et corona. **Vδε**
26 Gubernator in tempestate dinoscitur, **T2γ**
27 in acie miles probatur. **Pγ**
28 Delicata iactatio est,
29 cum periculum non est: **P1δε**
30 conflictatio in aduersis, **Vδε**
31 probatio est ueritatis. **Ditr.**
32 Arbor quae alta radice fundata est **T2γζ**
33 uentis incumbentibus non mouetur **V3δε**
34 et nauis quae forti conpage solidata est *****
35 pulsatur fluctibus nec foratur, **V3δε**
36 et quando area fruges terit,
37 uentos grana fortia et robusta contemnunt, **P1γ**
38 inanes paleae flatu portante rapiuntur. **TT1$^2$γ**

1 **13** Sic et apostolus Paulus **P1δ**
2 post naufragia, *****
3 post flagella,
4 post carnis et corporis multa et grauia tormenta **TTδ**
5 non uexari sed emendari se dicit aduersis, **P1γ**
6 ut dum grauius adfligitur
7 uerius probaretur. **Vδ**
*Datus est mihi,*
8 inquit,
*stimulus carnis meae, angelus Satanae qui me colafizet ut non extollar. Propter quod ter Dominum rogaui ut discederet a me, et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur.* [II Cor. 12, 7-9]
9 Quando ergo infirmitas et inbecillitas et uastitas aliqua grassatur, **TTδ**
10 tunc uirtus nostra perficitur, **Tγ**
11 tunc fides si temptata perstiterit coronatur, **Vδ**
12 sicut scriptum est: *****
*Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis.* [Sir. 27, 5]
13 Hoc denique inter nos et ceteros interest **T2δ**
14 qui Deum nesciunt, **2βδ***
15 quod illi in aduersis queruntur et murmurant, **T2γδ**
16 nos aduersa non auocant **T2γδ**
17 a uirtutis et fidei ueritate, **Vδ**
18 sed conprobant in dolore. **V3δε**

1 **14** Hoc quod nunc corporis uires **P1δ**
2 solutus in fluxum **P1γδ**
3 uenter euiscerat, **T2γ**
4 quod in faucium uulnera **T2δ**
5 conceptus medullitus ignis exaestuat, **T2γ**
6 quod adsiduo uomitu **Tδ**
7 intestina quatiuntur, **TT1$^2$γ**
8 quod oculi ui sanguinis inardescunt, **Vδ**
9 quod quorundam uel pedes **Pγδ**
10 uel aliquae membrorum partes
11 contagio morbidae putredinis amputantur, **Vδ**
12 quod per iacturas et damna corporum *****
13 prorumpente languore **TTγ/Ditr.**
14 uel debilitatur incessus **P1γ**
15 uel auditus obstruitur **Tγ**
16 uel caecatur aspectus, **P1γ**
17 ad documentum proficit fidei. **Tδ**
18 Contra tot inpetus uastitatis et mortis **P1γδ**
19 inconcussis animi uirtutibus congredi **T2δ**
20 quanta pectoris magnitudo est,
21 et quanta sublimitas **Tγ**
22 inter ruinas humani generis stare rectum **Vδζ**
23 nec cum eis quibus spes in Deum nulla est **2βδζ***
24 iacere prostratum, **P1γ**
25 gratulari magis et temporis munus amplecti, **P1γ**
26 quod dum nostram fidem firmiter promimus **T2δ**
27 et labore tolerato **TT1$^2$γ**
28 ad Christum per angustam Christi uiam pergimus, *****
29 praemium uiae eius et fidei **Tγδ**
30 ipso iudicante capiamus. **TT1$^2$γ**
31 Mori plane timeat, *****
32 sed qui ex aqua et spiritu non renatus **V3δε**
33 gehennae ignibus mancipatur. **V3δ**
34 Mori timeat
35 qui non Christi cruce et passione censetur. **P1γ**
36 Mori timeat *****
37 qui ad secundam mortem de hac morte transibit. **P1γ**
38 Mori timeat *****
39 quem de saeculo recedentem **Vδ**
40 perennibus poenis **P1δ**
41 aeterna flamma torquebit. **P1δ**
42 Mori timeat *****
43 cui hoc mora longiore confertur, **P1γ**
44 ut cruciatus eius et gemitus **Tγδ**
45 interim differatur. **V3δ**

1 **15** Multi ex nostris **Pγδ**
2 in hac mortalitate moriuntur, **TT1$^2$γ**
3 hoc est

4 multi ex nostris **Pγδ**
5 de saeculo liberantur. **V3δ**
6 Mortalitas ista **P1δ**
7 Iudaeis et gentibus et Christi hostibus pestis est, **T2δζ**
8 Dei seruis salutaris excessus est. **T2γζ**
9 Hoc
10 quod sine ullo discrimine generis humani **TTδ**
11 cum iniustis moriuntur et iusti, **P1γδ**
12 non est quod putetis
13 malis et bonis **Pγδ**
14 interitum esse communem. **P1γ**
15 Ad refrigerium iusti uocantur, **Pγ**
16 ad supplicium rapiuntur iniusti: **Pγ**
17 datur uelocius tutela fidentibus, **T2γ**
18 perfidis poena. **P1δ**
19 Inprouidi et ingrati sumus,
20 fratres dilectissimi,
21 ad beneficia diuina **TTδ**
22 nec quid nobis conferatur agnoscimus. **T2γ**
23 Excedunt ecce in pace **P1γδ**
24 tutae cum gloria sua uirgines *
25 uenientis antichristi **TTγ**
26 minas et corruptelas et lupanaria non timentes. **Vδε**
27 Pueri periculum lubricae aetatis euadunt, **P1γ**
28 ad continentiae adque innocentiae praemium **T2δ**
29 feliciter ueniunt. **Tγ**
30 Tormenta iam non timet delicata matrona **P1γ**
31 metum persecutionis **Ditr.**
32 et manus cruciatusque carnificis **Tγ**
33 moriendi celeritate lucrata. **P1γ**
34 Pauore mortalitatis et temporis **T2γδ**
35 accenduntur tepidi, *
36 constringuntur remissi, **Pγ**
37 excitantur ignaui, **P1γ**
38 desertores conpelluntur ut redeant, **Tγδ**
39 gentiles coguntur ut credant, **P1γδ**
40 uetus fidelium populus **Tδ**
41 ad quietem uocatur, **Pγ**
42 ad aciem recens et copiosus exercitus **T2δ**
43 robore fortiore colligitur **Tγ**
44 pugnaturus sine metu mortis, **TTγε**
45 cum proelium uenerit, **T2δ**
46 qui ad militiam tempore mortalitatis accedit. **P1γ**

1 **16** Quid deinde illud,
2 fratres dilectissimi,
3 quale est,
4 quam pertinens,
5 quam necessarium, **(T)2β***
6 quod pestis ista et lues **Pγδ**
7 quae horribilis et feralis uidetur **Pγ**
8 explorat iustitiam singulorum **Vδ**
9 et mentes humani generis examinat,
10 an infirmis seruiant sani, **P1δ**
11 an propinqui cognatos pie diligant, *
12 an misereantur seruorum languentium domini, **Tδ**
13 an deprecantes aegros non deserant medici, **Tδ**
14 an feroces uiolentiam suam conprimant, **Ton. Äqu. 4δζ***
15 an rapaces auaritiae furentis insatiabilem semper ardorem **P1γ**
16 uel metu mortis extinguant, **T2γ**
17 an ceruicem flectant superbi, **Pγ**
18 an audaciam leniant inprobi, **T2δ**
19 an pereuntibus caris **P1δ**
20 uel sic aliquid diuites largiantur et donent **P1γδ**
21 sine herede morituri. **TT1**$^{2}$**γ**
22 Vt nihil aliud mortalitas ista contulerit, **Tγ**
23 hoc christianis et Dei seruis plurimum praestitit **T2δ**
24 quod martyrium coepimus libenter adpetere, **Tγ**
25 dum mortem discimus non timere. **V3δε**
26 Exercitia sunt nobis ista, non funera: **T2γδ**
27 dant animo fortitudinis gloriam, **T2δ**
28 contemptu mortis
29 praeparant ad coronam. **V3δε**

1 **17** Sed fortasse aliquis opponat et dicat: **P1γδ**
2 „hoc me ergo in praesenti mortalitate contristat **P1γ**
3 quod qui paratus ad confessionem fueram *
4 et ad tolerantiam passionis **V3δ**
5 toto me corde et plena uirtute deuoueram **T2γ**
6 martyrio meo priuor, **Vδζ**
7 dum morte praeuenior.“ **Tγ**
8 Primo in loco **Pγδ**
9 non est in tua potestate **TTγ**
10 sed in Dei dignatione martyrium, **Tγ**
11 nec potes te dicere perdidisse **Vδ**
12 quod nescis an merearis accipere. **Tγ**
13 Tunc deinde Deus scrutator est renis et cordis **P1γδ**
14 et occultorum contemplator et cognitor, **T2γδ**
15 uidet te et laudat et conprobat **T2γδ**
16 et qui perspicit
17 aput te paratam fuisse uirtutem **P1γ**
18 reddit pro uirtute mercedem. **P1γ**
19 Numquid Cain cum Deo munus offerret **P1γ**
20 iam peremerat fratrem? **P1δ**
21 Et tamen parricidium mente conceptum **P1γ**
22 Deus prouidus ante damnauit. **P1γ**

23 Vt illic cogitatio mala **Pδ**
24 et perniciosa conceptio **T2γ**
25 Deo prouidente prospecta est, **T2γζ**
26 ita et in Dei seruis, **1βδ**
27 aput quos confessio cogitatur **V3δ**
28 et martyrium mente concipitur, **Tγ**
29 animus ad bonum deditus **2βδ**
30 Deo iudice coronatur. **Vδ**
31 Aliud est
32 martyrio animum deesse, **TTδ**
33 aliud animo defuisse martyrium. **Tγ**
34 Qualem te inuenit Dominus **Tδ**
35 cum uocat talem pariter et iudicat,
36 quando ipse testetur et dicat: **P1γδ**
*Et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis.* [Apoc. 2, 23a]
37 Nec enim sanguinem Deus nostrum **Vδζ**
38 sed fidem quaerit. **(P)1βδ**
39 Nam nec Abraham nec Isaac nec Iacob occisi sunt, **Tγζ**
40 et tamen fidei ac iustitiae meritis honorati **Vδ**
41 inter patriarchas primi esse meruerunt: **TT1$^2$γ**
42 ad quorum conuiuiuum congregatur **V3δ**
43 quisque fidelis et iustus et laudabilis inuenitur. **Vδ**

1 **18** Meminisse debemus **P1γ**
2 uoluntatem nos non nostram sed Dei facere debere **TTδ**
3 secundum quod nos Dominus cottidie iussit orare. **P1γ**
4 Quam praeposterum est quamque peruersum, **P1γ**
5 ut cum Dei uoluntatem fieri postulemus, **Vδ**
6 quando euocat nos et accersit de hoc mundo Deus,
7 non statim uoluntatis eius imperio pareamus! **Vδ/Ditr.**
8 Obnitimur et reluctamur
9 et peruicacium more seruorum **P1γ**
10 ad conspectum Domini
11 cum tristitia et maerore perducimur **T2γ**
12 exeuntes istinc necessitatis uinculo, *
13 non obsequio uoluntatis: **Vδ**
14 et uolumus ab eo praemiis caelestibus honorari **Vδ**
15 ad quem uenimus inuiti. **TTδ**
16 Quid ergo oramus et petimus **Tγδ**
17 ut adueniat regnum caelorum, **Pγ**
18 si captiuitas terrena delectat? **P1γ**
19 Quid precibus frequenter iteratis **TT1$^2$γ**
20 rogamus et poscimus **T2γδ**
21 ut adceleret dies regni,
22 si maiora desideria et uota potiora sunt *
23 seruire istic diabolo **Tγ**
24 quam regnare cum Christo? **P1γδ**

1 **19** Denique ut manifestius diuinae prouidentiae indicia clarescerent
2 quod Dominus
3 praescius futurorum **Vδ**
4 suis consulat ad ueram salutem, **Pγ**
5 cum quidam de collegis et consacerdotibus nostris **P1δ**
6 infirmitate defessus **P1γ**
7 et de adpropinquante morte sollicitus **Tγ**
8 commeatum sibi precaretur, **TTγ**
9 adstitit deprecanti **V3δ**
10 et iam paene morienti **TT1$^2$γ**
11 iuuenis honore et maiestate uenerabilis,
12 statu celsus
13 et clarus aspectu **P1γ**
14 et quem adsistentem sibi
15 uix possit humanus aspectus **P1γ**
16 oculis carnalibus intueri, **Vδ**
17 nisi quod talem uidere iam poterat **Tγδ**
18 de saeculo recessurus. **Vδ**
19 Adque ille non sine quadam animi et uocis indignatione **(TT)**
20 infremuit et dixit: **TTδε**
21 „pati timetis, **Pγ**
22 exire non uultis, **P1γδ**
23 quid faciam uobis?“ **Pδ**
24 Increpantis uox et monentis, **Pβγ**
25 qui de persecutione sollicitus, **Tγ**
26 de accersitione securus **P1γ**
27 non consentit ad praesens desiderium **(*)**
28 sed consulit in futurum. **Vδε/Ditr.**
29 Audiuit frater noster et collega moriturus **TT1$^2$γ**
30 quod ceteris diceret. **T2δ**
31 Nam qui moriturus audiuit, **P1γ**
32 ad hoc audiuit ut diceret: **T2γδ**
33 audiuit non sibi ille sed nobis. **P1γδ**
34 Nam quid disceret iam recessurus? **P1β**
35 Didicit immo remanentibus, **(*)**
36 ut dum sacerdotem **1β**
37 qui commeatum petebat **Pγ**
38 increpitum esse conperimus, **Tγ**
39 quid cunctis expediat nosceremus. **Vδ/Ditr.**

1 **20** Nobis quoque ipsis **TTγε**
2 minimis et extremis **Vδε**
3 quotiens reuelatum est, **2βδ**
4 quam frequenter adque manifeste **TT1$^2$γ**
5 de Dei dignatione praeceptum est, **T2γζ**
6 ut contestarer adsidue, **Tγ**

7 ut publice praedicarem **V3δ**
8 fratres nostros non esse lugendos **P1γ**
9 accersitione dominica **Tγ**
10 de saeculo liberatos, **V3δ**
11 cum sciamus **Ditr.**
12 non amitti sed praemitti, **TTγδ**
13 recedentes praecedere, **Pγ**
14 ut proficiscentes, ut nauigantes solent,
15 desiderari eos debere, **Pγ**
16 non plangi
17 nec accipiendas esse hic atras uestes,
18 quando illi ibi indumenta alba iam sumpserint, **T2γδ**
19 occasionem dandam non esse gentilibus, **T2γ**
20 ut nos merito ac iure reprehendant, **TT1$^{2}$γ**
21 quod
22 quos uiuere aput Deum dicimus ***/2βδ**
23 ut extinctos et perditos lugeamus **V3δ**
24 et fidem quam sermone et uoce depromimus **T2γ**
25 cordis et pectoris testimonio non probemus. **V3δε**
26 Spei nostrae et fidei praeuaricatores sumus:
27 simulata, ficta, fucata uidentur esse quae dicimus. **T2γδ**
28 Nihil prodest
29 uerbis praeferre uirtutem **P1γ**
30 et factis destruere ueritatem. **Vδ/Ditr.**

1 **21** Inprobat denique apostolus Paulus **P1δ**
2 et obiurgat et culpat, **P1γδ**
3 si qui contristentur excessu suorum. **Pγ**
*Nolumus,*
4 inquit,
*ignorare uos, fratres, de dormientibus, ne contristemini sicut et ceteri qui non habent spem. Si enim credimus quia Iesus mortuus est et resurrexit, sic et Deus eos qui dormierunt in Iesu adducet cum eo.* [I Thess. 4, 13.14]
5 Eos contristari dicit in excessu suorum **Pγ**
6 qui spem non habent.
7 Qui autem spe uiuimus
8 et in Deum credimus **2βδ***
9 et Christum passum esse pro nobis **P1γδ**
10 et resurrexisse confidimus **T2γ**
11 in Christo manentes **Pγ**
12 et per ipsum adque in ipso resurgentes **TTγ**
13 quid aut ipsi recedere istinc de saeculo nolumus **T2δ**
14 aut nostros recedentes **TTγ**
15 quasi perditos plangimus ac dolemus? **Vδε**
16 ipso Christo Domino et Deo nostro **1βδ**
17 monente et dicente: **TTγδ**
*Ego sum resurrectio. Qui credit in me, licet moriatur, uiuet et omnis qui uiuit et credit in me non morietur in aeternum.* [Io. 11, 25.26]
18 Si in Christo credimus, *****
19 fidem uerbis et promissis eius habeamus: **TT1$^{2}$γ**
20 et non morituri in aeternum ad Christum, **P1γδ**
21 cum quo et uicturi et regnaturi semper sumus,
22 laeta securitate ueniamus. **TT1$^{2}$γ**

1 **22** Quod interim morimur, **Tδ**
2 ad inmortalitatem morte transgredimur **Tγ**
3 nec potest uita aeterna succedere, **T2γ**
4 nisi hinc contigerit exire. **TTδ**
5 Non est exitus iste sed transitus **T2γδ**
6 et temporali itinere decurso **TTδ**
7 ad aeterna transgressus. **P1γ**
8 Quis non ad meliora festinet? **P1γ**
9 Quis non mutari et reformari ad Christi speciem *****
10 et ad caelestis gratiae dignitatem **V3δ**
11 citius exoptet? **TTδ**
12 Paulo apostolo praedicante: **V3δ**
*Nostra autem conuersatio,*
13 inquit,
*in caelis est, unde et Dominum expectamus Iesum Christum qui transformabit corpus humilitatis nostrae conformatum corpori claritatis suae.* [Phil. 3, 20.21]
14 Tales nos futuros **TTγδ/Ditr.**
15 et Christus Dominus pollicetur, **Vδ**
16 quando
17 ut cum illo simus
18 et cum illo in aeternis sedibus
19 adque in regnis caelestibus gaudeamus **V3δ**
20 patrem pro nobis precatur dicens:
*Pater, quos mihi dedisti priusquam mundus fieret.* [Io. 17, 24]
21 Venturus ad Christi sedem,
22 ad regnorum caelestium claritatem **V3δ**
23 lugere non debet, et plangere **T2γδ**
24 sed potius
25 secundum pollicitationem Domini, *****
26 secundum fidem ueri
27 in profectione hac sua et translatione gaudere. **P1γ**

1 **23** Sic denique inuenimus et Enoch translatum esse
2 qui Deo placuit, *****
3 sicut in Genesi testatur et loquitur scriptura diuina: **P1γ**
*Et placuit Enoch Deo et non est inuentus postmodum, quia Deus illum transtulit.* [Gen. 5, 24]

4 Hoc fuit placuisse in conspectu Dei
5 de hoc contagio saeculi **T2δ**
6 meruisse transferri. **P1γ**
7 Sed et per Salomonem
8 docet Spiritus sanctus eos
9 qui Deo placeant *
10 maturius istinc eximi **Ton. Äqu. 4δζ***
11 et citius liberari, **Vδ**
12 ne dum in isto mundo diutius inmorantur **Vδ**
13 mundi contactibus polluantur: **V3δ**

*Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius.*
*Placita enim erat Deo anima eius.*
*Propter hoc properauit educere eum*
*de media iniquitate.* [Sap. 4, 11a.14a]

14 Sic et in psalmis **P1βγδ**
15 ad Deum properat
16 spiritali fide Deo suo anima deuota, **TTδ**
17 sicut scriptum est: *

*Quam dilectissimae habitationes tuae,*
*Deus uirtutum. Desiderat et properat*
*anima mea ad atria Dei.* [Ps. 83, 2.3a]

1 **24** Eius est in mundo diu uelle remanere **TT1$^2$γ**
2 quem mundus oblectat, **P1γ**
3 quem saeculum blandiens adque decipiens **Tγ**
4 inlecebris terrenae uoluptatis inuitat. **P1γ**
5 Porro cum mundus oderit christianum, **V3δ**
6 quid amas eum qui te odit **(TTγδε)**
7 et non magis sequeris Christum **Pδ**
8 qui te et redemit et diligit? **T2γδ**
9 Iohannes in epistula sua **Pδ**
10 clamat et loquitur **Tγδ**
11 et ne carnalia desideria sectantes **TTδ**
12 mundum diligamus hortatur. **P1γ**
*Nolite,*
13 inquit,
*diligere mundum neque ea quae in mundo sunt.*
*Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris*
*in illo: quia omne quod in mundo est*
*concupiscentia carnis est et concupiscentia*
*oculorum et ambitio mundi quae non est a patre*
*sed ex concupiscentia mundi. Et mundus*
*transibit et concupiscentia eius: qui autem fecerit*
*uoluntatem Dei manet in aeternum, quomodo et*
*Deus manet in aeternum.* [I Io. 2, 15-17]
14 Potius,
15 fratres dilectissimi,
16 mente integra, *
17 fide firma,
18 uirtute robusta **P1γ**
19 parati ad omnem uoluntatem Dei simus,
20 pauore mortis excluso **P1γ**
21 immortalitatem quae sequitur cogitemus. **Vδ/Ditr.**
22 Hoc nos ostendamus esse quod credimus, **T2γδ**
23 ut nec carorum lugeamus excessum **P1γ**
24 et cum accersitionis
propriae dies uenerit **Ton. Äqu. 4δζ***
25 incunctanter et libenter **TTγδ**
26 ad Dominum ipso uocante ueniamus. **TT1$^2$γ**

1 **25** Quod cum semper faciendum
fuerit Dei seruis, **Vδζ**
2 nunc fieri multo magis debet
3 corruente iam mundo **P1γδ**
4 et malorum infestantium turbinibus obsesso, **TTδ**
5 ut
6 qui cernimus coepisse iam grauia **Tγδ**
7 et scimus inminere grauiora **TT1$^2$γ**
8 lucrum maximum conputemus, **V3δ**
9 si istinc uelocius recedamus. **Vδ**
10 Si in habitaculo tuo **Pδ**
11 parietes uetustate nutarent, **P1γ**
12 tecta desuper tremerent, **Tδ**
13 domus iam fatigata, **P1β**
14 iam lassa aedificiis senectute labentibus **T2γ**
15 ruinam proximam minaretur, **Vδ**
16 nonne omni celeritate migrares? **P1γ**
17 Si
18 nauigante te
19 turbida et procellosa tempestas **P1γ**
20 fluctibus uiolentius excitatis **Vδ**
21 praenuntiaret futura naufragia, **Tγ**
22 nonne portum uelociter peteres? **Tδ**
23 Mundus ecce nutat et labitur **T2γδ**
24 et ruinam sui
25 non iam senectute rerum **Ditr.**
26 sed fine testatur: **P1γ**
27 et tu non Deo gratias agis, **Pδ**
28 non tibi gratularis **TTγ/Ditr.**
29 quod exitu maturiore subtractus **P1γ**
30 ruinis et naufragiis et plagis
imminentibus exuaris? **Vδ/Ditr.**

1 **26** Considerandum est,
2 fratres dilectissimi, *
3 et identidem cogitandum **V3δ**
4 renuntiasse nos mundo **P1γδ**
5 et tamquam hospites et peregrinos
6 hic interim degere. **T2δ**
7 Amplectamur diem
8 qui adsignat singulos domicilio suo, **Pδ**
9 qui nos istinc ereptos **Pγ**
10 et laqueis saecularibus exsolutos **Vδ**

paradiso restituit et regno. **TTδε**
Quis non peregre constitutus **TTγ**
properet in patriam regredi? **T2δ**
Quis non ad suos nauigare festinans **P1γ**
uentum prosperum cupidius optet **Pδ**
ut uelociter caros liceat amplecti? **TTδ**
Patriam nos nostram paradisum conputamus, **TTγ**
parentes patriarchas habere iam coepimus: **T2γδ**
quid non properamus et currimus, **T2γδ**
ut patriam nostram uidere, **Pγ**
ut parentes salutare possimus? **P1γ**
Magnus illic nos carorum numerus expectat, **TTδ**
parentum, fratrum, filiorum **TTγ**
frequens nos et copiosa turba desiderat **T2γ**
iam de sua incolumitate secura, **P1γ**
adhuc de nostra salute sollicita. **Tγ**
Ad horum conspectum et conplexum uenire **Pγ**
quanta et illis et nobis **Pγδ**
in commune laetitia est,
qualis illic caelestium regnorum uoluptas **Pγ**
sine timore moriendi **TT1$^2$γ**
et cum aeternitate uiuendi **P1γ**
quam summa et perpetua felicitas!
Illic apostolorum gloriosus chorus,
illic prophetarum exultantium numerus, **Tδ**
illic martyrum innumerabilis populus **Tδ**
ob certaminis et passionis uictoriam coronatus, **Vδ**
triumphantes uirgines *
quae concupiscentiam carnis et corporis **T2γδ**
continentiae robore subegerunt, **Vδ**
remunerati misericordes
qui alimentis et largitionibus pauperum **T2δ**
iustitiae opera fecerunt, **TTδ**
qui dominica praecepta seruantes **P1γ**
ad caelestes thensauros **Pγ**
terrena patrimonia transtulerunt. **V3δ**
Ad hos,
frates dilectissimi, *
auida cupiditate properemus, **TT1$^2$γ**
ut cum his cito esse,
ut cito ad Christum uenire contingat optemus. **P1γ**
Hanc cogitationem nostram Deus uideat, *
hoc propositum mentis et fidei **Tγδ**
Christus aspiciat **Tγ**
daturus eis caritatis suae ampliora praemia *
quorum circa se fuerint desideria maiora. **TTδ**

## 1.10 De opere et eleemosynis

**1** Multa et magna sunt, **T2γδζ**
fratres carissimi, **Tγ**
beneficia diuina **TTδ**
quibus in salutem nostram
Dei patris et Christi larga et copiosa clementia **T2γ**
et operata sit *
et semper operetur, **TT1$^2$γ**
quod conseruandis ac uiuificandis nobis
pater filium misit **P1δ**
ut reparare nos posset **P1γδ**
quodque filius missus esse **Vδζ/Ditr.**
et hominis filius uocari uoluit *
ut nos Dei filios faceret: **Tδ**
humiliauit se
ut populum
qui prius iacebat erigeret, **Tγ**
uulneratus est *
ut uulnera nostra curaret, **P1γ**
seruiuit
ut ad libertatem seruientes extraheret. **Tγ**
Mori sustinuit **Tγ**
ut inmortalitatem mortalibus exhiberet. **Vδ/Ditr.**
Multa haec sunt et magna
diuinae misericordiae munera. **T2δ**
Sed adhuc qualis prouidentia illa **Pδ**
et quanta clementia est,
quod nobis salutari ratione prospicitur, **Tγ**
ut homini
qui redemptus est *
reseruando plenius consulatur. **V3δ**
Nam cum Dominus adueniens sanasset illa **Ditr.**
quae Adam portauerat uulnera **T2δ**
et uenena serpentis antiqua curasset, **P1γ**
legem dedit sano **TTγε/1βδ**
et praecepit **TTγδ**
ne ultra iam peccaret, **TTγδ**
ne quid peccanti grauius eueniret. **Vδ/Ditr.**
Coartati eramus **Pγ/Ditr.**
et in angustum
innocentiae praescriptione conclusi. **P1γ**
Nec haberet
quid fragilitatis humanae **P1γ**
infirmitas adque inbecillitas faceret, **Tδ**
nisi iterum pietas diuina subueniens **Tγ**
iustitiae et misericordiae operibus ostensis **(TTδ)**
uiam quandam tuendae salutis aperiret, **TT1$^2$γ**
ut sordes postmodum *
quascumque contrahimus **Tγ**

49 eleemosynis abluamus. **Vδ**

1 **2** Loquitur in scripturis **Vδε**
2 Spiritus sanctus et dicit: **P1γδ**
*Eleemosynis et fide delicta purgantur.* [Prou. 15, 27a]
3 Non utique illa delicta **P1γ**
4 quae fuerant ante contracta: **P1δ**
5 nam illa Christi sanguine et sanctificatione purgantur. **P1γ**
6 Item denuo dicit: **P1δ**
*Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum.* [Sir. 3, 30]
7 Hic quoque ostenditur et probatur **Vδε**
8 quia sicut lauacro aquae salutaris **TTγ**
9 gehennae ignis extinguitur, **T2γ**
10 ita eleemosynis adque operationibus iustis **P1δ**
11 delictorum flamma sopitur. **P1γ**
12 Et quia semel in baptismo **TTγδ**
13 remissa peccatorum datur,
14 adsidua et iugis operatio
15 baptismi instar imitata **TT$1^2$γ**
16 Dei rursus indulgentiam largiatur. **Vδ/Ditr.**
17 Hoc et Dominus in euangelio docet. **Pδ**
18 Nam cum denotarentur discipuli eius **Pδ**
19 quod ederent
20 nec prius manus abluissent, **TTγ**
21 respondit et dixit: **P1γδ**
*Qui fecit quod est intus fecit et quod foris est. Verum date eleemosynam, et ecce uobis munda omnia,* [Lc. 11, 40.41]
22 docens scilicet et ostendens **Vδε**
23 non manus lauandas esse sed pectus **P1γδ**
24 et sordes intrinsecus potius **Tδ**
25 quam extrinsecus detrahendas, **V3δ**
26 uerum qui purgauerit quod est intus **Vδεζ**
27 eum quoque id quod foris est repurgasse **Vγδ**
28 et emundata mente
29 cute quoque et corpore
30 mundum esse coepisse. **P1γ**
31 Porro autem monens et ostendens **TTγδ**
32 unde mundi et purgati esse possimus, **P1γ**
33 addidit eleemosynas esse faciendas. **TT$1^2$γ**
34 Misericors monet **Pδ**
35 misericordiam fieri, **Tδ**
36 et quia seruare quaerit **Ditr.**
37 quos magno redemit **Pγ**
38 post gratiam baptismi sordidatos **Ditr./TTγε**
39 docet denuo posse purgari. **P1γ**

1 **3** Agnoscamus itaque, *****
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 diuinae indulgentiae salubre munus **Ditr.**
4 et emundandis purgandisque peccatis nostris,
5 qui sine aliquo conscientiae uulnere **T2δ**
6 esse non possumus, **T2γδ**
7 medellis spiritalibus *****
8 uulnera nostra curemus. **P1γ**
9 Nec quisquam sic sibi **Pγδ**
10 de puro adque immaculato pectore blandiatur, **Vδ**
11 ut innocentia sua fretus **Vδζ**
12 medicinam non putet adhibendam esse uulneribus, **Tγ**
13 cum scriptum sit:
*Quis gloriabitur castum se habere cor aut quis gloriabitur mundus esse a peccatis?* [Prou. 20, 9]
14 et iterum in epistula sua **Pδ**
15 Iohannes ponat et dicat: **P1γδ**
*Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est.* [I Io. 1, 8]
16 Si autem nemo esse sine peccato potest
17 et quisque se inculpatum dixerit *****
18 aut superbus aut stultus est, **T2γδζ**
19 quam necessaria, **T2β**
20 quam benigna est diuina clementia, **T2γ**
21 quae cum sciat non deesse sanatis **P1γ**
22 quaedam postmodum uulnera, **T2δ**
23 dedit curandis denuo sanandisque uulneribus **Tγ**
24 remedia salutaria. **Ton. Äqu. 4δ***

1 **4** Numquam denique,
2 fratres dilectissimi, *****
3 admonitio diuina cessauit et tacuit **Tγδ**
4 quominus in scripturis sanctis
5 tam ueteribus quam nouis **TTδε**
6 semper et ubique **TT$1^2$γδ**
7 ad misericordiae opera **Tδ**
8 Dei populus prouocaretur **P1**
9 et canente adque exhortante Spiritu sancto **P1δ**
10 quisque ad spem regni caelestis instruitur **Tγ**
11 facere eleemosynas iuberetur. **Vδ**
12 Mandat et praecipit **T2γδ**
13 Esaiae Deus: **Pδ**
*Exclama,*
14 inquit,
*in fortitudine et noli parcere. Sicut tuba exalta uocem tuam, adnuntia plebi meae peccata ipsorum et domui Iacob facinora eorum.* [Is. 58, 1]
15 Et cum peccata eis sua exprobrari praecepisset **TTγ**
16 cumque eorum facinora **TTγ**

17 pleno indignationis impetu protulisset **V3δ**
18 dixissetque eos nec si orationibus
19 et precibus
20 et ieiuniis uterentur, **V3δ**
21 satisfacere pro delictis posse,
22 nec si in cilicio et cinere uoluerentur, **Vδ**
23 iram Dei posse lenire, **P1γ**
24 in nouissima tamen parte **(Vδζ)**
25 demonstrans solis eleemosynis Deum posse placari **P1γ**
26 addidit dicens: **P1δ**

*Frange esurienti panem tuum et egenos sine tecto induc in domum tuam. Si uideris nudum, uesti et domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum et uestimenta tua cito orientur, et praeibit ante te iustitia et claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamabis, et Deus exaudiet te. Dum adhuc loqueris, dicet: ecce adsum.* [Is. 58, 7-9a]

1 **5** Remedia propitiando Deo
2 ipsius Dei uerbis data sunt, *
3 quid deberent facere peccantes **TTδ**
4 magisteria diuina docuerunt, **TT1$^2$γ**
5 operationibus iustis **P1γ**
6 Deo satisfieri, *
7 misericordiae meritis **Tδ**
8 peccata purgari. **P1γ**
9 Et aput Salomonem legimus: *

*Conclude eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo.* [Sir. 29, 12]

10 Et iterum:

*Qui obturat aures ne audiat inbecillum, et ipse inuocauit Deum et non erit qui exaudiat eum.* [Prou. 21, 13]

11 Neque enim mereri Dei misericordiam poterit **Tδ**
12 qui misericors ipse non fuerit **Tγδ**
13 aut inpenetrabit de diuina pietate **TTγ**
14 aliquid in precibus
15 qui ad precem pauperis non fuerit humanus. **TTδ**
16 Quod item in psalmis **Pγδ**
17 Spiritus sanctus **P1δ**
18 declarat et probat dicens: **(P)1βδ**

*Beatus qui intellegit super egentem et pauperem, in die malo liberabit illum Deus.* [Ps. 40, 2]

19 Quorum praeceptorum memor Daniel
20 cum rex Nabuchodonosor aduerso somnio territus aestuaret, **Vδ**
21 auertendis malis
22 ac diuina ope inpetranda **TTγ**
23 remedium dedit dicens: **Vδζ**

*Propterea, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime et iniustitias tuas miserationibus pauperum, et erit Deus patiens peccatis tuis.* [Dan. 4, 24]

24 Cui rex non obtemperans **(Tβγ)**
25 aduersa quae uiderat **T2γδ**
26 et infesta perpessus est: **T2γζ**
27 quae euadere et uitare potuisset, **TT1$^2$γ**
28 si peccata sua eleemosynis redemisset. **Vδ**
29 Raphael quoque angelus *
30 paria testatur **TTδ**
31 et ut eleemosyna libenter ac largiter fiat **P1δ**
32 hortatur dicens:

*Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna, qia eleemosyna a morte liberat et ipsa purgat peccata.* [Tob. 12, 8.9]

33 Ostendit orationes nostras ac ieiunia minus posse, **(Vδζ)**
34 nisi eleemosynis adiuuentur, **Vδ**
35 deprecationes solas parum ad inpetrandum ualere, **Pγ**
36 nisi factorum et operum accessione satientur. **TT1$^2$γ**
37 Reuelat angelus et manifestat et firmat **P1γδ**
38 eleemosynis petitiones nostras efficaces fieri, *
39 eleemosynis uitam de periculis redimi, **Tδ**
40 eleemosynis a morte animas liberari. **Vδ**

1 **6** Nec sic,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 ista proferimus, **Tγ**
4 ut non quod Raphael angelus dixit **P1δ**
5 ueritatis testimonio conprobemus. **V3δ**
6 In Actis apostolorum **Ditr.**
7 facti fides posita est,
8 et quod eleemosynis non tantum a secunda **TTγδ**
9 sed a prima morte animae liberentur, **Vδ**
10 gestae et inpletae rei probatione conpertum est. **T2δζ**
11 Tabitha operationibus iustis **P1δ**
12 et eleemosynis praestandis **TTδ**
13 plurimum dedita **T2δ**
14 cum infirmata esset et mortua, **Tγδ**
15 ad cadauer exanimae **Tγ**
16 Petrus accitus est. **Tγζ**
17 Qui cum inpigre pro apostolica humanitate uenisset, **P1γ**
18 circumsteterunt eum uiduae flentes et rogantes, **TTγδ**
19 pallia et tunicas et omnia illa **Pδ**
20 quae prius sumpserant *
21 indumenta monstrantes **P1γ**

22 nec pro defuncta suis uocibus **2βδ/***
23 sed ipsius operibus deprecantes. **Vδ/Ditr.**
24 Sensit Petrus
25 impetrari posse
26 quod sic petebatur **P1β**
27 nec defuturum Christi auxilium **Tγ**
28 uiduis deprecantibus, **Ton. Äqu. 4δ/***
29 quando esset in uiduis ipse uestitus. **P1γ**
30 Cum itaque genibus nixus orasset **P1γ**
31 et uiduarum ac pauperum idoneus aduocatus **Vδ**
32 legatas sibi preces ad Dominum pertulisset, **Vδ**
33 conuersus ad corpus **P1γδ**
34 quod in tabula iam lotum iacebat, **Pγ**
*Tabitha,*
35 inquit,
*exurge in nomine Iesu Christi.* [Act. 9, 40b]
36 Nec defuit Petro **Pδ**
37 quominus statim ferret auxilium **Tγ**
38 qui in euangelio dari dixerat **(Ton. Äqu. 4δζ/*)**
39 quicquid fuisset eius nomine postulatum. **Vδ/Ditr.**
40 Mors itaque suspenditur
41 et spiritus redditur **T2δ**
42 et mirantibus ac stupentibus cunctis **P1δ**
43 ad hanc mundi denuo lucem **P1δ**
44 rediuiuum corpus animatur. **TT1$^{2}$γ**
45 Tantum potuerunt misericordiae merita, **Tδ**
46 tantum opera iusta ualuerunt. **TT1$^{2}$γ**
47 Quae laborantibus uiduis **Tδ**
48 largita fuerat subsidia uiuendi **TTδ**
49 meruit ad uitam uiduarum petitione reuocari. **TT1$^{2}$γ**

1 **7** Itaque in euangelio *****
2 Dominus
3 doctor uitae nostrae
4 et magister salutis aeternae **P1γ**
5 uiuificans credentium populum **Tδ**
6 et uiuificatis consulens in aeternum **Vδε**
7 inter sua mandata diuina **P1γ**
8 et praecepta caelestia **T2γ**
9 nihil crebrius mandat et praecipit **T2γδ**
10 quam ut insistamus eleemosynis dandis **Pδ**
11 nec terrenis possessionibus incubemus **Vδ/Ditr.**
12 sed caelestes thensauros potius recondamus. **Vδ**
*Vendite,*
13 inquit,
*res uestras et date eleemosynam,* [Lc. 12, 33a]
14 et iterum:
*Nolite uobis condere thensauros super terram, ubi tinea et comestura exterminat et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem uobis thensauros in caelo. Vbi neque tinea neque comestura exterminat et ubi fures non effodiunt. Vbi enim fuerit thensaurus tuus, illic erit et cor tuum.* [Mt. 6, 19-21]
15 Et cum obseruata lege
16 perfectum et consummatum uellet ostendere, **T2γ**
*Si uis,*
17 inquit,
*perfectus esse, uade et uende omnia tua et da egenis, et habebis thensaurum in caelo, et ueni sequere me.* [Mt. 19, 21]
18 Item alio loco **Pδ**
19 negotiatorem caelestis gratiae *****
20 et comparatorem salutis aeternae **P1γ**
21 distractis omnibus rebus suis
22 pretiosam margaritam, **TTγ**
23 hoc est uitam aeternam, **P1γ**
24 Christi cruore pretiosam **TT1$^{2}$γ**
25 de quantitate patrimonii sui **Pδ**
26 dicit debere mercari. **P1γ**
*Simile est,*
27 inquit,
*regnum caelorum homini negotianti quaerenti bonas margaritas. Vbi autem inuenit pretiosam margaritam, abiit et uendidit omnia quae habuit et emit illam.* [Mt. 13, 45.46]

1 **8** Eos denique et Abrahae filios dicit **P1δ**
2 quos in iuuandis alendisque pauperibus **Tγ**
3 operarios cernit. **P1δ**
4 Nam cum Zachaeus dixisset: **Pγ**
*Ecce dimidium ex substantia mea do egenis et si cui quid fraudaui quadruplum reddo,*
5 respondit Iesus quia:
*Salus hodie domui huic facta est, quoniam et hic filius est Abrahae.* [Lc. 19, 8.9]
6 Nam si Abraham credidit Deo **Pδ**
7 et deputatum est ei ad iustitiam,
8 utique qui secundum praeceptum Dei
9 eleemosynas facit **Pδ**
10 Deo credit:
11 et qui habet fidei ueritatem **Vδ**
12 seruat Dei timorem: **Pγ**
13 qui autem timorem Dei seruat **1βδ/TTγε**
14 in miserationibus pauperum **T2δ**
15 Deum cogitat. *****
16 Operatur enim ideo quia credit, **Vδζ**
17 quia scit
18 uera esse **Ditr.**
19 quae praedicta sunt uerbis Dei **Vγδζ**
20 nec scripturam sanctam posse mentiri, **P1γ**

21 arbores infructuosas,
22 id est steriles homines, **Tδ**
23 excidi et in ignem mitti,
24 misericordes ad regnum uocari. **Pγ**
25 Qui et alio in loco **TTδε**
26 operarios et fructuosos fideles appellat, **Pγ**
27 infructuosis uero et sterilibus
28 fidem derogat dicens: **P1δ**

*Si in iniusto mammona fideles non fuistis, quod est uerum quis credat uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, uestrum quis dabit uobis?* [Lc. 16, 11.12]

1 **9** Sed uereris et metuis **Tγδ**
2 ne si operari plurimum coeperis **T2δ**
3 patrimonio tuo larga operatione finito **P1γ**
4 ad penuriam forte redigaris: **TT1$^2$γ**
5 esto in hac parte intrepidus, **Tγ**
6 esto securus. **Pγ**
7 Finiri non potest **Pγδ**
8 unde in usus Christi impenditur, **Tγ**
9 unde opus caeleste celebratur. **TT1$^2$γ**
10 Nec hoc tibi de meo spondeo *
11 sed de sanctarum scripturarum fide
12 et diuinae pollicitationis auctoritate promitto. **P1γ**
13 Loquitur per Salomonem
14 Spiritus sanctus et dicit: **P1γδ**

*Qui dat pauperibus numquam egebit: qui autem auertit oculum suum in magna penuria erit,* [Prou. 28, 27]

15 ostendens
16 misericordes adque operantes **TT1$^2$γ**
17 egere non posse, **P1γδ**
18 magis parcos et steriles **Tγδ**
19 ad inopiam postmodum deuenire. **V3δ**
20 Item beatus apostolus Paulus **P1δ**
21 dominicae inspirationis gratia plenus, **P1δ**

*Qui administrat,*

22 inquit,

*semen seminanti et panem ad edendum praestabit et multiplicabit seminationem uestram et augebit incrementa frugum iustitiae uestrae, ut in omnibus locupletemini.* [II Cor. 9, 10.11a]

23 Et iterum:

*Administratio huius officii non tantum supplebit ea quae sanctis desunt, sed et abundabit per multam gratiarum actionem in Domino:* [II Cor. 9, 12]

24 quoniam dum gratiarum actio ad Deum **TTδε**
25 pro eleemosynis adque operationibus nostris **P1δ**
26 pauperum oratione dirigitur, **Tγ**
27 census operantis Dei retributione cumulatur. **TT1$^2$γ**
28 Et Dominus in euangelio
29 iam tunc eiusmodi hominum corda considerans **T2γ**
30 et perfidis adque incredulis **T2γ**
31 praescia uoce denuntians **T2γ**
32 contestatur et dicit: **P1γδ**

*Nolite cogitare dicentes: quid edemus aut quid bibemus aut quid uestiemur? Haec enim nationes quaerunt. Scit autem pater uester quia horum omnium indigetis. Quaerite primo regnum et iustitiam Dei, et omnia ista adponentur uobis.* [Mt. 6, 31-33]

33 Eis omnia adponi dicit et tradi **P1γδ**
34 qui regnum et iustitiam Dei quaerunt: **Vδζ**
35 eos enim Dominus, *
36 cum iudicii dies uenerit, *
37 ad percipiendum regnum dicit admitti **Pγ**
38 qui fuerint in ecclesia eius operati. **TT1$^2$γ**

1 **10** Metuis
2 ne patrimonium tuum forte deficiat, **Tγ**
3 si operari ex eo largiter coeperis, **T2δ**
4 et nescis miser
5 quia dum times **Pγδ**
6 ne res familiaris deficiat **Tγ**
7 uita ipsa et salus deficit **2βδ**
8 et dum ne quid de rebus tuis minuatur adtendis, **P1γ**
9 non respicis quod ipse minuaris **TT1$^2$γ**
10 amator magis mamonae **Pγ**
11 quam animae tuae, **Pδ**
12 ut dum times
13 ne pro te patrimonium perdas, **P1δ**
14 ipse pro patrimonio pereas. **Tδ**
15 Et ideo bene apostolus clamat et dicit: **P1γδ**

*Nihil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre possumus. Habentes itaque exhibitionem et tegumentum his contenti simus. Qui autem uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et muscipula et desideria multa et nocentia quae mergunt hominem in perditionem et in interitum. Radix enim omnium malorum est cupiditas quam quidam adpetentes naufragauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.* [I Tim. 6, 7-10]

1 **11** Metuis
2 ne patrimonium tuum forte deficiat, **Tγ**
3 si operari ex eo largiter coeperis? **T2δ**
4 Quando enim factum est *
5 ut iusto possent deesse subsidia? **Tγ**
6 cum scriptum sit:

*Non occidet fame Dominus animam iustam.* [Prou. 10, 3a]

7 Helias in solitudine coruis ministrantibus pascitur **T2δ**
8 et Daniel in lacum ad leonum praedam
9 iussu regis incluso **P1γ**
10 prandium diuinitus apparatur: **Vδ/Ditr.**
11 et tu metuis
12 ne operanti et Dominum promerenti **Vδ**
13 desit alimentum, **TT1$^2$γ**
14 quando ipse in euangelio *
15 ad exprobrationem eorum **P1γ**
16 quibus mens dubia est
17 fides parua contestetur et dicat: **P1γδ**

*Aspicite volatilia caeli quoniam non seminant neque metunt neque colligunt in horrea, et pater uester caelestis alit illa. Nonne uos pluris illis estis?* [Mt. 6, 26]

18 Volucres Deus pascit **Vδζ**
19 et passeribus alimenta diurna praestantur **P1γ**
20 et quibus nullus diuinae rei sensus est *
21 eis nec potus nec cibus deest: **1βδ**
22 tu christiano, **Pβ/Ditr.**
23 tu Dei seruo, **(P)1βδ**
24 tu operibus bonis dedito, *
25 tu domino suo caro **Vδζ**
26 aliquid existimas defuturum? **V3δ**

1 **12** Nisi si putas **Pγδ**
2 quia qui Christum pascit
3 a Christo ipse non pascitur **T2γδ**
4 aut eis terrena deerunt *
5 quibus caelestia et diuina tribuuntur. **TT1$^2$γ**
6 Vnde haec incredula cogitatio, **Ton. Äqu. 4δ/***
7 unde impia et sacrilega ista meditatio? *
8 Quid facit in domo fidei *
9 perfidum pectus? **P1δ**
10 Quid qui Christo omnino non credit **Pγδ**
11 appellatur et dicitur christianus? **V3δ**
12 Pharisaei tibi magis congruit nomen. **P1δ**
13 Nam cum Dominus in euangelio *
14 de eleemosynis disputaret **Vδ**
15 et ut nobis amicos de terrestribus lucris **Pδ**
16 prouida operatione faceremus **TT1$^2$γ**
17 qui nos postmodum in tabernacula aeterna susciperent **Tγ**
18 fideliter ac salubriter praemoneret, **V3δ**
19 addidit post haec scriptura dicens: **Ditr.**

*Audiebant autem haec omnia Pharisaei qui erant cupidissimi et inridebant.* [Lc. 16, 14]

20 Quales nunc in ecclesia quosdam uidemus **Pγ**
21 quorum praeclusae aures
22 et corda caecata **P1γ**
23 nullum
24 de spiritalibus ac salutaribus monitis **Tδ**
25 lumen admittunt, **P1γ**
26 de quibus mirari non oportet **TTγδ**
27 quod contemnant in tractatibus seruum, **P1δ**
28 quando a talibus
29 ipsum Dominum uideamus esse contemptum. **P1γ**

1 **13** Quid tibi istis ineptis et stultis cogitationibus plaudis, **P1δ**
2 quasi metu et sollicitudine futurorum **Vδ**
3 ab operibus retarderis? **Vδ**
4 Quid umbras et praestigias quasdam uanae excusationis obtendis? **P1γ**
5 Confitere immo quae uera sunt **T2γδζ**
6 et quia scientes non potes fallere, **(T)2βγ**
7 secreta et abdita mentis exprome. **P1γ**
8 Obsederunt animum tuum **Pδ**
9 sterilitatis tenebrae *
10 et recedente inde lumine ueritatis **Vδ**
11 carnale pectus **Ditr.**
12 alta et profunda auaritiae caligo caecauit. **Pγ**
13 Pecuniae tuae captiuus et seruus es, **T2γδζ**
14 catenis cupiditatis et uinculis alligatus es **4δθ/***
15 et quem iam soluerat Christus **P1δ**
16 denuo uinctus es. **T2δζ**
17 Seruas pecuniam **Tγ**
18 quae te seruata non seruat, **P1γδ**
19 patrimonium cumulas **Tδ**
20 quod te pondere suo onerat. **Ton. Äqu. 4δζ/***
21 nec meministi **Pβ**
22 quid Deus responderit diuiti **T2δ**
23 exuberantium fructuum copiam **T2δ**
24 stulta exultatione iactanti. **P1γ**

*Stulte,*

25 inquit,

*hac nocte expostulatur anima tua. Quae ergo parasti cuius erunt?* [Lc. 12, 20]

26 Quid diuitiis tuis solus incubas, *
27 quid in poenam tuam
28 patrimonii pondus exaggeras, **T2γ**
29 ut quo locupletior saeculo fueris **Tδ**
30 pauperior Deo fias? **Vδζ/1βδ**
31 Reditus tuos diuide cum Deo tuo **(Pβδ)**
32 fructus tuos partire cum Christo, **P1γδ**
33 fac tibi possessionum terrestrium Christum participem, **Tγ**
34 ut et ille te sibi faciat regnorum caelestium coheredem. **Vδ**

1 **14** Erras et falleris **Tγδ**
2 quisque te in saeculo diuitem credis. **P1δ**
3 Audi in Apocalypsi Domini tui uocem **Vδζ**
4 eiusmodi homines **Tδ**
5 iustis obiurgationibus increpantem. **Vδ /Ditr.**
*Dicis,*
6 inquit,
*diues sum et ditatus sum et nullius rei egeo: et nescis quoniam tu es miser et pauper et caecus et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum de igni ut sis diues, et uestem albam ut uestiaris et non appareat in te foeditas nuditatis tuae, et collyrio inungue oculos tuos ut uideas.* [Apoc. 3, 17.18]
7 Qui ergo locuples et diues es
8 eme tibi a Christo aurum ignitum, **P1γ**
9 ut sordibus tuis tamquam igne decoctis **P1γ**
10 esse aurum mundum possis, **(TTγε)**
11 si eleemosynis et iusta operatione purgeris. **P1γ**
12 Eme tibi albam uestem,
13 ut qui secundum Adam nudus fueras *
14 et horrebas ante deformis, **P1γ**
15 indumento Christi candido uestiaris. **V3δ**
16 Et quae matrona locuples et diues es
17 ungue oculos tuos non stibio diaboli
18 sed collyrio Christi, **P1δ**
19 ut peruenire ad uidendum Deum possis, **TTγε**
20 dum Deum et operibus et moribus promerereris. **V3δ**

1 **15** Ceterum quae talis es
2 nec operari in ecclesia potes: **Pδ**
3 egentem enim et pauperem non uident oculi *
4 superfusi nigroris tenebris *
5 et nocte contecti. **P1γ**
6 Locuples et diues **TTδε**
7 dominicum celebrare te credis **P1γδ**
8 quae corban omnino non respicis, **Tγδ**
9 quae in dominicum sine sacrificio uenis, **Pδ**
10 quae partem de sacrificio quod pauper obtulit sumis? **P1δ**
11 Intuere in euangelio uiduam **Tδ**
12 praeceptorum caelestium memorem, **Tδ**
13 inter ipsas pressuras et angustias egestatis operantem, **TT1**$^{2}$**γ**
14 in gazophylacium duo quae sola sibi fuerant minuta mittentem, **P1γ**
15 quam cum animaduerteret Dominus et uideret, **Vδε**
16 non de patrimonio *
17 sed de animo
18 opus eius examinans et considerans,
19 non quantum sed ex quanto dedisset, **Pγ**
20 respondit et dixit: **P1γδ**
*Amen dico uobis quoniam uidua ista omnibus plus misit in dona Dei. Omnes enim isti de eo quod abundauit illis miserunt in dona Dei. Haec autem de inopia sua omnem quemcumque habuit uictum misit.* [Lc. 21, 3 sq.]
21 Multum beata mulier et gloriosa **Ditr.**
22 quae etiam ante diem iudicii **Tγ**
23 meruit iudicis uoce laudari. **P1γ**
24 Pudeat diuites sterilitatis adque infelicitatis suae.
25 Vidua et inops uidua in opere inuenitur, **Vδ**
26 cumque uniuersa quae dantur **P1γδ**
27 pupillis et uiduis conferantur, **Vδ**
28 dat illa quam oportebat accipere, **Tγ**
29 ut sciamus **Ditr.**
30 quae poena sterilem diuitem maneat, **Tδ**
31 quando hoc documento
32 operari etiam pauperes debeant. **T2δ**
33 Adque ut intellegamus **Ditr.**
34 haec opera Deo dari **Vδζ**
35 et eum
36 quisque haec faciat **Tγδ**
37 Deum promereri, **TTγ**
38 Christus illud dona Dei appellat **Pγ**
39 et in dona Dei
40 uiduam duos quadrantes misisse significat, **Tγ**
41 ut magis ac magis **Pγ**
42 posset esse manifestum **TT1**$^{2}$**γ**
43 quia qui miseretur pauperis Deo faenerat. **Ton. Äqu. 4δζ/2βδ/***

1 **16** Sed nec illa res,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 a bonis operibus et iustis refrenet **Pγ**
4 et reuocet christianum **Vδ**
5 quod excusari se posse aliquis existimet
6 beneficio filiorum, **Vδ**
7 quando in inpensis spiritalibus *
8 Christum cogitare **TTγ**
9 qui accipere se professus est debeamus **V3γδ**
10 nec conseruos liberis nostris, **P1δ**
11 sed Dominum praeferamus **Vδ**
12 ipso instruente et monente: **TTγδ**
*Qui diligit,*
13 inquit,
*patrem aut matrem super me non est me dignus, et qui diligit filium aut filiam super me non est me dignus.* [Mt. 10, 37]
14 Item in Deuteronomio
15 ad corrobationem fidei et dilectionem Dei
16 paria conscripta sunt.

*Qui dicunt,*
17 inquit,
*patri et matri: non noui te, et filios suos non agnouerunt, hi custodierunt praecepta tua et testamentum tuum seruauerunt.* [Deut. 33, 9]
18 Nam si Deum toto corde diligimus, **Tγ**
19 nec parentes nec filios Deo praeferre debemus. **P1γ**
20 Quod et Iohannes in epistula sua ponit **Vδζ**
21 caritatem Dei aput eos non esse **Pγδ**
22 quos uideamus operari in pauperem nolle. **P1δ**
*Qui habuerit,*
23 inquit,
*substantiam mundi et uiderit fratrem suum desiderantem et cluserit uiscera sua, quomodo caritas Dei manet in illo?* [I Io. 3, 17]
24 Si enim Deus eleemosynis pauperum faeneratur **V3δ**
25 et cum datur minimis *
26 Christo datur,
27 non est
28 quod quis terrena caelestibus praeferat **T2δ**
29 nec diuinis humana praeponat. **P1γ**

1 **17** Sed uidua illa **Pδ**
2 in tertio Regnorum libro
3 cum in siccitate et fame **Pγδ**
4 consumptis omnibus *
5 de modico farre et oleo **Tγδ**
6 quod superfuerat **(Tβ)**
7 fecisset cinericium panem **Pδ**
8 quo absumpto
9 moritura cum liberis esset, **P1δ**
10 superuenit Helias
11 et petit sibi prius ad edendum dari,
12 tunc quod superfuisset **P**
13 inde illam cum filiis suis uesci. **Vδζ**
14 Nec obtemperare illa dubitauit **TT1$^{2}$γ**
15 aut Heliae filios mater in fame et egestate praeposuit. **Tδ**
16 Fit immo in conspectu Dei
17 quod Deo placeat, **(Tβδ)***
18 prompte ac libenter **TTγδ**
19 quod petebatur offertur **P1γ**
20 nec de abundantia portio **T2δ**
21 sed de modico totum datur, **Vδζ**
22 et esurientibus liberis **T2δ**
23 alter prius pascitur, *
24 neque in penuria et fame **TTδε**
25 cibus ante quam misericordia cogitatur, **Vδ**
26 ut dum in opere salutari **Vδ**
27 carnaliter uita contemnitur **T2γ**
28 spiraliter anima seruetur. **TTδ**
29 Helias itaque
30 typum Christi gerens **TTγε**
31 et quod ille pro misericordia uicem singulis reddat ostendens **P1γ**
32 respondit et dixit: **P1γδ**
*Haec dicit Dominus: fidelia farris non deficiet et capsaces olei non minuet usque in diem quo dabit Dominus imbrem super terram.* [I Reg. 17, 14]
33 Secundum diuinae pollicitationis fidem
34 multiplicata sunt uiduae et cumulata
35 quae praestitit et operibus iustis **Pδ**
36 ac misericordiae meritis **Tδ**
37 augmenta et incrementa sumentibus **T2γ**
38 farris et olei uasa conpleta sunt. **T2γζ**
39 Nec filiis abstulit mater **P1δ**
40 quod Heliae dedit,
41 sed magis contulit filiis **T2δ**
42 quod benigne et pie fecit. **1βδ**
43 Et illa nondum Christum sciebat, **Pγ**
44 nondum praecepta eius audierat, **T2γ**
45 non cruce et passione eius redempta **Pγ**
46 cibum et potum **Pγδ**
47 pro sanguine rependebat, **Vδ**
48 ut ex hoc appareat
49 quantum in ecclesia peccet **P1δ**
50 qui se et filios Christo anteponens **TTγ**
51 diuitias suas seruat **Vδζ**
52 nec patrimonium copiosum **V3δ**
53 cum indigentium paupertate communicat. **T2γ**

1 **18** Sed enim multi sunt in domo liberi *
2 et retardat te numerositas filiorum **V3δ**
3 quominus largiter bonis operibus insistas. **TTδ**
4 Adqui hoc ipso operari amplius debes, **P1δ**
5 quo multorum pignorum pater es. *
6 Plures sunt
7 pro quibus Dominum depreceris, **Vδ**
8 multorum delicta redimenda sunt, *
9 multorum purgandae conscientiae, *
10 multorum animae liberandae. **Vδ/Ditr.**
11 Vt in hac uita saeculari **TTγ**
12 alendis sustendisque pignoribus **Tγ**
13 quo maior est numerus **Tγδ**
14 hoc maior et sumptus est, **T2γδζ**
15 ita et in uita spiritali adque caelesti **P1γ**
16 quo amplior fuerit pignorum copia **T2δ**
17 esse et operum debet maior inpensa. **P1γ**
18 Sic Iob sacrificia numerosa **Vδ**
19 pro liberis offerebat, **V3δ**
20 quantusque erat in domo pignorum numerus **Tδ**

21 tantus dabatur Deo et numerus hostiarum. **Vδ/Ditr.**

22 Et quoniam cotidie deesse non potest **Pγδ**

23 quod peccetur in conspectu Dei,

24 sacrificia cotidiana non deerant

25 quibus possent peccata tergeri. **P1γ**

26 Probat scriptura dicens: **Ditr.**

*Iob homo uerus et iustus habuit filios septem et filias tres et emundabat illos offerens pro eis hostias Deo secundum numerum illorum et pro peccatis eorum uitulum unum.* [Iob. 1, 1a-3.5.]

27 Si ergo uere filios tuos diligis, **2βδ/***

28 si eis exhibes *****

29 plenam et paternam dulcedinem caritatis, **V3δ**

30 operari magis debes **TTγε/1βδ**

31 ut filios tuos Deo iusta operatione commendes. **P1γ**

1 **19** Nec eum liberis tuis cogites patrem **Pδ**

2 qui et temporarius et infirmus est,

3 sed illum pares

4 qui aeternus et firmus **P1γδ**

5 filiorum spiritalium pater est. **Tδζ**

6 Illi adsigna facultates tuas

7 quas heredibus seruas: **P1δ**

8 ille sit liberis tuis tutor, **Vδζ**

9 ille curator, **P1γ**

10 ille contra omnes iniurias saeculares **V3δ**

11 diuina maiestate protector. **P1γ**

12 Patrimonium Deo creditum **Pγ**

13 nec respublica eripit **Tδ**

14 nec fiscus inuadit **P1γ**

15 nec calumnia aliqua forensis euertit. **P1γ**

16 In tuto hereditas ponitur **T2δ**

17 quae Deo custode seruatur. **P1γ**

18 Hoc est caris pignoribus in posterum prouidere, **V3δ**

19 hoc est futuris heredibus paterna pietate consulere **Tγ**

20 secundum fidem scripturae sanctae dicentis: **Pγ**

*Iuuenior fui et senui et non uidi iustum derelictum neque semen eius quaerens panem. Tota die miseretur et faenerat et semen eius in benedictione est.* [Ps. 36, 25. 26]

21 Et iterum:

*Qui conuersatur sine uituperatione in iustitia beatos filios relinquet.* [Prou. 20, 7]

22 Praeuaricator itaque et proditor pater es, **Tδζ**

23 nisi filiis tuis fideliter consulas, **T2δ**

24 nisi conseruandis eis

25 religiosa et uera pietate prospicias. **P1γ**

26 Qui studes terreno magis quam caelesti patrimonio,

27 filios tuos diabolo mauis commendare quam Christo. **P1γδ**

28 Bis delinquis

29 et geminum ac duplex crimen admittis: **P1γ**

30 et quod non praeparas filiis tuis **Pδ**

31 Dei patris auxilium **Tγ**

32 et quod doces filios **(T)2βδ**

33 patrimonium plus amare quam Christum. **P1γδ**

1 **20** Esto potius liberis tuis pater talis **TTγε**

2 qualis Tobias extitit.

3 Da utilia et salutaria praecepta pignoribus **Tγ**

4 qualia ille filio dedit, **Pδ**

5 manda filiis tuis **Pδ**

6 quod et ille mandauit **P1γ**

7 dicens:

*Et nunc, fili, mando uobis, seruite Deo in ueritate et facite coram illo quod illi placet, et filiis uestris mandate ut faciant iustitiam et eleemosynas et sint memores Dei et benedicant nomen eius omni tempore.* [Tob. 14, 8]

8 Et iterum:

*Omnibus diebus uitae tuae, fili, Deum in mente habe et noli praeterire praecepta eius, iustitiam fac omnibus diebus uitae tuae et noli ambulare uiam iniquitatis, quoniam agente te ex ueritate erit respectus operum tuorum. Ex substantia tua fac eleemosynam et noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita fiet ut nec a te auertatur facies Dei. Prout habueris, fili, sic fac: si tibi fuerit copiosa substantia, plus ex illa fac eleemosynam. Si exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo communica. Et ne timueris, cum facis eleemosynam: praemium bonum reponis tibi in diem necessitatis, quia eleemosyna a morte liberat et non patitur ire in tenebras. Munus bonum est eleemosyna omnibus qui faciunt eam coram summo Deo.* [Tob. 4, 5-11]

1 **21** Quale munus est, *****

2 fratres carissimi, **Tγ**

3 cuius editio Deo spectante celebratur. **TT1$^2$γ**

4 Si in gentilium munere **T2δ**

5 grande et gloriosum uidetur **Pγ**

6 proconsules uel imperatores habere praesentes, **P1γ**

7 et apparatus ac sumptus **P1γδ**

8 aput munerarios maior est **T2δζ**

9 ut possint placere maioribus, **T2γ**

10 quanto inlustrior muneris et maior est gloria **T2γδ**

11 Deum et Christum spectatores habere, **Pγ**

12 quanto istic et apparatus uberior **Tγ**

13 et sumptus largior exhibendus est, **Ton. Äqu. 4δθ/***

14 ubi ad spectaculum conueniunt caelorum uirtutes, **Pγ**
15 conueniunt angeli omnes, **P1δ**
16 ubi munerario non quadriga uel consulatus petitur, *
17 sed uita aeterna praestatur, **P1γ**
18 nec captatur inanis et temporarius fauor uulgi, **Vδζ**
19 sed perpetuum praemium regni caelestis accipitur. **Tγ**

1 **22** Adque ut pigros et steriles **Tγδ**
2 et cupiditate nummaria **T2γ**
3 nihil circa fructum salutis operantes **TT1$^{2}$γ**
4 magis pudeat, *
5 ut plus conscientiam sordidam **T2δ**
6 dedecoris ac turpitudinis suae rubor caedat, **1βδ/TTγε**
7 ponat unusquisque ante oculos suos **Pδ**
8 diabolum cum suis seruis, **(P)1βδ**
9 id est cum populo perditionis ac mortis, **P1γδ**
10 in medium prosilire, **Vδ**
11 plebem Christi praesente et iudicante ipso
12 comparationis examine **T2γ**
13 prouocare dicentem: **P1γ**
14 „ego pro istis quos mecum uides nec alapas accepi **TTδ**
15 nec flagella sustinui **Tγ**
16 nec crucem pertuli *
17 nec sanguinem fudi **P1δ**
18 nec familiam meam **Pδ**
19 pretio passionis et cruoris redemi, **Pγ**
20 sed nec regnum illis caeleste promitto **P1γ**
21 nec ad paradisum
22 restituta immortalitate **Ditr.**
23 denuo reuoco: **Tδ**
24 et munera mihi quam pretiosa, quam grandia, **T2γδ**
25 quam nimio et longo labore quaesita **P1γ**
26 sumptuosissimis apparatibus **4δ/***
27 conparant rebus suis **Vδζ**
28 uel obligatis in muneris comparatione uel uenditis: **T2γδ**
29 ac nisi editio honesta successerit, **T2γ**
30 conuiciis ac sibilis eiciuntur
31 et furore populari **TT1$^{2}$γ**
32 nonnumquam paene lapidantur. **TT1$^{2}$γ**
33 Tuos tales munerarios, Christe, demonstra, **P1γ**
34 illos diuites, *
35 illos copiosis opibus affluentes, **Vδ**
36 an in ecclesia praesidente et spectante te
37 eiusmodi munus edant **V3δζ**
38 obpigneratis uel distractis rebus suis, **TTγε**
39 immo ad caelestes thensauros **Pγ**
40 mutata in melius possessione translatis. **P1γ**
41 In istis muneribus meis caducis adque terrenis **P1γ**
42 nemo pascitur, *
43 nemo uestitur, **P1γ**
44 nemo cibi alicuius aut potus solacio sustinetur. **V3δ**
45 Cuncta inter furorem edentis **P1γ**
46 et spectantis errorem **P1γ**
47 prodiga et stulta uoluptatum frustrantium uanitate depereunt. **Tγ**
48 Illic in pauperibus tuis **Pδ**
49 tu uestiris et pasceris, **T2γδ**
50 tu aeternam uitam operantibus polliceris: **V3δ**
51 et uix tui meis perdentibus adaequantur **Vδ**
52 qui a te diuinis mercedibus **Tγ**
53 et praemiis caelestibus honorantur." **Vδ**

1 **23** Quid ad haec respondemus, **Pβ**
2 fratres carissimi? **Tγ**
3 Sacrilegas sterilitates
4 et quadam tenebrarum nocte
5 coopertas diuitum mentes **P1δ**
6 qua ratione defendimus, **T2δ**
7 qua excusatione purgamus? **P1γ**
8 Qui diaboli seruis minores sumus,
9 ut Christo pro pretio passionis et sanguinis uicem **Pδ**
10 nec in modicis rependamus. **Vδ**
11 Praecepta ille nobis dedit, **TTγε**
12 quid facere seruos eius oporteret instruxit, **P1γ**
13 operantibus praemium pollicitus,
14 supplicium sterilibus comminatus **Vδ**
15 sententiam suam protulit, **Ton. Äqu. 4δζ/***
16 quid iudicaturus sit **Tζ**
17 ante praedixit. **P1γ**
18 Quae potest excusatio esse cessanti, **P1γ**
19 quae defensio sterili? **Tδ**
20 Nisi quod non faciente seruo **Ditr.**
21 quod praecipitur *
22 Dominus faciet quod minatur. **Vδε/Ditr.**
23 Qui et dicit:

*Cum uenerit filius hominis in claritate sua et omnes angeli cum eo, tunc sedebit in throno claritatis suae et colligentur ante eum omnes gentes, et segregabit eos ab inuicem quemadmodum pastor segregat oues ab haedis, et statuet oues ad dexteram suam, haedos autem ad sinistram. Tunc dicet rex eis qui ad dexteram suam, sunt: uenite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Esuriui enim et dedistis mihi manducare, sitiui et potastis me, hospes fui et abduxistis me, nudus*

*et texistis me, infirmatus sum et uisitastis me, in carcere fui et uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem et pauimus, sitientem et potauimus? Quando te uidimus hospitem et abduximus. Nudum et uestiuimus? Quando autem te uidimus infirmari et in carcere et uenimus ad te? Tunc respondens rex dicet eis: amen dico uobis, quamdiu fecistis uni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet illis qui ad sinistram sunt: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum quem parauit pater meus diabolo et angelis eius. Esuriui enim et non dedistis mihi manducare. sitiui et non potastis me, hospes fui et non abduxistis me, nudus et non uestistis me, infirmus et in carcere et non uisitastis me. Tunc respondebunt et ipsi dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere et non ministrauimus tibi? Et respondebit illis: amen dico uobis, quamdiu non fecistis uni ex minimis his, neque mihi fecistis. Et abibunt isti in ambustionem aeternam, iusti autem in uitam aeternam.* [Mt. 25, 31-46]

24 Quid potuit nobis maius Christus edicere? **T2γ**
25 Quomodo magis potuit *
26 iustitiae ac misericordiae nostrae opera prouocare? **Vδ/Ditr.**
27 quam quod praestari dixit sibi **TTγε**
28 quicquid egenti praestatur et pauperi, **T2γδ**
29 et se dixit offendi **P1γ**
30 nisi egenti praestatur et pauperi, **T2γδ**
31 ut qui respectu fratris in ecclesia non moueatur **V3δε**
32 uel Christi contemplatione moueatur **TT1$^2$γ**
33 et qui non cogitat in labore adque in egestate conseruum **P1γ**
34 uel Dominum cogitet **Tδ**
35 in ipso illo quem despicit constitutum. **V3δ**

1 **24** Et idcirco,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 quibus metus in Deum pronus est **2βδζ**
4 et spreto calcatoque iam mundo **P1γδ**
5 ad superna et diuina **TTγδ**
6 animus erectus est,
7 fide plena,
8 mente deuota, **P1γ**
9 operatione continua **Tγ**
10 promerendo Domino *
11 obsequium praebeamus. **Vδ**
12 demus Christo uestimenta terrena **P1γ**
13 indumenta caelestia recepturi. **Vδ**
14 Demus cibum et potum saecularem **TTγ**
15 cum Abraham et Isaac et Iacob **TTγδ**
16 ad conuiuium caeleste uenturi. **P1γ**
17 Ne parum metamus **Pγ**
18 plurimum seminemus. **V3δ**
19 Securitati ac saluti aeternae **Pγ**
20 dum tempus est consulamus **V3γδ**
21 Paulo apostolo admonente et dicente: **TTγδ**

*Ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum est ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus.* [Gal. 6, 10.9]

1 **25** Cogitemus,
2 fratres dilectissimi, *
3 quid sub apostolis fecerit credentium populus, **Tδ**
4 quando inter ipsa primordia **T2γ**
5 maioribus uirtutibus mens uigebat, **(V)3δε**
6 quando credentium fides **Pδ**
7 nouo adhuc fidei calore feruebat. **P1γ**
8 Domicilia tunc et praedia uenundabant **Vδ**
9 et dispensandam pauperibus quantitatem **Vδ**
10 libenter ac largiter **T2δ**
11 apostolis obferebant, **V3δ**
12 terreno patrimonio uendito adque distracto **P1γ**
13 fundos illuc transferentes **TTγ**
14 ubi fructus caperent possessionis aeternae, **P1γ**
15 illic comparantes domos
16 ubi inciperent semper habitare. **TT1$^2$γ**
17 Talis tunc fuit in operationibus cumulus **Tδ**
18 qualis in dilectione consensus, **P1γ**
19 sicut legimus in Actis apostolorum : **Ditr.**

*Turba autem eorum qui crediderant anima ac mente una agebant nec fuit inter illos discrimen ullum nec quicquam suum iudicabant ex bonis quae eis erant, sed fuerunt illis omnia communia.* [Act. 4, 32]

20 Hoc est natiuitate spiritali **TTγ**
21 uere Dei filium fieri, **Tδ**
22 hoc est lege caelesti **P1γ**
23 aequitatem Dei patris imitari. **TTγ**
24 Quodcumque enim Dei est *
25 in nostra usurpatione commune est, **T2γζ**
26 nec quisquam a beneficiis eius et muneribus arcetur **TTδ**
27 quominus omne humanum genus
28 bonitate ac largitate diuina **P1γ**
29 aequaliter perfruatur. **V3δ**
30 Sic aequaliter dies luminat, **Vδζ**
31 sol radiat,
32 imber rigat,
33 uentus adspirat **P1γ**

34 et dormientibus somnus unus est, **4δζθ/***
35 et stellarum splendor ac lunae communis est. **Tγζ**
36 Quo aequitatis exemplo **P1γ**
37 qui possessor in terris **P1γδ**
38 reditus ac fructus suos
39 cum fraternitate partitur, **P1γ**
40 dum largitionibus gratuitis **V3δ**
41 communis ac iustus est, **T2γδ**
42 Dei patris imitator est. *****

1 **26** Quae illa erit,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 operantium gloria, **T2δ**
4 quam grandis et summa laetitia, **Tγ**
5 cum populum suum Dominus coeperit recensere **Vδ**
6 et meritis adque operibus nostris **Pδ**
7 praemia promissa contribuens **Tγ**
8 pro terrenis caelestia, **Tγ**
9 pro temporalibus sempiterna, **V3δ**
10 pro modicis magna praestare, **P1γ**
11 obferre nos patri **P1γ**
12 cui nos sua sanctificatione restituit, **Tγ**
13 aeternitatem nobis inmortalitatemque largiri **P1γ**
14 ad quam nos sanguinis sui
uiuificatione reparauit, **TT1$^{2}$γ**
15 reduces ad paradisum denuo facere, **Tδ**
16 regna caelorum **P1γ**
17 fide et ueritate suae pollicitationis aperire. **TT1$^{2}$γ**
18 Haec haereant firmiter sensibus nostris, **P1δ**
19 haec intellegantur plena fide, **TTγε**
20 haec corde toto diligantur, **TTγ**
21 haec indesinentium operum **Tδ**
22 magnanimitate redimantur. **TT1$^{2}$γ**
23 Praeclara et diuina res,
24 fratres carissimi, **Tγ**
25 salutaris operatio, **TT1$^{2}$γ**
26 solacium grande credentium, **T2δ**
27 securitatis nostrae salubre praesidium, **Tγ**
28 munimentum spei,
29 tutela fidei, *****
30 medela peccati, **P1γ**
31 res posita in potestate facientis, **TT1$^{2}$γ**
32 res et grandis et facilis, **Tγδ**
33 sine periculo persecutionis corona pacis, **Ditr.**
34 uerum Dei munus et maximum, **T2γδ**
35 infirmis necessarium, **(2β)***
36 fortibus gloriosum, **V3δ**
37 quo christianus adiutus **P1γ**
38 perfert gratiam spiritalem, **V3δ**
39 promeretur Christum iudicem, *****
40 Deum computat debitorem. **V3δ**
41 Ad hanc operum salutarium palmam **P1δ**
42 libenter ac prompte certemus, **Pγ**
43 omnes in agone iustitiae **Tγ**
44 Deo et Christo spectante curramus **P1γ**
45 et qui saeculo et mundo maiores
esse iam coepimus **T2γδ**
46 cursum nostrum
47 nulla saeculi et mundi cupiditate tardemus. **P1γ**
48 Si expeditos, **Ditr.**
49 si celeres,
50 si in hoc operis agone currentes **P1γ**
51 dies nos uel redditionis uel
persecutionis inuenerit, **T2γ**
52 nusquam Dominus meritis nostris **Pδ**
53 ad praemium deerit, **T2δ**
54 in pace uincentibus **T2γ**
55 coronam candidam pro operibus dabit, **Pδ**
56 in persecutione purpuream
pro passione geminabit. **TT1$^{2}$γ**

## 1.11 De unitate

1 **1** Cum moneat dominus et dicat: **TTδε**
*uos estis sal terrae,* [Matth. 5, 13]
2 cumque esse nos iubeat **Tγδ**
3 ad innocentiam simplices **T2δ**
4 et tamen cum simplicitate prudentes, **P1γ**
5 quid aliud,
6 fratres dilectissimi,
7 quam prouidere nos conuenit **T2γδ**
8 et sollicito corde uigilantes **TT1$^{2}$γ**
9 subdoli hostis insidias **Tγ**
10 intellegere pariter et cauere, **Vδε**
11 ne qui christum sapientiam dei patris induimur **Tγ**
12 minus sapere in tuenda salute uideamur? **TT1$^{2}$γ**
13 neque enim persecutio sola metuenda est ea quae
14 subruendis ac deiciendis seruis dei **TTγε**
15 aperta inpugnatione grassatur. **P1γ**
16 Facilior cautio est
17 ubi manifesta formido est, **Tγζ**
18 et ad certamen **Pβδ**
19 animus ante praestruitur, **Tγ**
20 quando se aduersarius confitetur. **V3δ**
21 Plus metuendus est et cauendus inimicus **TT1$^{2}$γ**
22 cum latenter obrepit, **P1γ**
23 cum per pacis imaginem fallens **P1δ**
24 occultis accessibus serpit, **P1δ**
25 unde et nomen serpentis accepit. **P1γ**
26 Ea est eius semper astutia, **T2γ**

27 ea est circumueniendi hominis latebrosa fallacia: **T2γ**
28 sic ab initio statim mundi fefellit, **Pγ**
29 et uerbis mendacibus blandiens **Tδ**
30 rudes animas incauta credulitate decepit; **P1γ**
31 sic dominum ipsum **Pδ**
32 temptare conatus **P1γ**
33 quasi obreperet rursus et falleret, **T2γδ**
34 latenter accessit: **P1γ**
35 intellectus tamen est et retusus, **Vγδε**
36 et ideo prostratus **TTγ**
37 quia agnitus adque detectus. **P1γ**

1 **2** Vnde nobis exemplum datum est
2 ueteris hominis uiam fugere, **Ton. Äqu. 4δζ**
3 uestigiis christi uincentis insistere; **T2γ**
4 ne
5 denuo incauti **TTδ**
6 in mortis laqueum reuoluamur, **Vδ**
7 sed ad periculum prouidi **T2δ**
8 accepta inmortalitate potiamur. **TT1**$^{2}$**γ**
9 Inmortalitate autem potiri **Pγ**
10 quomodo possumus, **Tδ**
11 nisi ea quibus mors expugnatur et uincitur **T2γδ**
12 christi mandata seruemus, **P1γ**
13 ipso monente et dicente: **TTγδ**
*si uis ad uitam uenire serua mandata,* [Matth. 19, 17.]
14 et iterum:
*si feceritis quod mando uobis, iam non dico uos seruos sed amicos* [Io. 15, 14 sq.]?
15 hos denique fortes dicit et stabiles, **Tδ**
16 hos super petram robusta mole fundatos, **P1γ**
17 hos contra omnes tempestates **TTγ**
18 et turbines saeculi **T2δ**
19 inmobili et inconcussa firmitate solidatos. **TT1**$^{2}$**γ**
*qui audit*
20 inquit
*uerba mea et facit ea, similabo eum uiro sapienti qui aedificauit domum suam supra petram: descendit pluuia, aduenerunt flumina, uenerunt uenti, et inpegerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim fuit super petram.* [Matth. 7, 24 sq.]
21 Verbis igitur eius insistere, **T2γ**
22 quaecumque et docuit et fecit **TTδε**
23 discere et facere debemus. **TTδ**
24 Ceterum credere se in christum **Vδεζ**
25 quomodo dicit, **Pδ**
26 qui non facit
27 quod christus facere praecepit? **TTδ**
28 aut unde perueniet ad praemium fidei, **Tδ**
29 qui fidem non uult seruare mandati? **P1γ**
30 nutet necesse est et uagetur **V3γδε**
31 et, spiritu erroris abreptus, **P1γ**
32 uelut puluis quem uentus excutit, uentiletur; **V3δ**
33 nec ambulando proficiet ad salutem, **Vδε**
34 qui salutaris uiae non tenet ueritatem. **TTγ/Ditr.**

1 **3** Cauenda sunt autem **P1γδ**
2 non solum quae sunt aperta adque manifesta, **TT1**$^{2}$**γ**
3 sed et astutae fraudis subtilitate fallentia. **T2γ**
4 Quid uero astutius **Tγ**
5 quidue subtilius **T2δ**
6 quam ut,
7 christi aduentu detectus ac prostratus inimicus, **TT1**$^{2}$**γ**
8 postquam lux gentibus uenit **P1δ**
9 et sospitandis hominibus **Tγ**
10 salutare lumen effulsit **P1γ**
11 ut surdi auditum gratiae spiritalis admitterent, **T2γ**
12 aperirent ad deum **Pγδ**
13 oculos suos caeci, **Vδζ**
14 infirmi aeterna sanitate reualescerent,
15 clodi ad ecclesiam currerent, **T2δ**
16 muti claris uocibus et precibus orarent – **TTδ**
17 uidens ille
18 idola derelicta **TTγ**
19 et, per nimium credentium populum, **Tδ**
20 sedes suas ac templa deserta, **P1γ**
21 excogitauerit nouam fraudem **V3δζ**
22 ut sub ipso christiani nominis titulo **Tδ**
23 fallat incautos? **P1γ**
24 haeresis inuenit et schismata **T2δ**
25 quibus subuerteret fidem, **Pδ**
26 ueritatem corrumperet, **Tγ**
27 scinderet unitatem. **V3δ**
28 Quos detinere non potest **Pγδ**
29 in uiae ueteris caecitate, **Vδ**
30 circumscribit et decipit; **T2γδ**
31 noui itineris errore **TTδ**
32 rapit de ipsa ecclesia homines **Tδ**
33 et, dum sibi adpropinquasse iam lumini **T2γδ**
34 adque euasisse saeculi noctem uidentur, **Pγ**
35 alias nescientibus tenebras **Tδ**
36 rursus infundit **P1γ**
37 ut, cum euangelio christi **Pδ**
38 et cum obseruatione eius et lege non stantes, **P1γδ**
39 christianos se uocent, **Pγδ**
40 et ambulantes in tenebris **Tγδ**

41 habere se lumen existiment: **T2γ**
42 blandiente aduersario adque fallente **P1γ**
43 qui, secundum apostoli uocem, **P1δ**
44 transfigurat se uelut angelum lucis, **P1δ**
45 et ministros subornat suos
46 uelut ministros iustitiae, **Tγ**
47 adserentes noctem pro die, **Pγδ**
48 interitum pro salute, **Vδε**
49 desperationem sub obtentu spei,
50 perfidiam sub praetexto fidei, **Pγ**
51 antichristum sub uocabulo christi; **P1δ**
52 ut dum uerisimilia mentiuntur, **Vδ**
53 ueritatem subtilitate frustrentur. **P1γ**
54 Hoc eo fit,
55 fratres dilectissimi,
56 dum ad ueritatis originem non reditur, **V3δεζ**
57 nec caput quaeritur, **(T)2βδ**
58 nec magistri caelestis doctrina seruatur. **P1γ**

1 **4** Quae si quis
consideret et examinet, **Ton. Äqu. 4δε**
2 tractatu longo adque argumentis opus non est.
3 Probatio est ad fidem facilis
conpendio ueritatis; **V3δ**
4 loquitur dominus ad petrum: **TTγδ**
*ego tibi dico*
5 inquit
*quia tu es Petrus et super istam petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferorum non uincent eam. Tibi dabo claues regni caelorum, et quae ligaueris super terram erunt ligata et in caelis, et quaecumque solueris super terram erunt soluta et in caelis.* [Matth. 16, 18 sq.]

**Version 1:**

6 Et idem post resurrectionem suam dicit illi: **Ditr.**
*Pasce oues meas.*
7 Super illum aedificat ecclesiam
8 et illi pascendas oues mandat **TTγε**
9 et, quamuis apostolis omnibus **T2δ**
10 parem tribuat potestatem, **Vδ**
11 unam tamen cathedram constituit
12 et unitatis originem adque rationem sua
auctoritate disposuit. **Tγ**
13 Hoc erant utique et ceteri
14 quod fuit Petrus, **Pβδ**
15 sed primatus Petro datur **TTγε**
16 et una ecclesia et cathedra una monstratur; **P1γ**
17 et pastores sunt omnes, **Pγδ**
18 sed grex unus ostenditur **T2γ**
19 qui ab apostolis omnibus **T2δ**
20 unianimi consensione pascatur. **P1γ**
21 Hanc Petri unitatem qui non tenet, **TTγδε**
22 tenere se fidem credit? **(P)1βδ**
23 Qui cathedram Petri,
24 super quem fundata ecclesia est,
25 deserit, in ecclesia se esse confidit? **P1γ**

**Version 2:**

26 Super unum aedificat ecclesiam
27 et, quamuis apostolis omnibus **T2δ**
28 post resurrectionem suam
29 parem potestatem tribuat et dicat: **TTδε**
*Sicut misit me Pater et ego mitto uos. Accipite Spiritum sanctum: si cuius remiseritis peccata remittentur illi; si cuius tenueritis tenebuntur,* [Io. 20, 21 sq.]
30 tamen,
31 ut unitatem manifestaret, **P**
32 unitatis eiusdem originem **Tγ**
33 ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. **Tγ**
34 Hoc erant utique et ceteri apostoli
35 quod fuit Petrus,
36 pari consortio praediti **T2δ**
37 et honoris et potestatis, **(P)1β**
38 sed exordium ab unitate proficiscitur
39 ut ecclesia Christi una monstretur. **P1γ**
40 Quam unam ecclesiam **T2γ**
41 etiam in Cantico Canticorum **V3δ**
42 Spiritus sanctus ex persona Domini
designat, et dicit: **P1γδ**
*Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genetrici suae.* [Cant. 6, 8.]
43 Hanc ecclesiae unitatem **V3δ**
44 qui non tenet,
45 tenere se fidem credit? **(P)1βδ**
46 Qui ecclesiae renititur et resistit, **Vδε**
47 in ecclesia se esse confidit, **P1γ**
48 quando et beatus apostolus
Paulus hoc idem doceat
49 et sacramentum unitatis ostendat dicens:
*Vnum corpus et unus Spiritus, una spes uocationis uestrae, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus?* [Eph. 4, 4 sq.]

1 **5** Quam unitatem tenere firmiter et
uindicare debemus **P1γ**
2 maxime episcopi,
3 qui in ecclesia praesidemus, **V3δ**
4 ut episcopatum quoque ipsum **TTγε**
5 unum adque indiuisum probemus. **Pγ/Ditr.**
6 Nemo fraternitatem mendacio fallat, **P1δ**
7 nemo fidei ueritatem **Vδ**
8 perfida praeuaricatione corrumpat. **P1δ**

**Ab hier stimmen beide Versionen wieder überein:**

9 Episcopatus unus est
10 cuius a singulis **T2γδ**
11 in solidum pars tenetur. **Vδε/Ditr.**
12 Ecclesia una est **Tδζ**
13 quae in multitudinem
14 latius incremento fecunditatis extenditur: **T2γ**
15 quomodo solis multi radii
16 sed lumen unum, **Pβδ**
17 et rami arboris multi **P1δ**
18 sed robur unum **Pβδ**
19 tenaci radice fundatum, **P1γ**
20 et cum de fonte uno riui plurimi defluunt, **T2δ**
21 numerositas licet diffusa uideatur **TT1$^{2}$γ**
22 exundantis copiae largitate, **V3δ**
23 unitas tamen seruatur in origine.
24 Auelle radium solis a corpore, **T2γδ**
25 diuisionem lucis unitas non capit; **TTδε**
26 ab arbore frange ramum, **V3δζ**
27 fractus germinare non poterit; **Tγδ**
28 a fonte praecide riuum, **Ditr.**
29 praecisus arescit. **P1γ**
30 Sic et ecclesia,
31 domini luce perfusa, **P1γ**
32 per orbem totum radios suos porrigit, **Ton. Äqu. 4δζ**
33 unum tamen lumen est
34 quod ubique diffunditur **T2γ**
35 nec unitas corporis separatur; **V3δ**
36 ramos suos in uniuersam terram
37 copia ubertatis extendit; **P1γ**
38 profluentes largiter riuos **P1δ**
39 latius expandit, **TTδ**
40 unum tamen caput est
41 et origo una,
42 et una mater fecunditatis successibus copiosa: **V3δ**
43 illius fetu nascimur,
44 illius lacte nutrimur, **P1γ**
45 spiritu eius animamur. **TT1$^{2}$γ**

1 **6** Adulterari non potest sponsa christi, **TTγε**
2 incorrupta est et pudica: **V3γδε**
3 unam domum nouit, **TTγε**
4 unius cubiculi sanctitatem **Vδ**
5 casto pudore custodit. **P1γ**
6 Haec nos deo seruat, **(P)1βδ**
7 haec filios regno quos generauit adsignat. **P1γ**
8 Quisque ab ecclesia segregatus **V3δ**
9 adulterae iungitur, **T2δ**
10 a promissis ecclesiae separatur, **V3δ**
11 nec perueniet ad christi praemia
12 qui relinquit ecclesiam christi: **P1δ**
13 alienus est, profanus est, hostis est. **T2γδζ**
14 Habere iam non potest deum patrem **TTγε**
15 qui ecclesiam non habet matrem. **(P)1βδ**
16 Si potuit euadere quisque extra arcam noe fuit, **TTγε**
17 et qui extra ecclesiam **Tγ**
18 foris fuerit euadet. **TTδ**
19 Monet dominus et dicit: **TTδε**

*qui non est me cum aduersus me est, et qui non me cum colligit spargit.* [Matth. 12, 30]

20 Qui pacem christi et concordiam rumpit, **P1δ**
21 aduersus christum facit; **TTγε**
22 qui alibi praeter ecclesiam colligit, **P1δ**
23 christi ecclesiam spargit. **P1δ**
24 Dicit dominus:

*ego et pater unum sumus,* [Io. 10, 30.]

25 et iterum de patre et filio et spiritu sancto scriptum est:

*et tres unum sunt.* [I Io. 5, 7.]

26 Et quisquam credit
27 hanc unitatem
28 de diuina firmitate uenientem, **TT1$^{2}$γ**
29 sacramentis caelestibus cohaerentem, **Vδ**
30 scindi in ecclesia posse **P1δ**
31 et uoluntatum conlidentium diuortio separari? **V3δ**
32 hanc unitatem qui non tenet **TTγδε**
33 non tenet dei legem, **Pγδ**
34 non tenet patris et filii fidem, **Pδ**
35 uitam non tenet et salutem. **TTγδ/Ditr.**

1 **7** Hoc unitatis sacramentum, **TTγ**
2 hoc uinculum concordiae inseparabiliter cohaerentis ostenditur **T2γ**
3 quando in euangelio tunica domini iesu christi
4 non diuiditur omnino nec scinditur **Tγδ**
5 sed, sortientibus de ueste christi,
6 quis christum potius indueret,
7 integra uestis accipitur **Tγ**
8 et incorrupta adque indiuisa tunica possidetur. **Vδ/Ditr.**
9 Loquitur ac dicit scriptura diuina: **P1γ**

*de tunica autem, quia de superiore parte non consutilis sed per totum textilis fuerat, dixerunt ad inuicem, „non scindamus illam sed sortiamur de ea cuius sit.“* [Io. 19, 23 sq.]

10 Vnitatem ille portabat **P1γ**
11 de superiore parte uenientem, **TT1$^{2}$γ**
12 id est

13 de caelo et a patre uenientem, **TT1²γ**
14 quae ab accipiente ac possidente
15 scindi omnino non poterat, **Tγδ**
16 sed totam semel et solidam firmitatem **Vδ**
17 inseparabiliter obtinebat: **Vδ/Ditr.**
18 possidere non potest **Pγδ**
19 indumentum christi
20 qui scindit et diuidit ecclesiam christi. **P1δ**
21 Contra denique cum, solomone moriente, **TT1²γ**
22 regnum eius et populus scinderetur, **Vδ**
23 achias propheta hieroboam regi obuius factus in campo **P1γδ**
24 in duodecim scissuras uestimentum suum discidit, dicens:
*sume tibi decem scissuras quia haec dicit dominus, „ecce scindo regnum de manu solomonis, et dabo tibi decem sceptra, et duo sceptra erunt ei propter seruum meum dauid et propter hierusalem ciuitatem, quam elegi ut ponam nomen meum illic.“* [I Reg. 11, 31, 32, 36.]
25 Cum duodecim tribus israel scinderentur, **V3δ**
26 uestimentum suum propheta achias discidit;
27 at uero quia christi populus non potest scindi, **(P)1βδ**
28 tunica eius per totum textilis et cohaerens
29 diuisa a possidentibus non est: **(P)1δε**
30 indiuidua, copulata, **Vδ**
31 conexa ostendit **P1γ**
32 populi nostri, **Pδ**
33 qui christum induimus, **Tγ**
34 concordiam cohaerentem; **Vδ**
35 sacramento uestis et signo declarauit **TTγ**
36 ecclesiae unitatem. **V3δ**

1 **8** Quis ergo sic sceleratus et perfidus, **T2γδ**
2 quis sic discordiae furore uesanus, **P1γ**
3 ut aut credat scindi posse aut audeat scindere unitatem dei,
4 uestem domini,
5 ecclesiam christi? **P1δ**
6 monet ipse in euangelio suo **Pδ**
7 et docet, dicens: **(P)1βδ**
*et erunt unus grex et unus pastor,* [Io. 10, 16.]
8 et esse posse uno in loco **Pγδ**
9 aliquis existimat
10 aut multos pastores **Pγ**
11 aut greges plures?
12 apostolus item paulus **Vδζ**
13 hanc eandem nobis insinuans unitatem, **Vδ**
14 obsecrat et hortatur et dicit: **P1γδ**
*obsecro,*
15 inquit,
*uos, fratres, per nomen domini nostri iesu christi, ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in uobis schismata, sitis autem compositi in eodem sensu et in eadem sententia* [I Cor. 1, 10.];
16 et iterum dicit: **Pδ**
*sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis.* [Eph. 4, 2 sq.]
17 Stare tu et uiuere putas posse **Vδζ**
18 de ecclesia recedentem, **Vδ**
19 sedes sibi alias et diuersa domicilia condentem, **TTδ**
20 cum dictum sit ei **Pγδ**
21 in qua praeformabatur ecclesia: **T2γ**
*patrem tuum et matrem tuam et fratres tuos et totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam: et erit, omnis qui exierit ostium domus tuae foras, reus sibi erit* [Ios. 2, 18 sq.];
22 item sacramentum paschae
23 nihil aliud in exodi lege contineat **Tγ**
24 quam ut agnus,
25 qui in figura christi occiditur, **Tγ**
26 in domo una edatur? **Pδ**
27 loquitur deus dicens: **Vδζ**
*in domo una comedetur: non eicietis de domo carnem foras.* [Ex. 12, 46.]
28 Caro christi et sanctum domini eici foras non potest, **Pγδ**
29 nec alia ulla credentibus **T2γ**
30 praeter unam ecclesiam domus est. **Tδζ**
31 Hanc domum,
32 hoc unianimitatis hospitium **Tγ**
33 designat et nuntiat spiritus sanctus **P1δ**
34 in psalmis, dicens:
*deus qui inhabitare facit unianimes in domo.* [Ps. 67, 7.]
35 In domo dei, **(Pβδ)**
36 in ecclesia christi **P1δ**
37 unianimes habitant, **Tδ**
38 concordes et simplices perseuerant. **V3δ**

1 **9** Idcirco et in columba uenit spiritus sanctus. **P1δ**
2 Simplex animal et laetum est:
3 non felle amarum, **Pγ**
4 non morsibus saeuum, **P1δ**
5 non unguium laceratione uiolentum; **TT1²γ**
6 hospitia humana diligere, **Tγ**
7 unius domus consortium nosse; **P1δ**
8 cum generant simul filios edere, **T2δ**
9 cum commeant uolatibus inuicem cohaerere; **TTγ**
10 communi conuersatione uitam suam degere,
11 oris osculo concordiam pacis agnoscere, **T2γ**

12 legem circa omnia unianimitatis inplere. **P1γ**
13 Haec est in ecclesia noscenda simplicitas, **Tγ**
14 haec caritas obtinenda: **V3δ**
15 ut columbas dilectio fraternitatis imitetur, **TT1$^2$γ**
16 ut mansuetudo et lenitas **Tγδ**
17 agnis et ouibus aequetur. **TTδ**
18 Quid facit in pectore christiano **V3δ**
19 luporum feritas
20 et canum rabies **gl. Akz.**
21 et uenenum letale serpentium **P1γ**
22 et cruenta saeuitia bestiarum? **Vδ/Ditr.**
23 gratulandum est
24 cum tales de ecclesia separantur, **V3δ**
25 ne columbas,
26 ne oues christi **(P)1βδ**
27 saeua sua et uenenata contagione praedentur. **P1γ**
28 Cohaerere et coniungi non potest **Pγδ**
29 amaritudo cum dulcedine,
30 caligo cum lumine, **Tγδ**
31 pluuia cum serenitate, **(P)**
32 pugna cum pace; **P1γδ**
33 cum fecunditate sterilitas, **Tγ**
34 cum fontibus siccitas, **T2δ**
35 cum tranquillitate tempestas. **P1γ**
36 Nemo existimet **T2γ**
37 bonos de ecclesia posse discedere: **T2γ**
38 triticum non rapit uentus, **(P)1βδ**
39 nec arborem solida radice fundatam **P1γ**
40 procella subuertit; **P1γ**
41 inanes paleae tempestate iactantur, **P1γ**
42 inualidae arbores turbinis
incursione uertuntur. **P1γ**
43 Hos execratur et percutit iohannes
apostolus, dicens: **P1δ**
*ex nobis exierunt, sed non fuerunt*
*ex nobis; si enim fuissent ex nobis,*
*mansissent nobiscum.* [I Io. 2, 19.]

1 **10** Hinc haeresis et factae sunt
frequenter et fiunt, **P1γδ**
2 dum peruersa mens non habet pacem, **P1βδ**
3 dum perfidia discordans **TTδ**
4 non tenet unitatem. **TTγ/Ditr.**
5 Fieri uero haec dominus permittit et patitur **Tγδ**
6 manente propriae libertatis arbitrio **Tγ**
7 ut, dum corda et mentes nostras
8 ueritatis discrimen examinat, **T2γ**
9 probatorum fides integra
10 manifesta luce clarescat. **P1γ**
11 Per apostolum praemonet **T2δ**
12 spiritus sanctus et dicit: **P1γδ**
*oportet haeresis esse ut probati*
*manifesti sint in uobis.* [I Cor. 11, 19.]
13 Sic probantur fideles, **Pγ**
14 sic perfidi deteguntur, **V3δ**
15 sic et ante iudicii diem **Pδ**
16 hic quoque iam iustorum adque iniustorum
animae diuiduntur, **Vδ**
17 et a frumento paleae separantur. **Vδ/Ditr.**
18 Hi sunt
19 qui se ultro aput temerarios conuenas **T2δ**
20 sine diuina dispositione praeficiunt, **Tγ**
21 qui se praepositos
22 sine ulla ordinationis lege constituunt, **Tγ**
23 qui nemine episcopatum dante,
24 episcopi sibi nomen adsumunt; **P1γ**
25 quos designat in psalmis **P1γδ**
26 spiritus sanctus: **P1δ**
27 sedentes in pestilentiae cathedra:
28 pestes et lues fidei,
29 serpentes ore fallentes **P1γ**
30 et corrumpendae ueritatis artifices, **Tγ**
31 uenena letalia **T2γ**
32 linguis pestiferis euomentes; **Vδ**
33 quorum sermo ut cancer serpit,
34 quorum tractatus pectoribus et
cordibus singulorum **V3δ**
35 mortale uirus infundit. **P1γ**

1 **11** Contra eiusmodi clamat dominus,
2 ab his refrenat et reuocat **Tγδ**
3 errantem plebem suam, dicens:
*nolite audire sermones pseudoprophetarum,*
*quoniam uisiones cordis eorum frustrantur eos;*
*locuntur sed non ab ore domini. Dicunt eis qui*
*abiciunt uerbum domini: „pax erit uobis et*
*omnibus ambulantibus in uoluntatibus suis.“*
*omni qui ambulat errore cordis sui: „non uenient*
*super te mala.“ — non locutus sum ad eos, et*
*ipsi prophetauerunt si stetissent in substantia*
*mea et audissent uerba mea, et si docuissent*
*populum meum, conuertissent eos a malis*
*cogitationibus eorum.* [Jer. 23, 16-17, 21-22.]
4 Hos eosdem denuo dominus designat et
denotat, dicens: **P1δ**
*me dereliquerunt fontem aquae uiuae,*
*et effoderunt sibi lacus detritos qui*
*non possunt aquam portare.* [Jer. 2, 13.]
5 Quando aliud baptisma **TTδ**
6 praeter unum esse non possit, **P1γδ**
7 baptizare posse se opinantur; **Vγδ**
8 uitae fonte deserto, **P1γ**
9 uitalis et salutaris aquae gratiam pollicentur. **V3δ**
10 Non abluuntur illic homines

11 sed potius sordidantur, **Vδ**
12 nec purgantur delicta **Pγ**
13 sed immo cumulantur; **TT1$^2$γ**
14 non deo natiuitas illa **P1δ**
15 sed diabolo filios generat: **Tδ**
16 per mendacium nati **P1δ**
17 ueritatis promissa non capiunt, **Tγδ**
18 de perfidia procreati **Vδ**
19 fidei gratiam perdunt. **P1δ**
20 Ad pacis praemium uenire non possunt **P1γδ**
21 qui pacem domini discordiae furore ruperunt. **P1γ**

1 **12** Nec se quidam uana interpretatione decipiant **Tγ**
2 quod dixerit dominus: **Tδ**
*ubicumque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum.* [Matth. 18, 20.]
3 Corruptores euangelii adque interpretes falsi **P1δ**
4 extrema ponunt **Ditr.**
5 et superiora praetereunt, **Tγ**
6 partis memores et partem subdole conprimentes; **V3δ**
7 ut ipsi ab ecclesia scissi sunt, **Tδζ**
8 ita capituli unius **TTδ**
9 sententiam scindunt. **P1δ**
10 Dominus enim, cum discipulis suis **Pδ**
11 unianimitatem suaderet et pacem, **P1γδ**
*dico,*
12 inquit,
*uobis quoniam si duobus ex uobis conuenerit in terra de omni re quamcumque petieritis, continget uobis a patre meo qui in caelis est. Vbicumque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum* [Matth. 18, 19.]:
13 ostendens non multitudini
14 sed unianimitati deprecantium plurimum tribui. **Tδ**
*si duobus,*
15 inquit,
*ex uobis conuenerit in terra:*
16 unianimitatem prius posuit,
17 concordiam pacis **P1δ**
18 ante praemisit, **P1γ**
19 ut conueniat nobis fideliter et firmiter docuit. **Tδ**
20 Quomodo autem potest ei cum aliquo conuenire, **Vδ**
21 cui cum corpore ipsius ecclesiae **T2γ**
22 et cum uniuersa fraternitate non conuenit? **T2γδ**
23 quomodo possunt duo aut tres in nomine christi colligi,
24 quos constet a christo **P1γδ**
25 et ab eius euangelio separari? **Vδ/Ditr.**
26 non enim nos ab illis,
27 sed illi a nobis recesserunt **TTγ**
28 et, cum haeresis et schismata postmodum nata sint **T2δζ**
29 dum conuenticula sibi diuersa constituunt, **Tγ**
30 ueritatis caput adque originem reliquerunt. **Vδ**
31 Dominus autem de ecclesia sua loquitur, **Ton. Äqu. 4δζ**
32 et ad hos qui sunt in ecclesia loquitur **Tδ**
33 ut, si ipsi concordes fuerint,
34 si secundum quod mandauit et monuit, **Tγδ**
35 duo aut tres licet collecti unianimiter orauerint,
36 duo aut tres licet sint,
37 impetrare possint de dei maiestate quod postulant. **T2γδ**
*ubicumque fuerint duo aut tres, ego,*
38 inquit,
*cum eis sum.*
39 Cum simplicibus scilicet adque pacatis, **P1γ**
40 cum deum timentibus **Tγ**
41 et dei praecepta seruantibus, **T2γ**
42 cum his duobus uel tribus **Pγδ**
43 licet esse se dixit; **P1γδ**
44 quomodo et cum tribus pueris in camino ignis fuit
45 et, quia in deum simplices **(T)2βδ**
46 adque inter se unianimes permanebant, **Vδ**
47 flammis ambientibus medios spiritu roris animauit; **TT1$^2$γ**
48 quomodo apostolis duobus **TTδ**
49 in custodia clausis, **P1δ**
50 quia simplices, quia unianimes erant, **Pδ**
51 ipse adfuit;
52 ipse
53 resolutis carceris claustris, **P1δ**
54 ut uerbum
55 quod fideliter praedicabant **V3δ**
56 multitudini traderent, **T2δ**
57 ad forum rursus inposuit. **Tγ**
58 Quando ergo in praeceptis suis ponit et dicit: **P1γδ**
*ubi fuerint duo aut tres, ego cum eis sum,*
59 non homines ab ecclesia diuidit **T2δ**
60 qui instituit et fecit ecclesiam; **T2γ**
61 sed, exprobrans discordiam perfidis **T2δ**
62 et fidelibus pacem **P1δ**
63 sua uoce commendans, **P1γ**
64 ostendit magis esse se
65 cum duobus aut tribus unianimiter orantibus
66 quam cum dissidentibus plurimis, **T2δ**
67 plus que impetrari posse paucorum concordi prece
68 quam discordiosa oratione multorum. **P1γ**

1 **13** Ideo et, cum orandi legem daret, **TTγε**

2 addidit dicens: **P1δ**

*et cum steteritis ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut et pater uester qui in caelis est remittat peccata uobis* [Marc. 11, 25.];

3 et ad sacrificium cum dissensione uenientem **TT1$^2$γ**

4 reuocat ab altari **Vδε**

5 et iubet prius concordare cum fratre, **P1γδ**

6 tunc cum pace redeuntem **TT1$^2$γ**

7 deo munus offerre; **P1γ**

8 quia nec ad cain munera respexit deus,

9 neque enim habere pacatum **P1γ**

10 deum poterat

11 qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. **V3δε**

12 Quam sibi igitur pacem promittunt **Pγ**

13 inimici fratrum?

14 quae sacrificia celebrare se credunt **P1γδ**

15 aemuli sacerdotum? **Vδ**

16 secum esse christum, **TTγε**

17 cum collecti fuerint, opinantur **Vδ**

18 qui extra christi ecclesiam colliguntur? **V3δ**

1 **14** tales etiam si occisi in confessione nominis fuerint, **Tδ**

2 macula ista nec sanguine abluitur:

3 inexpiabilis et grauis culpa discordiae **T2γ**

4 nec passione purgatur. **P1γ**

5 Esse martyr non potest **Pγδ**

6 qui in ecclesia non est; **(P)1δε**

7 ad regnum peruenire non poterit **Tγδ**

8 qui eam quae regnatura est derelinquit. **V3γδ**

9 Pacem nobis christus dedit, **TTγε**

10 concordes adque unianimes esse praecepit, **P1γ**

11 dilectionis et caritatis foedera

12 incorrupta adque inuiolata mandauit. **P1γ**

13 Exhibere se non potest martyrem **(T)2βδ**

14 qui fraternam non tenuit caritatem. **Vδ/Ditr.**

15 Docet hoc et contestatur paulus apostolus, dicens: **P1δ**

*et si habuero fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum; et si in cibos distribuero omnia mea, et si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil proficio. Caritas magnanima est, caritas benigna est; caritas non aemulatur, non inflatur, non inritatur, non agit perperam, non cogitat malum: omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas numquam excidet.* [I Cor. 13, 2-5, 7 sq.]

16 „numquam“,

17 inquit,

18 „excidet caritas.“

19 haec enim semper in regno erit,

20 haec in aeternum,

21 fraternitatis sibi cohaerentis unitate, durabit. **P1γ**

22 Ad regnum caelorum **Pγ**

23 non potest peruenire discordia; **T2γ**

24 ad praemium christi, **P1δ**

25 qui dixit:

*hoc est mandatum meum ut diligatis inuicem quemadmodum dilexi uos* [Io. 15, 12.],

26 pertinere non poterit **Tγδ**

27 qui dilectionem christi perfida dissensione uiolauit. **TT1$^2$γ**

28 Qui caritatem non habet, **Pγδ**

29 deum non habet; **Pγδ**

30 iohannis beati apostoli uox est: **(P)1δε**

*deus,*

31 inquit,

*dilectio est, et qui manet in deo, in dilectione manet, et deus in illo manet.* [I Io. 4, 16.]

32 Cum deo manere non possunt **P1γδ**

33 qui esse in ecclesia dei **Pδ**

34 unianimes noluerunt: **Vδ/Ditr.**

35 ardeant licet flammis, **Vδζ**

36 et ignibus traditi **T2δ**

37 uel obiecti bestiis

38 animas suas ponant, **Vδζ**

39 non erit illa fidei corona **TTδ**

40 sed poena perfidiae, **Tγ**

41 nec religiosae uirtutis exitus gloriosus **V3δ**

42 sed desperationis interitus. **Tγ**

43 Occidi talis potest,

44 coronari non potest. **Pγδ**

45 Sic se christianum esse profitetur **TT1$^2$γ**

46 quomodo et christum diabolus saepe mentitur, **Pγ**

47 ipso domino praemonente et dicente: **TTγδ**

*multi uenient in nomine meo dicentes: „ego sum christus“, et multos fallent.* [Marc. 13, 6.]

48 Sicut ille christus non est,

49 quamuis fallat in nomine, **T2γδ**

50 ita nec christianus uideri potest

51 qui non permanet in euangelii eius **Pδ**

52 et fidei ueritate. **Vδ/Ditr.**

1 **15** Nam et prophetare **(P)1β**

2 et daemonia excludere

3 et uirtutes magnas in terris facere

4 sublimis utique et admirabilis res est, **P1γδ**

5 non tamen regnum caeleste consequitur **Tγ**

6 quisque in his omnibus inuenitur, **Vδ**

7 nisi recti et iusti itineris obseruatione gradiatur. **TT1$^2$γ**

8 Denuntiat dominus et dicit: **TTδε**

*Multi mihi dicent in illo die: „domine, domine, nonne in tuo nomine prophetauimus et in tuo nomine daemonia exclusimus et in nomine tuo uirtutes magnas fecimus?“ et tunc dicam illis: „numquam uos cognoui; recedite a me qui operamini iniustitiam.“* [Matth. 7, 22 sq.]

9 Iustitia opus est **Tδζ**

10 ut promereri quis possit deum iudicem;

11 praeceptis eius et monitis obtemperandum est **Tζ**

12 ut accipiant merita nostra mercedem. **P1γ**

13 Dominus in euangelio, **Pδ**

14 cum spei et fidei nostrae uiam

15 conpendio breuiante dirigeret: **Tγ**

*„dominus deus tuus, inquit, dominus unus est; et diliges dominum deum tuum de toto corde tuo et de tota anima tua et de tota uirtute tua.“ Hoc primum, et secundum simile huic: „diliges proximum tuum tamquam te.“ In his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae.* [Marc. 12, 29 sq.]

16 Vnitatem simul et dilectionem magisterio suo docuit; **Ton. Äqu. 4δζ**

17 prophetas omnes et legem praeceptis duobus inclusit. **P1γ**

18 Quam uero unitatem seruat,

19 quam dilectionem custodit aut cogitat **T2γδ**

20 qui, discordiae furore uesanus, **P1γ**

21 ecclesiam scindit, **P1δ**

22 fidem destruit,

23 pacem turbat,

24 caritatem dissipat,

25 sacramentum profanat? **Pγ/Ditr.**

1 **16** malum hoc,

2 fidelissimi fratres, **P1δ**

3 iam pridem coeperat **Tβδ**

4 sed nunc creuit eiusdem mali infesta clades, **Ditr.**

5 exsurgere ac pullulare plus coepit **P1γδ**

6 haereticae peruersitatis et schismatum uenenata pernicies, **Tγ**

7 quia et sic in occasu mundi oportebat, **Vδ**

8 praenuntiante per apostolum nobis **P1δ**

9 et praemonente spiritu sancto: **P1δ**

*in nouissimis,*

10 inquit,

*diebus aderunt tempora molesta; erunt homines sibi placentes, superbi, tumidi, cupidi, blasphemi, parentibus indictoaudientes, ingrati, impii, sine adfectu, sine foedere, delatores, incontinentes, inmites, bonum non amantes, proditores, procaces, stupore inflati, uoluptates magis quam deum diligentes, habentes deformationem religionis, uirtutem autem eius abnegantes. Ex his sunt qui repunt in domos et praedantur mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur uariis desideriis, semper discentes et numquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Et quomodo iamnes et mambres restiterunt mosi, sic et hi resistunt ueritati; sed non proficient plurimum, imperitia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit.* [II Tim. 3, 1 sq.]

11 Adimplentur quaecumque praedicta sunt **T2γε**

12 et, adpropinquante iam saeculi fine, **P1δ**

13 hominum pariter ac temporum probatione uenerunt. **P1γ**

14 Magis ac magis aduersario saeuiente, **V3δ**

15 error fallit,

16 extollit stupor,

17 liuor incendit, **P1γ**

18 cupiditas excaecat, **TTδ**

19 deprauat impietas, **Tγ**

20 superbia inflat, **Pδ**

21 discordia exasperat,

22 ira praecipitat. **Tγ**

1 **17** Non tamen nos moueat aut turbet

2 multorum nimia et abrupta perfidia **Tγ**

3 sed potius fidem nostram **Vδζ**

4 praenuntiatae rei ueritate corroboret: **T2γ**

5 ut quidam tales esse coeperunt **P1γ**

6 quia haec ante praedicta sunt, **T2γζ**

7 ita ceteri fratres ab eiusmodi caueant **Tδ**

8 quia et haec ante praedicta sunt, **T2γζ**

9 instruente domino et dicente: **Vδε**

*uos autem cauete: ecce praedixi uobis omnia.* [Marc. 13, 23.]

10 Vitate, quaeso, uos

11 eiusmodi homines, **Tδ**

12 et a latere adque auribus uestris **P1δ**

13 perniciosa conloquia **Tγ**

14 uelut contagium mortis arcete, **P1γ**

15 sicut scriptum est:

*saepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam* [Sir. 28, 24.];

16 et iterum:

*corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimae.* [I Cor. 15, 33.]

17 Docet dominus et admonet a talibus recedendum: **Vδ**

*caeci sunt,*

18 inquit,

*duces caecorum: caecus autem caecum ducens simul in foueam cadent.* [Matth. 15, 14.]

19 auersandus est talis **P1γδ**

20 adque fugiendus **TT1$^2$γ**
21 quisque fuerit ab ecclesia separatus: **V3δ**
22 peruersus est huiusmodi et peccat, **TTδε**
23 et est a semetipso damnatus. **Pγ**
24 An esse sibi cum christo uidetur **Pγ**
25 qui aduersum sacerdotes christi facit, **TTγε**
26 qui se a cleri eius et plebis societate secernit? **P1γ**
27 arma ille contra ecclesiam portat, **P1δ**
28 contra dei dispositionem repugnat. **Pγ/Ditr.**
29 Hostis altaris, **P1γ**
30 aduersus sacrificium christi rebellis, **Pγ**
31 pro fide perfidus,
32 pro religione sacrilegus, **Tγ**
33 inobsequens seruus, **Pδ**
34 filius impius, **Tδ**
35 frater inimicus, **TT1$^2$γ**
36 contemptis episcopis **Tγ**
37 et dei sacerdotibus derelictis **V3δ**
38 constituere audet aliud altare, **TTδ**
39 precem alteram inlicitis uocibus facere, **Tδ**
40 dominicae hostiae ueritatem **V3δ**
41 per falsa sacrificia profanare, **Vδ**
42 nec scire
43 quoniam qui contra ordinationem dei nititur
44 ob temeritatis audaciam **T2γ**
45 diuina animaduersione punitur. **P1γ**

1 **18** Sic chore et dathan et abiron,
2 qui sibi contra mosen et aaron sacerdotem
3 sacrificandi licentiam **Tγ**
4 uindicare conati sunt, **Tγζ**
5 poenas statim pro suis conatibus pependerunt: **Vδ**
6 terra compagibus ruptis **P1δ**
7 in profundum sinum patuit,
8 stantes adque uiuentes **P1γ**
9 recedentis soli hiatus absorbuit. **T2γ**
10 Nec tantum eos,
11 qui auctores fuerant,
12 dei indignantis ira percussit, **P1γ**
13 sed et ceteros ducentos quinquaginta participes eiusdem furoris et comites, **Tγδ**
14 qui coagulati cum isdem **Pγδ**
15 simul ad audaciam fuerant, **Tδ**
16 exiens a domino ignis **Pδ**
17 properata ultione consumpsit: **P1γ**
18 admonens scilicet et ostendens **Vδε**
19 contra deum fieri
20 quicquid inprobi fuerint **Tδ**
21 ad destruendam ordinationem dei
22 humana uoluntate conati. **P1γ**
23 Sic et ozias rex,
24 cum turibulum ferens **Pδ**
25 et contra legem dei **TTγε**
26 sacrificium sibi uiolenter adsumens, **P1γ**
27 resistente sibi azaria sacerdote,
28 obtemperare nollet et cedere, **Tγδ**
29 diuina indignatione confusus **P1γ**
30 et leprae uarietate in fronte maculatus est, *
31 ea parte corporis notatus, **TTδ**
32 offenso domino,
33 ubi signantur **Pγ**
34 qui dominum promerentur; **Vδ**
35 et filii aaron,
36 qui inposuerunt altari **Pγ**
37 ignem alienum **TT1$^2$γ**
38 quem non praeceperat dominus, **Tδ**
39 in conspectu statim domini uindicantis **Vδ**
40 extincti sunt.

1 **19** Quos imitantur scilicet adque sectantur **P1γ**
2 qui, dei traditione contempta, **P1γ**
3 alienas doctrinas adpetunt **P1γ**
4 et magisteria humanae institutionis inducunt; **P1γ**
5 quos increpat dominus et obiurgat **Vδε**
6 in euangelio suo, dicens: **Vδε**
*reicitis mandatum dei ut traditionem uestram statuatis.* [Marc. 7, 9.]
7 Peius hoc crimen est **T2γδζ**
8 quam quod admisisse lapsi uidentur, **Pγ**
9 qui tamen in paenitentia criminis constituti **V3δ**
10 deum plenis satisfactionibus deprecantur. **V3δ**
11 Hic ecclesia quaeritur et rogatur, **Vδ**
12 illic ecclesiae repugnatur; **Vδ**
13 hic potest necessitas fuisse, **TTδ**
14 illic uoluntas tenetur in scelere; **Tγδ**
15 hic qui lapsus est
16 sibi tantum nocuit,
17 illic qui haeresin uel schisma facere conatus est
18 multos se cum trahendo decepit; **Pγ**
19 hic animae unius est damnum, **P1γδ**
20 illic periculum plurimorum. **V3δ**
21 Certe peccasse se hic et intelligit **Tβγ**
22 et lamentatur et plangit, **P1γδ**
23 ille tumens in peccato suo
24 et in ipsis sibi delictis placens
25 a matre filios segregat, **T2δ**
26 oues a pastore sollicitat, **Tγ**
27 dei sacramenta disturbat; **P1γ**
28 et cum lapsus semel peccauerit, **Tγ**
29 ille cottidie peccat; **P1δ**

30 postremo lapsus martyrium postmodum consecutus **V3δ**
31 potest regni promissa percipere, **Tγ**
32 ille si extra ecclesiam fuerit occisus **TTδ**
33 ad ecclesiae non potest praemia peruenire. **Vδ/Ditr.**

1 **20** Ne quisquam miretur, **Pγ**
2 dilectissimi fratres, **P1δ**
3 etiam de confessoribus
4 quosdam ad ista procedere, **T2γ**
5 inde quoque aliquos tam nefanda, tam grauia peccare. **TTδ**
6 Neque enim confessio inmunem facit ab insidiis diaboli,
7 aut contra temptationes et pericula et incursus **Vδε**
8 adque impetus saeculares **Vδ**
9 adhuc in saeculo positum **TTδ**
10 perpetua securitate defendit: **P1γ**
11 ceterum numquam in confessoribus fraudes **P1δ**
12 et stupra et adulteria postmodum uideremus, **Vδ**
13 quae nunc in quibusdam uidentes ingemescimus et dolemus. **Vδε/Ditr.**
14 Quisquis ille confessor est, **T2γζ**
15 solomone maior aut melior aut deo carior non est, **P1δ**
16 qui tamen quamdiu in uiis domini ambulauit **Vδ**
17 tamdiu gratiam **T2δ**
18 quam de domino fuerat consecutus obtinuit; **Tγ**
19 postquam dereliquit domini uiam, **Pδ**
20 perdidit et gratiam domini. **Tδ**
21 Et ideo scriptum est: **Tδζ**
*tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam* [Apoc. 3, 11.],
22 quod utique dominus non minaretur **(P)1β**
23 auferri posse coronam iustitiae, **Tγ**
24 nisi quia recedente iustitia **Tγ**
25 recedat necesse est et corona. **V3γδε**

1 **21** Confessio exordium gloriae est
2 non meritum iam coronae, **Vδε**
3 nec perficit laudem **P1δ**
4 sed initiat dignitatem; **Vδ**
5 cumque scriptum sit:
*qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit,* [Matth. 10, 22.]
6 quicquid ante finem fuerit,
7 gradus est
8 quo ad fastigium salutis ascenditur, **T2γ**
9 non terminus
10 quo iam culminis summa teneatur. **TT1$^2$γ**
11 Confessor est:
12 sed post confessionem periculum maius est, **T2δζ**
13 quia plus aduersarius prouocatus est; **4δθ**
14 confessor est:
15 hoc magis stare debet cum domini euangelio, **Ton. Äqu. 4δ**
16 per euangelium gloriam consecutus a domino. **Tγδ**
17 Cui multum datur
18 multum quaeritur ab eo, **TTδε**
19 et cui plus dignitatis adscribitur **T2γ**
20 plus de illo exigitur seruitutis. **Vδ/Ditr.**
21 Nemo per confessoris exemplum pereat,
22 nemo iniustitiam
23 nemo insolentiam **gl. Akz.**
24 nemo perfidiam **Tγ**
25 de confessoris moribus discat; **P1δ**
26 confessor est:
27 sit humilis et quietus, **Vδε**
28 sit in actu suo cum disciplina modestus **Pγ**
29 ut, qui christi confessor dicitur,
30 christum quem confitetur imitetur. **TT1$^2$γ**
31 Nam cum dicat ille: **Ditr.**
*qui se extollit humiliabitur et qui humiliat se exaltabitur* [Luc. 18, 14.],
32 et ipse a patre exaltatus sit *
33 quia se in terris sermo et uirtus et sapientia dei patris humiliauit, **(P)**
34 quomodo potest **Pδ**
35 extollentiam diligere
36 qui et nobis humilitatem sua lege mandauit, **P1γ**
37 et ipse a patre amplissimum nomen **P1δ**
38 praemio humilitatis accepit? **P1γ**
39 confessor est christi: **P1γδ**
40 sed si non postea blasphemetur **Vδ**
41 per ipsum maiestas et dignitas christi. **P1δ**
42 Lingua christum confessa non sit maledica, **Tβγ**
43 non turbulenta, **Ditr.**
44 non conuiciis et litibus perstrepens audiatur, **V3δ**
45 non contra fratres et dei sacerdotes, **TTγ**
46 post uerba laudis, serpentis uenena iaculetur. **TT1$^2$γ**
47 Ceterum si culpabilis et detestabilis postmodum fuerit, **Tδ**
48 si confessionem suam mala conuersatione prodegerit, **T2γ**
49 si uitam suam turpi foeditate maculauerit,
50 si ecclesiam denique **T2δ**
51 ubi confessor factus est derelinquens, **V3γδ**
52 et unitatis concordiam scindens, **P1δ**
53 fidem primam perfidia posteriore mutauerit, **T2γ**
54 blandiri sibi per confessionem non potest **Pγδ**

55 quasi electus ad gloriae praemium, **T2δ**
56 quando ex hoc ipso magis creuerint merita poenarum. **TTδ**

1 **22** Nam et iudam inter apostolos dominus elegit, **TTδ**
2 et tamen dominum iudas postmodum prodidit; **T2δ**
3 non tamen idcirco apostolorum firmitas et fides cecidit **Tδ**
4 quia proditor iudas **P1δ**
5 ab eorum societate defecit. **P1γ**
6 Sic et hic:
7 non statim confessorum sanctitas et dignitas conminuta est **4δθ**
8 quia quorundam fides fracta est.
9 Beatus apostolus loquitur in epistula sua, dicens: **Vδζ**
*quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? numquid infidelitas illorum fidem dei euacuabit? absit: est enim deus uerax, omnis autem homo mendax.* [Rom. 3, 3 sq.]
10 Stat confessorum pars maior et melior **Tγδ**
11 in fidei suae robore
12 et in legis ac disciplinae dominicae ueritate, **Vδ**
13 nec ab ecclesiae pace discedunt **P1γ**
14 qui se in ecclesia gratiam consecutos **V3δ**
15 de dei dignatione meminerunt; **TT1**$^{2}$**γ**
16 adque hoc ipso ampliorem consecuntur fidei suae laudem **Vδζ**
17 quod ab eorum perfidia segregati, **Vδ**
18 qui iuncti confessionis consortio fuerunt, **TTδ**
19 a contagio criminis recesserunt. **Vδ**
20 Vero inluminati euangelii lumine, **Tδ**
21 pura et candida domini luce radiati, **TT1**$^{2}$**γ**
22 tam sunt in conseruanda christi pace laudabiles **T2γ**
23 quam fuerunt in diaboli congressione uictores. **P1γ**

1 **23** Opto equidem,
2 dilectissimi fratres, **P1δ**
3 et consulo pariter et suadeo,
4 ut, si fieri potest, **Pδ**
5 nemo de fratribus pereat, **Tδ**
6 et consentientis populi corpus unum **Vδζ**
7 gremio suo gaudens **Vδζ**
8 mater includat. **P1γ**
9 Si tamen quosdam schismatum duces **Pδ**
10 et dissensionis auctores, **P1γ**
11 in caeca et obstinata dementia permanentes **V3δ**
12 non potuerit ad salutis uiam consilium salubre reuocare, **TT1**$^{2}$**γ**
13 ceteri tamen uel simplicitate capti, **Ditr.**
14 uel errore inducti, **P1γ**
15 uel aliqua fallentis astutiae calliditate decepti, **P1γ**
16 a fallaciae uos laqueis soluite; **Tδ**
17 uagantes gressus ab erroribus liberate; **V3δ**
18 iter rectum uiae caelestis adgnoscite. **T2γ**
19 Contestantis apostoli uox est: **P1δε**
*praecipimus uobis,*
20 inquit,
*in nomine domini iesu christi ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis* [II Thess. 3, 6.];
21 et iterum dicit: **Pδ**
*nemo uos decipiat inanibus uerbis: propterea enim uenit ira dei super filios contumaciae. Nolite ergo esse participes eorum.* [Eph. 5, 6 sq.]
22 Recedendum est a delinquentibus **Tβ**
23 uel immo fugiendum **TT1**$^{2}$**γ**
24 ne, dum quis male ambulantibus iungitur **T2δ**
25 et per itinera erroris et criminis graditur, **Tδ**
26 a uia ueri itineris exerrans **TTδ**
27 pari crimine et ipse teneatur. **TT1**$^{2}$**γ**
28 Vnus deus est
29 et christus unus,
30 et una ecclesia eius **Pδ**
31 et fides una, **(P)1βδ**
32 et plebs in solidam corporis unitatem **Vδ**
33 concordiae glutino copulata. **TTγ**
34 Scindi unitas non potest **TTδε**
35 nec corpus unum discidio compaginis separari, **V3δ**
36 diuulsis laceratione uisceribus in frusta discerpi; **P1γ**
37 quicquid a matrice discesserit, **T2γ**
38 seorsum uiuere et spirare non poterit: **Tγδ**
39 substantiam salutis amittit. **P1γ**

1 **24** Monet nos spiritus sanctus et dicit: **P1γδ**
*quis est homo qui uult uitam et amat uidere dies optimos? contine linguam tuam a malo et labia tua ne loquantur insidiose; declina a malo et fac bonum, quaere pacem et sequere eam.* [Ps. 33, 13 sq.]
2 Pacem quaerere debet et sequi **Pγδ**
3 filius pacis, **P1δ**
4 a dissensionis malo continere linguam suam debet **Vδζ**
5 qui nouit et diligit **T2γδ**
6 uinculum caritatis. **V3δ**
7 Inter sua diuina mandata **P1γ**
8 et magisteria salutaria, **Ton. Äqu. 4δ**
9 passioni iam proximus, **Tγδ**

10 dominus addidit dicens: **P1δ**
*pacem uobis dimitto, pacem meam do uobis.* [Io. 14, 27.]
11 Hanc nobis hereditatem dedit,
12 dona omnia suae pollicitationis et praemia **T2γδ**
13 in pacis conseruatione promisit. **P1γ**
14 Si heredes christi sumus,
15 in christi pace maneamus; **TT1$^{2}$γ**
16 si filii dei sumus, **Vδζ**
17 pacifici esse debemus: **P1γ**
*beati,*
18 inquit,
*pacifici, quoniam ipsi filii dei uocabuntur.* [Matth. 5, 9.]
19 Pacificos esse oportet dei filios,
20 corde mites,
21 sermone simplices,
22 adfectione concordes, **P1γ**
23 fideliter sibi unianimitatis nexibus cohaerentes. **Vδ**

1 **25** Haec unianimitas sub apostolis olim fuit: **Vδζ**
2 sic nouus credentium populus **Tδ**
3 domini mandata custodiens **T2γ**
4 caritatem suam tenuit.
5 Probat scriptura quae dicit: **P1γδ**
*turba autem eorum qui crediderant anima ac mente una agebant* [Act. 4, 32.],
6 et iterum:
*et erant perseuerantes omnes unianimes in oratione cum mulieribus et maria, quae fuerat mater iesu, et fratribus eius.* [Act. 1, 14.]
7 Et ideo efficacibus precibus orabant, **TTδ**
8 ideo impetrare cum fiducia poterant **Tδ**
9 quodcumque de dei misericordia postulabant. **V3δ**

1 **26** In nobis uero sic unianimitas deminuta est **Ton. Äqu. 4δθ**
2 ut et largitas operationis infracta est. **T2γζ**
3 Domos tunc et fundos uenundabant **TTγ**
4 et thesauros sibi in caelo reponentes, **TTγ**
5 distribuenda in usus indigentium pretia **Tδ**
6 apostolis offerebant, **V3δ**
7 at nunc de patrimonio nec decimas damus
8 et, cum uendere iubeat dominus, **Tδ**
9 emimus potius et augemus. **Vδε**
10 Sic in nobis emarcuit uigor fidei, **Ton. Äqu. 4δζ**
11 sic credentium robur elanguit, **T2γ**
12 et idcirco dominus, tempora nostra respiciens, **Tγ**
13 in euangelio suo dicit: **Vδζ**
*filius hominis cum uenerit, putas inueniet fidem in terra?* [Luc. 18, 8.]
14 uidemus fieri **T2δ**
15 quod ille praedixit: **P1γ**
16 in dei timore, **Pγ**
17 in lege iustitiae, **Tγ**
18 in dilectione,
19 in opere fides nulla est. **Ton. Äqu. 4δζθ**
20 Nemo futurorum metum cogitat;
21 diem domini et iram dei
22 et incredulis uentura supplicia **Tγ**
23 et statuta perfidis aeterna tormenta nemo considerat. **T2γ**
24 Quicquid metueret **Tγ**
25 conscientia nostra si crederet, **T2γ**
26 quia non credit, **Pγδ**
27 omnino nec metuit; **Tγδ**
28 si autem crederet, et caueret; **Vδε**
29 si caueret, euaderet. **T2γ**

1 **27** Excitemus nos quantum possumus,
2 dilectissimi fratres, **P1δ**
3 et somno inertiae ueteris abrupto **TTδ**
4 ad obseruanda et gerenda domini praecepta uigilemus. **TT1$^{2}$γ**
5 Simus tales quales esse nos ipse praecepit, dicens: **P1γ**
*sint lumbi uestri adcincti et lucernae ardentes, et uos similes hominibus expectantibus dominum suum quando ueniat a nuptiis ut, cum uenerit et pulsauerit, aperiant ei. Beati serui illi quos adueniens dominus inuenerit uigilantes.* [Luc. 12, 35 sq.]
6 Adcinctos nos esse oportet, **Pγ**
7 ne, cum expeditionis dies uenerit,
8 inpeditos et inplicitos adprehendat. **Vδ/Ditr.**
9 Luceat in bonis operibus **Tγ**
10 nostrum lumen et fulgeat, **T2γδ**
11 ut ipse nos ad lucem claritatis aeternae **P1γ**
12 de hac saeculi nocte perducat. **P1γ**
13 Expectemus solliciti semper et cauti **P1γδ**
14 aduentum domini repentinum **Vδ**
15 ut, quando ille pulsauerit, **T2γ**
16 euigilet fides nostra, **Vδζ**
17 uigilantiae praemium **T2δ**
18 de domino receptura. **Vδ**
19 Si haec mandata seruentur, **P1γ**
20 si haec monita et praecepta teneantur, **TT1$^{2}$γ**
21 opprimi dormientes **V3δ**
22 diabolo fallente non possumus, **T2γδ**
23 serui uigiles christo dominante regnabimus. **T2γ**

## 1.12 De zelo et liuore

1 **1** Zelare quod bonum uideas **Tβδ/***
2 et inuidere melioribus *****
3 leue aput quosdam et modicum crimen uidetur, **Pγ**
4 fratres dilectissimi, *****
5 dumque existimatur leue esse et modicum non timetur, **Vδε**
6 dum non timetur contemnitur, **Tγ**
7 dum contemnitur non facile uitatur, **TTδ**
8 et fit caeca et occulta pernicies **Tγ**
9 quae dum minus perspicitur **Tγ**
10 ut caueri a prouidentibus possit, **P1δ**
11 inprouidas mentes **P1δ**
12 latenter adfligit. **P1γ**
13 Porro autem Dominus prudentes esse nos iussit **P1γδ**
14 et cauta sollicitudine **T**
15 uigilare praecepit, **P1γ**
16 ne aduersarius *****
17 uigilans semper ipse **Vδζ/Ditr.**
18 et semper insidians **Tγ**
19 ubi in pectus obrepsit **P1γ**
20 de scintillis conflet incendia, **T2γ**
21 de paruis maxima exaggeret
22 et dum remissis et incautis **TTγδ**
23 leniore aura **Ditr.**
24 et flatu molliore blanditur, **P1γ**
25 procellis ac turbinibus excitatis **Vδ**
26 ruinas fidei *****
27 et salutis ac uitae naufragia moliatur. **Vδ/Ditr.**
28 Excubandum est itaque, **Tγδ**
29 fratres dilectissimi, *****
30 adque omnibus uiribus **(T2δ)**
31 elaborandum, **P1**
32 ut inimico saeuienti **TTγ**
33 et iacula sua
34 in omnes corporis partes **P1δ**
35 quibus percuti et uulnerari possumus dirigenti **V3δ**
36 sollicita et plena uigilantia repugnemus **Vδ**
37 secundum quod Petrus apostolus **Tγ**
38 in epistula sua praemonet *****
39 et docet dicens: **(P)1βδ**
*Sobrii estote, uigilate, quia aduersarius uester diabolus tamquam leo rugiens aliquid deuorare quaerens circuit.* [I Petr. 5, 8]

1 **2** Circuit ille nos sigulos **T2γδ**
2 et tamquam hostis
3 clausos obsidens muros **P1δ**
4 explorat et temptat **P1γδ**
5 an sit pars aliqua membrorum minus stabilis *****
6 et minus fida, **1βδ**
7 cuius aditu ad interiora penetretur. **TT1$^2$γ**
8 Offert oculis formas inlices **Ton. Äqu. 4δζ/***
9 et faciles uoluptates, **Vδ**
10 ut uisu destruat castitatem. **V3δ**
11 Aures per canora musica temptat, **Pδ**
12 ut soni dulcioris auditu **P1γ**
13 soluat et molliat **T2γδ**
14 christianum uigorem. **Pγ/Ditr.**
15 Linguam conuicio prouocat, **T2δ**
16 manum iniuriis lacessentibus **Ton. Äqu. 4δ/***
17 ad petulantiam caedis instigat. **P1γ**
18 Vt fraudatorem faciat *****
19 lucra opponit iniusta: **P1γ**
20 ut animam pecunia capiat **Tδ**
21 ingerit perniciosa conpendia: **T2γ**
22 honores terrenos promittit **Pγ**
23 ut caelestes adimat: *****
24 ostentat falsa
25 ut uera subripiat, **Tγ**
26 et cum latenter non potest fallere **T2βδ**
27 exerte adque aperte minatur, **Pγ**
28 terrorem turbidae persecutionis intentans, **P1γ**
29 ad debellandos seruos Dei
30 inquietus semper
31 et semper infestus, **P1γ**
32 in pace subdolus, *****
33 in persecutione uiolentus. **TT1$^2$γ**

1 **3** Quamobrem,
2 fratres dilectissimi, *****
3 contra omnes diaboli uel fallaces insidias **Tγ**
4 uel apertas minas
5 stare debet instructus animus et armatus, **Vδε**
6 tam paratus semper ad repugnandum **P1β**
7 quam est ad inpugnandum **(TTβγ)**
8 semper paratus inimicus. **TT1$^2$γ**
9 Et quoniam frequentiora sunt tela eius **Ditr.**
10 quae latenter obrepunt **P1γ**
11 magisque occulta et clandestina iaculatio *****
12 quo minus perspicitur **Tγ**
13 hoc et grauius et crebrius
14 in uulnera nostra grassantur, **P1γ**
15 ad haec quoque intellegenda et depellenda uigilemus. **TT1$^2$γ**
16 Ex quibus est zeli et liuoris malum.
17 Quod si qui penitus inspiciat,
18 inueniet nihil magis christiano cauendum, **Pγ**
19 nihil cautius prouidendum, **V3δ**

20 quam ne quis inuidia et liuore capiatur, **TT1$^{2}$γ**
21 ne quis fallentis inimici **TT1$^{2}$γ**
22 caecis laqueis implicatus, **Vδ**
23 dum zelo frater in fratris odia conuertitur,
24 gladio suo nescius ipse perimatur. **TT1$^{2}$γ**
25 Quod ut colligere plenius **Tδ**
26 et manifestius perspicere possimus, **TTδ**
27 ad caput eius adque ad originem recurramus. **Vδ**
28 Videamus unde zelus et quando et quomodo coeperit. **Tδ**
29 Facilius enim a nobis malum tam perniciosum uitabitur, **Tγ**
30 si eiusdem mali et origo et magnitudo noscatur. **Pγ**

1 **4** Hinc diabolus
2 inter initia statim mundi **Vδζ**
3 et perit primus et perdidit. **T2γδ**
4 Ille angelica maiestate subnixus, **P1γ**
5 ille Deo acceptus et carus **P1γδ**
6 postquam hominem ad imaginem Dei factum conspexit, **Pγ**
7 in zelum maliuolo liuore prorupit, **P1γ**
8 non prius alterum deiciens instinctu zeli
9 quam ipse zelo ante deiectus, **P1γ**
10 captiuus ante quam capiens, **Tγδ**
11 perditus ante quam perdens, **P1γδ**
12 dum
13 stimulante liuore **P1γ**
14 homini gratiam datae immortalitatis eripit, *
15 ipse quodque id quod prius fuerat amisit. **TTδ**
16 Quale malum est, *
17 fratres dilectissimi, *
18 quo angelus cecidit, **T2δ**
19 quo circumueniri et subuerti alta illa et praeclara sublimitas potuit, **Tδ**
20 quo deceptus est ipse qui decepit. **TTγδ**
21 Exinde inuidia grassatur in terris, **P1γδ**
22 dum liuore periturus **TT1$^{2}$γ**
23 magistro perditionis obsequitur, **Tγ**
24 dum diabolum qui zelat imitatur, **TT1$^{2}$γ**
25 sicut scriptum est:
*Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* [Sap. 2, 24]
26 Imitantur ergo illum **TTγε**
27 qui sunt ex parte eius. **Ditr.**

1 **5** Hinc denique nouae fraternitatis prima odia, *
2 hinc parricidia nefanda coeperunt, **P1γ**
3 dum Abel iustum
4 Cain zelat iniustus, **P1γ**
5 dum bonum malus inuidia et liuore persequitur. **Tγ**
6 Tantum ualuit ad consummationem facinoris **Tγ**
7 aemulationis furor,
8 ut nec caritas fratris **P1δ**
9 nec sceleris immanitas
10 nec timor Dei
11 nec poena delicti cogitaretur. **P1**
12 Iniuste oppressus est **Tγζ**
13 qui odisse non nouerat, **T2γδ**
14 occisus est impie **T2γδ**
15 qui moriens non repugnabat. **(P)1β**
16 Et quod Esau fratri suo **TTγε**
17 Iacob inimicus extitit *
18 zelus fuit:
19 nam quia ille benedictionem patris acceperat, **T2γ**
20 hic in odium persecutionis **Ditr.**
21 facibus liuoris exarsit. **P1γ**
22 Et quod Ioseph fratres sui uendiderunt, **TTγ**
23 causa uendendi de aemulatione descendit: **P1γ**
24 postquam id
25 quod sibi in uisionibus prosperum fuerat ostensum **TTδ**
26 simpliciter ut fratribus frater exposuit, **Tγ**
27 in inuidiam maliuolus animus erupit. **TTδ**
28 Saul quoque rex
29 ut Dauid odisset, **Pγ**
30 ut persecutionibus saepe repetitis **TT1$^{2}$γ**
31 innocentem, **Ditr.**
32 misericordem,
33 miti lenitate patientem **TT1$^{2}$γ**
34 necare cuperet, *
35 quid aliud quam zeli stimulus prouocauit? **Vδ/Ditr.**
36 Quia Goliath interfecto **Vδ**
37 et ope ac dignatione diuina tanto hoste deleto **P1γ**
38 populus admirans **TTδ**
39 in laudes Dauid
40 praedicationis suffragio prosiliit,
41 Saul simultatis adque insectationis furias
42 de liuore concepit. **P1γ**
43 Et ne longum faciam *
44 singulos recensendo, **Vδ**
45 pereuntis semel populi adtendamus interitum. **Tγ**
46 Iudaei nonne inde perierunt, **TT1$^{2}$γ**
47 dum Christo malunt inuidere quam credere? **T2γδ**
48 Obtrectantes magnalibus **Tγ**
49 quae ille faciebat **TT1$^{2}$γ**
50 zelo excaecante decepti sunt **Tγζ**
51 nec ad diuina noscenda **P1γ**
52 cordis oculos aperire potuerunt. **TT1$^{2}$γ**

1 **6** Quae nunc considerantes, **P**

| | | |
|---|---|---|
| 2 | fratres dilectissimi, | * |
| 3 | contra tantam mali perniciem | **Tγ** |
| 4 | uigilanter et fortiter | **T2γδ** |
| 5 | dicata Deo pectora muniamus. | **Vδ/Ditr.** |
| 6 | Aliorum mors | |
| 7 | proficiat ad nostram salutem, | **Pγ** |
| 8 | inprudentium poena | **P1δ** |
| 9 | prouidentibus conferat sanitatem. | **V3δ** |
| 10 | Non est autem | |
| 11 | quod aliquis existimet | |
| 12 | malum istud una specie contineri | **Vδ** |
| 13 | aut breuibus terminis | **Tδ** |
| 14 | et angusto fine concludi. | **P1γ** |
| 15 | Late patet zeli multiplex et fecunda pernicies. | **Tγ** |
| 16 | Radix est malorum omnium, | * |
| 17 | fons cladium, | |
| 18 | seminarium delictorum, | **Vδ** |
| 19 | materia culparum. | **TTδ** |
| 20 | Inde odium surgit, | **Pδ** |
| 21 | animositas inde procedit. | **P1γ** |
| 22 | Auaritiam zelus inflammat, | **P1γ** |
| 23 | dum quis suo non potest esse contentus | **P1γ** |
| 24 | uidens alterum ditiorem. | **V3δ** |
| 25 | Ambitionem zelus excitat, | * |
| 26 | dum cernit quis alium in honoribus auctiorem. | **Vδ** |
| 27 | Zelo excaecante sensus nostros | |
| 28 | adque in ditionem suam | |
| 29 | mentis arcana redigente | **TT1$^{2}$γ** |
| 30 | Dei timor spernitur, | * |
| 31 | magisterium Christi neglegitur, | **Tγ** |
| 32 | iudicii dies non prouidetur. | **(Pβ)/Ditr.** |
| 33 | Inflatur superbia, | **Tγ** |
| 34 | exacerbatur saeuitia, | **Tγ** |
| 35 | perfidia praeuaricatur, | **P** |
| 36 | inpatientia concutit, | **Tδ** |
| 37 | furit discordia, | **Tγ** |
| 38 | ira feruescit, | **P1γ** |
| 39 | nec se iam potest cohibere uel regere | **Tγδ** |
| 40 | qui factus est potestatis alienae. | **TT1$^{2}$γ** |
| 41 | Hinc dominicae pacis uinculum rumpitur, | **T2δ** |
| 42 | hinc caritas fraterna uiolatur, | **TT1$^{2}$γ** |
| 43 | hinc adulteratur ueritas, | * |
| 44 | unitas scinditur, | **T2δ** |
| 45 | ad haereses adque ad schismata prosilitur, | **TTδ** |
| 46 | dum obtrectatur sacerdotibus, | * |
| 47 | dum episcopis inuidetur, | **V3δ** |
| 48 | dum quis aut queritur | * |
| 49 | non se potius ordinatum | **Vδ** |
| 50 | aut dedignatur | |
| 51 | alterum ferre praepositum. | **Tγ** |
| 52 | Hinc recalcitrat, | **P1β** |
| 53 | hinc rebellat de zelo superbus, | **Pγ** |
| 54 | de aemulatione peruersus, | **P1γ** |
| 55 | animositate et liuore | **TTγδ** |
| 56 | non hominis sed honoris inimicus. | **TT1$^{2}$γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **7** Qualis uero est animae tinea, | **Tδ** |
| 2 | quae cogitationum tabes, | |
| 3 | pectoris quanta rubigo | **P1γ** |
| 4 | zelare in altero uel uirtutem eius uel felicitatem, | **P** |
| 5 | id est odisse in eo | **Pγδ** |
| 6 | uel merita propria | **Tδ** |
| 7 | uel beneficia diuina, | **TTδ** |
| 8 | in malum proprium | * |
| 9 | bona aliena conuertere, | **T2γ** |
| 10 | inlustrium prosperitate torqueri, | **P1γ** |
| 11 | aliorum gloriam | * |
| 12 | facere suam poenam, | **Vδζ** |
| 13 | uelut quosdam pectori suo admouere carnifices, | **Tγ** |
| 14 | cogitationibus et sensibus suis | **Pδ** |
| 15 | adhibere tortores | **P1γ** |
| 16 | qui se intestinis cruciatibus lacerent, | **Tδ** |
| 17 | qui cordis secreta | **Pγ** |
| 18 | maliuolentiae ungulis pulsent. | **P1δ** |
| 19 | Non cibus talibus laetus, | **P1δ** |
| 20 | non potus potest esse iocundus. | **P1γ** |
| 21 | Suspiratur semper | |
| 22 | et ingemescitur et doletur, | **Vδε** |
| 23 | dumque ab inuidis numquam liuor exponitur, | **T2γ** |
| 24 | diebus ac noctibus | **T2γδ** |
| 25 | pectus obsessum | **P1γ** |
| 26 | sine intermissione laniatur. | **TT1$^{2}$γ** |
| 27 | Mala cetera habent terminum | ***/Ton. Äqu. 4δζ** |
| 28 | et quodcumque delinquitur | **T2γ** |
| 29 | delicti consummatione finitur. | **P1γ** |
| 30 | In adultero cessat facinus | * |
| 31 | perpetrato stupro, | |
| 32 | in latrone conquiescit scelus | **gl. Akzentfolge** |
| 33 | homicidio admisso | **TTδ** |
| 34 | et praedonis rapacitatem statuit<br>possessa praeda | **Ditr.** |
| 35 | et falsario modum ponit impleta fallacia. | **T2γ** |
| 36 | Zelus terminum non habet, | **TTδε** |
| 37 | permanens iugiter malum | **Pδ** |
| 38 | et sine fine peccatum, | **P1γ** |
| 39 | quantoque ille | **Ditr.** |
| 40 | cui inuidetur | **TTγ** |
| 41 | successu meliore profecerit | **T2γ** |
| 42 | tanto inuidus in maius incendium | **T2γ** |
| 43 | liuoris ignibus inardescit. | **Vδ** |

1 **8** Hinc uultus minax,
2 toruus aspectus, **P1γ**
3 pallor in facie, **Tγδ**
4 in labiis tremor, **Pδ**
5 stridor in dentibus, **T2γδ**
6 uerba rabida, *
7 effrenata conuicia, **T2γ**
8 manus ad caedis uiolentiam prompta, **P1δ**
9 etiamsi a gladio interim uacua, **Tδ**
10 odio tamen furiatae mentis armata. **P1γ**
11 Et idcirco Spiritus sanctus dicit in psalmis: **P1γδ**
*Noli zelare bene ambulantem in uia sua.* [Ps. 36, 7b]
12 Et iterum:
*Obseruabit peccator iustum et stridet ad eum dentes suos. Deus autem inridebit eum, quoniam prouidet quia ueniet dies eius.* [Ps. 36, 12.13]
13 Hos beatus apostolus Paulus **P1δ**
14 designat et denotat dicens: **P1δ**
*Venenum aspidum sub labiis eorum et os eorum maledicto et amaritudine plenum est. Veloces ad effundendum sanguinem pedes eorum, contribulatio et calamitas in uiis eorum, qui uiam pacis non agnouerunt, nec est timor Dei ante oculos eorum.* [Rom. 3, 13-18]

1 **9** Multo malum leuius et periculum minus est **Tδζ**
2 cum membra gladio uulnerantur. **Vδ/Ditr.**
3 Facilis cura est **Tδζ**
4 ubi plaga perspicua est,
5 et cito ad sanitatem **Vγδ/Ditr.**
6 medela subueniente
7 perducitur quod uidetur. **V3δε**
8 Zeli uulnera abstrusa sunt et occulta, **Vγδε**
9 nec remedium curae medentis admittunt **P1γ**
10 quae se intra conscientiae latebram **Tδ**
11 caeco dolore cluserunt. **P1γ**
12 Quicumque es inuidus et malignus, **Vδε**
13 uideris quam sis eis
14 quos odisti insidiosus, perniciosus, infestus. **P1γ**
15 Nullius magis quam tuae salutis inimicus es.
16 Quisque ille est *
17 quem zelo persequeris **Tγ**
18 subterfugere et uitare te poterit. **Tγδ**
19 Tu te non potes fugere. **Tβδ**
20 Vbicumque fueris, *
21 aduersarius tuus tecum est, ***/2βδζ**
22 hostis semper in pectore est,
23 pernicies intus inclusa est, **T2γζ**
24 ineluctabili catenarum nexu
25 ligatus et uinctus es, **T2γδζ**
26 zelo dominante captiuus es, **T2γζ**
27 nec solacia tibi ulla subueniunt. **Tγ**
28 Perseuerans malum est,
29 hominem persequi **Tδ**
30 ad Dei gratiam pertinentem, **V3δ**
31 calamitas sine remedio est
32 odisse felicem. **P1γ**

1 **10** Et idcirco,
2 fratres dilectissimi, *
3 huic periculo consulens Dominus **Tδ**
4 ne quis zelo fratris in laqueum mortis incurreret, **T2γ**
5 cum eum discipuli interrogarent **(P)**
6 quis inter illos maior esset, **Ditr.**
*Qui fuerit,*
7 inquit,
*minimus in omnibus uobis, hic erit magnus.* [Lc. 9, 48b]
8 Amputauit omnem aemulationem responso suo,
9 omnem causam et materiam mordacis inuidiae **Tγ**
10 eruit et abscidit. **Vγδ**
11 Discipulo Christi zelare non licet, **Pγδ**
12 non licet inuidere. **Vβδ/Ditr.**
13 Exaltationis aput nos non potest esse contentio. **T2γ**
14 De humilitate ad summa crescimus,
15 didicimus unde placeamus. **TT1$^{2}$γ**
16 Denique et apostolus Paulus **P1δ**
17 instruens et monens, **Pγδ**
18 ut qui inluminati Christi lumine *
19 tenebras nocturnae conuersationis euasimus **T2γ**
20 in factis adque in operibus luminis ambulemus, **Vδ**
21 scribit et dicit: **P1γδ**
*Nox transiuit, dies autem adpropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamus arma lucis. Tamquam in die decenter ambulemus, non in comessationibus et in ebrietatibus, non in concupiscentiis et impudicitiis, non in certaminibus et zelo.* [Rom. 13, 12.13]
22 Si recesserunt de pectore tuo tenebrae, **Ton. Äqu. 4δζ/***
23 si nox inde discussa est, **T2γζ**
24 si caligo detersa est, **Tγζ**
25 si luminauit sensus tuos splendor diei, *
26 si homo lucis esse coepisti, **P1γ**
27 quae sunt Christi gere,
28 quia lux et dies Christus est. ***/2βδζ**

1 **11** Quid in zeli tenebras ruis, **Pδ**
2 quid te nubilo liuoris inuoluis, **P1γ**

3 quid inuidiae caecitate **Vδ**
4 omne pacis et caritatis lumen extinguis, **T2γ**
5 quid ad diabolum cui renuntiaueras redis, **Pδ**
6 quid Cain similis exsistis? **TTδ**
7 Homicidii namque facinore constringi eum
8 quisque zelauerit **T2γ**
9 et odio habuerit fratrem suum **Vδζ**
10 declarat Iohannes apostolus **Tδ**
11 in epistula sua dicens: **Vδζ**
*Qui fratrem suum odit homicida est: et scitis quia omnis homicida non habet in se uitam manentem.* [I Io. 3, 15]
12 Et iterum:
*Qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit in tenebris est usque adhuc et in tenebris ambulat et non scit quo eat, quoniam tenebrae excaecauerunt oculos eius.* [I Io. 2, 9.11b]
13 Qui odit,
14 inquit,
15 fratrem suum
16 in tenebris ambulat **Tδ**
17 et non scit quo eat. **(Pβγδ)**
18 It enim nescius in gehennam, **Vδε**
19 ignarus et caecus **P1γδ**
20 praecipitatur in poenam, **P1γδ**
21 recedens scilicet a Christi lumine *
22 monentis et dicentis: **TTγδ**
*Ego sum lumen mundi. Qui me secutus fuerit non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitae.* [Io. 8, 12]
23 Sequitur autem Christum **Vδζ**
24 qui praeceptis eius insistit, **P1γ**
25 qui per magisterii eius uiam graditur, *
26 qui uestigia eius adque itinera sectatur, **TTδ**
27 qui id quod Christus et docuit et fecit imitatur, **TT1$^{2}$γ**
28 secundum quod Petrus quoque hortatur et monet dicens: **(P)1βδ**
*Christus passus est pro uobis relinquens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius.* [I Petr. 2, 21]

1 **12** Meminisse debemus **P1γ**
2 quo uocabulo
3 plebem suam Christus appellet, **P1γ**
4 quo titulo
5 gregem suum nuncupet. *
6 Oues nominat, *
7 ut innocentia christiana **V3δ**
8 ouibus aequetur: **TTδ**
9 agnos uocat,
10 ut agnorum naturam simplicem *
11 simplicitas mentis imitetur. **TT1$^{2}$γ**
12 Quid sub uestitu ouium lupus latitat, *
13 quid gregem Christi
14 qui christianum se mentitur infamat? **P1γ**
15 Christi nomen induere **Tγ**
16 et non per Christi uiam pergere *
17 quid aliud quam praeuaricatio est diuini nominis, *
18 quam desertio itineris salutaris? **Vδ**
19 Quando ipse doceat et dicat **TTδε**
20 eum ad uitam uenire **Pγ**
21 qui mandata seruauerit **T2γ**
22 et eum esse sapientem **TT1$^{2}$γ**
23 qui uerba eius audierit et fecerit,
24 doctorem quoque eum maximum in regno caelorum uocari **Pγ**
25 qui fecerit et sic docuerit, *
26 tunc praedicanti profuturum **TTγ**
27 quod bene adque utiliter praedicatum fuerit, *
28 si id
29 quod ore promitur *
30 factis sequentibus inpleatur. **Vδ/Ditr.**
31 Quid uero insinuauit crebrius discipulis suis Dominus, **Ton. Äqu. 4δζ/***
32 quid inter monita salutaria *
33 et praecepta caelestia **T2γ**
34 custodiendum magis seruandumque mandauit **P1γ**
35 quam ut eadem dilectione **TTγ/Ditr.**
36 qua discipulos ipse dilexit **P1γ**
37 nos quoque inuicem diligamus? **V3δ**
38 Quomodo autem uel pacem Domini uel caritatem tenet
39 qui
40 intercedente zelo **Ditr.**
41 nec pacificus potest esse nec carus? **P1γδ**

1 **13** Ideo et apostolus Paulus **P1δ**
2 cum pacis et caritatis merita depromeret
3 cumque adseueraret firmiter et doceret **Vδε**
4 nec fidem sibi
5 nec eleemosynas
6 nec passionem quoque ipsam confessoris et martyris profuturam, **Vδ**
7 nisi caritatis foedera integra adque inuiolata seruasset, **P1γ**
8 adiecit et dixit: **P1γ**
*Caritas magnanima est, caritas benigna est, caritas non zelat,* [I Cor. 13, 4]
9 docens scilicet et ostendens **Vδε**
10 eum posse caritatem tenere **Pγ**
11 quisque magnanimus fuerit et benignus **Vδε**
12 et zeli ac liuoris alienus. **TT1$^{2}$γ**

13 Item alio loco cum moneret **TTγδ**
14 ut homo iam sancto Spiritu plenus **P1δ**
15 et natiuitate caelesti Dei filius factus **P1δ**
16 non nisi spiritalia et diuina sectetur, **P1γ**
17 ponit et dicit: **P1γδ**

*Et ego quidem, fratres, non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus, quasi infantibus in Christo. Lacte uos potaui, non cibo. Nondum enim poteratis, sed neque nunc potestis. Adhuc enim estis carnales. Vbi enim in uobis zelus et contentio et dissensiones, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis?* [I Cor. 3, 1-3]

1 **14** Obterenda sunt,
2 fratres dilectissimi, *
3 uitia et peccata carnalia **T2γ**
4 et terreni corporis infesta labes **Ditr.**
5 spiritali uigore calcanda, **P1γ**
6 ne dum iterum ad ueteris hominis conuersationem reuoluimur **Tγ**
7 letalibus laqueis inplicemur, **Vδ**
8 apostolo hoc idem prouidenter et salubriter praemonente. **V3δ**

*Itaque,*

9 inquit,

*fratres, non secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uiuitis, incipietis mori: si autem spiritu opera carnis mortificatis, uiuetis. Quotquot enim spiritu Dei aguntur hi sunt filii Dei.* [Rom. 8, 12-14]

10 Si filii Dei sumus,
11 si templa eius esse iam coepimus, **T2γδ**
12 si accepto Spiritu sancto **P1γ**
13 sancte et spiritaliter uiuimus, **T2δ**
14 si de terris oculos ad caelum sustulimus, **Tγ**
15 si ad superna et diuina **TTγδ**
16 plenum Deo et Christo pectus ereximus, **T2γ**
17 non nisi quae sunt Deo et Christo digna faciamus, **TT1$^{2}$γ**
18 sicut apostolus excitat et hortatur: **Vγδ**

*Si consurrexistis,*

19 inquit,

*Christo, quae sursum sunt, quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quae sursum sunt sapite, non quae terrena sunt. Mortui enim estis, et uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc et uos apparebitis cum eo in gloria.* [Col. 3, 1-4]

20 Qui ergo in baptismo **TTγδ**
21 secundum hominis antiqui peccata carnalia **T2γ**
22 et mortui et sepulti sumus,
23 qui regeneratione caelesti Christo consurreximus, *
24 quae sunt Christi
25 et cogitemus pariter et geramus, **Vδε**
26 sicut idem apostolus docet rursus **Vδζ**
27 et monet dicens: **(P)1βδ**

*Primus homo de terrae limo, secundus homo de caelo. Qualis ille e limo, tales et qui de limo: et qualis caelestis, tales et caelestes. Quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus et imaginem eius qui de caelo est.* [I Cor. 15, 47-49]

28 Imaginem autem caelestem portare non possumus, **T2γδ**
29 nisi in eo quod esse nunc coepimus **T2γδ**
30 Christi similitudinem praebeamus. **V3δ**

1 **15** Hoc est enim mutasse quod fueras **Tγδ**
2 et coepisse esse quod non eras, **(T)2γδε**
3 ut in te diuina natiuitas luceat, **T2δ**
4 ut ad patrem Deum
5 deifica disciplina respondeat, **T2γ**
6 ut honore et laude uiuendi **P1γ**
7 Deus in homine clarescat **TTδ**
8 ipso exhortante et monente
9 et eis **Pγδ**
10 qui se clarificant *
11 uicem mutuam pollicente: **V3δ**

*Eos,*

12 inquit,

*qui clarificant me clarificabo, et qui spernit me spernetur.* [I Sam. 2, 30b]

13 Ad quam clarificationem **Ditr.**
14 formans nos ac praeparans **Pβγ**
15 Dominus et filius Dei **Pδ**
16 similitudinem Dei patris insinuans **Tγ**
17 in euangelio suo dicit: **Vδζ**

*Audistis quia dictum est: diliges proximum tibi et odibis inimicum tibi. Ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros et orate pro his qui uos persecuntur, ut sitis similes patris uestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos.* [Mt. 5, 43-45]

18 Si hominibus laetum est et gloriosum **(Pβ)**
19 filios habere consimiles **Tγ**
20 et tunc magis generasse delectat, **P1γ**
21 si ad patrem liniamentis paribus *
22 suboles subsiciua respondeat, **T2γ**
23 quanto maior in Deo patre laetitia est,
24 cum quis sic spiritaliter nascitur, **T2δ**
25 ut in actibus eius et laudibus **Tγδ**
26 diuina generositas praedicetur. **V3δ**
27 Quae iustitiae palma est, **T2δζ**

28 quae corona esse te talem, **P1γ**
29 de quo Deus non dicat: **Pγδ**
*Filios generaui et exaltaui, ipsi autem me spreuerunt.* [Is. 1, 2b]
30 Conlaudet te potius Christus **Pδ**
31 et inuitet ad praemium dicens: **P1δ**
*Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi.* [Mt. 25, 34b]

1 **16** His meditationibus
2 conroborandus est animus, **Tγ**
3 fratres dilectissimi, *
4 eiusmodi exercitationibus
5 contra omnia diaboli iacula firmandus. **TTγ**
6 Sit in manibus diuina lectio, *
7 in sensibus dominica cogitatio, **Ton. Äqu. 4δ***
8 oratio iugis omnino non cesset, **Pγδ**
9 salutaris operatio perseueret. **V3δ**
10 Spiritalibus semper actibus occupemur, **Vδ**
11 ut quotienscumque inimicus accesserit, **T2γ**
12 quotiens adire temptauerit, **T2γ**
13 et clausum aduersum se pectus inueniat et armatum. **Vγδ**
14 Non enim christiani hominis corona una est *
15 quae tempore persecutionis accipitur. **Tγ**
16 Habet et pax coronas suas,
17 quibus de uaria et multiplici congressione uictores **P1γ**
18 prostrato et subacto aduersario coronamur. **Vδ**
19 Libidinem subegisse **Vδ**
20 continentiae palma est. **T2δζ**
21 Contra iram,
22 contra iniuriam repugnasse **Vδ**
23 corona patientiae est. **Ditr.**
24 De auaritia triumphus est
25 pecuniam spernere. **T2δ**
26 Laus est fidei *
27 fiducia futurorum **Vδ**
28 mundi aduersa tolerare. **TT1**$^2$**γ**
29 Et qui superbus in prosperis non est **P1δε**
30 gloriam de humilitate consequitur. **Tγ**
31 Et qui ad pauperum fouendorum misericordiam pronus est **T2δζ**
32 retributionem thensauri caelestis adipiscitur. *
33 Et qui zelare non nouit **P1γδ**
34 quique unanimis et mitis **TTδε**
35 fratres suos diligit *
36 dilectionis et pacis praemium honoratur. **Vδ**
37 In hoc uirtutum stadio *
38 cotidie currimus, **T2δ**
39 ad has iustitiae palmas et coronas **TTγδ**
40 sine intermissione temporis peruenimus. **V3δ**

1 **17** Ad quas ut peruenire tu etiam possis **Pδ**
2 qui fueras zelo et liuore possessus, **P1γ**
3 omnem illam malitiam **Tγ**
4 qua prius tenebaris **TTγ**
5 abice,
6 ad uiam uitae aeternae **Pγ**
7 uestigiis salutaribus reformare. **Vδ**
8 Euelle de pectore tuo **Pδ**
9 spinas et tribulos, **Tγδ**
10 ut te dominicum semen **Pδ**
11 fertili fruge locupletet, **TT1**$^2$**γ**
12 ut diuina et spiritalis seges
13 in copiam fecundae messis exuberet. **T2γ**
14 Venena fellis euome, *
15 discordiarum uirus exclude, **P1γ**
16 purgetur mens
17 quam serpentinus liuor infecerat, **T2γ**
18 amaritudo omnis
19 quae intus insederat **T2γ**
20 Christi dulcedine leniatur. **Vδ/Ditr.**
21 De sacramento crucis
22 et cibum sumis et potum, **P1γδ**
23 lignum quod aput Merrham profecit in imagine
24 ad saporis dulcedinem **Tγ**
25 tibi in ueritate proficiat **Tγ**
26 ad mulcendi pectoris lenitatem, **V3δ**
27 nec ad medelam prosperandae ualitudinis laborabis. **Vδ**
28 Vnde uulneratus fueras *
29 inde curare. **P1γ**
30 Ama eos
31 quos ante oderas, *
32 dilige illos **Pδ**
33 quibus iniustis obtrectationibus inuidebas. **Vδ/Ditr.**
34 Bonos imitare, **TTγ**
35 si sectari potes:
36 si sectari non potes, **Pγδ**
37 conlaetare certe **Ditr.**
38 et gratulare melioribus. *
39 Fac te illis adunata dilectione participem, **Tγ**
40 fac te consortio caritatis **V3δ**
41 et fraternitatis uinculo coheredem. **Vδ**
42 Dimittentur tibi debita, *
43 quando ipse dimiseris: **T2γ**
44 Sensus adque actus tui
45 diuinitus dirigentur, **V3δ**

46 quando ea quae diuina et
iusta sunt cogitaueris, **4γδ***
47 sicut scriptum est: *
*Cor uiri cogitet iusta, ut a Deo*
*dirigantur gressus eius.* [Prou. 15, 29b]

1 **18** Habes autem multa quae cogites. **T2γδ**
2 Paradisum cogita, *
3 quo Cain non redit
4 qui zelo fratrem peremit. **Pγ**
5 Cogita caeleste regnum, **Ditr.**
6 ad quod non nisi concordes adque unanimes **Tγ**
7 Dominus admittit. **TTδ**
8 Cogita quod filii Dei **Pδ**
9 hi soli possint uocari **Pγ**
10 qui sint pacifici, **(Tβγ)***
11 qui natiuitate et lege diuina **P1γ**
12 ad similitudinem Dei patris et Christi **Pγδ**
13 respondeant adunati. **Vδ**
14 Cogita sub oculis nos Dei stare,
15 spectante ac iudicante ipso **Ditr.**
16 conuersationis ac uitae
nostrae curricula decurrere,
17 peruenire nos tunc demum posse, **(Pβγ)**
18 ut eum uidere contingat, **P1γ**
19 si ipsum nunc uidentem delectemus **TTγ**
20 actibus nostris, **P1δ**
21 si placituri semper in regno **P1γδ**
22 in hoc mundo ante placeamus. **TT1$^{2}$γ**

# 2 Episteln

## 2.1 Epistel 1

Cyprianus presbyteris et diaconibus
et plebi Furnis consistentibus s.

1 **I** 1 Grauiter commoti sumus ego et collegae mei
2 qui praesentes aderant *****
3 et conpresbyteri nostri qui nobis adsidebant, **TTγ**
4 fratres carissimi, **Tγ**
5 cum cognouissemus **P**
6 quod Geminius Victor **Pδ**
7 frater noster
8 de saeculo excedens **TTδ**
9 Geminium Faustinum presbyterum **Tγ**
10 tutorem testamento suo nominauerit, *****
11 cum iam pridem in concilio
episcoporum statutum sit
12 ne quis de clericis et dei ministris **Pγ**
13 tutorem uel curatorem testamento
suo constituat, **Tγ**
14 quando singuli diuino sacerdotio honorati **Vδ**
15 et in clerico ministerio constituti **Vδ**
16 non nisi altari et sacrificiis deseruire **Vδ**
17 et precibus atque orationibus uacare debeant.
18 Scriptum est enim: **Pγδ**
*nemo militans deo obligat se molestiis*
*saecularibus, ut possit placere ei*
*qui se probauit.* [II Tim. 2,4.]
19 2 Quod cum de omnibus dictum sit, **Tδζ**
20 quanto magis molestiis et
laqueis saecularibus **Ton. Äqu. 4δ/***
21 obligari non debent **Pγδ**
22 qui diuinis rebus et spiritalibus occupati **Vδ**
23 ab ecclesia recedere
24 et ad terrenos et saeculares actus
25 uacare non possunt? **P1γδ**
26 Cuius ordinationis et religionis formam
27 leuitae prius in lege tenuerunt, **TT1$^{2}$γ**
28 ut,
29 cum terram diuiderent **Tγ**
30 et possessiones partirentur undecim tribus, **Pδ**
31 leuitica tribus, **Pδ**
32 quae templo et altari et ministeriis
diuinis uacabat, **Pγ**
33 nihil de illa diuisionis portione perciperet, **Tγ**
34 sed aliis terram colentibus **Tγ**
35 illa tantum deum coleret *****
36 et ad uictum atque alimentum suum
37 ab undecim tribus **Pδ**
38 de fructibus qui nascebantur
39 decimas perciperet.
40 Quod totum fiebat de auctoritate et
dispositione diuina, **P1γ**
41 ut qui operationibus diuinis insistebant **TTγ**
42 in nulla re auocarentur **P1**
43 nec cogitare aut agere saecularia cogerentur. **Vδ**
44 Quae nunc ratio et forma in clero tenetur, **Pγ**
45 ut qui in ecclesia domini **Tδ**
46 in ordinationem clericam promouentur **V3δ**
47 in nullo ab administratione diuina auocentur, **TTγ**
48 ne molestiis et negotiis saecularibus alligentur, **Vδ**
49 sed in honore sportulantium fratrum **P1δ**
50 tamquam decimas ex fructibus accipientes **P**
51 ab altari et sacrificiis non recedant **Vδε**
52 et die ac nocte **Pγδ**
53 caelestibus rebus et spiritalibus seruiant. **T2δ**

1 **II** 1 Quod episcopi
2 antecessores nostri
3 religiose considerantes **P**
4 et salubriter prouidentes censuerunt **TTγ**
5 ne quis frater excedens **P1γ**
6 ad tutelam uel curam **Pγδ**
7 clericum nominaret, **V3δ**
8 ac si quis hoc fecisset, **(TTβγδ)**
9 non offerretur pro eo **Pγδ**
10 nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. **P**
11 Neque enim apud altare dei meretur nominari **TTγ**
12 in sacerdotum prece
13 qui ab altari sacerdotes et ministros
uoluit auocare. **Vδ**
14 2 Et ideo Victor
15 cum contra formam
16 nuper in concilio a sacerdotibus datam **Pδ**
17 Geminium Faustinum presbyterum **Tγ**
18 ausus sit tutorem constituere,
19 non est
20 quod pro dormitione eius apud uos fiat oblatio, **Tγ**
21 aut deprecatio aliqua nomine eius **Pδ**
22 in ecclesia frequentetur, **Vδ**
23 ut sacerdotum decretum **Pγ**
24 religiose et necessarie factum **P1δ**

25 seruetur a nobis, **P1γδ**
26 simul et ceteris fratribus detur exemplum, **P1γ**
27 ne quis sacerdotes et ministros dei
28 altari eius et ecclesiae uacantes **TTδ**
29 ad saeculares molestias deuocet. **T2δ**
30 Obseruari enim de cetero poterit **Tδ**
31 ne ultra hoc fiat circa personam clericorum, **TTγ**
32 si quod nunc factum est
33 fuerit uindicatum. **Vδ**
34 Opto uos,
35 fratres carissimi, **Tγ**
36 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.2 Epistel 2

Cyprianus Eucratio fratri s.
1 **I** 1 Pro dilectione tua
2 et uerecundia mutua **T2δ**
3 consulendum me existimasti, **P**
4 frater carissime, **Tγ**
5 quid mihi uideatur **TTγ**
6 de histrione quodam, **Ditr.**
7 qui apud uos constitutus **Ditr.**
8 in eiusdem adhuc artis suae dedecore perseuerat **Vδ**
9 et magister et doctor non erudiendorum **TT**
10 sed perdendorum puerorum **TTγ**
11 id quod male didicit **(Tβδ)**
12 ceteris quoque insinuat, **Tγ**
13 an talis debeat communicare nobiscum. **P1γ**
14 2 Quod puto ego
15 nec maiestati diuinae **Pγ**
16 nec euangelicae disciplinae congruere, **Tγ**
17 ut pudor et honor ecclesiae **Tγ**
18 tam turpi et infami contagione foedetur. **P1γ**
19 Nam cum in lege prohibeantur uiri
20 induere muliebrem uestem
21 et maledicti eiusmodi iudicentur. **V3δ**
22 quanto maioris est criminis **T2γδ**
23 non tantum muliebria indumenta accipere, **Tγ**
24 sed et gestus quoque turpes et molles et muliebres
25 magisterio inpudicae artis exprimere? **Tγ**

1 **II** 1 Nec excuset se quisquam **Pγδ**
2 si a theatro ipse cessauerit, **T2γ**
3 cum tamen hoc ceteros doceat. **Tδ**
4 Non potest enim uideri cessasse **Pγ**
5 qui uicarios substituit
6 et qui pro se uno plures succidaneos suggerit, **T2δ**
7 contra institutionem dei
8 erudiens et docens **TTδε**
9 quemadmodum masculus frangatur in feminam **T2γδ**
10 et sexus arte mutetur **P1γ**
11 et diabolo diuinum plasma maculanti **TT1**$^{2}$**γ**
12 per corrupti atque eneruati corporis delicta placeatur. **TT1**$^{2}$**γ**
13 2 Quod si penuriam talis **P1δ**
14 et necessitatem paupertatis obtendit, **P1γ**
15 potest inter ceteros *
16 qui ecclesiae alimentis sustinentur **TTγ**
17 huius quoque necessitas adiuuari, **V3δ**
18 si tamen contentus sit **Tγζ**
19 frugalioribus et innocentibus cibis **Pδ**
20 nec putet salario se esse redimendum **TT1**$^{2}$**γ**
21 ut a peccatis cesset,
22 quando hoc non nobis sed sibi praestet.
23 Ceterum quantum uult
24 inde quaerat, **Ditr.**
25 qualis quaestus est *
26 qui de conuiuio Abraham et Isaac et Iacob **TTδε**
27 homines rapit, **Pδ**
28 et male ac perniciose
29 in saeculo saginatos **Vδ**
30 ad aeternae famis ac sitis supplicia deducit? **TTδ**
31 3 Et ideo quantum potest
32 ab hac eum prauitate et dedecore
33 ad uitam innocentiae *
34 atque ad spem uitae suae reuoca, *
35 ut sit contentus ecclesiae sumptibus **T2δ**
36 parcioribus quidem **Pδ**
37 sed salutaribus. *
38 Quod si illic ecclesia non sufficit
39 ut laborantibus praestet alimenta, **TT1**$^{2}$**γ**
40 poterit se ad nos transferre
41 et hic
42 quod sibi ad uictum atque ad uestitum necessarium fuerit accipere,
43 nec alios extra ecclesiam mortalia docere, **TT1**$^{2}$**δ**
44 sed ipse salutaria in ecclesia discere. **T2δ**
45 Opto te,
46 fili carissime, **Tγ**
47 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.3 Epistel 3

Cyprianus Rogatiano fratri s.
1 **I** 1 Grauiter et dolenter commoti sumus
2 ego et collegae mei
3 qui praesentes aderant, *
4 frater carissime, **Tγ**
5 lectis litteris tuis, **Pδ**

6 quibus de diacono tuo conquestus es **Tγζ**
7 quod inmemor sacerdotalis loci tui et officii
8 ac ministerii sui oblitus **Pγ**
9 contumeliis et iniuriis suis **Pδ**
10 te exacerbauerit. **T2**
11 Et tu quidem honorifice circa nos
12 et pro solita tua humilitate fecisti, **P1γ**
13 ut malles de eo nobis conqueri, *
14 cum pro episcopatus uigore **Pγ**
15 et cathedrae auctoritate **Ditr.**
16 haberes potestatem **TTγ**
17 qua posses de illo statim uindicari, **TTγ**
18 certus
19 quod collegae tui omnes gratum haberemus **TTγ**
20 quodcumque circa diaconum tuum contumeliosum **TT**
21 sacerdotali potestate fecisses, **P1γ**
22 habens circa eiusmodi homines **Tδ**
23 praecepta diuina, **P1γ**
24 cum dominus deus in Deuteronomio dicat: **Pδ**
*Et homo quicumque fecerit in superbia ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, et omnis populus cum audierit timebit, et non agent impie etiam nunc.* [Deuter. 17, 12, 13.]
25 2 Et ut sciamus **Ditr.**
26 hanc dei uocem **(P)1βδ**
27 cum uera et summa maiestate eius processisse **TTγ**
28 ad honorandos ac uindicandos sacerdotes suos,
29 cum aduersus Aaron sacerdotem
30 tres de ministeriis *
31 Core, Dathan et Abiron
32 ausi sunt superbi esse
33 et ceruicem suam extollere **Tγ**
34 et sacerdoti praeposito se adaequare, **(P)1β**
35 hiatu terrae absorti ac deuorati **Vγδ**
36 poenas statim sacrilegae audaciae persoluerunt. **Vδ**
37 Nec soli illi,
38 sed et ceteri ducenti quinquaginta **TTγ**
39 qui eis comites ad audaciam fuerunt **TTδ**
40 prorumpente a domino igne **Pδ**
41 consumpti sunt,
42 ut probarentur sacerdotes dei
43 ab eo qui sacerdotes facit uindicari. **TTγ**
44 In libro quoque Regnorum **Pγ**
45 cum Samuel sacerdos a Iudaeorum populo ob senectutem, **(P)1β**
46 sicut tu modo, **Pγδ**
47 contemneretur, **P**
48 exclamauit iratus dominus et dixit: **TTδε**
*non te spreuerunt, sed me spreuerunt.* [I Sam. 8, 7.]
49 Et ut hoc ulcisceretur, **P**
50 excitauit eis Saul regem,
51 qui eos iniuriis grauibus adfligeret
52 et per omnes contumelias et poenas **TTδε**
53 superbum populum calcaret et premeret, **Tγδ**
54 ut contemptus sacerdos **Pγ**
55 de superbo populo *
56 ultione diuina uindicaretur. **P1**

1 **II** 1 Sed et Salomon
2 in spiritu sancto constitutus **TTγ**
3 testatur et docet **Pγδ**
4 quae sit sacerdotalis auctoritas et potestas dicens:
*ex tota anima tua time deum, et honorifica sacerdotes eius.* [Sir. 7, 31.]
5 Quorum praeceptorum memor beatus apostolus Paulus, **P1δ**
6 secundum quod in actis apostolorum legimus, *
7 cum ei diceretur: **TTγ**
*sic insilis in sacerdotem dei maledicendo?* [Act. 23, 4],
8 respondit et dixit: **P1γδ**
*nesciebam, fratres, quia pontifex est. Sciptum est enim: principem plebis tuae non maledices.* [Act. 23, 5.]
9 2 Dominus etiam noster ipse **Vδζ/Ditr.**
10 Iesus Christus
11 rex et iudex et deus noster **(P)1βδ**
12 usque ad passionis diem
13 seruauit honorem pontificibus et sacerdotibus, *
14 quamuis illi nec timorem dei
15 nec agnitionem Christi seruassent. **Pγ**
16 Nam cum leprosum emundasset, **TTγ**
17 dixit illi: **Ditr.**
*uade et monstra te sacerdoti et offer donum.* [Matth. 8, 4.]
18 Humilitate ea
19 qua nos quoque esse humiles docuit **Tδ**
20 sacerdotem adhuc appellabat **(Pβ)**
21 quem sciebat esse sacrilegum. **Tγ**
22 Item sub ictu passionis
23 cum alapam accepisset **Vδ**
24 et ei diceretur: **TTγ**
*sic respondes pontifici?* [Joan. 18, 22],
25 nihil ille contumeliose locutus est **Tγζ**
26 in personam pontificis, **Tγ**
27 sed magis innocentiam suam tuitus est dicens: **TTδε**
*si male locutus sum, exprobra de malo, si autem bene, quid me caedis?* [Joan. 18, 23.]

28 Quae omnia ab eo ideo facta sunt **Tδζ**
29 humiliter atque patienter **TT1$^2$γ**
30 ut nos humilitatis ac patientiae haberemus exemplum. **P1γ**
31 Docuit enim **Pδ**
32 sacerdotes ueros legitime et plene honorari, **TTγ**
33 dum circa falsos sacerdotes **TTγ**
34 ipse talis existit. **P1γ**

1 **III** 1 Meminisse autem diaconi debent **Pδ**
2 quoniam apostolos
3 id est episcopos et praepositos **Ton. Äqu. 4δε/***
4 dominus elegit, **TTδ**
5 diaconos autem **P1δ**
6 post ascensum domini in caelos **TTδε**
7 apostoli sibi constituerunt **P**
8 episcopatus sui et ecclesiae ministros. **TTδ**
9 Quod si nos aliquid audere contra deum possumus **2βδ/***
10 qui episcopos facit, **Pδ**
11 possunt et contra nos audere diaconi **Tγ**
12 a quibus fiunt.
13 2 Et ideo oportet **TTδ**
14 diaconum
15 de quo scribis
16 agere audaciae suae paenitentiam *
17 et honorem sacerdotis agnoscere **T2γ**
18 et episcopo
19 praeposito suo **Pδ**
20 plena humilitate satisfacere. *
21 Haec sunt enim initia haereticorum **P**
22 et ortus atque conatus schismaticorum male cogitantium, *
23 ut sibi placeant, **gl. Akzentfolge**
24 ut praepositum superbo tumore contemnant. **P1γ**
25 Sic de ecclesia receditur,
26 sic altare profanum foris conlocatur, **TTγ**
27 sic contra pacem Christi **TTγε**
28 et ordinationem atque unitatem dei rebellatur. **TTγ**
29 3 Quod si ultra te
30 contumeliis suis exacerbauerit et prouocauerit, *
31 fungeris circa eum potestatem honoris tui,
32 ut eum uel deponas uel abstineas.
33 Nam si apostolus Paulus ad Timotheum scribens dixit:
*iuuentutem tuam nemo despiciat.* [I Tim. 4, 12.]
34 quanto magis tibi a collegis tuis dicendum est: **Tγζ**
35 „senectutem tuam nemo despiciat“?
36 4 Et quoniam scripsisti **TTδ**
37 quendam cum eodem diacono tuo se miscuisse **(Pβ)**
38 et superbiae eius atque audaciae participem esse, **Pδ**
39 hunc quoque
40 et si qui alii tales extiterint **Tγ**
41 et contra sacerdotem dei fecerint, *
42 uel coercere poteris uel abstinere.
43 Nisi quod hortamur et monemus **TTγδ**
44 ut peccasse se potius intellegant
45 et satisfaciant **(Tβ)/***
46 et nos propositum nostrum tenere patiantur. **TT1$^2$γ**
47 Magis enim optamus et cupimus **Tγδ**
48 contumelias et iniurias singulorum **V3δ**
49 clementi patientia uincere **T2δ**
50 quam sacerdotali licentia uindicare. **V3δ**
51 Opto te,
52 frater carissime, **Tγ**
53 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.4 Epistel 5

Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus carissimis s.

1 **I** 1 Saluto uos incolumis per dei gratiam, **(T)2βδ/***
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 laetus
4 quod circa incolumitatem uestram
5 omnia integra esse cognouerim. **T2γ**
6 Et quoniam mihi interesse nunc
7 non permittit loci condicio, **Tγ**
8 peto uos
9 pro fide et religione uestra **Ditr.**
10 fungamini illic **P1δ**
11 et uestris partibus et meis, **TTδε**
12 ut nihil uel ad disciplinam uel ad diligentiam desit. **P**
13 2 Quantum ad sumptus suggerendos, **TTγ**
14 siue illis **Ditr.**
15 qui gloriosa uoce dominum confessi **TTδ**
16 in carcere sunt constituti,
17 siue his
18 qui pauperes et indigentes laborant **Pγ**
19 et tamen in domino perseuerant, **Vδ**
20 peto nihil desit, **TTγε**
21 cum summula omnis **Pδ**
22 quae redacta est illic **P1γδ**
23 sit apud clericos distributa **V3δ**
24 propter eiusmodi casus, **P1δ**
25 ut haberent plures
26 unde ad necessitates et pressuras singulorum operari possint.

1 **II** 1 Peto quoque
2 ut ad procurandam quietem **Pγ**
3 sollertia et sollicitudo uestra non desinat. **T2γδ**
4 Nam etsi fratres pro dilectione sua cupidi sunt **Tγζ**
5 ad conueniendum et uisitandum confessores bonos
6 quos inlustrauit iam gloriosis initiis **Tγ**
7 diuina dignatio, **T2γ**
8 tamen caute hoc et non glomeratim **Pβ**
9 nec per multitudinem semel iunctam **Vδζ/1βδ**
10 puto esse faciendum, **TT1$^2$γ**
11 ne ex hoc ipso inuidia concitetur **Vδ**
12 et introeundi aditus denegetur **Vδ**
13 et dum insatiabiles multum uolumus, *
14 totum perdamus. **Pγ**
15 2 Consulite ergo et prouidete
16 ut cum temperamento fieri hoc tutius possit, **P1δ**
17 ita ut presbyteri quoque **Pδ**
18 qui illic apud confessores offerunt singuli **T2δ**
19 cum singulis diaconis
20 per uices alternent, **Pγ**
21 quia et mutatio personarum **Vδ**
22 et uicissitudo conuenientium
23 minuit inuidiam.
24 Circa omnia enim mites et humiles, **Tγδ**
25 ut seruis dei congruit, *
26 temporibus seruire **TTδ**
27 et quieti prospicere **Pγ**
28 et plebi prouidere debemus. **P1γ**
29 Opto uos,
30 fratres carissimi et desiderantissimi,
31 semper bene ualere **Pγ**
32 et nostri meminisse. **TTγ**
33 Fraternitatem uniuersam salutate. **TTγ**
34 Salutat uos Victor diaconus **Tγ**
35 et qui mecum sunt salutant. Valete. **Pγ**

## 2.5 Epistel 6

Cyprianus Sergio et Rogatiano et ceteris confessoribus in domino perpetuam s.

1 **I** 1 Saluto uos,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 optans ipse quoque conspectu uestro frui, **TTγε**
4 si me ad uos peruenire **Ditr.**
5 loci condicio permitteret.
6 Quid enim mihi optatius et laetius posset accidere **Tγ**
7 quam nunc uobis inhaerere, **TTγ**
8 ut conplecteremini me manibus illis **Pδ**
9 quae purae et innocentes **Vγδ**
10 et dominicam fidem seruantes **Pγ**
11 sacrilega obsequia respuerunt? **Vδ**
12 Quid iucundius et sublimius **Ton. Äqu. 4δε/***
13 quam osculari nunc ora uestra **Ditr.**
14 quae gloriosa uoce dominum confessa sunt,
15 conspici etiam praesentem ab oculis uestris **Pδ**
16 qui
17 despecto saeculo *
18 conspiciendo deo digni extiterunt? **TTγ**
19 2 Sed quoniam huic laetitiae interesse **Vδ/Ditr.**
20 facultas non datur, **Pγδ**
21 has pro me
22 ad aures et ad oculos uestros **Pδ**
23 uicarias litteras mitto, **P1δ**
24 quibus gratulor pariter et exhortor **Vδε**
25 ut in confessione caelestis gloriae *
26 fortes et stabiles perseueretis
27 et ingressi uiam dominicae dignationis **P**
28 ad accipiendam coronam **Pγ**
29 spiritali uirtute pergatis, **P1γ**
30 habentes dominum protectorem et ducem qui dixit: **Pγδ**

*et ecce uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem mundi.* [Matth. 28, 20.]

31 O beatum carcerem *
32 quem inlustrauit uestra praesentia. **T2γ**
33 O beatum carcerem *
34 qui homines dei mittit ad caelum. **P1γδ**
35 O tenebras lucidiores sole ipso **Ditr.**
36 et luce hac mundi clariores, **TTγ**
37 ubi modo constituta sunt dei templa **(Vγδζ)**
38 et sanctificata diuinis confessionibus membra uestra. **V3δζ**

1 **II** 1 Nec quicquam nunc uersetur
2 in cordibus et mentibus uestris **P1δ**
3 quam diuina praecepta **P1γ**
4 et mandata caelestia, **T2γ**
5 quibus nos ad tolerantiam passionis **V3δ**
6 spiritus sanctus semper animauit. **TT1$^2$γ**
7 Nemo mortem cogitet sed inmortalitatem, **TT**
8 nec temporariam poenam **P1δ**
9 sed gloriam sempiternam, **V3δ**
10 cum scriptum sit:

*pretiosa est in conspectu dei*
*mors iustorum eius* [Ps. 115, 15.]

11 Et iterum:

*sacrificium deo spiritus contribulatus,*
*cor contritum et humiliatum*
*deus non despicit.* [Ps. 50, 19.]

12 Et iterum ubi loquitur
scriptura diuina de tormentis
13 quae martyras dei consecrant *****
14 et ipsa passionis probatione sanctificant: **Tγ**
*et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum inmortalitate plena est. Et in paucis uexati in multis bene disponentur, quoniam deus temptauit illos et inuenit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace probauit illos et quasi holocaustam hostiam accepit illos. Et in tempore erit respectus illorum. Iudicabunt nationes et dominabuntur populis et regnabit dominus eorum in perpetuum“* [Sap. 3, 4-8.]
15 Quando ergo iudicaturos uos et regnaturos
16 cum Christo domino cogitatis, **Vδ**
17 exultetis necesse est **Tγζ**
18 et futurorum gaudio *****
19 praesentia supplicia calcetis, **TTδ**
20 scientes ab initio mundi **Pδ**
21 sic institutum
22 ut laboret istic
23 in saeculari conflictatione iustitia, **Tγ**
24 quando in origine statim prima **Vδζ**
25 Abel iustus occiditur **T2γ**
26 et exinde iusti quique **TTγε**
27 et prophetae
28 et apostoli missi. **P1δ**
29 Quibus omnibus
30 dominus quoque in se ipso
constituit exemplum, **TTδ**
31 docens ad suum regnum non nisi eos **(Pβδ)**
32 qui se per suam uiam secuti sint
peruenire dicens: **Ditr.**
*qui amat animam suam in isto saeculo, perdet illam, et qui odit animam suam in isto saeculo, in uitam aeternam conseruabit illam* [Ioan. 12, 25.]
33 Et iterum:
*nolite timere eos qui occidunt corpus, animam uero non possunt occidere. Magis autem metuite eum qui potest et animam et corpus occidere in gehennam.* [Matth. 10, 38.]
34 Paulus etiam nos adhortatur
35 ut
36 qui ad domini promissa uenire cupimus *****
37 imitari dominum in omnibus debeamus. **V3δ**
*Sumus,*
38 inquit,
*filii dei: si autem filii, et heredes dei, coheredes autem Christi, siquidem compatiamur ut et commagnificemur.*
39 Addidit etiam conparationem praesentis temporis
40 et futurae claritatis **TTγ**
41 dicens:
*non sunt condignae passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quae reuelabitur in nobis.* [Rom. 8, 18.]
42 Cuius claritatis gloriam cogitantes **V3δ**
43 pressuras omnes et persecutiones
tolerare nos conuenit, **T2γδ**
44 quia etsi sunt multae pressurae iustorum, **Pγ**
45 ex omnibus tamen liberantur **TTγ**
46 qui in deum fidunt.

1 **III** 1 Beatas etiam feminas **Tδ**
2 quae uobiscum
3 sunt in eadem confessionis gloria constitutae, **V3δ**
4 quae dominicam fidem tenentes **Pγ/Ditr.**
5 et sexu suo fortiores **TTγ/Ditr.**
6 non solum ipsae ad coronam proximae sunt,
7 sed et ceteris quoque feminis **Ton. Äqu. 4δζ/***
8 exemplum de sua constantia praebuerunt. **V3δ**
9 Ac ne quid deesset ad gloriam numeri uestri, **Pδ**
10 ut omnis uobiscum et sexus et aetas
esset in honore, **TT1**$^2$**γδ**
11 pueros etiam uobis gloriosa
confessione sociauit **TT1**$^2$**γ**
12 diuina dignatio, **T2γ**
13 repraesentans nobis tale aliquid *****
14 quale Ananias, Azarias, Misael
15 inlustres pueri *****
16 aliquando fecerunt, **P1γ**
17 quibus inclusis in caminum **TTγδ**
18 cesserunt ignes
19 et refrigerium flammae dederunt, **Pγ**
20 praesente cum illis domino et probante, **Vδε**
21 quod in confessores et martyras eius **P1δ**
22 nihil posset gehennae ardor operari, **TT1**$^2$**γ**
23 sed quod
24 qui in deum crederent **2βδ/***
25 incolumes semper **Pδ**
26 et tuti in omnibus perseuerarent. **P1**
27 2 Et consideretis diligentius
28 peto
29 pro uestra religione
30 quae apud illos pueros fides fuerit,
31 quae promereri
plenius deum potuit. **Ton. Äqu. 4δζ/***
32 Ad omnia enim parati, **Pγ**
33 sicuti omnes esse debemus, **P1γ**
34 aiunt regi:
*Nabuchodonosor rex, non opus est nobis de hoc uerbo respondere tibi. Est enim deus cui nos seruimus potens eripere nos de camino ignis*

*ardentis, et de manibus tuis, rex, liberabit nos. Et si non, notum tibi sit quoniam diis tuis non seruimus et imaginem auream quam statuisti non adoramus.* [Dan. 3,16-18].

35 Cum se et crederent
36 et pro fide sua scirent
37 posse etiam de praesenti supplicio liberari, **Vδ**
38 iactare hoc tamen et uindicare sibi noluerunt **TTγ**
39 dicentes
*et si non,*
40 ne minor esset confessionis uirtus
41 sine testimonio passionis. **V3δ**
42 Addiderunt **Ditr.**
43 posse omnia deum facere, *
44 sed tamen non in hoc fidere
45 ut liberari in praesentia uellent, **P1δ**
46 sed illam libertatis et securitatis aeternae gloriam cogitarent. **V3δ**

1 **IV** Quam fidem nos quoque retinentes **TTγ**
2 et die ac nocte meditantes **TT1$^2$γ**
3 toto corde ad deum prompti **(P)1βδ**
4 contemptu praesentium **Tγ**
5 futura tantummodo cogitemus, **Vδ**
6 fructum regni aeterni conplexum **Pγ**
7 et osculum domini, **Tδ**
8 conspectum dei,
9 ut sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum **Tγ**
10 gloriosum senem
11 uiam uobis ad gloriam temporis nostri **P1δ**
12 religiosa uirtute **Pγ**
13 et diuina dignatione facientem, **TT1$^2$γ**
14 qui cum Felicissimo fratre nostro **V3δζ**
15 quieto semper et sobrio **T2γδ**
16 excipiens ferocientis populi impetum, **Tδ**
17 primum hospitium uobis in carcere praeparauit **Vδ**
18 et metator quodammodo uester
19 nunc quoque uos antecedit. **Vγδ**
20 Quod ut consummetur in uobis **P1γδ**
21 adsiduis orationibus dominum deprecamur, **Vδ**
22 ut initiis ad summa pergentibus **T2γ**
23 quos confiteri fecit
24 faciat et coronari. **(P)1β**
25 Opto uos,
26 fratres carissimi et beatissimi, *
27 in domino semper bene ualere **Pγ**
28 et ad coronae caelestis gloriam peruenire. **V3δ**

## 2.6 Epistel 7

Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus carissimis s.

1 **1** Saluto uos,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 per dei gratiam incolumis,
4 optans cito ad uos uenire, **Ditr.**
5 ut desiderio tam meo quam uestro **Pγδ**
6 et omnium fratrum satisfiat. **TTγ**
7 Oportet nos tamen **Pγδ**
8 paci communi consulere **Tγ**
9 et interdum
10 quamuis cum taedio animi nostri **Pδ**
11 deesse uobis, **Ditr.**
12 ne praesentia nostri **P1δ**
13 inuidiam et uiolentiam gentilium prouocet **T2δ**
14 et simus auctores rumpendae pacis,
15 qui nos magis quieti omnium consulere debemus. **TTδ**
16 Quando ergo uos scripseritis *
17 rebus conpositis **Tγ**
18 me uenire debere **P1γ**
19 aut si ante dignatus fuerit dominus ostendere,
20 tunc ad uos ueniam.
21 Vbi enim mihi aut melius possit esse aut laetius **T2γδ**
22 quam illic
23 ubi me Deus et credere uoluit et crescere?

1 **2** Viduarum et infirmorum et omnium pauperum curam **P1δ**
2 peto
3 diligenter habeatis. **TT1$^2$γ**
4 Sed et peregrinis **TTβγ**
5 si qui indigentes fuerint
6 sumptus suggeratis **TTγ**
7 de quantitate mea propria *
8 quam apud Rogatianum
9 conpresbyterum nostrum dimisi. **Pγ**
10 Quae quantitas
11 ne forte iam uniuersa erogata sit,
12 misi eidem per Naricum acoluthum
13 aliam portionem, **Vδ**
14 ut largius et promptius
15 circa laborantes fiat operatio. *
16 Opto uos,
17 fratres carissimi, **Tγ**
18 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.7 Epistel 9

Cyprianus presbyteris et diaconibus
Romae consistentibus fratribus s.

1 **I** 1 Cum de excessu boni uiri **TTγε**
2 collegae mei
3 rumor apud nos incertus esset, **Ditr.**
4 fratres carissimi, **Tγ**
5 et opinio dubia nutaret, **TTδ**
6 accepi a uobis litteras *****
7 ad me missas per Crementium hypodiaconum, **T**
8 quibus plenissime de glorioso eius exitu instruerer,
9 et exultaui satis
10 quod pro integritate administrationis eius **Ditr.**
11 consummatio quoque honesta processerit. **T2γ**
12 2 In quo uobis quoque plurimum gratulor **T2δ**
13 quod eius memoriam **Tγ**
14 tam celebri et inlustri testimonio prosequamini, **4δ/***
15 ut per uos innotesceret nobis **P1δ**
16 quod et uobis esset circa praepositi memoriam gloriosum **Vδ**
17 et nobis quoque fidei ac uirtutis praeberet exemplum. **P1γ**
18 Nam quantum perniciosa res est
19 ad sequentium lapsum ruina praepositi, **Tγ**
20 in tantum contra utile est et salutare
21 cum se episcopus
22 per firmamentum fidei *****
23 fratribus praebet imitandum. **TT1$^2$γ**

1 **II** 1 Legi etiam litteras alias, **Tδ**
2 in quibus nec quis scripserit
3 nec ad quos scriptum sit
4 significanter expressum est. **T2γζ**
5 Et quoniam me in isdem litteris *****
6 et scriptura et sensus et chartae ipsae quoque mouerunt **Pγ**
7 ne quid ex uero uel subtractum sit uel inmutatum,
8 eandem ad uos epistolam authenticam remisi, **TTδ**
9 ut recognoscatis
10 an ipsa sit **Tγδζ**
11 quam Crementio hypodiacono perferrendam dedistis. **Pγ**
12 2 Perquam etenim graue est, **Tδζ**
13 si epistulae clericae ueritas **T2δ**
14 mendacio aliquo et fraude corrupta est. **T2γζ**
15 Hoc igitur ut scire possimus, **P1γ**
16 et scripturam et subscriptionem **Ditr.**
17 an uestra sit recognoscite **Ton. Äqu. 4γδ/***
18 et nobis quid sit in uero rescribite. **Tγ**
19 Opto uos,
20 fratres carissimi, **Tγ**
21 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.8 Epistel 10

Cyprianus martyribus et confessoribus Iesu
Christi domini nostri in deo patre perpetuam s.

1 **I** 1 Exulto laetus et gratulor, **T2γδ**
2 fortissimi ac beatissimi fratres, **P1δ**
3 cognita fide et uirtute uestra, **Ditr.**
4 in quibus mater ecclesia gloriatur, **Vδ**
5 gloriata et nuper quidem
6 cum confessione perstanti suscepta poena est
7 quae confessores Christi fecit extorres. **P1γ**
8 Confessio tamen praesens **Vδζ**
9 quantum in passione fortior,
10 tantum clarior et maior in honore est.
11 Creuit pugna,
12 creuit et pugnantium gloria. **T2δ**
13 Nec retardati estis ab acie **Tγδ**
14 tormentorum metu,
15 sed ipsis tormentis **Pγ**
16 magis estis ad aciem prouocati, **Vδ**
17 fortes et stabiles **Tγδ**
18 ad maximi certaminis proelium **T2δ**
19 prompta deuotione prodistis. **P1γ**
20 2 Ex quibus quosdam iam conperi coronatos, **Vδ**
21 quosdam uero ad coronam uictoriae proximos, **T2δ**
22 uniuersos autem
23 quos agmine glorioso carcer inclusit **P1γ**
24 pari et simili calore uirtutis **P1γ**
25 ad gerendum certamen animatos, **TT1$^2$γ**
26 sicut esse oportet in diuinis castris
27 milites Christi, **P1δ**
28 ut incorruptam fidei firmitatem **Vδ**
29 non blanditiae decipiant,
30 non minae terreant,
31 non cruciatus ac tormenta deuincant, **P1γ**
32 quia maior est
33 qui est in nobis **(Pβγδ)**
34 quam qui est in hoc mundo,
35 nec plus ad deiciendum potest terrena poena **Ditr.**
36 quam ad erigendum tutela diuina. **P1γ**
37 Probata res est certamine fratrum glorioso, **TTγ**
38 qui ad tormenta uincenda **P1γ**
39 ceteris duces facti
40 exemplum uirtutis et fidei praebuerunt, **Vδ**
41 congressi in acie **Tγδ**
42 donec acies succumberet uicta. **P1δ**

1 **II** 1 Quibus ego uos laudibus praedicem, **T2δ**
2 fortissimi fratres? **P1δ**
3 Robur pectoris uestri **P1δ**
4 et perseuerantiam fidei **Tδ**
5 quo praeconio uocis exornem? **P1γ**
6 Tolerastis
7 usque ad consummationem gloriae durissimam quaestionem, **V3δ**
8 nec cessistis suppliciis, **Tγ**
9 sed uobis potius supplicia cesserunt. **TTδ**
10 Finem doloribus **Tγ**
11 quem tormenta non dabant **Pγδ**
12 coronae dederunt. **Pγ**
13 Laniena grauior ad hoc diu perseuerauit, **P1**
14 non ut stantem fidem deiceret, **Tγ**
15 sed ut homines dei ad dominum uelocius mitteret. **T2δ**
16 2 Vidit admirans praesentium multitudo **V3δ**
17 caeleste certamen dei et spiritale, **Vγδ/Ditr.**
18 proelium Christi, **P1δ**
19 stetisse seruos eius **TTγε**
20 uoce libera,
21 mente incorrupta, **TTγ**
22 uirtute diuina, **P1γ**
23 telis quidem saecularibus nudos, **P1δ**
24 sed armis fidei credentis armatos. **P1γ**
25 Steterunt torti torquentibus fortiores **V3δ**
26 et pulsantes ac laniantes ungulas
27 pulsata ac laniata membra uicerunt. **P1γ**
28 Inexpugnabilem fidem **Pδ**
29 superare non potuit **Tγδ**
30 saeuiens diu plaga repetita, **TT1$^2$γ**
31 quamuis rupta conpage uiscerum
32 torquerentur in seruis dei
33 iam non membra sed uulnera. **T2γδ**
34 Fluebat sanguis
35 qui incendium persecutionis extingueret, **T2γ**
36 qui flammas et ignes gehennae **Pγ**
37 glorioso cruore sopiret. **P1γ**
38 3 O quale illud fuit spectaculum domino, **Tδ**
39 quam sublime, quam magnum, **P1γδ**
40 quam dei oculis
41 sacramento ac deuotione militis eius acceptum, **P1γ**
42 sicut scriptum est in psalmis **TTγδε**
43 spiritu sancto loquente ad nos pariter et monente: **Vδε**
*pretiosa est in conspectu dei*
*mors iustorum eius.* [Ps. 115, 15.]
44 Pretiosa mors haec est **P1γδε**
45 quae emit inmortalitatem **TT/Ditr.**
46 pretio sui sanguinis, **Ton. Äqu. 4δζ**
47 quae accepit coronam dei
48 consummatione uirtutis. **P1γ**

1 **III** Quam laetus illic Christus fuit, **TTγε**
2 quam libens in talibus seruis suis et pugnauit **TTγδ**
3 et uicit protector fidei
4 et dans credentibus tantum **P1δ**
5 quantum se credit capere qui sumit. **TTδε**
6 Certamini suo adfuit,
7 proeliatores atque adsertores sui nominis
8 erexit, corroborauit, animauit. **TT1$^2$γ**
9 Et qui pro nobis mortem semel uicit
10 semper uincit in nobis. **P1γδ**
*Cum uos,*
11 inquit,
*tradiderint, nolite cogitare quid loquamini.*
*Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini.*
*Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus*
*patris uestri qui loquitur in uobis.* [Matt. 10, 19]

1 **IV** 1 Documentum rei praesens proelium praebuit. **T2δ**
2 Vox plena spiritu sancto **P1δ**
3 de martyris ore prorupit, **P1γ**
4 cum Mappalicus beatissimus **Ton. Äqu. 4δ**
5 inter cruciatus suos proconsuli diceret: **T2δ**
6 „uidebis cras agonem."
7 Et quod ille cum uirtutis ac fidei testimonio dixit **P1δ**
8 dominus impleuit. **TTδ**
9 Agon caelestis exhibitus **Tγ**
10 et dei seruus **(P)1βδ**
11 in agonis promissi certamine coronatus est. **Ton. Äqu. 4δθ**
12 2 Hic est agon
13 quem propheta Esaias ante praedixit dicens:
*non pusillum uobis certamen cum hominibus,*
*quoniam deus praestat agonem.* [Es. 7, 13. 14].
14 Et ut ostenderet quis hic agon futurus esset, **Ditr.**
15 addidit dicens: **P1δ**
*ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium et*
*uocabitis nomen eius Emmanuel.* [Ibid. 14]
16 Hic est agon fidei nostrae **Pδ**
17 qua congredimur,
18 qua uincimus,
19 qua coronamur. **P1β**
20 3 Hic est agon
21 quem nobis ostendit et beatus apostolus Paulus, **P1δ**
22 in quo oportet nos currere **Tγδ**
23 et ad coronae gloriam peruenire. **V3δ**

*Nescitis,*
24 inquit,
*quia qui in stadio currunt omnes quidem currunt, unus tamen accipit palmam. Sic currite ut occupetis. Et illi quidem ut corruptibilem coronem accipiant, nos autem incorruptam.* [1 Kor. 9, 24. 25]
25 Item suum certamen ostendens **P1γ**
26 et hostiam se domino cito futurum esse promittens **P1γ**
27 ait:
*ego iam libor, et tempus instat adsumptionis. Bonum agonem certaui, cursum perfeci, fidem seruaui. Iam superest mihi corona iustitiae quam mihi reddet dominus in illa die ille iudex iustus, non solum autem mihi, sed et omnibus qui dilexerunt aduentum eius.* [II Tim . 4, 7. 8]
28 Hunc igitur agonem **TTδ**
29 per prophetas ante praedictum, **P1γ**
30 per dominum commissum, **TTδ**
31 per apostolos gestum, **P1δ**
32 Mappalicus suo et collegarum suorum nomine *
33 proconsuli repromisit. **Vδ**
34 Nec fefellit in promisso suo uox fidelis. **Ditr.**
35 Pugnam quam spopondit exhibuit **Tγ**
36 et palmam quam meruit accepit. **TTδ**
37 4 Istum nunc beatissimum martyrem **T2δ**
38 et alios participes eiusdem congressionis **P**
39 et comites in fide stabiles, *
40 in dolore patientes, **TT1$^{2}$γ**
41 in quaestione uictores **P1γ**
42 ut ceteri quoque sectemini **Tγ**
43 et opto pariter et exhortor, **Vδε**
44 ut
45 quos uinculum confessionis **Ditr.**
46 et hospitium carceris **Tδ**
47 simul iunxit
48 iungat etiam consummatio uirtutis **TTδ**
49 et corona caelestis, **P1γ**
50 ut lacrimas matris ecclesiae **T2γ**
51 quae plangit ruinas et funera plurimorum **Vδ**
52 uos uestra laetitia tergeatis **Vδ**
53 et ceterorum quoque stantium firmitatem **V3δ**
54 uestri exempli prouocatione solidetis. **TT1$^{2}$γ**
55 Si uos acies uocauerit,
56 si certaminis uestri dies uenerit, *
57 militate fortiter, *
58 dimicate constanter, **P1γ**
59 scientes
60 uos sub oculis praesentis domini dimicare, **Vδ**
61 confessione nominis eius **P1δ**
62 ad ipsius gloriam peruenire, **V3δ**
63 qui non sic est
64 ut seruos suos tantum spectet,
65 sed ipse luctatur in nobis, **P1γδ**
66 ipse congreditur, **Tγ**
67 ipse in certamine agonis nostri
68 et coronat pariter et coronatur. **(P)1β**

1 **V** 1 Quod si ante diem certaminis uestri **P1δ**
2 de indulgentia domini **Tδ**
3 pax superuenerit, **T2β**
4 uobis tamen manet uoluntas integra *
5 et conscientia gloriosa. **Vδ**
6 Nec contristetur aliquis ex uobis **TTδε**
7 quasi illis minor
8 qui ante uos tormenta perpessi **P1γ**
9 uicto et calcato saeculo *
10 ad dominum glorioso itinere uenerunt. **TTδ**
11 Dominus scrutator est renis et cordis, **P1γδ**
12 arcana perspicit
13 et intuetur occulta. **P1γ**
14 Ad coronam de eo promerendam **TTγ**
15 sufficit ipsius testimonium solum **P1δ**
16 qui iudicaturus est. **T2ζ**
17 2 Ergo utraque res,
18 fratres carissimi, **Tγ**
19 sublimis pariter et inlustris: **Vδε**
20 illa securior **T2γ**
21 ad dominum uictoriae consummatione properare, **TT1$^{2}$γ**
22 haec laetior
23 accepto post gloriam commeatu **V3δ**
24 in ecclesiae laude florere. **Pγ**
25 O beatam ecclesiam nostram **P1δ**
26 quam sic honor diuinae dignationis inluminat, **T2γ**
27 quam temporibus nostris **Pδ**
28 gloriosus martyrum sanguis inlustrat. **P1γ**
29 Erat ante in operibus fratrum candida: *
30 nunc facta est in martyrum cruore purpurea. **Tγ**
31 Floribus eius nec lilia nec rosae desunt.
32 Certent nunc singuli **Tγδ**
33 ad utriusque honoris amplissimam dignitatem. **V3δ**
34 Accipiant coronas uel de opere candidas **Tδ**
35 uel de passione purpureas. **Tγ**
36 In caelestibus castris **P1δ**
37 et pax et acies habent flores suos
38 quibus miles Christi ob gloriam coronetur. **Vδ**
39 Opto uos,
40 fortissimi ac beatissimi fratres, **P1δ**
41 semper in domino bene ualere **Pγ**
42 et nostri meminisse. **TTγ**
43 Valete.

## 2.9 Epistel 11

| | | |
|---|---|---|
| | Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus s. | |
| 1 | **I** 1 Quamquam sciam, | |
| 2 | fratres carissimi, | **Tγ** |
| 3 | pro timore | |
| 4 | quem singuli debemus deo | |
| 5 | uos quoque illic | **(Pβδ)** |
| 6 | adsiduis orationibus | |
| 7 | et enixis precibus | |
| 8 | instanter incumbere, | **T2γ** |
| 9 | admoneo tamen etiam ipse | **Pδ** |
| 10 | religiosam sollicitudinem uestram | **P1δ** |
| 11 | ut ad placandum atque exorandum deum | |
| 12 | non uoce sola, | **Ditr.** |
| 13 | sed et ieiuniis et lacrimis | |
| 14 | et omni genere deprecationis ingemescamus. | **P1** |
| 15 | 2 Intellegendum est enim | **Pγδ** |
| 16 | et confitendum | **Ditr.** |
| 17 | pressurae istius tam turbidam uastitatem | **V3δ** |
| 18 | quae gregem nostrum<br>maxima ex parte populata est | |
| 19 | et adhuc usque populatur, | **TT1$^{2}$γ** |
| 20 | secundum peccata nostra uenisse, | **P1γ** |
| 21 | dum uiam domini non tenemus, | **Vδε o. Ditr.** |
| 22 | nec data uobis ad salutem | **TTγδ** |
| 23 | caelestia mandata seruamus. | **P1γ** |
| 24 | Fecit dominus noster uoluntatem patris, | |
| 25 | et nos non facimus dei uoluntatem, | **TTγ** |
| 26 | patrimonio et lucro studentes, | **Pγ** |
| 27 | superbiam sectantes, | **TTδ** |
| 28 | aemulationi et dissensioni uacantes, | **Pγ** |
| 29 | simplicitatis et fidei neglegentes, | **Vδ** |
| 30 | saeculo uerbis solis et non factis renuntiantes, | **P** |
| 31 | unusquisque sibi placentes | **Pγ** |
| 32 | et omnibus displicentes. | **V3δ** |
| 33 | Vapulamus itaque ut meremur, | **Vδε/Ditr.** |
| 34 | cum scriptum sit: | |
| | *seruus autem ille qui cognoscit uoluntatem domini sui et non paruerit uoluntati eius, uapulabit multas.* [Luc. 12, 47.] | |
| 35 | 3 Quas autem plagas, | **(Pβδ)** |
| 36 | quae uerbera non meremur, | **Vδε** |
| 37 | quando nec confessores, | |
| 38 | qui exemplo ceteris ad bonos mores<br>esse debuerant, | **Tγ** |
| 39 | teneant disciplinam? | **Vδ** |
| 40 | Itaque dum quosdam insolenter extollit | **P1γ** |
| 41 | confessionis suae<br>tumida et inuerecunda iactatio, | **T2γ** |
| 42 | tormenta uenerunt, | **P1γ** |
| 43 | et tormenta sine fine tortoris, | **P1γ** |
| 44 | sine exitu damnationis, | **P** |
| 45 | sine solacio mortis, | **P1δ** |
| 46 | tormenta quae ad coronam<br>non facile dimittant, | **TTδ** |
| 47 | sed tamdiu torqueant | **T2δ** |
| 48 | quamdiu deiciant, | |
| 49 | nisi si aliquis diuina dignatione subtractus | **P1γ** |
| 50 | inter ipsa cruciamenta profecerit, | **Tγ** |
| 51 | adeptus gloriam | |
| 52 | non termino supplicii, | |
| 53 | sed uelocitate moriendi. | **TT1$^{2}$γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **II** 1 Haec patimur delicto et merito nostro, | |
| 2 | sicut praemonuit diuina censura dicens: | **Ditr.** |
| | *si dereliquerint legem meam et in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint et praecepta mea non obseruauerint, uisitabo in uirga facinora eorum et in flagellis delicta eorum.* [Ps. 88, 31-33.] | |
| 3 | Virgas igitur et flagella sentimus | **P1γ** |
| 4 | qui deo nec bonis factis placemus | **Pγ** |
| 5 | nec pro peccatis satisfacimus. | |
| 6 | 2 Rogemus de intimo corde | **P1δ** |
| 7 | et de tota mente | |
| 8 | misericordiam dei, | **Pδ** |
| 9 | quia et ipse addidit dicens: | **P1δ** |
| | *misericordiam autem meam non dispergam ab eis.* [Ps. 88, 34.] | |
| 10 | Petamus et accipimus; | |
| 11 | et si accipiendi mora et tarditas fuerit, | **Tδ** |
| 12 | quoniam grauiter offendimus, | |
| 13 | pulsemus, | |
| 14 | quia et pulsanti aperitur, | **Pγ** |
| 15 | si modo pulsent ostium | |
| 16 | preces et gemitus et lacrimae nostrae | **Pδ** |
| 17 | quibus insistere et inmorari oportet, | **Pγ** |
| 18 | et si sit unanimis oratio. | |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **III** 1 Nam quod magis suasit et conpulit | **T2γδ** |
| 2 | ut has ad uos litteras scriberem, | **T2δ** |
| 3 | scire debetis, | **P1γ** |
| 4 | sicut dominus ostendere et reuelare dignatur, | **P1γ** |
| 5 | dictum esse in uisione: | **Vγδ** |
| 6 | „petite et inpetratis". | |
| 7 | Tunc deinde praeceptum plebi adsistenti | **TTγ** |
| 8 | ut pro quibusdam personis<br>designatis sibi peterent, | |
| 9 | in petendo autem fuisse dissonas uoces | **P1δ** |
| 10 | et dispares uoluntates | **Vδ** |
| 11 | et uehementer hoc displicuisse illi qui dixerat: | **Tγδ** |

12 „petite et inpetratis“,
13 quod plebis inaequalitas discreparet **V3δ**
14 nec esset fratrum consensio una **P1δ**
15 et simplex et iuncta concordia, **T2γ**
16 cum scriptum sit:
*deus qui inhabitare facit*
*unianimes in domo* [Ps. 67, 7, 7.],
17 et in actis apostolorum legamus: **Pγ**
*turba autem eorum qui crediderant*
*anima ac mente una agebant* [Act. 4, 32.],
18 et dominus sua uoce mandauerit dicens: **T2δ**
*hoc est mandatum meum, ut*
*diligatis inuicem* [Ioan. 15, 17.],
19 et iterum:
*dico autem uobis quoniam si duobus ex*
*uobis conuenerit in terra de omni re*
*quamcumque petieritis continget uobis a patre*
*meo qui in caelis est.* [Matt. 18, 19.]
20 Quod si duo unanimes tantum possunt,
21 quid si unanimitas apud omnes esset,
22 2 quid si secundum pacem
23 quam dominus nobis dedit **Vδζ**
24 uniuersis fratribus conueniret? **V3δ**
25 Iam pridem de diuina misericordia
26 inpetrassemus quod petimus **Tγδ**
27 nec tamdiu in hoc salutis et fidei nostrae
periculo fluctuaremus, **P1**
28 immo uero nec uenissent fratribus haec mala, **TTδε**
29 si in unum fraternitas fuisset animata. **TT1**$^2$**γ**

1 **IV** 1 Nam et illud ostensum est **T2γζ**
2 quod sederet paterfamilias **Tγ**
3 sedente sibi ad dexteram iuuene, **Tδ**
4 qui iuuenis anxius **Tδ**
5 et cum quadam indignatione subtristis **P1γ**
6 maxillam manu tenens
7 maesto uultu sedebat. **Pγ**
8 Alius uero sinistra parte consistens **P1γ**
9 rete portabat, **P1γ**
10 quod se mittere
11 ut circumstantem populum caperet minabatur. **Vδ**
12 Et cum miraretur
13 quid hoc esset ille qui uidit, **P1γδ**
14 dictum est ei iuuenem
15 qui ad dexteram sic sederet **V3δε**
16 contristari et dolere **TTγδ**
17 quod praecepta sua non obseruarentur, **P**
18 illum uero in sinistra exultare **TTγ**
19 quod sibi daretur occasio **T2γ**
20 ut a patrefamilias **T**
21 potestatem sumeret saeuiendi. **V3δ**
22 2 Hoc prius longe ostensum est **Tγζ**
23 quam tempestas uastitatis huius oriretur. **TT1**$^2$**γ**
24 Et uidemus inpletum **P1γ**
25 quod fuerat ostensum, **TTδ**
26 ut dum domini praecepta contemnimus, **T2γ**
27 dum datae legis mandata
salutaria non tenemus, **Vδε**
28 facultatem nocendi inimicus acciperet **Tγ**
29 minus armatos **Pγ**
30 et ad repugnandum minus cautos **TTγ**
31 iactu retis operiret. **TT1**$^2$**γ**

1 **V** 1 Oremus instanter **P1γ**
2 et adsiduis precibus ingemescamus. **P1**
3 Nam et hoc nobis non olim per uisionem, **Ditr.**
4 fratres carissimi, **Tγ**
5 exprobratum sciatis, **Pγ**
6 quod dormitemus in precibus **Tγδ**
7 nec uigilanter oremus. **P1γ**
8 Et deus utique,
9 qui quem corripit diligit,
10 quando corripit, **Pγ**
11 ad hoc corripit ut emendet, **TTγδ**
12 ad hoc emendat ut seruet. **P1γδ**
13 Excutiamus itaque
14 et abrumpamus somni uincula **gl. Akzentfolge**
15 et instanter ac uigilanter oremus, **P1γ**
16 sicut Paulus apostolus praecipit dicens: **P1δ**
*instate orationi uigilantes in ea.* [Col. 4, 2].
17 Nam et apostoli **Tβγ**
18 orare diebus ac noctibus **T2γδ**
19 non destiterunt, **Ditr.**
20 et dominus quoque ipse disciplinae magister **Pγ**
21 et exempli nostri uia **TTγε**
22 frequenter et uigilanter orauit, **P1γ**
23 sicut in euangelio legimus: **Tδ**
*exiit in montem orare et fuit*
*pernoctans in oratione dei.* [Luc. 6, 12].
24 2 Et utique quod orabat **Vδε**
25 orabat ille pro nobis, **P1γδ**
26 cum peccator ipse non esset, **P1γδ**
27 sed nostra peccata portaret. **P1γ**
28 Adeo autem pro nobis ille deprecabatur, **P1**
29 ut legimus alio loco: **Pδ**
*dixit autem dominus ad Petrum: Ecce satanas*
*postulauit ut uos uexaret quomodo*
*triticum. Ego autem rogaui pro te ne*
*deficiat fides tua.* [Luc. 22, 31.]
30 Quod si pro nobis ac pro delictis nostris
31 ille et laborat et uigilat et precatur, **Vδε (gl. Akz.)**
32 quanto nos magis insistere precibus et orare **Vδε**

33 et primo ipsum dominum rogare, **TTδ**
34 tunc deinde per ipsum **Pγδ**
35 deo patri satisfacere debemus! **TTδ**
36 3 Habemus aduocatum et deprecatorem
37 pro peccatis nostris
38 Iesum Christum **Pδ**
39 dominum et deum nostrum, **(P)1βδ (gl. Akz.)**
40 si modo nos in prateritum peccasse paeniteat, **Tγ**
41 et confitentes atque intellegentes delicta nostra **Ditr.**
42 quibus nunc dominum offendimus,
43 uel de cetero nos ambulare in uiis eius
44 et praecepta eius metuere spondeamus. **Vδ**
45 Pater nos et corrigit et tuetur, **Vδε**
46 stantes tamen in fide et in pressuris atque angustiis licet, **Pδ**
47 Christo eius firmiter adhaerentes, **Vδ**
48 sicut scriptum est:
*quis nos separabit a dilectione Christi, pressura an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius?* [Rom. 8, 35.]
49 Nihil horum potest separare credentes, **P1γ**
50 nihil potest auellere **Tγ**
51 corpori eius et sanguini cohaerentes. **Vδ**
52 Persecutio ista examinatio est **Ditr.**
53 atque exploratio pectoris nostri. **P1δ**
54 Excuti nos deus uoluit et probari, **Vδε**
55 sicut suos semper probauit, **Pγ**
56 nec tamen in probationibus eius **Pδ**
57 aliquando auxilium credentibus defuit. **T2δ**

1 **VI** 1 Denique ad minimum famulum suum **Pδ**
2 et in delictis licet plurimis constitutum **V3δ**
3 et dignatione eius indignum **P1γ**
4 tamen ille pro sua circa nos bonitate mandare dignatus est. **T2γζ**
5 „Dic illi,
6 inquit,
7 securus sit, **Tγζ**
8 quia pax uentura est.
9 Sed quod interim morula est,
10 supersunt adhuc aliqui qui probentur“. **Vδε**
11 2 Sed et de uicto parco
12 et sobrio potu **P1δ**
13 diuinis dignationibus admonemur, **Vδ**
14 scilicet ne uigore caelesti sublime tam pectus **P1γδ**
15 inlecebra saecularis eneruet, **P1γ**
16 uel ne largioribus epulis mens grauata **Vδζ**
17 minus ad preces orationis euigilet. **Tγ**

1 **VII** 1 Dissimulare haec singula **T2γδ**
2 et apud conscientiam meam **Pδ**
3 solus occultare non debui, **T2γδ**
4 quibus unusquisque nostrum et instrui et regi possit.
5 Nec ipsi denique
6 apud uos hanc epistulam teneatis occultam, **P1γ**
7 sed legendam fratribus suggeratis. **V3δ**
8 Intercipere enim **Pδ**
9 quibus nos dominus admonere et instruere dignatur **TTδ**
10 eius est
11 qui admoneri et instrui fratrem suum nolit. **TTγε**
12 2 Probari nos a domino nostro sciant, **Vδζ**
13 nec a fide
14 qua in eum semel credidimus **Tγ**
15 praesentis pressurae conflictatione deficiant. **Tγ**
16 Delicta sua singuli recognoscentes **P**
17 uel modo conuersationem ueteris hominis exponant. **TTδ**
*Nemo*
18 enim
*retro adtendens et superponens manum suam super aratrum aptus est regno dei.* [Luc. 9, 62]
19 Denique uxor Loth,
20 quae liberata **Ditr.**
21 contra praeceptum retro respexit, **Pγ**
22 quod euaserat perdidit. **T2δ**
23 Adtendamus non posteriora **P**
24 quo diabolus reuocat, **Tδ**
25 sed priora
26 quo Christus uocat.
27 Oculos erigamus ad caelum, **P1γδ**
28 ne oblectamentis et inlecebris nos suis terra decipiat. **Tγ**
29 3 Unusquisque oret deum, **TTγε**
30 non pro se tantum,
31 sed pro omnibus fratribus, **T2δ**
32 sicut dominus orare nos docuit, **Tγδ**
33 ubi non singulis priuatam precem mandauit, **Pγ**
34 sed oratione communi **P1γ**
35 et concordi prece orantes **Pγ**
pro omnibus iussit orare. [Cf. Matth. 6, 9.]
36 Si nos dominus humiles et quietos, **Vδε**
37 si nobis inuicem copulatos, **V3δ**
38 si circa iram suam timidos, *****
39 si praesenti tribulatione **Ditr.**
40 correctos emendatosque conspexerit, **T2γ**
41 tutos ab inimici infestationibus exhibebit. **Vδ**
42 Praecessit disciplina, **TTγ**
43 sequetur et uenia. **Tγδ**

1 **VIII** Nos tantum sine cessatione poscendi **P1γ**
2 et cum fide accipiendi **P**
3 simplices et unanimes dominum deprecemur, **Vδ**
4 cum gemitu pariter et fletu deprecantes, **TTγ**
5 sicut deprecari oportet eos
6 qui sint positi inter plangentium ruinas **TTδ**
7 et timentium reliquias,
8 inter numerosam languentium stragem **P1δ**
9 et exiguam stantium paucitatem. **V3δ**
10 Rogemus pacem maturius reddi, **P1δ**
11 cito latebris nostris et periculis subueniri, **V3δ**
12 inpleri quae famulis suis dominus dignatur ostendere, **T2γ**
13 redintegrationem ecclesiae suae, **Pδ**
14 securitatem salutis nostrae,
15 post pluuias serenitatem, **Ditr.**
16 post tenebras lucem, **Pδ**
17 post procellas et turbines **Tγδ**
18 placidam lenitatem, **Vδ**
19 pia paternae dilectionis auxilia, **Tγ**
20 diuinae maiestatis solita magnalia,
21 quibus et persequentium blasphemia retundatur **Vδ**
22 et lapsorum paenitentia reformetur **Vδ**
23 et fortis et stabilis **Tγδ**
24 perseuerantium fiducia glorietur. **Vδ**
25 Opto uos,
26 fratres carissimi, **Tγ**
27 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.10 Epistel 12

Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus s.

1 **I** 1 Quamquam sciam uos,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 litteris meis frequenter admonitos esse **Pδ**
4 ut gloriosa uoce dominum confessis **TTδ**
5 et in carcere constitutis **Vδ**
6 omnis diligentia praebeatur, **Vδ**
7 tamen identidem uobis incumbo, **Pγ**
8 ne quid ad curam desit his
9 quibus ad gloriam nihil deest. **Vδζ**
10 Atque utinam loci et gradus mei condicio permitteret
11 ut ipse nunc praesens esse possem: **Ditr. o. TTγε**
12 promptus et libens **Pγδ**
13 sollemni ministerio *****
14 cuncta circa fortissimos fratres nostros **Vδζ**
15 dilectionis obsequia complerem. **TTδ**
16 Sed officium meum **Pδ**
17 uestra diligentia repraesentet **Vδ**
18 et faciat omnia quae fieri oportet **TTδ**
19 circa eos
20 quos in talibus meritis fidei ac uirtutis suae
21 inlustrauit diuina dignatio. **T2γ**
22 2 Corporibus etiam omnium, **Tδ**
23 qui etsi torti non sunt,
24 in carcere tamen glorioso exitu mortis excedunt, **P1γ**
25 inpertiatur et uigilantia et cura propensior. **T2γ**
26 Neque enim uirtus eorum aut honor minor est *****
27 quo minus ipsi quoque **TTγε**
28 inter beatos martyras adgregentur. **V3δ**
29 Quod in illis est tolerauerunt **P**
30 quidquid tolerare parati et prompti fuerunt. **Pγ**
31 Qui se tormentis et morti sub oculis dei obtulit *****
32 passus est
33 quidquid pati uoluit. *****
34 Non enim ipse tormentis, **P1γ**
35 sed tormenta ipsi defuerunt, **TTγ**
36 sicut scriptum est: *****

*3 qui in me confessus fuerit coram hominibus, et ego in illo confitebor coram patre meo* [Matt. 10, 32.],

37 dicit dominus.
38 Confessi sunt.

*Qui tolerauerit usque ad finem hic saluabitur* [Matt. 10, 22.],

39 dicit dominus. *****
40 Tolerauerunt et ad finem usque incorrupta et inmaculata uirtutum suarum merita pertulerunt. Et iterum scriptum est:

*esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam uitae.* [Apoc. 2, 10.]

41 Vsque ad mortem **P1γδ**
42 fideles et stabiles et inexpugnabiles perseuerauerunt. **TT**
43 Cum uoluntati et confessioni nostrae
44 in carcere et uinculis
45 accedit et moriendi terminus, *****
46 consummata martyris gloria est.

1 **II** 1 Denique et dies eorum quibus excedunt adnotate, **TTγ**
2 ut conmemorationes eorum **Pγ**
3 inter memorias martyrum celebrare possimus; **P1γ**
4 quamquam Tertullus, **Pγ**
5 fidelissimus ac deuotissimus frater noster, **Vδζ**
6 pro cetera sollicitudine et cura sua
7 quam fratribus in omni obsequio operationis inpertit, **P1γ**
8 qui nec illic circa curam corporum deest, **P1δ**

9 scripserit et scribat ac significet mihi dies **Vδζ**
10 quibus in carcere beati fratres nostri **TTγε**
11 ad inmortalitatem **TT**
12 gloriosae mortis exitu transeunt, **T2δ**
13 et celebrentur hic a nobis **TTγδε**
14 oblationes et sacrificia *
15 ob conmemorationes eorum, **Pγ**
16 quae cito uobiscum domino protegente celebrabimus. *
17 2 Pauperibus quoque, **Pδ**
18 ut saepe iam scripsi, **P1γδ**
19 cura ac diligentia uestra non desit, **P1γδ**
20 his tamen
21 qui in fide stantes
22 et nobiscum fortiter militantes **V3δ**
23 Christi castra non reliquerunt; **(P)1β**
24 quibus quidem nunc
25 maior a nobis et dilectio et cura praestanda est, **T2γζ**
26 quod nec paupertate uicti **Ditr.**
27 nec persecutionis tempestate prostrati, **P1γ**
28 dum domino fideliter seruiunt, **T2δ**
29 ceteris quoque pauperibus **Tγ**
30 exemplum fidei praebuerunt. **Vδ**
31 Opto uos,
32 fratres carissimi ac desiderantissimi,
33 semper bene ualere **Pγ**
34 et nostri meminisse. **TTγ**
35 Fraternitatem meo nomine salutate. **Vδ**
36 Valete.

## 2.11 Epistel 13

Cyprianus Rogatiano presbytero et ceteris confessoribus fratribus s.

1 **I** Et iampridem uobis,
2 fratres carissimi ac fortissimi, **Ton. Äqu. 4δε**
3 litteras miseram **T2δ**
4 quibus fidei et uirtuti uestrae
5 uerbis exultantibus gratularer, **V3δ**
6 et nunc non aliud in primis uox nostra conplectitur **T2γ**
7 quam ut laeto animo
8 frequenter ac semper **P1γδ**
9 gloriam uestri nominis praedicemus. **V3δ**
10 Quid enim uel maius in uotis meis potest esse uel melius **Tγδ**
11 quam cum uideo
12 confessionis uestrae honore **Pγ**
13 inluminatum gregem Christi? **TTγε**
14 Nam cum gaudere in hoc omnes fratres oportet, **Pγ**
15 tunc in gaudio communi **TTδ**
16 maior est episcopi portio. **T2δ**
17 Ecclesiae enim gloria **Ton. Äqu. 4δζ/***
18 praepositi gloria est.
19 Quantum dolemus ex illis **P1γδ**
20 quos tempestas inimica prostrauit, **P1γ**
21 tantum laetamur ex uobis **P1γδ**
22 quos diabolus superare non potuit. **Tγδ**

1 **II** 1 Hortamur tamen per communem fidem,
2 per pectoris nostri ueram circa uos et simplicem caritatem, **V3δ**
3 ut qui aduersarium prima hac congressione uicistis **P1γ**
4 gloriam uestram **P1δ**
5 forti et perseueranti uirtute teneatis. **TT1$^{2}$γ**
6 Adhuc in saeculo sumus, **Pδ**
7 adhuc in acie constituti, **Vδ**
8 de uita nostra cotidie dimicamus. **V3δ**
9 Danda opera est,
10 ut post haec initia *
11 ad incrementa quoque ueniatur **TTγ**
12 et consummetur in uobis **P1γδ**
13 quod iam rudimentis felicibus esse coepistis. **P1γ**
14 Parum est
15 adipisci aliquid potuisse. **Vδ**
16 Plus est
17 quod adeptus es posse seruare, **P1γ**
18 sicut et fides ipsa et natiuitas salutaris non accepta **TTγδ**
19 sed custodita uiuificat. **Tγ**
20 Nec statim consecutio, *
21 sed consummatio hominem deo seruat. **Vδζ**
22 2 Dominus hoc magisterio suo docuit dicens: **Pδ**
*ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat.* [Ioan. 5, 14.]
23 Puta
24 hoc illum et confessori suo dicere: **2βδ/***
25 „ecce confessor factus es, *
26 iam noli peccare, **Pγ**
27 ne quid tibi deterius fiat.“
28 Salomon denique et Saul et ceteri multi **P1δ**
29 quamdiu in uiis domini ambulauerunt, **P1**
30 datam sibi gratiam **2βδ/***
31 tenere potuerunt: **TT1$^{2}$γ**
32 recedente ab his disciplina dominica **Tγ**
33 recessit et gratia. **T2γδ**

1 **III** 1 Perseuerandum nobis est *
2 in arto et in angusto itinere **Tγ**
3 laudis et gloriae, **T2γδ**

4 et cum quies et humilitas
5 et bonorum morum tranquillitas **Tγ**
6 Christianis omnibus congruat **T2δ**
7 secundum dei uocem **TTγε**
8 qui neminem alium respicit **Tδ**
9 nisi humilem et quietum **Vδε**
10 et trementem sermones suos,
11 tunc magis hoc obseruare et implere
confessores oportet, **Pγ**
12 qui exemplum facti estis ceteris fratribus, **T2δ**
13 ad quorum mores
14 omnium uita et actus **Pγδ**
15 debeat prouocari. **V3δ**
16 2 Nam sicut Iudaei a deo alienati sunt,
17 propter quos nomen dei
blasphematur in gentibus, **T2γδ**
18 ita contra deo cari sunt, *****
19 per quorum disciplinam **TTγ**
20 nomen domini laudabili
testimonio praedicatur, **V3δ**
21 sicut scriptum est *****
22 domino praemonente et dicente: **TTγδ**
*luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant bona opera uestra et clarificent patrem uestrum qui in caelis est* [Matt. 5, 16.].
23 Et Paulus apostolus dicit: **P1δ**
*lucete sicut luminaria in mundo.* [Phil. 2. 15.]
24 Et Petrus similiter hortatur: **TTδ**
*sicut hospites,*
25 inquit,
*et peregrini abstinete uos a carnalibus desideriis, quae militant aduersus animam, conuersationem habentes inter gentiles bonam, ut dum retractant de uobis quasi de malignis, bona opera uestra aspicientes magnificent dominum.* [I Petr. 2, 11. 12.]
26 Quod quidem maxima pars uestrum
27 cum meo gaudio curat **P1δ**
28 et confessionis ipsius honore melior facta **Pδ**
29 tranquillis et bonis moribus **2βδ/***
30 gloriam suam custodit et seruat. **P1γδ**

1 **IV** 1 Sed quosdam audio inficere
numerum uestrum **Pδ**
2 et laudem praecipui nominis **Tδ**
3 praua sua conuersatione destruere, **Tγ**
4 quos etiam uos ipsi **TTδε**
5 utpote amatores et conseruatores
laudis uestrae **TTγε**
6 obiurgare et conprimere et emendare debetis. **P1γ**
7 Cum quanto enim nominis uestri
pudore delinquitur, **T2γ**
8 quando alius aliquis temulentus et
lasciuiens demoratur, **V3δ**
9 alius in eam patriam *****
10 unde extorris factus est *****
11 regreditur,
12 ut deprehensus non iam quasi Christianus **TTγ**
13 sed quasi nocens pereat?
14 2 Inflari aliquos et tumere audio, *****
15 cum scriptum sit: *****
*noli altum sapere, sed time. Si enim dominus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.* [Rom. 11, 20. 21.]
16 Dominus noster
sicut ouis ad uictimam adductus est
et sicut agnus coram tondente sine
uoce sic non aperuit os suum. [Is. 53, 7.]
*Non sum,*
17 inquit,
*contumax, neque contradico. Dorsum meum posui ad flagella et maxillas meas ad palmas. Faciem autem meam non auerti a foeditate sputorum.* [Es. 50, 5, 6.]
18 3 Et quisquam per ipsum
nunc atque in ipso uiuens
19 extollere se audet et superbire, **Vγδ**
20 inmemor et factorum quae ille gessit **Ditr.**
21 et mandatorum
22 quae nobis uel per se uel per
apostolos suos tradidit? **Ton. Äqu. 4δζ/***
23 Quod si
*non est maior domino suo seruus,*
24 qui dominum sequuntur **TTδ**
25 humiles et quieti et taciturni
26 uestigia eius imitentur, **TT1$^{2}$γ**
27 quando quisque inferior fuerit **Tδ**
28 sublimior fiat, **P1δ**
29 dicente domino: *****
*qui minimus fuerit in uobis,*
*hic erit magnus.* [Luc., 9. 48.]

1 **V** 1 Quod deinde illud, **Ditr.**
2 quam uobis exsecrandum debet uideri, **Pγ**
3 quod cum summo animi nostri gemitu et
dolore cognouimus, **T2γ**
4 non deesse
5 qui dei templa
6 et post confessionem sanctificata et
inlustrata plus membra **P1γδ**
7 turpi et infami
concubitu suo maculent, **Ton. Äqu. 4δζ/***
8 cubilia cum feminis promiscua iungentes, **TTδ**
9 quando etsi stuprum conscientiae eorum desit,

10 hoc ipsum grande crimen est, *
11 quod illorum cum scandalo **Tγδ**
12 in aliorum ruinas **Pγ**
13 exempla nascantur. **P1γ**
14 2 Contentiones quoque et aemulationes **Ditr./TT**
15 inter uos nullas esse oportet, **Pγ**
16 cum pacem suam nobis dimiserit dominus **Tδ**
17 et scriptum sit:
*diliges proximum tuum tamquam te. Si autem mordetis et incusatis inuicem, uidete ne consumamini ab inuicem.* [Gal. 5, 14. 15.]
18 Conuiciis etiam et maledictis, **(Pβ)**
19 quaeso
20 uos abstinete, **Ditr.(/Pβ)**
21 quia neque maledici regnum dei consequentur et lingua **Tγδ**
22 quae Christum confessa est **Tγζ**
23 incolumis et pura **TTδε**
24 cum suo honore seruanda est. **T2γζ**
25 Nam qui pacifica et bona et iusta **Pγδ**
26 secundum praeceptum Christi loquitur *
27 Christum cotidie confitetur. **V3δ**
28 3 Saeculo renuntiaueramus
29 cum baptizati sumus;
30 sed nunc uero renuntiamus saeculo *
31 quando temptati et probati a deo **Pγδ**
32 nostra omnia relinquentes **Vδ**
33 dominum secuti sumus
34 et fide ac timore eius **Ditr.**
35 stamus et uiuimus. **T2γδ**

1 **VI** Corroboremus nos exhortationibus mutuis **T2δ**
2 et magis ac magis **Pγδ**
3 proficiamus in domino, **Tγδ**
4 ut cum pro sua misericordia pacem fecerit **Ton. Äqu. 4δζ/***
5 quam se facturum repromittit, **TTγ**
6 noui et paene mutati **P1γ**
7 ad ecclesiam reuertamur, **Vδ**
8 et excipiant nos
9 siue fratres nostri siue gentiles **P1γ**
10 circa omnia correctos **TTδ**
11 atque in melius reformatos **Vδ**
12 et qui admirati fuerant prius in uirtutibus gloriam **T2δ**
13 nunc admirentur in moribus disciplinam. **V3δ**

1 **VII** Et quamquam clero nostro et nuper cum adhuc essetis in carcere constituti, **Vδ**
2 sed nunc quoque denuo plenissime scripserim, **T2δ**
3 ut si quid uel ad uestitum uestrum
4 uel ad uictum necessarium fuerit, suggeratur: **Vδ**
5 tamen etiam ipse de sumpticulis propriis
6 quos mecum ferebam **Pγ**
7 misi uobis CCL.
8 Sed et alia CCL.
9 proxime miseram. **T2δ**
10 Victor quoque
11 ex lectore diaconus **Tγ**
12 qui mecum est
13 misit uobis CLXXV.
14 Gaudeo autem **P1δ**
15 quando cognosco **Pγ**
16 plurimos fratres nostros **Vδζ**
17 pro sua dilectione certatim concurrere **Tγ**
18 et necessitates uestras suis conlationibus adiuuare. **Vδ**
19 Opto te,
20 frater carissime, **Tγ**
21 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.12 Epistel 14

Cyprianus presbyteris et diaconis fratribus s.
1 **I** 1 Optaueram quidem, **Pδ**
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 ut uniuersum clerum nostrum **TTγε**
4 integrum et incolumem
5 meis litteris salutarem. **Vδ**
6 Sed quoniam infesta tempestas, **P1γ**
7 quae plebem nostram ex maxima parte prostrauit **P1γ**
8 hunc quoque addidit nostris doloribus cumulum **Tδ**
9 ut etiam cleri portionem **TTγ/Ditr.**
10 sua strage perstringeret, **T2γ**
11 oramus deum
12 ut uos saltem,
13 quos et in fide et in uirtute stare cognouimus, **T2γ**
14 tutos quoque in posterum **Tγδ**
15 per diuinam misericordiam salutemus. **Vδ**
16 2 Et quamquam causa conpelleret **T2γ**
17 ut ipse ad uos properare et uenire deberem, **P1γ**
18 primo cupiditate et desiderio uestri, **Pδ**
19 quae res in uotis meis summa est, *
20 tunc deinde
21 ut ea
22 quae circa ecclesiae gubernacula **Ton. Äqu. 4δ/***
23 utilitas communis exposcit **P1γ**
24 tractare simul
25 et plurimorum consilio examinata **Ditr.**
26 limare possemus, **P1γ**

27 tamen potius uisum est **Tδζ**
28 adhuc interim latebram et quietem tenere **Pγ**
29 respectu utilitatum aliarum **TT1$^{2}$γ**
30 quae ad pacem omnium nostrum pertinent et salutem, **V3δε**
31 quarum uobis a Tertullo **TTγδ**
32 fratre nostro carissimo **Tγ**
33 ratio reddetur; **TTδ**
34 qui pro cetera cura sua **Vδζ**
35 quam inpense diuinis operibus inpertit **TTδ**
36 etiam huius consilii auctor fuit,
37 ut cautus et moderatus existerem **T2γ**
38 nec me in conspectum publicum *****
39 et maxime eius loci **Vδζ**
40 ubi totiens flagitatus et quaesitus fuissem **Pγ**
41 temere committerem.

1 **II** 1 Fretus ergo in dilectione et religione uestra **Ditr.**
2 quam satis noui
3 his litteris et hortor et mando **Pγδ**
4 ut uos,
5 quorum minime illic inuidiosa **P**
6 et non adeo periculosa praesentia est,
7 uice mea fungamini **Tγ**
8 circa gerenda ea
9 quae administratio religiosa deposcit. **P1γ**
10 Habeatur interim *****
11 quantum potest
12 et quomodo potest **Pδ**
13 pauperum cura, **P1δ**
14 si qui tamen inconcussa fide stantes
15 gregem Christi non reliquerunt, **(P)1β**
16 ut his ad tolerandam paenuriam sumptus **Pδ**
17 per uestram diligentiam suggeratur, **V3δ**
18 ne
19 quod circa fidentes tempestas non fecit, **Pγδ**
20 circa laborantes necessitas faciat. **Tδ**
21 2 Confessoribus etiam gloriosis **Vδ**
22 impertiatur cura propensior. **T2γ**
23 Et quamquam sciam
24 plurimos ex his fratrum uoto et dilectione susceptos, **P1γ**
25 tamen si qui sunt
26 qui uel uestitu uel sumptu indigeant, **Tγ**
27 sicut etiam pridem uobis scripseram *****
28 cum adhuc essent in carcere constituti, **Vδ**
29 subministrentur eis
30 quaecumque sunt necessaria, **Ton. Äqu. 4δε/***
31 modo ut sciant ex uobis **Pγδ**
32 et instruantur et discant **P1γδ**
33 quid secundum scripturarum magisterium
34 ecclesiastica disciplina deposcat, **P1γ**
35 humiles et modestos et quietos esse debere, **P1γ**
36 ut honorem sui nominis seruent, **P1δ**
37 ut qui gloriosi uoce fuerint *****
38 sint et moribus gloriosi, **V3δ**
39 faciant se dignos **TTδε**
40 ut in omnibus dominum promerentes **Vδ**
41 ad caelestem coronam **Pγ**
42 laudis suae consummatione perueniant. **Tγ**
43 Plus enim superest **Tβδ**
44 quam quod transactum uidetur, cum scriptum sit: **Tγδζ**
*ante mortem ne laudes hominem quemquam* [Eccles. 11, 30],
45 et iterum:
*esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam uitae* [Apoc. 2, 10],
46 et dominus quoque dicat: **Vδζ**
*qui tolerauerit usque ad finem, hic saluabitur.* [Matt. 10, 22.]
47 Imitentur dominum *****
48 qui sub ipso tempore passionis **Vδ**
49 non superbior sed humilior fuit. **Pδ**
50 Tunc enim apostolorum suorum pedes lauit dicens: **TTγε**
*si ego laui pedes uestros magister et dominus, et uos debetis aliorum pedes lauare. Exemplum enim dedi uobis ut sicut ego feci et uos aliis faciatis.* [Joh. 13, 14. 15]
51 Item Pauli apostoli documenta sectentur, **P1γ**
52 qui post carcerem saepe repetitum, **TT1$^{2}$γ**
53 post flagella, **Ditr.**
54 post bestias,
55 circa omnia mitis et humilis perseuerauit, **P1**
56 nec post tertium caelum et paradisum **(Vγδ)**
57 quicquam sibi insolenter adsumpsit dicens:
*neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem uestrum grauaremus.* [II Thess. 3, 8.]

1 **III** 1 Haec singula,
2 oro uos,
3 insinuate fratribus nostris. **P1δ**
4 Et quia is exaltabitur **(Tβ/*)**
5 qui se humiliauerit, **T**
6 nunc est
7 ut magis insidiantem aduersarium metuant, **Tδ**
8 qui fortiorem quemque magis aggreditur **Tγ**
9 et acrior factus hoc ipso **P1γδ**
10 quo uictus est
11 superantem superare conatur. **P1γ**

12 Dominus faciet **Tδ**
13 ut et ego illos maturius uidere et salutare **Vγδ/1β**
14 et exhortatione **Ditr.**
15 conponere mentes eorum **Pγ**
16 ad seruandam gloriam suam possim. **Vδζ/1βδ**
17 2 Doleo enim **Pδ**
18 quando audio *
19 quosdam improbe et insolenter discurrere, **Tγ**
20 ad ineptias uel ad discordias uacare, **TTδ**
21 Christi membra et iam Christum confessa **Pγ**
22 per concubitus inlicitos inquinare, **Vδ**
23 nec a diaconis et presbyteris regi posse, **Vδζ/1βδ**
24 sed ita gerere *
25 ut per paucorum prauos et malos mores **(P)1βδ**
26 multorum et bonorum confessorum **TTγ**
27 gloria honesta maculetur; **TT1$^2$γ**
28 quos uereri debent,
29 ne ipsorum testimonio et iudicio condemnati **Vδ**
30 ab eorum societate priuentur. **P1γ**
31 Is enim demum confessor inlustris et uerus est **T2γδζ**
32 de quo postmodum non erubescit ecclesia sed gloriatur. **Ditr.**

1 **IV** Ad id uero
2 quod scripserunt mihi conpresbyteri nostri **Pδ**
3 Donatus et Fortunatus et Nouatus et Gordius, **T2γδ**
4 solus rescribere nihil potui, *
5 quando a primordio episcopatus mei
6 statuerim nihil sine consilio uestro **Pδ**
7 et sine consensu plebis
8 mea priuatim sententia gerere. **Tδ**
9 Sed cum ad uos per dei gratiam uenero, **T2δ**
10 tunc de his
11 quae uel gesta sunt uel gerenda, **V3γδε**
12 sicut honor mutuus poscit, **P1δ**
13 in commune tractabimus. **T2γ**
14 Opto uos,
15 fratres carissimi ac desiderantissimi,
16 semper bene ualere **Pγ**
17 et mei meminisse. **TTγ**
18 Fraternitatem
19 si qua uobiscum est
20 multum a me salutate
21 et ut nostri meminerint admonete. **Vδ**
22 Valete.

## 2.13 Epistel 15

Cyprianus martyribus et confessoribus carissimis fratribus s.

1 **I** 1 Sollicitudo loci nostri et timor dei conpellit, **Pγ**
2 fortissimi ac beatissimi martyres, **T2δ**
3 admonere uos litteris nostris **P1δ**
4 ut a quibus tam deuote et fortiter **Tγδ**
5 seruatur fides domini
6 ab isdem lex quoque et disciplina domini reseruetur. **Vδ**
7 Nam cum omnes milites Christi **P1δ**
8 custodire oporteat **Tδ**
9 praecepta imperatoris sui,
10 tunc uos magis praeceptis eius obtemperare plus conuenit, **T2γδ**
11 qui exemplum ceteris facti estis **Vδζ**
12 et uirtutis et timoris dei.
13 2 Et credideram quidem presbyteros et diaconos **Ton. Äqu. 4δε/***
14 qui illic praesentes sunt
15 monere uos et instruere plenissime circa euangelii legem, **Pδ**
16 sicut in praeteritum semper **Pδ**
17 sub antecessoribus nostris factum est, *
18 ut diaconi ad carcerem commeantes **V3δ**
19 martyrum desideria **Ton. Äqu. 4δ/***
20 consiliis suis et scripturarum praeceptis gubernarent. **TTγ**
21 Sed nunc cum maximo animi dolore cognosco **P1γ**
22 non tantum illic non suggeri diuina praecepta, **P1γ**
23 sed adhuc potius inpediri, **Vδ**
24 ut ea
25 quae a uobis ipsis
26 et circa deum caute **TTγε/1βδ**
27 et circa sacerdotem dei honorifice fiunt **Pδ**
28 a quibusdam presbyteris resoluantur, **Vδ**
29 qui nec timorem dei nec episcopi honorem cogitantes, **TTγ**
30 cum uos ad me litteras direxeritis, **Ditr.**
31 quibus examinari desideria uestra **Pδ**
32 et quibusdam lapsis pacem dari postulastis, **TTγ**
33 cum persecutione finita **P1γ**
34 conuenire in unum cum clero **Pγδ**
35 et recolligi coeperimus,
36 illi contra euangelii legem, **Pδ**
37 contra uestram quoque honorificam petitionem, **P**
38 ante actam paenitentiam, *
39 ante exomologesin grauissimi atque extremi delicti factam,
40 ante manum ab episcopo et clero in paenitentiam inpositam,

41 offerre pro illis et eucharistiam dare **Pδ**
42 id est sanctum domini corpus profanare audeant, *
43 cum scriptum sit:
*qui ederit panem aut biberit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis domini.* [I Cor. 11, 27.]

1 **II** 1 Et lapsis quidem potest in hoc uenia concedi. **TTδ**
2 Quis non mortuus uiuificari properet? *
3 Quis non ad salutem suam uenire festinet? **P1γ**
4 Sed praepositorum est praeceptum tenere **Pγ**
5 et uel properantes uel ignorantes instruere, **Tγ**
6 ne qui ouium pastores esse debent **Ditr.**
7 lanii fiant. **Pδ**
8 Ea enim concedere **Tγ**
9 quae in perniciem uertant **Pδ**
10 decipere est;
11 nec erigitur sic lapsus, **TTδε**
12 sed per dei offensam **Pγ**
13 magis inpellitur ad ruinam. **Vδε**
14 2 Vel ex uobis itaque discant, **Pδ**
15 quod docere debuerant. **Tγ**
16 Petitiones et desideria uestra **Pδ**
17 episcopo seruent, **P1δ**
18 ad pacem uobis petentibus dandam **P1δ**
19 maturum et pacatum tempus expectent. **P1γ**
20 Ante est
21 ut a domino pacem mater prior sumat, **TTγε**
22 tunc secundum uestra desideria
23 de filiorum pace tractetur. **P1γ**

1 **III** 1 Et quoniam audio, **Tδ**
2 fortissimi et carissimi fratres, **P1δ**
3 inpudentia uos quorundam premi
4 et uerecundiam uestram uim pati, **(Pγδ)**
5 oro uos
6 quibus possum precibus *
7 ut euangelii memores **Tδ**
8 et considerantes
9 quae et qualia in praeteritum **Ton. Äqu. 4δε/***
10 antecessores uestri martyres concesserint,
11 quam solliciti in omnibus fuerint, **Tδ**
12 uos quoque sollicite et caute **TTδε**
13 petentium desideria ponderetis, **Vδ**
14 utpote amici domini
15 et cum illo postmodum iudicaturi **P1**
16 inspiciatis et actum et opera et merita singulorum, **Vδ**
17 ipsorum quoque delictorum **TTγ**
18 genera et qualitates cogitetis, **TTγ**
19 ne si quid abrupte et indigne **TTγδ**
20 uel a uobis promissum **Pγ**
21 uel a nobis factum fuerit, *
22 apud gentiles quoque ipsos **TTγε**
23 ecclesia nostra erubescere incipiat.
24 2 Visitamur enim
25 et castigamur frequenter **Pγ**
26 et ut domini mandata incorrupta et inuiolata permaneant admonemur. **Vδ**
27 Quod quidem nec illic apud uos cessare cognosco **P1γ**
28 quominus plurimos quoque ex uobis **Pγδ**
29 instruat ad ecclesiae disciplinam **V3δ**
30 diuina censura. **P1γ**
31 Hoc autem totum potest fieri, *
32 si ea
33 quae a uobis petuntur **Pγ/Ditr.**
34 religiosa contemplatione moderemini, **TT1**$^2$**γ**
35 intellegentes et conprimentes **Vγδ/Ditr.**
36 eos
37 qui personas accipientes in beneficiis uestris **Pδ**
38 aut gratificantur **(P)**
39 aut inlicitae negotiationis nundinas aucupantur. **V3δ**

1 **IV** De hoc et ad clerum et ad plebem litteras feci, **P1δ**
2 quas utrasque uobis legi mandaui. **Pγ**
3 Sed et illud ad diligentiam uestram **P1δ**
4 redigere et emendare debetis, **P1γ**
5 ut nominatim designetis eos
6 quibus pacem dari desideratis. **P**
7 Audio enim **Pδ**
8 quibusdam sic libellos fieri ut dicatur **Vδε**
9 „communicet ille cum suis“,
10 quod numquam omnino a martyribus factum est, **Tδζ**
11 ut incerta et caeca petitio **Tγ**
12 inuidiam nobis postmodum cumulet. **Tδ**
13 Late enim patet **TTγε**
14 quando dicitur *
15 „ille cum suis“
16 et possunt nobis et uiceni et triceni et amplius offerri **TTδ**
17 qui propinqui et adfines **TTγδ**
18 et liberti ac domestici esse adseuerentur eius **Ditr.**
19 qui accepit libellum. **Pγ**
20 Et ideo peto **Pδ**
21 ut eos
22 quos ipsi uidetis, **Pγ**
23 quos nostis,

24 quorum paenitentiam satisfactioni proximam conspicitis,
25 designetis nominatim libello **Pγ**
26 et sic ad nos fidei ac disciplinae congruentes **TTγ**
27 litteras dirigatis. **V3δ**
28 Opto uos,
29 fortissimi ac dilectissimi fratres, **P1δ**
30 in domino semper bene ualere **Pγ**
31 et nostri meminisse. **TTγ**
32 Valete.

## 2.14 Epistel 16

Cyprianus presbyteris et diaconis fratribus s.

1 **I** 1 Diu patientiam meam tenui, *
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 quasi uerecundum silentium nostrum **P1δ**
4 proficeret ad quietem. **Vδε**
5 Sed cum quorundam inmoderata et abrupta praesumptio **T2γ**
6 temeritate sua
7 et honorem martyrum *
8 et confessorum pudorem **Pγ**
9 et plebis uniuersae tranquillitatem **Ditr.**
10 turbare conetur, **P1γ**
11 tacere ultra non oportet, **TTγδ**
12 ne ad periculum **Tβγ**
13 et plebis pariter et nostrum taciturnitas nimia procedat. **TTδ**
14 2 Quod enim non periculum metuere debemus **TTδ**
15 de offensa domini, *
16 quando aliqui de presbyteris **Ton. Äqu. 4δε**
17 nec euangelii nec loci sui memores, *
18 sed neque futurum domini iudicium
19 neque nunc sibi praepositum episcopum cogitantes, **V3δ**
20 quod numquam omnino sub antecessoribus factum est, **T2δζ**
21 cum contumelia et contemptu praepositi **Tγ**
22 totum sibi uindicent? *

1 **II** 1 Atque utinam non prostrata fratrum nostrorum salute **Pγ**
2 sibi omnia uindicarent! **Vδ**
3 Contumelias episcopatus nostri
4 dissimulare et ferre possem, **V3γδ**
5 sicut dissimulaui semper et pertuli. **T2γδ**
6 Sed dissimulandi nunc locus non est,
7 quando decipiatur fraternitas nostra **P1δ**
8 a quibusdam uestrum,
9 qui dum sine ratione restituendae salutis **Pγ**
10 plausibiles esse cupiunt, *
11 magis lapsis obsunt. **TTγε**
12 2 Summum enim delictum esse **Ditr.**
13 quod persecutio committi coegit **Pγ**
14 sciunt ipsi etiam qui commiserunt, **Ton. Äqu. 4δε/***
15 cum dixerit dominus et iudex noster:
*qui in me confessus fuerit coram hominibus, et ego in illo confitebor coram patre meo qui in caelis est; qui autem me negauerit et ego illum negabo* [Matth. 10, 32.33],
16 et iterum dixerit: **Tδ**
*omnia peccata remittentur filiis hominum et blasphemiae. Qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissam, sed reus est aeterni peccati* [Marc, 3, 28.29.],
17 item beatus apostolus dixerit: **T2δ**
*non potestis calicem domini bibere et calicem daemoniorum. Non potestis mensae domini communicare et mensae daemoniorum.* [I Cor. 10, 21.]
18 3 Haec qui subtrahit fratribus nostris **P1δ**
19 decipit miseros, **Tδ**
20 ut
21 qui possunt
22 agentes paenitentiam ueram **P1δ**
23 deo qua patri et misericordi **P**
24 precibus et operibus suis satisfacere, *
25 seducantur,
26 ut magis pereant *
27 et qui erigere se possunt plus cadant. **Pγδ**
28 Nam cum in minoribus peccatis **TTδ**
29 agant peccatores paenitentiam iusto tempore, *
30 et secundum disciplinae ordinem ad exomologesin ueniant,
31 et per manus inpositionem episcopi et cleri **TTδε**
32 ius communicationis accipiant, **Tγ**
33 nunc crudo tempore *
34 persecutione adhuc perseuerante, **P1**
35 nondum restituta ecclesiae ipsius pace,
36 ad communicationem admittuntur, **TTγ**
37 et offertur nomine eorum, **TT1$^2$δ**
38 et nondum paenitentia acta, **P1δ**
39 nondum exomologesi facta,
40 nondum manu eis ab episcopo et clero inposita, **Tγ**
41 eucharistia illis datur, cum scriptum sit: **Tγδζ**
*qui ederit panem aut biberit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis domini.* [Cor. 11, 27.].

1 **III** 1 Sed nunc illi rei non sunt
2 qui minus scripturae legem tenent. **TTγε**

3 Erunt autem rei **TTγε**
4 qui praesunt
5 et haec fratribus non suggerunt
6 ut instructi a praepositis faciant omnia **Tδ**
7 cum dei timore **Pγ**
8 et cum data ab eo et praescripta obseruatione. **TT**
9 2 Exponunt deinde inuidiae beatos martyras, *
10 et gloriosos seruos dei **TTγε**
11 cum dei sacerdote committunt, **P1γ**
12 ut,
13 cum illi memores loci nostri **Vδζ**
14 ad me litteras direxerint
15 et petierint tunc
16 desideria sua examinari **P**
17 et pacem dari
18 quando ipsa ante mater nostra **TTγε**
19 pacem de misericordia domini prior sumpserit *
20 et nos diuina protectio **T2γ**
21 reduces ad ecclesiam suam fecerit, **Ton. Äqu. 4δζ/***
22 hi sublato honore **Pγ/Ditr.**
23 quem nobis beati martyres cum confessoribus seruant, **P1δ**
24 contempta domini lege et obseruatione **Ditr.**
25 quam idem martyres et confessores tenendam mandant,
26 ante extinctum persecutionis metum,
27 ante reditum nostrum, **Pδ**
28 ante ipsum paene martyrum excessum, **TTδ**
29 communicent cum lapsis et offerant **Tγδ**
30 et eucharistiam tradant,
31 quando etiam si martyres
32 per calorem gloriae *
33 minus scripturam contemplantes **TTγ**
34 contra legem domini plus aliquid cuperent, **Tδ**
35 a presbyteris et diaconis suggerentibus *
36 admoneri deberent, **Pγ**
37 sicut semper in praeteritum factum est. **Tδζ**

1 **IV** 1 Castigare nos itaque diuina censura **P1γ**
2 nec noctibus desinit nec diebus. **V3δε**
3 Praeter nocturnas uisiones **TTγ/Ditr.**
4 per dies quoque
5 impletur apud nos spiritu sancto **P1δ**
6 puerorum innocens aetas, **P1δ**
7 quae in extasi uidet oculis **Ton. Äqu. 4δζ**
8 et audit et loquitur ea **Pδ**
9 quibus nos dominus monere et instruere dignatur. **TTδ**
10 Et audietis omnia *
11 quando me ad uos reducem fecerit dominus, **Tδ**
12 qui ut secederem iussit. **P1δ**
13 2 Interim temerarii et incauti et tumidi quidam inter uos,
14 qui hominem non cogitant,
15 uel deum timeant, *
16 scientes quoniam *
17 si ultra in isdem perseuerauerint, **T2**
18 utar ea admonitione **TT**
19 qua me uti dominus iubet, **Pδ**
20 ut interim prohibeantur offerre,
21 acturi et apud nos
22 et apud confessores ipsos **P1γ**
23 et apud plebem uniuersam **TTγ/Ditr.**
24 causam suam,
25 cum
26 domino permittente **Vδ**
27 in sinum matris ecclesiae recolligi coeperimus. **Tγ**
28 De hoc et ad martyras et confessores et ad plebem **TTγδε**
29 litteras feci **P1δ**
30 quas utrasque legi uobis mandaui. **Pγ**
31 Opto uos,
32 fratres carissimi ac desiderantissimi,
33 in domino semper bene ualere **Pγ**
34 et nostri meminisse. **TTγ**
35 Valete.

## 2.15 Epistel 17

Cyprianus fratribus in plebe consistentibus s.

1 **I** 1 Ingemescere uos et dolere **Pβγ/Ditr.**
2 ruinas fratrum nostrorum **Pγ**
3 ex me scio,
4 fratres carissimi, **Tγ**
5 qui et ipse uobiscum pro singulis **Tγδ**
6 ingemesco pariter et doleo
7 et patior ac sentio
8 quod beatus apostolus dicit: **P1δ**
*quis infirmatur,*
9 inquit,
*et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et non ego uror?* [II Cor. 11, 29]
10 Et iterum posuit in epistula sua dicens: **Vδζ**
*si patitur membrum unum, conpatiuntur et cetera membra; et si laetatur membrum unum, conlaetantur cetera membra.* [I Cor. 12,26]
11 Conpatior ego, **Pδ**
12 condoleo fratribus nostris, **P1δ**
13 qui lapsi et persecutionis infestatione prostrati **P1γ**
14 partem nostrorum uiscerum secum trahentes **Pγ**
15 parem dolorem nobis suis uulneribus intulerunt; **Vδ**

16 quibus potens est diuina misericordia medellam dare.
17 2 Properandum tamen non puto **Pγδ**
18 nec incaute aliquid et festinanter gerendum, **Pγ**
19 ne dum temere pax usurpatur **(Pβ)**
20 diuinae indignationis offensa **P1γ**
21 grauius prouocetur. **Vδ**
22 Fecerunt ad nos de quibusdam beati martyres litteras **T2δ**
23 petentes examinari desideria sua. **Pδ**
24 Cum
25 pace nobis omnibus a domino prius data **Vδζ**
26 ad ecclesiam regredi coeperimus,
27 examinabuntur singula *****
28 praesentibus et iudicantibus uobis. **P1δ**

1 **II** 1 Audio quosdam tamen de presbyteris,
2 nec euangelii memores, **Tδ**
3 nec quid ad nos martyres scripserint cogitantes, **V3δ**
4 nec episcopo honorem sacerdotii sui et cathedrae reseruantes, **Vδ**
5 iam cum lapsis communicare coepisse **P1γ**
6 et offerre pro illis **P1γδ**
7 et eucharistiam dare,
8 quando oporteat **Tγ**
9 ad haec per ordinem perueniri. **V3δ**
10 Nam cum in minoribus delictis **TTδ**
11 quae non in deum committuntur **TTγ**
12 paenitentia agatur iusto tempore *****
13 et exomologesis fiat
14 inspecta uita eius **TTγε**
15 qui agit paenitentiam, *****
16 nec ad communicationem uenire quis possit **P1γδ**
17 nisi prius illi ab episcopo et clero manus fuerit inposita,
18 quanto magis in his grauissimis et extremis delictis **Pγ**
19 caute omnia et moderate
20 secundum disciplinam domini obseruari oportet? **Pγ**
21 2 Quod quidem nostros presbyteri et diacones monere debuerant, **Tγ**
22 ut commendatas sibi oues fouerent **Tγ**
23 et diuino magisterio *****
24 ad uiam deprecandae salutis instruerent. **Tγ**
25 Ego plebis nostrae et quietem noui pariter et timorem: **Vδε**
26 in satisfactione dei et deprecatione uigilarent, **TT1$^{2}$γ**
27 nisi illos quidam de presbyteris gratificantes decepissent. **TTγ**

1 **III** 1 Vel uos itaque singulos regite **Tδ**
2 et consilio ac moderatione uestra **Ditr.**
3 secundum diuina praecepta **P1γ**
4 lapsorum animos temperate. **Vδ**
5 Nemo inportuno adhuc tempore
6 acerba poma decerpat. **P1γ**
7 Nemo nauem suam quassatam et perforatam fluctibus *****
8 priusquam diligenter eam refecerit **Tγ**
9 in altum denuo committat. **TTδ**
10 Nemo tunicam scissam accipere et induere properet, **Tδ**
11 nisi eam et ab artifice perito sartam uiderit *****
12 et a fullone curatam receperit. **Tγ**
13 2 Audiant
14 quaeso
15 patienter consilium nostrum, **Pδ**
16 expectent regressionem nostram,
17 ut cum ad uos per dei misericordiam uenerimus,
18 conuocatis coepiscopis
19 plures secundum domini disciplinam **Vδ**
20 et confessorum praesentiam **Tγ**
21 et uestram quoque sententiam **Tγ**
22 beatorum martyrum *****
23 litteras et desideria examinare possimus. **P1γ**
24 De hoc et ad clerum **(P)1βγδ**
25 et ad martyras
26 et ad confessores **(TTβγ)**
27 litteras feci **P1δ**
28 quas utrasque legi uobis mandaui. **Pγ**
29 Opto uos,
30 fratres carissimi ac desiderantissimi,
31 in domino semper bene ualere **Pγ**
32 et nostri meminisse. **TTγ**
33 Valete.

## 2.16 Epistel 18

Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus s.
1 **I** 1 Miror uos,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 ad multas epistulas meas **Pδ**
4 quas ad uos frequenter misi
5 nihil rescripsisse, **TTγ**
6 cum fraternitatis nostrae uel utilitas uel necessitas **Ton. Äqu. 4δε/***
7 sic utique gubernetur, **Vδ**
8 si a uobis instructi **Pγ**
9 rerum gerendarum consilium limare possimus. **P1γ**
10 2 Quoniam tamen uideo *****

11 facultatem ueniendi ad uos nondum esse **Ditr.**
12 et iam aestatem coepisse, **Pγ**
13 quod tempus infirmitatibus adsiduis et grauibus infestat, **TTδ**
14 occurrendum puto fratribus nostris, **P1δ**
15 ut qui libellos a martyribus acceperunt **Vδ**
16 et praerogatiua eorum apud deum adiuuari possunt,
17 si incommodo aliquo et infirmitatis periculo occupati fuerint, *
18 non expectata praesentia nostra, **P1δ**
19 apud presbyterum quemcumque praesentem, **P1γ**
20 uel si presbyter repertus non fuerit **Tγδ**
21 et urgere exitus coeperit, **T2δ**
22 apud diaconum quoque, **Pδ**
23 exomologesin facere delicti sui possint, **TTγδ**
24 ut manu eis in paenitentiam inposita
25 ueniant ad dominum cum pace **TTδε**
26 quam dari martyres litteris ad nos factis desiderauerunt. **TT**

1 **II** 1 Ceteram quoque partem plebis quae lapsa est **Tγζ**
2 praesentia uestri fouete **Pγ**
3 et ut a fide et misericordia domini non deficiant **Ton. Äqu. 4δε/***
4 uestro solacio focillate. **Vδ**
5 Neque enim deserentur ab ope et auxilio domini, **Tδ**
6 qui mites et humiles et paenitentiam uere agentes **Pγ**
7 in bonis operibus perseuerauerint, **T2**
8 quominus illis quoque diuino remedio consulatur. **Vδ**
9 2 Audientibus etiam, **Tδ**
10 si qui fuerint periculo praeuenti **TTδ**
11 et in exitu constituti, **V3δ**
12 uigilantia uestra non desit, **P1γδ**
13 ut inplorantibus diuinam gratiam *
14 misericordia domini non denegetur. **Ditr.**
15 Opto uos,
16 fratres carissimi, **Tγ**
17 semper bene ualere **Pγ**
18 et nostri meminisse. **TTγ**
19 Fraternitatem uniuersam meo nomine salutate **Vδ**
20 et ut nostri meminerit admonete. **Vδ**
21 Valete.

## 2.17 Epistel 19

Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus s.

1 **I** Legi litteras uestras, **P1δ**
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 quibus scripsistis **Pγ**
4 salubre consilium uestrum non deesse fratribus nostris, **P1δ**
5 ut temeraria festinatione deposita **Tγ**
6 religiosam patientiam deo praebeant, **Ton. Äqu. 4δζ/***
7 ut quando in unum per eius misericordiam uenerimus,
8 de omnibus speciebus **Vδ**
9 secundum ecclesiasticam disciplinam **V3δ**
10 tractare possimus, **P1γ**
11 maxime cum scriptum sit:
*memento unde cecideris et age paenitentiam.* [Apoc. 2, 5.]
12 Paenitentiam autem ille agit
13 qui diuini praecepti memor
14 mitis et patiens **Tγδ**
15 et sacerdotibus dei obtemperans **Tγ**
16 obsequiis suis et operibus iustis **Pδ**
17 dominum promeretur. **Vδ**

1 **II** 1 Quoniam tamen significastis **P**
2 quosdam inmoderatos esse
3 et ad communicationem accipiendam festinanter urguere, **TTγ**
4 et desiderastis
5 in hanc rem formam uobis a me dari,
6 satis plene scripsisse me ad hanc rem
7 proximis litteris ad uos factis credo,
8 ut qui libellum a martyribus acceperunt **Vδ**
9 et auxilio eorum adiuuari apud dominum in delictis suis possunt,
10 si premi infirmitate aliqua et periculo coeperint, **T2δ**
11 exomologesi facta
12 et manu eis a uobis in paenitentiam inposita
13 cum pace a martyribus sibi promissa **Pγ**
14 ad dominum remittantur. **Vδ**
15 Ceteri uero qui
16 nullo libello a martyribus accepto, **TTδ**
17 inuidiam faciunt, **Tδ**
18 quoniam non paucorum
19 nec ecclesiae unius **TTδ**
20 aut unius prouinciae **Tγ**
21 sed totius orbis haec causa est, **T2γδζ**
22 expectent ante de domini protectione **Ditr.**
23 ecclesiae ipsius publicam pacem. **P1δ**
24 2 Hoc enim et uerecundiae et disciplinae et uitae ipsi omnium nostrum conuenit, *
25 ut praepositi cum clero conuenientes **P**
26 praesente etiam stantium plebe, **P1δ**

27 quibus et ipsis pro fide et timore suo
28 honor habendus est, **Tγζ**
29 disponere omnia consilii communis religione possimus. **P1γ**
30 3 Ceterum quam inreligiosum est
31 et ipsis quoque festinantibus perniciosum **P**
32 ut,
33 cum extorres facti
34 et patria pulsi **Pδ**
35 ac bonis suis omnibus spoliati **Vδ**
36 nondum ad ecclesiam redierint,
37 quidam de lapsis confessores ipsos praeuenire **TTγ**
38 et ante ad ecclesiam introire festinent. **P1γ**
39 Qui si nimium properant, **Tδ**
40 habent in sua potestate quod postulant, **T2γδ**
41 tempore ipso sibi plus quam quod postulant largiente. **V3δ**
42 Acies adhuc geritur
43 et agon cotidie celebratur. **Vδ**
44 Si commissi uere et firmiter paenitent **T2δ**
45 et fidei calor praeualet, *****
46 qui differri non potest potest coronari. **TTγ**
47 Opto uos,
48 fratres carissimi,
49 semper bene ualere **Pγ**
50 et nostri meminisse. **TTγ**
51 Fraternitatem uniuersam meo nomine salutate **Vδ**
52 et ut nostri memores sint admonete. Valete. **Pγ**

## 2.18 Epistel 20

Cyprianus presbyteris et diaconibus Romae consistentibus fratribus s.
1 **I** 1 Quoniam conperi, **Tδ**
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 minus simpliciter **Tγ**
4 et minus fideliter **Tγ**
5 uobis renuntiari
6 quae hic a nobis et gesta sunt et geruntur, **V3γδε**
7 necessarium duxi **P1δ**
8 has ad uos litteras facere, **Tδ**
9 quibus uobis actus nostri et disciplinae et diligentiae ratio redderetur. **Vδ**
10 2 Nam sicut domini mandata instruunt, *****
11 orto statim turbationis inpetu primo, **P1δ**
12 cum me clamore uiolento **TT1$^{2}$γ**
13 frequenter populus flagitasset, **Vδ**
14 non tam meam salutem quam quietem fratrum publicam cogitans, **T2δ**
15 interim secessi, **TTδ**
16 ne per inuerecundam praesentiam nostram **P1δ**
17 seditio quae coeperat
18 plus prouocaretur. **P1**
19 Absens tamen corpore *****
20 nec spiritu nec actu nec monitis meis defui *****
21 quominus secundum domini praecepta **TTδ**
22 fratribus nostris **P1δ**
23 in quibus possem
24 mea mediocritate consulerem. **Tγ**

1 **II** 1 Et quid egerim
2 loquuntur uobis epistulae pro temporibus emissae **TTδ**
3 numero tredecim, **Tδ**
4 quas ad uos transmisi,
5 in quibus nec clero consilium **Tγ**
6 nec confessoribus exhortatio **Ton. Äqu. 4δ/***
7 nec extorribus quando oportuit obiurgatio **P**
8 nec uniuersae fraternitati **Ditr.**
9 ad deprecandam dei misericordiam
10 adlocutio et persuasio nostra defuit, *****
11 quantum secundum legem fidei et timorem dei
12 domino suggerente **Vδ**
13 nostra mediocritas potuit eniti. **TTδ**
14 2 Posteaquam uero et tormenta uenerunt, **P1γ**
15 siue iam tortis fratribus nostris **P1δ**
16 siue adhuc ut torquerentur inclusis, **P1γ**
17 ad corroborandos et confortandos eos
18 noster sermo penetrauit. **TTγ**
19 Item cum conperissem
20 eos
21 qui sacrilegis contactibus
22 manus suas atque ora maculassent **TT1$^{2}$γ**
23 uel nefandis libellis **Pγ**
24 nihilominus conscientiam polluissent **V3δ**
25 exambire ad martyras passim, **P1δ**
26 confessores quoque inportuna et gratiosa deprecatione corrumpere **T2γ**
27 ut sine ullo discrimine atque examine singulorum **Vδ**
28 darentur cotidie libellorum milia *****
29 contra euangelii legem, **P1δ**
30 litteras feci **P1δ**
31 quibus martyras et confessores consilio meo **Pδ**
32 quantum possem
33 ad dominica praecepta reuocarem. **TT1$^{2}$γ**
34 3 Item presbyteris et diaconibus
35 non defuit sacerdotii uigor **Pδ**
36 ut quidam minus disciplinae memores *****
37 et temeraria festinatione praecipites, **Tγ**
38 qui cum lapsis communicare iam coeperant, **T2γδ**
39 conprimerentur intercedentibus nobis. **P1δ**

40 Plebi quoque ipsi **TTγε**
41 quantum potuimus **Tδ**
42 animum conposuimus **Ton. Äqu. 4δ/***
43 et ut ecclesiastica disciplina seruaretur instruximus. **T2γ**

1 **III** 1 Postmodum uero cum quidam de lapsis **Pγδ**
2 siue sua sponte **TTγε**
3 siue aliquo incitatore
4 audaci flagitatione proruerent **Tγ**
5 ut pacem sibi martyribus et confessoribus promissam **TTδ**
6 extorquere uiolento impetu niterentur, **V3δ**
7 de hoc etiam bis ad clerum litteras feci **P1δ**
8 et legi eis mandaui, **Pγ**
9 ut ad illorum uiolentiam interim quoquo genere mitigandam, **Vδ**
10 si qui
11 libello a martyribus accepto **TTδ**
12 de saeculo excederent, **Vδ**
13 exomologesi facta
14 et manu eis in paenitentiam inposita
15 cum pace sibi a martyribus promissa **TTδ**
16 ad dominum remitterentur.
17 Nec in hoc legem dedi
18 aut me auctorem temere constitui. **Vδ**
19 2 Sed cum uideretur
20 et honor martyribus habendus **TTδ**
21 et eorum
22 qui omnia turbare cupiebant **TT1$^2$γ**
23 impetus conprimendus, **V3δ**
24 et praeterea uestra scripta legissem **P1γ**
25 quae huc ad clerum nostrum **(TTβγδ)**
26 per Crementium hypodiaconum nuper feceratis, **Tγ**
27 ut his
28 qui post lapsum infirmitate adprehensi essent
29 et paenitentes communicationem desiderarent **Ditr.**
30 subueniretur,
31 standum putaui et cum uestra sententia, **Tγ**
32 ne actus noster
33 qui adunatus esse et consentire circa omnia debet **Pδ**
34 in aliquo discreparet. **Vδ**
35 3 Plane ceterorum causas
36 quamuis libello a martyribus accepto **TTδ**
37 differri mandaui **Pγ**
38 et in nostram praesentiam reseruari, **Vδ**
39 ut cum pace a domino nobis data **Vδζ**
40 plures praepositi conuenire in unum coeperimus, **Tγ**
41 communicato etiam uobiscum consilio **Tγ**
42 disponere singula **Tδ**
43 et reformare possimus. **P1γ**
44 Opto uos,
45 fratres carissimi, **Tγ**
46 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.19 Epistel 25

Cyprianus Caldonio fratri s.

1 **1** Accepimus litteras tuas, **P1δ**
2 frater carissime, **Tγ**
3 satis sobrias *****
4 et integritatis ac fidei plenas. **Pδ**
5 Nec miramur
6 si exercitatus **Ditr.**
7 et in scripturis dominicis peritus **TTδ**
8 caute omnia et consulte geras.
9 Recte autem sensisti **Pγ**
10 circa inpertiendam fratribus nostris pacem
11 quam sibi ipsi uera paenitentia *****
12 et dominicae confessionis gloria reddiderunt, **Vδ**
13 sermonibus suis iustificati,
14 quibus se ante damnauerant. **T2γ**
15 Cum ergo abluerint omne delictum **P1γ**
16 et maculam primam **Pδ**
17 adsistente sibi domino posteriore uirtute deleuerint, **T2γ**
18 iacere ultra sub diabolo quasi prostrati non debent, **Pγδ**
19 qui extorres facti
20 et bonis suis omnibus spoliati **Vδ**
21 erexerunt se
22 et cum Christo stare coeperunt. **P1γ**

1 **2** Atque utinam sic et ceteri post lapsum paenitentes **TTγ**
2 in statum pristinum reformentur; **Vδ**
3 quos nunc urgentes
4 et pacem temere atque inportune extorquentes **TTγ**
5 quomodo disposuerimus ut scires, **TTδε**
6 librum tibi cum epistulis numero quinque misi **Vδζ**
7 quas ad clerum et ad plebem **TTγδε**
8 et ad martyres quoque et confessores feci;
9 quae epistulae etiam plurimis collegis nostris missae placuerunt, **TTγ**
10 et rescripserunt
11 se quoque nobiscum in eodem consilio **Pγ**
12 secundum catholicam fidem stare. **Vδζ**
13 Quod ipsum tu etiam ad collegas nostros
14 quos potueris transmittes, **TTδ**
15 ut apud omnes unus actus **Ditr.**
16 et una consensio **T2γ**

17 secundum domini praecepta teneatur. **TT1$^2$γ**
18 Opto te,
19 frater carissime, **Tγ**
20 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.20 Epistel 26

Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus s.

1 **1** Dominus loquitur et dicit: **TTδε**
*super quem respiciam nisi super humilem et quietem et trementem sermones meos?* [Es. 66, 2.]
2 Hoc cum debeamus omnes esse, **TTγε**
3 tunc magis huiusmodi illi esse debent **Ditr.**
4 quibus laborandum est *
5 ut post grauem lapsum
6 uera paenitentia *
7 et humilitate tota
8 promereri dominum possint. **Pδ**
9 Legi autem et uniuersorum confessorum litteras *
10 quas uoluerunt per me collegis omnibus innotescere **Ton. Äqu. 4δ/***
11 et ad eos pacem a se datam peruenire, **TTγ**
12 „quibus apud nos ratio constiterit
13 quid post commissum egerint“. *

1 **2** Quae res
2 cum omnium nostrum consilium et sententiam spectet, **P1δ**
3 praeiudicare ego solus **TT1$^2$γε**
4 et mihi rem communem uindicare non audeo. **T2γδ**
5 Et ideo instetur interim epistulis
6 quas ad uos proxime feceram, **T2δ**
7 quarum exemplum collegis quoque multis iam misi; **Pγδ**
8 qui perscripserunt
9 placere sibi **gl. Akzentfolge**
10 quod statuimus
11 nec ab eo recedendum esse, **Ditr.**
12 donec pace nobis a domino reddita **Tδ**
13 in unum conuenire **TTγ**
14 et singulorum causas examinare possimus. **P1γ**

1 **3** Sed et quid mihi Caldonius collega meus scripserit *
2 quidque ego ei rescripserim ut sciretis, **Vδε**
3 utriusque epistulae exemplum **TTδ**
4 litteris meis iunxi. **Vδζ**

1 **4** Quod totum peto fratribus nostris legatis, **Pγ**
2 ut magis ac magis ad patientiam conponantur **Vδ**
3 nec delicto priori
4 adiciant adhuc aliud delictum, **TTδ**
5 ut dum nobis nec euangelio seruire **TTδ**
6 nec secundum uniuersorum confessorum litteras *
7 causas suas examinare permittunt. **P1γ**
8 Opto uos,
9 fratres carissimi, **Tγ**
10 bene ualere **Pγ**
11 et nostri meminisse. **TTγ**
12 Fraternitatem uniuersam salutate. **TTγ**

## 2.21 Epistel 27

Cyprianus presbyteris et diaconibus
Romae consistentibus fratribus s.

1 **I** 1 Post factas ad uos litteras,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 quibus actus noster expositus **Tγ**
4 et disciplinae ac diligentiae quantulaecumque ratio declarata est, **Ton. Äqu. 4δθ/***
5 aliud accessit **TTδ**
6 quod nec ipsum latere uos debuit. **T2γδ**
7 Nam frater noster Lucianus
8 et ipse unus de confessoribus, *
9 fide quidem calidus *
10 et uirtute robustus, **P1γ**
11 sed bene minus dominica lectione fundatus, **P1γ**
12 quaedam conatus est inperite, **V3γδ**
13 iam pridem se auctorem constituens, **Tγ**
14 ut manu eius scripti libelli **Pγ**
15 gregatim multis nomine Pauli darentur, **Pγ**
16 cum Mappalicus martyr cautus et uerecundus, **Vγδ**
17 legis ac disciplinae memor,
18 nullas contra euangelium litteras fecerit, **T2δ**
19 sed tantum domestica pietate commotus **P1γ**
20 matri et sorori suae
21 quae lapsae fuerant *
22 mandauerit pacem dari, **Vδζ**
23 Saturninus quoque
24 post tormenta adhuc in carcere constitutus **Vδ**
25 nullas eiusmodi litteras emiserit.
26 2 Lucianus uero non tantum Paulo
27 adhuc in carcere posito **Tδ**
28 nomine eius libellos manu sua scriptos passim dedit, **TTγε**
29 sed et post eius excessum **P1γ**
30 eadem facere sub eius nomine perseuerauit, **P1**
31 dicens
32 hoc sibi ab illo esse mandatum **P1γ**
33 et nesciens
34 domino magis quam conseruo obtemperandum. **P**

35 Aureli quoque adulescentis tormenta perpessi nomine *
36 libelli multi dati sunt, *
37 eiusmodi Luciani manu scripti,
38 quod litteras ille non nosset. **P1γδ**

1 **II** 1 Cui rei ut aliquantum posset obsisti, **P1γ**
2 litteras ad eos feci
3 quas ad uos sub epistula priore transmisi, **P1γ**
4 quibus petere et suadere non destiti **T2γδ**
5 ut dominicae legis et euangelii ratio teneretur. **Vδ**
6 Post quas litteras,
7 quasi moderatius aliquid et temperantius fieret, **Tδ**
8 uniuersorum confessorum nomine *
9 idem Lucianus
10 epistulam scripsit, **Pδ**
11 qua paene omne uinculum fidei **Tδ**
12 et timor dei
13 et mandatum domini *
14 euangelii sanctitas et firmitas solueretur. **V3δ**
15 Scripsit enim omnium nomine **T2δ**
16 uniuersos eos pacem dedisse **Pγ**
17 et hanc formam per me aliis episcopis innotescere <uelle>, **(Pδ)**
18 cuius epistulae exemplum ad uos transmisi.
19 2 Additum est plane **TTδε**
20 „quibus ratio constiterit
21 quid post commissum egerint.“ *
22 Quae res maiorem nobis conflat inuidiam, **Tγ**
23 ut nos
24 cum singulorum causas audire et excutere coeperimus,
25 uideamur multis negare **Pγ**
26 quod se nunc omnes iactant
27 a martyribus et confessoribus accepisse. **Vδ**

1 **III** 1 Denique huius seditionis origo iam coepit. **Pγδ**
2 Namque in prouincia nostra **P1δ**
3 per aliquot ciuitates **Vδ**
4 in praepositos
5 impetus per multitudinem factus est, **T2δζ**
6 et pacem
7 quam semel cunctis a martyribus et confessoribus datam clamitabant **TTγ**
8 confestim sibi repraesentari coegerunt, **TTγ**
9 territis et subactis praepositis suis **Pδ**
10 qui ad resistendum minus uirtute animi et robore fidei praeualebant. **Vδ**
11 2 Apud nos etiam quidam turbulenti, **TTγ**
12 qui uix a nobis in praeteritum regebantur **Vδ**
13 et in nostram praesentiam differebantur, **P1**
14 per hanc epistulam *
15 uelut quibusdam facibus accensi **TTδ**
16 plus exardescere *
17 et pacem sibi datam extorquere coeperunt. **P1γ**
18 De quibus
19 quales ad clerum litteras fecerim **T2δ**
20 exemplum uobis misi. **TTγε**
21 Sed et quid mihi Caldonius collega pro integritate et fide sua scripserit *
22 quidque ego ei rescripserim, **Tγ**
23 utrumque ad uos legendum transmisi. **Pγ**
24 Exempla quoque epistulae Celerini
25 boni et robusti confessoris, **TTγ**
26 quam ad Lucianum eundem confessorem scripserit, *
27 item quid Lucianus ei rescripserit, **Tγ**
28 misi uobis,
29 ut sciretis
30 elaborare circa omnia *
31 diligentiam nostram **P1δ**
32 et ueritate ipsa disceretis **TTγ**
33 Celerinus confessor
34 quam sit moderatus et cautus **P1γδ**
35 et humilitate ac timore sectae nostrae uerecundus, **TTγ**
36 Lucianus uero
37 circa intellegentiam dominicae lectionis **Vδ**
38 ut dixi
39 minus peritus **Pγ**
40 et circa inuidiam uerecundiae nostrae relinquendam **TTγ**
41 facilitate sua immodestus. **TTγ**
42 3 Nam cum dominus dixerit **Tδ**
43 in nomine patris et filii et spiritus sancti **P1δ**
44 gentes tingui *
45 et in baptismo
46 praeterita peccata dimitti, **P1γ**
47 hic praecepti et legis ignarus **P1γ**
48 mandat pacem dari **TTγε**
49 et peccata dimitti **P1γ**
50 in Pauli nomine *
51 et hoc sibi ab illo dicit esse mandatum, **P1γ**
52 sicut in litteris eiusdem Luciani
53 ad Celerinum factis
54 animaduertetis, **TT**
55 quibus minus considerauit **P**
56 quod non martyres euangelium faciant, **Tδ**
57 sed per euangelium martyres fiant, **P1δ**
58 quando et Paulus apostolus **Tγ**
59 quem dominus uas electionis suae dixit **TTγε**

60 posuerit in epistula sua dicens: **Vδζ**
*miror quod sic tam cito demutamini ab eo qui uos uocauit in gratiam ad aliud euangelium, quod non est aliud: nisi si sunt aliqui qui uos turbant et uolunt conuertere euangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de caelo aliter adnuntiet praeterquam quod adnuntiauimus uobis, anathema sit. Sicut praediximus, et nunc iterum dico: si quis uobis adnuntiauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit.* [Gal. 1, 6.]

1 **IV** Opportune uero
2 superuenerunt litterae uestrae **P1δ**
3 quas accepi ad clerum factas,
4 item quas beati confessores **TTγ**
5 Moyses, Maximus, Nicostratus et ceteri
6 Saturnino et Aurelio et ceteris miserunt, **TTδ**
7 in quibus euangelii plenus uigor **Vδζ**
8 et disciplina robusta legis dominicae continetur. **Vδ**
9 Laborantes hic nos
10 et contra inuidiae impetum **Tδ**
11 totis fidei uiribus renitentes **Vδ**
12 multum sermo uester adiuuit **P1γ**
13 ut diuinitus conpendium fieret, **Tδ**
14 et prius quam uenerint ad uos litterae
15 quas uobis proxime misi, **P1δ**
16 declararetis nobis
17 quod secundum euangelii legem **Pδ**
18 stet nobiscum fortiter atque unanimiter
19 etiam uestra sententia. **T2γ**
20 Opto uos,
21 fratres carissimi ac desiderantissimi,
22 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.22 Epistel 28

Cyprianus Moysi et Maximo presbyteris et ceteris confessoribus dilectissimis fratribus s.

1 **I** 1 Gloriam fidei et uirtutis uestrae,
2 fortissimi ac beatissimi fratres, **P1δ**
3 iam pridem de opinione cognoueram, **T2γ**
4 laetatus satis et plurimum gratulatus **V3δ**
5 quod uos confessione sui nominis *
6 parauerit ad coronam domini nostri praecipua dignatio.
7 Vos enim primores et duces **Pγδ**
8 ad nostri temporis proelium facti **P1δ**
9 caelestis militiae signa mouistis. **P1γ**
10 Vos spiritale certamen **P1γ**
11 quod nunc geri deus uoluit *
12 uestris uirtutibus inbuistis. **Vδ**
13 Vos surgentis belli impetus primos **P1δ**
14 inmobili robore **T2δ**
15 atque inconcussa stabilitate fregistis. **P1γ**
16 Inde initia felicia pugnandi orta sunt. *
17 Inde uincendi auspicia coeperunt. **TTδ**
18 2 Contigit hic per tormenta consummare martyria;
19 sed qui in congressione praecedens **P1γ**
20 exemplum uirtutis fratribus factus est, **T2δζ**
21 cum martyribus in honore communis est. **T2γζ**
22 Coronas uestra manu sertas **TTγε**
23 inde huc tradidistis
24 et de poculo salutari **Vδ**
25 fratribus propinastis. **Vδ**

1 **II** 1 Accessit ad confessionis exordia gloriosa **Vδ**
2 et militiae uictricis auspicia **Tγ**
3 disciplinae tenor
4 quem de epistulae uestrae uigore perspeximus, **T2γ**
5 quam modo ad collegas uestros
6 in confessione uobiscum domini copulatos **Vδ**
7 sollicita admonitione misistis, **P1γ**
8 ut euangelii sancta praecepta **P1γ**
9 et tradita nobis semel mandata uitalia **T2γ**
10 forti et stabili obseruatione teneantur. **TT1**$^{2}$**γ**
11 Ecce alius gloriae uestrae sublimis gradus,
12 ecce iterum cum confessione geminatus **TT1**$^{2}$**γ**
13 promerendi dei titulus, *
14 stare firmo gradu **TTγε**
15 et in hac acie
16 quae euangelium conatur inrumpere, **T2γ**
17 et praeceptis domini subruendis **Vδ**
18 manus impias inferentes **V3δ**
19 fidei robore submouere, **Vδ**
20 praebuisse ante initia uirtutum, **TTδ**
21 nunc et morum magisteria praebere. **TTδ**
22 2 Dominus post resurrectionem mittens apostolos mandat et dicit: **P1γδ**
*data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Ite ergo et docete gentes omnes, tinguentes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti, docentes eos obseruare omnia quaecumque praecepi uobis.* [Matt. 28, 18-20.]
23 Et Iohannes apostolus
24 mandati memor
25 in epistula sua postmodum ponit: **P1δ**
*In hoc,*
26 inquit,
*intellegimus quia cognouimus eum, si praecepta eius custodiamus. Qui dicit quoniam cognouit eum et mandata eius non seruat, mendax est, et ueritas in illo non est.* [Ioan. 2, 3.4.]
27 3 Haec praecepta custodienda suggeritis, **Tγ**

28 diuina et caelestia mandata seruatis. **P1γ**
29 Hoc est esse confessorem domini, *
30 hoc est esse martyrem Christi, **P1δ**
31 seruare uocis suae inuiolatam circa omnia et solidam firmitatem, **Vδ**
32 nec per dominum martyrem fieri **Tδ**
33 et praecepta domini destruere conari. **TTδ**
34 Vti aduersus illum dignatione
35 quam tibi dederit, **Tγδ**
36 armis ab illo acceptis **Pγ**
37 rebellem quodammodo fieri, **Tδ**
38 hoc est Christum confiteri uelle
39 et euangelium Christi negare. **Pγ**
40 4 Laetor igitur ex uobis, **TTδε**
41 fortissimi ac fidelissimi fratres, **P1δ**
42 et quantum gratulor martyribus istic honoratis **TTγ**
43 ob uirium gloriam, **T2δ**
44 tantum gratulor pariter et uobis **TTδε**
45 ob dominicae etiam disciplinae coronam. **Pγ**
46 Dignationem suam
47 dominus multiplici genere largitatis infudit, **P1γ**
48 bonorum militum laudes **P1δ**
49 et glorias spiritales **V3δ**
50 copiosa uarietate distribuit. **Tγ**
51 Honoris uestri participes et nos sumus,
52 gloriam uestram **P1**
53 nostram gloriam conputamus, **V3δ**
54 quorum tempora inlustrauit tanta felicitas **T2γ**
55 ut aetate nostra uidere contingeret **T2γ**
56 probatos seruos dei **TTγε**
57 et Christi milites coronatos. **Vδ**
58 Opto uos,
59 fortissimi ac beatissimi fratres, **P1δ**
60 semper bene ualere **Pγ**
61 et nostri meminisse. **TTγ**

## 2.23 Epistel 29

Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus s.

1 **1** Ne quid conscientiam uestram lateret, **Pγ**
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 quid mihi scriptum sit *
4 quidque ego rescripserim, **Tγ**
5 utriusque epistulae exemplum uobis misi; **TTγε**
6 et credo
7 uobis id quod rescripsi non displicere. **Pβ**
8 Sed et illud ad uos perferre litteris meis debui, **2βδ/***
9 urguente causa **Ditr.**
10 clero in urbe consistenti **TTγ**
11 litteras me misisse. **Vδε**
12 Et quoniam oportuit
13 me per clericos scribere, **T2δ**
14 scio autem
15 nostros plurimos absentes esse,
16 paucos uero
17 qui illic sunt
18 uix ad ministerium cotidiani operis sufficere,
19 necesse fuit
20 nouos aliquos constituere **Ton. Äqu. 4δ/***
21 qui mitterentur. **(Pβ)**

1 **2** Fecisse me autem sciatis lectorem Saturum
2 et hypodiaconum Optatum confessorem, **TTγ**
3 quos iam pridem communi consilio **Tγ**
4 clero proximos feceramus, **V3δ**
5 quando aut Saturo die Paschae
6 semel atque iterum *
7 lectionem dedimus *
8 aut modo,
9 cum presbyteris doctoribus
10 lectores diligenter probaremus, **TTγ**
11 Optatum inter lectores doctorum audientium constituimus, **Ton. Äqu. 4δ/***
12 examinantes
13 an congruerent illis omnia **Ton. Äqu. 4δζ/***
14 quae esse deberent in his
15 qui ad clerum parabantur. **TTγ**
16 Nihil ergo a me
17 absentibus uobis **P1δ**
18 nouum factum est, *
19 sed quod iam pridem
20 communi consilio omnium nostrum coeperat *
21 necessitate urgente promotum est. **T2γζ**
22 Opto uos,
23 fratres carissimi, **Tγ**
24 semper bene ualere **Pβ**
25 et nostri meminisse. **TTγ**
26 Fraternitatem salutate. **TTγ**
27 Valete.

## 2.24 Epistel 32

Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus s.

1 **1** Quales litteras ad clerum Romae agentem fecerim, *
2 quidque illi mihi rescripserint, **Tγ**
3 quid etiam Moyses et Maximus presbyteri
4 et Nicostratus et Rufinus diaconi
5 et ceteri cum eis confessores in custodia constituti **V3δ**

6 aeque ad litteras meas rescripserint **Tγ**
7 ut scire possetis, **P1γ**
8 fratres carissimi, **Tγ**
9 exempla uobis legenda transmisi. **P1γ**
10 Vos curate
11 quantum potestis **Pγ/Ditr.**
12 pro diligentia uestra **P1δ**
13 ut et scripta nostra **Ditr.**
14 et illorum rescripta **Pγ**
15 fratribus nostris innotescant. **TTγ**

1 **2** Sed et si qui de peregrinis
2 episcopi collegae mei
3 uel presbyteri
4 uel diacones praesentes fuerint *****
5 uel superuenerint, **(T)2β**
6 haec omnia de uobis audiant. *****
7 Et si exempla epistularum transcribere **Tγ**
8 et ad suos perferre uoluerint, **Tγ**
9 facultatem transcriptionis accipiant. **Tγ**
10 Quamuis et Satyro lectori **TTδ**
11 fratri nostro mandauerim **Tγ**
12 ut singulis desiderantibus **T**
13 describendi faciat postestatem, **Vδ**
14 ut in ecclesiarum statu
15 quoquo modo interim componendo **Vδ**
16 seruetur ab omnibus una fida consensio. **T2γ**

1 **3** De ceteris uero **P1δ**
2 quae agenda erunt,
3 sicut et collegis meis plurimis scripsi, **P1δ**
4 plenius consilio communi tractabimus, **Tγ**
5 quando conuenire in unum **Pγδ**
6 permittente domino coeperimus.
7 Opto uos,
8 fratres carissimi ac desiderantissimi,
9 semper bene ualere. **Pγ**
10 Fraternitatem salutate. **TTγ**
11 Valete.

## 2.25 Epistel 33

1 **I** 1 Dominus noster, **Pδ**
2 cuius praecepta metuere et obseruare debemus, **P1γ**
3 episcopi honorem **TTδ/Ditr.**
4 et ecclesiae suae rationem disponens **Pγ**
5 in euangelio loquitur et dicit Petro:
*ego tibi dico quia tu es Petrus, et super istam petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferorum non uincent eam, et tibi dabo claues regni caelorum, et quae ligaueris super terram erunt ligata et in caelis, et quaecumque solueris super terram erunt soluta et in caelis.* [Matt., 16, 18. 19.]
6 Inde per temporum et successionum uices
7 episcoporum ordinatio
8 et ecclesiae ratio decurrit **TTδ**
9 ut ecclesia super episcopos constituatur **P**
10 et omnis actus ecclesiae **T2γ**
11 per eosdem praepositos gubernetur. **Vδ**
12 2 Cum hoc ita diuina lege fundatum sit, **Tγζ**
13 miror
14 quosdam audaci temeritate **P**
15 sic mihi scribere uoluisse **Vδ**
16 ut ecclesiae nomine litteras facerent, **Tδ**
17 quando ecclesia in episcopo et clero **TTδε**
18 et in omnibus stantibus sit constituta. **Ditr.**
19 Absit enim nec domini misericordia **T**
20 et potestas eius inuicta patiatur **TT1$^2$γ**
21 ut ecclesia esse dicatur lapsorum numerus,
22 cum scriptum sit:
*deus non est mortuorum sed uiuorum.* [Matt. 22, 32.]
23 Omnes quidem uiuficari optamus **Pγ**
24 et ut in statum pristinum restituantur **(P)**
25 precibus nostris et gemitibus oramus. **TTδ**
26 Si autem quidam lapsi **TTγε**
27 ecclesiam se uolunt esse **(P)1βδ**
28 et si apud illos atque in illis est ecclesia,
29 quid superest
30 quam ut ipsi rogentur a nobis **P1γδ**
31 ut nos ad ecclesiam dignentur admittere? **T2γ**
32 Summissos ergo
33 et quietos et uerecundos esse oportet eos
34 qui delicti sui memores *****
35 satisfacere deo debent **Vδζ**
36 nec ecclesiae nomine **T2δ**
37 litteras facere, **Tδ**
38 cum se magis sciant ecclesiae scribere. **T2δ**

1 **II** 1 Scripserunt autem mihi nuper quidam de lapsis **Pγδ**
2 humiles et mites **TTδε**
3 et trementes ac metuentes deum
4 et qui in ecclesia semper gloriose et granditer operati sunt **Ton. Äqu. 4δθ/***
5 et opus suum numquam domino inputauerunt, **P1**
6 scientes illum dixisse: **Pγ**
*et cum haec omnia feceritis, dicite: serui superuacui sumus, quod debuimus facere fecimus.* [Luc. 17, 10.]

7 Quae illi cogitantes, **TTγ**
8 et quamuis libello a martyribus accepto, **TTδ**
9 ut tamen ad dominum
satisfactio sua admitti possit,
10 orantes scripserunt mihi
11 se delictum suum cognoscere **Tγ**
12 et paenitentiam ueram agere, **Ton. Äqu. 4δζ/***
13 nec ad pacem temere aut inportune properare, **TTγ**
14 sed expectare praesentiam nostram, **P1δ**
15 dicentes pacem quoque ipsam, **TTγε**
16 si eam nobis praesentibus acceperint
17 dulciorem sibi futuram. **Pγ**
18 Quibus quantum gratulatus sim *
19 dominus testis est, **Tδζ**
20 qui dignatus est ostendere
21 quid eiusmodi et tales serui
22 de eius bonitate mereantur. **TT1$^2$γ**
23 2 Quas litteras cum nuper acceperim
24 et nunc aliud scripsisse uos legerim, **T2γδ**
25 peto discernatis desideria uestra, **Pδ**
26 et quicumque estis **Ditr.**
27 qui has litteras nunc misistis **Vδε**
28 nomina uestra libello subiciatis,
29 et libellum cum singulorum nominibus **Tγ**
30 ad me transmittatis.
31 Ante est enim scire **Vγδζ**
32 quibus rescribere habeam. **Tδ**
33 Tunc ad singula quae scripsistis
34 pro loci et actus nostri mediocritate rescribam. **P1γ**
35 Opto uos,
36 fratres,
37 bene ualere **Pγ**
38 et secundum domini disciplinam **Vδ**
39 quiete et tranquille agere. *
40 Valete.

## 2.26 Epistel 34

Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus s.

1 **I** Integre et cum disciplina fecistis, **Pγ**
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 quod ex consilio collegarum meorum **Pγ**
4 qui praesentes aderant *
5 Gaio Didensi presbytero
6 et diacono eius **P1δ**
7 censuistis non communicandum, **P/Ditr.**
8 qui communicando cum lapsis **Pγδ**
9 et offerendo oblationes eorum **Pγ**
10 in prauis erroribus suis **Pδ**
11 frequenter deprehensi **TTγ**
12 et semel atque iterum *
13 secundum quod mihi scripsistis **Pγ**
14 a collegis meis moniti *
15 ne hoc facerent,
16 in praesumptione et audacia sua **Pδ**
17 pertinaciter perstiterunt, **V3δ**
18 decipientes quosdam fratres ex plebe nostra, **Ditr.**
19 quibus nos omni utitilitate consultum cupimus *
20 et quorum saluti non adulatione corrupta **P1γ**
21 sed sincera fide prospicimus, **Tγ**
22 ut uera paenitentia **Tδ**
23 et gemitu ac dolore pleno deum deprecentur, **TTγ**
24 quia scriptum est: *
*memento unde cecideris, et*
*age paenitentiam* [Apoc. 2, 5],
25 et iterum loquitur diuina scriptura: **Pγ**
*sic dicit dominus: cum conuersus gemueris, tunc*
*saluaberis et scies ubi fueris.* [Esie, 30, 15.]

1 **II** 1 Ingemescere autem **P1δ**
2 et agere paenitentiam **Ton. Äqu. 4δ/***
3 quomodo possunt **Pδ**
4 quorum gemitibus et lacrimis
5 intercedunt quidam de presbyteris,
6 ut communicandum cum illis temere existiment,
7 nescientes scriptum esse: **Ditr.**
*qui uos beatos esse dicunt, in errorem*
*uos mittunt et semitam pedum*
*uestrorum turbant.* [Esie, 3, 12.]
8 2 Merito salubria nostra et uera consilia nihil
promouent, *
9 dum blanditiis et palpationibus perniciosis
10 salutaris ueritas impeditur, **V3δ**
11 et patitur lapsorum saucia et aegra mens
12 quod corporaliter quoque aegri et infirmi
saepe patiuntur, **TT1$^2$γ**
13 ut dum salubres cibos et utiles potus **P1δ**
14 quasi amaros et abhorrentes respuunt *
15 et illa
16 quae oblectare et ad praesens suauia
uidentur esse **Ditr.**
17 adpetunt,
18 perniciem sibi et mortem **Pγδ**
19 per inaudientiam et intemperantiam prouocent **T2δ**
20 nec proficiant ad salutem artificis
medella uera, **Ditr.**
21 dum blandientis decipit dulcis inlecebra. **Tγ**

1 **III** 1 Vos itaque secundum litteras meas **Pδ**
2 fideliter et salubriter consulentes **V3δ**
3 a consiliis melioribus ne recedatis. **(P)1β**

4 Legite uero has easdem litteras *****
5 et collegis meis,
6 si qui aut praesentes fuerint *****
7 aut superuenerint, **(T)2β**
8 ut unanimes et concordes **Vδε**
9 ad fouenda et sananda lapsorum uulnera
10 consilium salubre teneamus, **TT1$^2$γ**
11 tractaturi plenissime de omnibus
12 cum conuenire in unum **P1γδ**
13 per domini misericordiam coeperimus.
14 2 Interea si quis inmoderatus et praeceps, **P1γδ**
15 siue de nostris presbyteris uel diaconis **Ton. Äqu. 4δε/***
16 siue de peregrinis **Vγδ**
17 ausus fuerit ante sententiam nostram **P1δ**
18 communicare cum lapsis, **P1γδ**
19 a communicatione nostra arceatur, **TTγ**
20 apud omnes nos causam dicturus temeritatis suae,
21 quando in unum permittente domino conuenerimus. **Ton. Äqu. 4δ/***

1 **IV** 1 Desiderastis quoque
2 ut de Philumeno et Fortunato hypodiaconis **T**
3 et Fauorino acolutho
4 qui medio tempore recesserunt **Vδ**
5 et nunc uenerunt
6 quid mihi uideatur rescribam. **Pγ**
7 Cui rei non puto me solum debere sententiam dare, **Pδ**
8 cum multi adhuc de clero absentes sint
9 nec locum suum uel sero repetendum putauerint **Tγ**
10 et cognitio haec singulorum tractanda sit **Tγζ**
11 et limanda plenius, *****
12 non tantum cum collegis meis,
13 sed cum plebe ipsa uniuersa. **TTγ**
14 Expensa enim moderatione libranda et pronuntianda res est **Ditr.**
15 quae in posterum circa ministros ecclesiae **Tγ**
16 constituat exemplum. **TTδ**
17 2 Interea se a diuisione mensurna tantum contineant, **Tγ**
18 non quasi a ministerio ecclesiastico priuati esse uideantur, **TT1$^2$γ**
19 sed ut integris omnibus **T2δ**
20 ad nostram praesentiam differantur. **V3δ**
21 Opto uos,
22 fratres carissimi, **Tγ**
23 semper bene ualere. **Pγ**
24 Fraternitatem uniuersam salutate. **TTγ**
25 Valete.

## 2.27 Epistel 35

Cyprianus presbyteris et diaconibus Romae constistentibus [sic] fratribus s.

1 **1** Et dilectio communis et ratio exposcit, **TTδ**
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 nihil conscientiae uestrae subtrahere **Tγ**
4 de his
5 quae apud nos geruntur, **Ditr.**
6 ut sit nobis
7 circa utilitatem ecclesiasticae administrationis
8 commune consilium. **Tγ**
9 Nam posteaquam ad uos litteras feci **P1δ**
10 quas misi per Saturum lectorem
11 et Optatum hypodiaconum **T**
12 fratres nostros,
13 quorundam lapsorum conspirata temeritas, **Tγ**
14 qui paenitentiam agere et deo satisfacere detractant, **TTδ**
15 litteras ad me fecerunt,
16 pacem non dandam sibi postulantes **TTγ**
17 sed quasi iam datam uindicantes, **TTγ**
18 quod dicant
19 Paulum omnibus pacem dedisse, **Pγ**
20 sicut in litteris eorum, **TTδ**
21 quarum exemplum ad uos transmisi, legetis. **Pγ**

1 **2** Simul quid eis ego breuiter interim rescripserim,
2 sed et quales postea ad clerum litteras fecerim **T2δ**
3 ut scire possetis, **P1γ**
4 huius quoque rei exemplum uobis misi. **TTγε**
5 Quod si ultra temeritas eorum **TTδ**
6 nec meis nec uestris litteris conpressa fuerit *****
7 nec consiliis salubribus obtemperauerit, **T**
8 agemus ea
9 quae secundum euangelium *****
10 dominus agere praecepit. **TTδ**
11 Opto uos,
12 fratres carissimi, **Tγ**
13 semper bene ualere. **Pγ**
14 Valete.

## 2.28 Epistel 37

Cyprianus Moysi et Maximo presbyteris et ceteris confessoribus fratribus s.

1 **I** 1 Et cunctos uos pariter et singulos
2 repraesentauit adfectibus nostris, **P1δ**
3 fratres carissimi, **Tγ**
4 Celerinus adueniens,
5 fidei ac uirtutis uestrae comes **TTγε**

6 et gloriosis congressionibus dei miles. **Vδζ**
7 Vniuersos uos in illo ueniente conspeximus, **T2γ**
8 et cum caritatem circa me uestram **Pγδ**
9 dulciter ac saepe loqueretur, **TT1$^2$γ**
10 in eius sermonibus uos audiebamus. **P1**
11 Satis ac plurimum gaudeo **T2δ**
12 quando a uobis per tales talia perferuntur. **Vδ**
13 2 Vobiscum illic in carcere **Tγδ**
14 quodammodo et nos sumus,
15 diuinae dignationis ornamenta **P1γ**
16 uobiscum sentire nos credimus **T2γδ**
17 qui sic uestris cordibus inhaeremus. **Vδ**
18 Honori nos uestro caritas uestra indiuidua conectit, **TTδ**
19 separari dilectionem spiritus non sinit. **TTδε**
20 Vos illic confessio, **Tγ**
21 me adfectio includit. **TTδ**
22 Et nos quidem uestri diebus ac noctibus memores, **Tδ**
23 et quando in sacrificiis
24 precem cum pluribus facimus **Tδ**
25 et cum in secessu
26 priuatis precibus oramus, **TTδ**
27 coronis ac laudibus uestris **P1δ**
28 plenam domini fauentiam postulamus. **V3δ**
29 3 Sed ad reddendam uobis uicem **TTγε**
30 minor est nostra mediocritas. *
31 Plus uos datis
32 quando nostri in oratione meministis, **TT1$^2$γ**
33 qui sperantes iam sola caelestia **T2γ**
34 et tantum diuina meditantes, **TT1$^2$γ**
35 ad fastigia celsiora **Vδ**
36 mora ipsa passionis ascenditis **T2γ**
37 longoque temporum ductu **P1δ**
38 glorias uestras non trahitis, sed augetis. **Vδε**
39 Beatum facit prima et una confessio. **T2γ**
40 Vos totiens confitemini **Ton. Äqu. 4δ/***
41 quotiens rogati **TTδ**
42 ut de carcere recedatis **Vδ**
43 carcerem fide et uirtute praelegitis. **Tγ**
44 Tot uestrae laudes quot dies, **Pγδ**
45 quot mensium curricula
46 tot incrementa meritorum. **TT1$^2$γ**
47 Semel uincit
48 qui statim patitur. *
49 At qui manens semper in poenis **P1γδ**
50 congreditur cum dolore nec uincitur, **T2γδ**
51 cotidie coronatur. **Vδ**

1 **II** 1 Eant nunc magistratus et consules siue proconsules,
2 annuae dignitatis insignibus **T2γ**
3 et duodecim fascibus glorientur. **V3δ**
4 Ecce dignitas caelestis in uobis **P1γδ**
5 honoris annui claritate signata est **T2γζ**
6 et iam reuertentis anni uolubilem circulum **T2δ**
7 uictricis gloriae diuturnitate transgressa est. **T2γζ**
8 Inluminabat mundum sol oriens
9 et luna decurrens, **P1γ**
10 sed uobis idem
11 qui solem fecit et lunam **Pγδ**
12 maius in carcere lumen fuit, **Vδζ**
13 et in corde ac mentibus uestris **P1δ**
14 Christi claritudo resplendens **Pγ**
15 horribiles ceteris atque funestas **P1γ**
16 poenalis loci tenebras *
17 aeterna illa et candida luce radiauit. **TT1$^2$γ**
18 2 Per uicissitudines mensium **T2δ**
19 transmeauit hibernum, **P1γ**
20 sed uos inclusi
21 tempora hiemis persecutionis hieme pensastis. **TTδ**
22 Successit hiemi uerna temperies **Tγ**
23 rosis laeta
24 et floribus coronata, **Vδ**
25 sed uobis rosae et flores de paradisi deliciis aderant **Tδ**
26 et caput uestrum serta caelestia coronabant. **Vδ**
27 Aestas ecce messium fertilitate fecunda est **T2γζ**
28 et area frugibus plena est, **T2δζ**
29 sed uos
30 qui gloriam seminastis frugem gloriae metitis **Tδ**
31 atque in domini area constituti **V3δ**
32 exuri paleas *
33 inextinguibili igne conspicitis, **Tγ**
34 ipsi ut tritici grana purgata **P1γ**
35 et frumenta pretiosa iam probati et conditi
36 hospitium carceris horreum conputatis. **V3δ**
37 Nec deest et autumno **TTγδ**
38 ad munera fungenda **TTδ**
39 temporis gratia spiritalis. **V3δ**
40 Vindemia foris premitur *
41 et profutura poculis in torcularibus uua calcatur: **P1γ**
42 Vos de domini uinea pingues racemi **TTδ**
43 et iam maturis fructibus botrui **Tδ**
44 pressurae saecularis infestatione calcati **P1γ**
45 torcular nostrum **P1δ**
46 carcere torquente sentitis, **P1γ**
47 uini uice sanguinem funditis, **T2δ**
48 ad passionis tolerantiam fortes **P1δ**
49 martyrii poculum libenter hauritis. **P1γ**

50 Sic apud seruos dei annus euoluitur. **P1γ**
51 Sic spiritalibus meritis **Tδ**
52 et caelestibus praemiis **T2δ**
53 temporum uicissitudo celebratur. **TTγ**

1 **III** 1 Beati satis
2 qui ex uobis per haec gloriarum uestigia commeantes **Vδ**
3 iam de saeculo recesserunt **Vδ**
4 confectoque itinere uirtutis ac fidei **Tγδ**
5 ad conplexum et osculum domini **Tδ**
6 domino ipso gaudente uenerunt. **P1γ**
7 Sed et uestra non minor gloria, **(T)2βδ/***
8 qui adhuc in certamine constituti **Vδ**
9 et comitum glorias secuturi **Vδ**
10 pugnam diu geritis *
11 inmotaque et inconcussa fide stabiles **gl. Akzentfolge**
12 cotidie spectaculum deo uestris uirtutibus exhibetis. **Vδ**
13 Quo longior uestra pugna, **V3δζ**
14 hoc corona sublimior. **Tγ**
15 Agon unus
16 sed multiplici proeliorum numerositate congestus. **P1γ**
17 Famem uincitis
18 et sitim spernitis *
19 et squalorem carceris *
20 ac receptaculi poenalis horrorem **P1γ**
21 roboris uigore calcatis. **P1γ**
22 2 Poena illic subicitur, **Tγ**
23 cruciatus obteritur, **Tγ**
24 nec mors metuitur sed optatur, **Vδε**
25 quae scilicet inmortalitatis praemio uincitur, **T2δ**
26 ut uitae aeternitate qui uicerit honoretur. **Vδ**
27 Qui nunc in uobis animus,
28 quam sublime, quam capax pectus,
29 ubi talia et tanta uoluuntur, **P1γ**
30 ubi non nisi dei praecepta et Christi praemia cogitantur? **Vδ**
31 Voluntas est illic tantum dei,
32 et in carne adhuc licet uobis positis *
33 uita iam uiuitur **T2γδ**
34 non praesentis saeculi sed futuri. **V3δε**

1 **IV** 1 Nunc est,
2 fratres beatissimi, *
3 ut memores mei sitis, **Vδζ**
4 ut inter magnas atque diuinas cogitationes uestras
5 nos quoque animo ac mente uoluatis, **P1γ**
6 simque in precibus et orationibus uestris, **P1δ**
7 cum uox illa purificatione confessionis inlustris **P1γ**
8 et iugi honoris sui tenore laudabilis **T2γ**
9 ad dei aures penetrat *
10 et aperto sibi caelo **TTγε**
11 de his subacti mundi partibus *
12 ad superna transmissa **P1γ**
13 inpetrat de domini bonitate quod postulat. **T2γδ**
14 2 Quid enim petitis de indulgentia domini **Tδ**
15 quod non inpetrare mereamini? *
16 Qui sic domini mandata seruastis, **P1γ**
17 qui euangelicam disciplinam sincero fidei uigore tenuistis, **TT1$^{2}$γ**
18 qui incorrupto honore uirtutis **P1γ**
19 cum praeceptis domini *
20 et cum apostolis eius fortiter stantes **P1δ**
21 nutantem multorum fidem
22 martyrii uestri ueritate solidastis. **TT1$^{2}$γ**
23 Vere euangelii testes **Pδ**
24 et uere martyres Christi **P1δ**
25 radicibus eius innixi, **P1γ**
26 super petram robusta mole fundati, **P1γ**
27 disciplinam cum uirtute iunxistis, **P1γ**
28 ad timorem dei ceteros prouocastis, **V3δ**
29 martyria uestra et exempla fecistis. **P1γ**
30 Opto uos,
31 fortissimi ac beatissimi fratres, **P1δ**
32 semper bene ualere **Pγ**
33 et nostri meminisse. **TTγ**

## 2.29 Epistel 38

Cyprianus presbyteris et diaconibus item plebi uniuersae s.

1 **I** 1 In ordinationibus clericis, **T2δ**
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 solemus uos ante consulere **Tγ**
4 et mores ac merita singulorum **Vδ**
5 communi consilio ponderare. **Vδ**
6 Sed expectanda non sunt testimonia humana **TTδ**
7 cum praecedunt diuina suffragia. **T2γ**
8 2 Aurelius frater noster **Vδζ**
9 inlustris adulescens **TT1$^{2}$γ**
10 a domino iam probatus et deo carus est, **[(T)2βδζ]**
11 in annis adhuc nouellus, **(Ditr.)**
12 sed in uirtutis ac fidei laude prouectus, **P1γ**
13 minor in aetatis suae indole, **2βδ/***
14 sed maior in honore: **TT1$^{2}$γδ**
15 gemino hic agone certauit, **P1γ**
16 bis confessus
17 et bis confessionis suae uictoria gloriosus, **V3δ**

| | | |
|---|---|---|
| 18 | et quando uicit in cursu | **P1γδ** |
| 19 | factus extorris | **P1γ** |
| 20 | et cum denuo certamine fortiore pugnauit | **P1γ** |
| 21 | triumphator et uictor in proelio passionis. | **V3δ** |
| 22 | Quotiens aduersarius prouocare seruos dei uoluit, | * |
| 23 | totiens promptissimus ac fortissimus miles | **P1δ** |
| 24 | et pugnauit et uicit. | **P1γδ** |
| 25 | Parum fuerat | * |
| 26 | sub oculis ante paucorum, | **P1γ** |
| 27 | quando extorris fiebat, | **Pγ** |
| 28 | congressum fuisse; | **Pγ** |
| 29 | meruit et in foro congredi clariore uirtute, | **P1γ** |
| 30 | ut post magistratus et proconsulem uinceret, | **T2δ** |
| 31 | post exilium tormenta superaret. | **TT1**$^{2}$**γ** |
| 32 | 3 Nec inuenio | |
| 33 | quid in eo praedicare plus debeam, | **T2γδ** |
| 34 | gloriam uulnerum | **T2δ** |
| 35 | an uerecundiam morum, | **P1δ** |
| 36 | quod honore uirtutis insignis est | **T2γζ** |
| 37 | an quod pudoris admiratione laudabilis. | **T2γ** |
| 38 | Ita et dignitate excelsus est | **T2γζ** |
| 39 | et humilitate summissus | **P1γ** |
| 40 | ut appareat | |
| 41 | illum diuinitus reseruatum | **Vδ** |
| 42 | qui ad ecclesiasticam disciplinam | **V3δ** |
| 43 | ceteris esset exemplo, | **P1γ** |
| 44 | quomodo serui dei in confessione uirtutibus uincerent, | **T2δ** |
| 45 | post confessionem moribus eminerent. | **Vδ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **II** 1 Merebatur talis clericae ordinationis ulteriores gradus | |
| 2 | et incrementa maiora, | **P1γ** |
| 3 | non de annis suis | |
| 4 | sed de meritis aestimandus. | **Vδ** |
| 5 | Sed interim placuit | |
| 6 | ut ab officio lectionis incipiat, | **Tγ** |
| 7 | quia et nihil magis congruit uoci | **P1δ** |
| 8 | quae deum gloriosa praedicatione confessa est | **T2γζ** |
| 9 | quam celebrandis diuinis lectionibus personare, | **V3δ** |
| 10 | post uerba sublimia | **Tγ** |
| 11 | quae Christi martyrium prolocuta sunt, | **Ton. Äqu. 4δθ/*** |
| 12 | euangelium Christi legere | * |
| 13 | unde martyres fiunt, | **P1δ** |
| 14 | ad pulpitum post catastam uenire, | **Pγ** |
| 15 | illic fuisse conspicuum gentilium multitudini, | **4δ/*** |
| 16 | hic a fratribus conspici, | **T2δ** |
| 17 | illic auditum esse | **Ditr.** |
| 18 | cum miraculo circumstantis populi, | * |
| 19 | hic cum gaudio fraternitatis audiri. | **P1γ** |
| 20 | 2 Hunc igitur, | |
| 21 | fratres dilectissimi, | * |
| 22 | a me et a collegis qui praesentes aderant | * |
| 23 | ordinatum sciatis. | **Pγ** |
| 24 | Quod uos scio et libenter amplecti | **P1γ** |
| 25 | et optare | |
| 26 | tales in ecclesia nostra quam plurimos ordinari. | **V3δ** |
| 27 | Et quoniam semper gaudium properat | **Tδ** |
| 28 | nec potest moras ferre laetitia, | **Tγ** |
| 29 | dominico legit interim nobis, | **P1δ** |
| 30 | id est auspicatus est pacem, | **P1γδ** |
| 31 | dum dedicat lectionem. | **Vδ** |
| 32 | Vos orationibus frequenter insistite | **T2γ** |
| 33 | et preces nostras uestris precibus adiuuate, | **Vδ** |
| 34 | ut domini misericordia fauens nobis | **Vδζ** |
| 35 | cito plebi suae et sacerdotem reddat incolumem | **Tγ** |
| 36 | et martyrem cum sacerdote lectorem. | **P1γ** |
| 37 | Opto uos, | |
| 38 | fratres carissimi, | **Tγ** |
| 39 | [in deo patre et Christo Iesu] | |
| 40 | semper bene ualere. | **Pγ** |

## 2.30 Epistel 39

Cyprianus presbyteris et diaconibus et plebi uniuersae fratribus s.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **I** 1 Agnoscenda et amplectanda sunt, | * |
| 2 | fratres dilectissimi, | * |
| 3 | beneficia diuina | **TTδ** |
| 4 | quibus ecclesiam suam dominus inlustrare temporibus nostris | **Pδ** |
| 5 | et honestare dignatus est, | **T2γζ** |
| 6 | commeatum dando | |
| 7 | bonis confessoribus suis | **Pδ** |
| 8 | et martyribus gloriosis, | **Vδ** |
| 9 | ut | |
| 10 | qui sublimiter Christum confessi essent, | |
| 11 | clerum postmodum Christi | **P1δ** |
| 12 | ministeriis ecclesiasticis adornarent. | **Vδ** |
| 13 | Exultate itaque | * |
| 14 | et gaudete nobiscum, | **P1γ** |
| 15 | lectis litteris nostris, | **P1δ** |
| 16 | quibus ego et collegae mei | |
| 17 | qui praesentes aderant, | * |
| 18 | referimus ad uos Celerinum fratrem nostrum | |
| 19 | uirtutibus pariter et moribus gloriosum | **V3δ** |
| 20 | clero nostro non humana suffragatione | **TT** |
| 21 | sed diuina dignatione coniunctum. | **P1γ** |
| 22 | 2 Qui cum consentire dubitaret, | **TT1**$^{2}$**γ** |
| 23 | ecclesiae ipsius admonitu et hortatu | **Vδε** |

24 in uisione per noctem conpulsus est ne negaret **V3γδε**
25 nobis suadentibus. *
26 Cui plus licuit et coegit, **Vδε**
27 quia nec fas fuerat nec decebat **Vδε**
28 sine honore ecclesiastico esse **P1δ**
29 quem sic dominus honorauit **Vδ**
30 caelestis gloriae dignitate. **V3δ**

1 **II** 1 Hic ad temporis nostri proelium primus, **P1δ**
2 hic inter Christi milites antesignatus, **P1**
3 hic inter persecutionis initia feruentia
4 cum ipso infestationis principe et auctore congressus, **P1γ**
5 dum inexpugnabili firmitate **V3δ**
6 certaminis sui aduersarium uincit, **P1δ**
7 uincendi ceteris uiam fecit, **Vδζ**
8 non breui conpendio uulnerum uictor, **P1δ**
9 sed adhaerentibus diu et permanentibus poenis **P1δ**
10 longae conluctationis miraculo triumphator. **Vδ**
11 2 Per decem nouem dies **TTγε**
12 custodia carceris **T2δ**
13 saeptus in neruo ac ferro fuit.
14 Sed posito in uinculis corpore **T2δ**
15 solutus ac liber spiritus mansit. **P1δ**
16 Caro famis ac sitis diuturnitate contabuit, **T2γ**
17 sed animam fide et uirtute uiuentem **P1γ**
18 nutrimentis spiritalibus deus pauit. **Vδζ**
19 Iacuit inter poenas **Vδζ**
20 poenis suis fortior, *
21 inclusus includentibus maior, **P1δ**
22 iacens stantibus celsior, **T2δ**
23 uincientibus firmior uinctus, **P1δ**
24 sublimior iudicantibus iudicatus, **V3δ**
25 et quamuis ligati neruo pedes essent, **TTγε**
26 calcatus serpens et obtritus et uictus est. **T2γδζ**
27 3 Lucent in corpore glorioso **Vδ**
28 clara uulnerum signa, **P1δ**
29 eminent et apparent in neruis hominis ac membris **TTδε**
30 longa tabe consumptis **P1γ**
31 expressa uestigia. **T2γ**
32 Sunt magna, sunt mira **P1γδ**
33 quae de uirtutibus eius ac laudibus **T2γδ**
34 fraternitas audiat. **T2δ**
35 Et si aliquis Thomae similis extiterit
36 qui minus auribus credat, **P1δ**
37 nec oculorum fides deest
38 ut quis quod audit et uideat. **Tγδ**
39 In seruo dei
40 uictoriam gloria uulnerum fecit, **P1δ**
41 gloriam cicatricum memoria custodit. **TTδ**

1 **III** 1 Nec rudis iste aut nouus est **Tγδζ**
2 in Celerino carissimo nostro **P1δ**
3 titulus gloriarum. **Vδ**
4 Per uestigia cognationis suae graditur, *
5 parentibus ac propinquis suis
6 honore consimili diuinae dignationis aequatur. **P1γ**
7 Auia eius Celerina
8 iam pridem martyrio coronata est. **Ton. Äqu. 4δθ/***
9 Item patruus eius et auunculus
10 Laurentinus et Egnatius *
11 in castris et ipsi quondam saecularibus militantes, **V3δ**
12 sed ueri et spiritales dei milites, *
13 dum diabolum Christi confessione prosternunt, **P1γ**
14 palmas domini et coronas **Vδε**
15 inlustri passione meruerunt. **TT1$^2$γ**
16 Sacrificia pro eis semper, ut meministis, offerimus, **Tγ**
17 quotiens martyrum passiones et dies **Pγδ**
18 anniuersaria commemoratione celebramus. **TT1$^2$γ**
19 2 Nec degener ergo esse nec minor poterat *
20 quem sic domesticis exemplis uirtutis ac fidei **Tγδ**
21 prouocabat familiae dignitas **Tδ**
22 et generosa nobilitas. **Tγ**
23 Quod si in familia saeculari **Vδ**
24 praedicationis et laudis est **Tγδ**
25 esse patricium, **Tγ**
26 quanto maioris laudis et honoris est
27 fieri in caelesti praedicatione generosum? **TTγ**
28 3 Non inuenio *
29 quem beatiorem magis dicam,
30 utrumne illos de posteritate tam clara **P1γδ**
31 an hunc de origine gloriosa. **Vδ**
32 Ita aequaliter apud eos recurrit et commeat **T2γδ**
33 diuina dignatio **T2γ**
34 ut et illorum coronam **Pγ**
35 dignitas subolis inlustret **TTδ**
36 et huius gloriam *
37 sublimitas generis inluminet.

1 **IV** 1 Hunc ad nos,
2 fratres dilectissimi, *
3 cum tanta domini dignatione uenientem, **TT1$^2$γ**
4 testimonio et miraculo eius ipsius **P1γ**
5 qui se persecutus fuerat inlustrem, **TTδ**
6 quid aliud quam super pulpitum **(T)2βδ/***
7 id est
8 super tribunal ecclesiae **T2γ**

9 oportebat inponi, **P1γ**
10 ut,
11 loci alterioris celsitate subnixus **P1γ**
12 et plebi uniuersae **TTγ**
13 pro honoris sui claritate conspicuus, **Tγ**
14 legat praecepta **Tγ**
15 et euangelium domini **Tδ**
16 quae fortiter ac fideliter sequitur? **Tγ**
17 Vox dominum confessa **TTδ**
18 in his cotidie quae dominus
locutus est audiatur. **V3γδ**
19 2 Viderit
20 an sit ulterior gradus **Pδ**
21 ad quem profici in ecclesia possit. **P1δ**
22 Nihil est
23 in quo magis confessor fratribus prosit **P1δ**
24 quam ut,
25 dum euangelica lectio de ore eius auditur, **P1γ**
26 lectoris fidem quisque audierit imitetur. **Vδ**
27 3 Iungendus in lectione Aurelio fuerat, **Tγ**
28 cum quo et diuini honoris
societate coniunctus est, **T2γζ**
29 cum quo omnibus uirtutis et laudis
insignibus copulatus est, **4δθ/***
30 pares ambo et uterque consimiles, **Tγ**
31 in quantum gloria sublimes, **TTδ**
32 in tantum uerecundia humiles, **Tδ**
33 quantum diuina dignatione promoti, **P1γ**
34 tantum sua quiete et tranquillitate summissi, **P1γ**
35 et uirtutum pariter et morum **TTδε**
36 singulis exempla praebentes **P1γ**
37 et congressioni et paci congruentes, **TTγ**
38 illic robore **Pγ**
39 hic pudore laudabiles. **T2γ**

1 **V** 1 In talibus seruis laetatur dominus, *****
2 in eiusmodi confessoribus gloriatur, **V3δ**
3 quorum secta et conuersatio sic proficit
4 ad praeconium gloriae **T2δ**
5 ut magisterium ceteris praebeat disciplinae. **V3δ**
6 Ad hoc eos Christus esse hic in
ecclesia diu uoluit, **Ton. Äqu. 4δζ/***
7 ad hoc de media morte subtractos **P1γ**
8 quadam dixerim resurrectione **TT/Ditr.**
9 circa eos facta
10 incolumes reseruauit, **Vδ**
11 ut dum nihil in honore sublimius, **Tγ**
12 nihil in humilitate summissius
a fratribus cernitur, **T2δ**
13 hos eosdem fraternitas sectata comitetur. **TT1$^2$γ**
14 2 Hos tamen lectores interim constitutos sciatis, **Pγ**
15 quia oportebat **TTγ**
16 lucernam super candelabrum poni
17 unde omnibus luceat, **T2δ**
18 et gloriosos uultus in loco altiore constituti, **TTγ**
19 ubi ab omni circumstante conspecti **P1γ**
20 incitamentum gloriae uidentibus praebeant. **T2δ**
21 Ceterum presbyterii honorem
designasse nos illis **P1γδ**
22 iam sciatis,
23 ut et sportulis idem cum
presbyteris honorentur **Vδ/1β**
24 et diuisiones mensurnas **Pγ**
25 aequatis quantitatibus partiantur, **V3δ**
26 sessuri nobiscum prouectis et corroboratis annis
suis, **TTγε**
27 quamuis in nullo minor possit uideri aetatis indole*****
28 qui consummauit aetatem gloriae dignitate. **V3δ**
29 Opto uos,
30 fratres carissimi et desiderantissimi,
31 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.31 Epistel 40

Cyprianus presbyteris et diaconibus
et plebi uniuersae carissimis
ac desiderantissimis fratribus s.

1 **1** Nuntiandum uobis fuit,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 quod pertineat et ad communem laetitiam **Tγ**
4 et ad ecclesiae nostrae maximam gloriam. **T2δ**
5 Nam admonitos nos et instructos sciatis **Pγ**
6 dignatione diuina **P1γ**
7 ut Numidicus presbyter **Tδ**
8 adscribatur presbyterorum
Carthaginensium numero **Tδ**
9 et nobiscum sedeat in clero, **TTδε**
10 luce clarissima confessionis inlustris **P1γ**
11 et uirtutis ac fidei honore sublimis: **Pγ**
12 qui hortatu suo copiosum martyrum numerum **Tδ**
13 lapidibus et flammis necatum **Pγ**
14 ante se misit **P1γδ**
15 quique uxorem adhaerentem lateri suo, **Pδ**
16 concrematam simul cum ceteris, **Tγδ**
17 uel conseruatam magis dixerim, *****
18 laetus aspexit. **P1γ**
19 Ipse semiustilatus **TT/Ditr.**
20 et lapidibus obrutus **Tδ**
21 et pro mortuo derelictus, **V3δ**
22 dum postmodum filia **T2δ**
23 sollicito pietatis obsequio **Tγ**
24 cadauer patris inquirit, **P1γ**

25 semianimis inuentus et extractus et focilatus **(Vγδ)**

26 a comitibus

27 quos ipse praemiserat **T2γ**

28 remansit inuictus. **P1γ**

1 **2** Sed remanendi,

2 ut uidemus, **Ditr.**

3 haec fuit causa **P1βδ**

4 ut eum clero nostro dominus adiungeret

5 et desolatam

6 per lapsum quorundam presbyterorum nostrorum **Pγ**

7 copiam

8 gloriosis sacerdotibus adornaret. **Vδ**

1 **3** Et promouebitur quidem, **Pδ**

2 cum deus permiserit, **Tγ**

3 ad ampliorem locum religionis suae,

4 quando in praesentiam protegente domino uenerimus.

5 Interim quod ostenditur fiat: **P1δ**

6 cum gratiarum actione **TTγ/Ditr.**

7 suscipiamus hoc dei munus, **(P)1βδ**

8 sperantes de misericordia domini **Tδ**

9 eiusmodi ornamenta conplura, **P1γ**

10 ut redintegrato ecclesiae suae robore **Ton. Äqu. 4δζ/***

11 tam mites et humiles **Tγδ**

12 faciat in consessus nostri honore florere. **P1γ**

13 Opto uos,

14 fratres carissimi ac desiderantissimi,

15 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.32 Epistel 41

Cyprianus Caldonio et Herculano collegis item Rogatiano et Numidico compresbyteris s.

1 **I** 1 Vehementer contristatus sum,

2 fratres carissimi, **Tγ**

3 acceptis litteris uestris, **P1δ**

4 ut cum mihi propositum semper et uotum sit **Tγδζ**

5 uniuersam fraternitatem nostram incolumem continere **Vδ**

6 et inlibatum gregem

7 secundum quod caritas exigit reseruare, **Vδ**

8 nunc nuntietis **Ditr.**

9 Felicissimum multa inprobe et insidiose esse molitum, **P1γ**

10 ut praeter fraudes ueteres et rapinas, **Vδε**

11 de quibus iam pridem multa cognoueram, **T2γ**

12 nunc quoque cum episcopo portionem plebis inlidere, **T2γ**

13 id est

14 a pastore oues separare **TTγ**

15 et filios a parente secernere **T2γ**

16 et Christi membra dissipare temptauerit, **T2γ**

17 2 cumque ego uos pro me uicarios miserim, **T2δ**

18 ut expungeretis necessitates fratrum nostrorum **Pγ**

19 sumptibus istis, **P1δ**

20 si qui etiam uellent suas artes exercere **TTγ**

21 additamento **P1**

22 quantum satis esset

23 desideria eorum iuuaretis, **TTγ**

24 simul etiam et aetates eorum et condiciones et merita discerneretis, **Ditr.**

25 ut etiam nunc ego, **TTδε**

26 cui cura incumbit, **P1δ**

27 omnes optime nossem **P1δ**

28 et dignos quosque et humiles et mites **TTδε**

29 ad ecclesiasticae administrationis officia promouerem, **Vδ**

30 ille intercesserit *****

31 ne quis posset expungi **P1γ**

32 neue ea

33 quae desideraueram

34 possent diligentiae uestrae examinatione discerni, **P1γ**

35 comminatus sit etiam fratribus nostris **P1δ**

36 qui primi expungi accesserant **Tγ**

37 potentatu inprobo

38 et terrore uiolento **TT1$^{2}$γ**

39 quod secum in monte non communicarent **P/Ditr.**

40 qui nobis obtemperare uoluissent. **TT1$^{2}$γ**

1 **II** 1 Cumque

2 post haec omnia

3 nec loci mei honore motus **Ditr.**

4 nec uestra auctoritate et praesentia fractus **P1δ**

5 instinctu suo quietem fratrum turbans, **TTγε**

6 proripuerit se cum plurimis,

7 ducem se factionis **Vγδ/Ditr.**

8 et seditionis principem *****

9 temerario furore contestans **P1γ**

10 – in quo quidem gratulor plurimos fratres **P1δ**

11 ab eius audacia recessisse **Vδ**

12 et uobis adquiescere maluisse, **Vδ**

13 ut cum ecclesia matre remanerent **TT1$^{2}$γ**

14 et stipendia eius episcopo dispensante perciperent, **Tγ**

15 quod quidem et ceteros pro certo scio

16 cum pace facturos **P1γ**

17 et cito ab errore temerario recessuros **Vδ**

18 – interim,

19 cum Felicissimus comminatus sit **4δθ/***
20 non communicaturos in monte secum **Ditr.**
21 qui nobis obtemperassent, **P**
22 id est
23 qui nobis communicarent, **P**
24 accipiat sententiam quam prior dixit, **(P)1βδ**
25 ut abstentum se a nobis sciat,
26 quando ad fraudes eius et rapinas **TT1$^{2}$γδ**
27 quas dilucida ueritate cognouimus, **T2γ**
28 adulterii etiam crimen accedit, **P1γ**
29 quod fratres nostri
30 graues uiri **gl. Akzentfolge**
31 deprehendisse se nuntiauerunt **P1**
32 et probaturos se adseuerauerunt. **TT**
33 Quae omnia cognoscemus, **Vδ**
34 quando in unum cum collegis pluribus permittente domino conuenerimus. **Ton. Äqu. 4δ/***
35 2 Sed et Augendus, **(Pβγ)**
36 qui nec episcopum nec ecclesiam cogitans **T2δ**
37 pari se cum illo conspiratione sociauit, **TT1$^{2}$γ**
38 si ultra cum eodem perseuerauerit, **T2**
39 sententiam ferat **Pδ**
40 quam ille in se factiosus et temerarius prouocauit. **V3δ**
41 Sed et quisque se conspirationi et factioni eius adiunxerit **T2γ**
42 sciat
43 se in ecclesia nobiscum non esse communicaturum,
44 qui se sponte maluit ab ecclesia separare. **V3δ**
45 3 Has litteras meas fratribus nostris legite *****
46 et Carthaginem ad clerum transmittite **Tγ**
47 additis nominibus eorum **TTδ**
48 quicumque se Felicissimo iunxerint. **T2δ**
49 Opto uos,
50 fratres carissimi, **Tγ**
51 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.33 Epistel 43

Cyprianus plebi uniuersae s.

1 **I** 1 Quamquam,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 Virtius fidelissimus atque integerrimus presbyter, **T2δ**
4 item Rogatianus et Numidicus presbyteri confessores **Vδ**
5 et gloria diuinae dignationis inlustres, **P1γ**
6 sed et diaconi boni uiri **Vδζ**
7 et ecclesiasticae administrationi **Ditr.**
8 per omnia obsequia deuoti, **TTδ**
9 cum ceteris ministeriis
10 plenam uobis praesentiae suae diligentiam praebeant **T2δ**
11 et exhortationibus adsiduis
12 singulos corrobare, **Vδ**
13 sed et lapsorum mentes
14 consiliis salubribus
15 regere et reformare non desinant, **T2γδ**
16 tamen ego quantum possum admoneo **Tγ**
17 et quomodo possum **Pδ**
18 uisito uos litteris meis. **Pδ**
19 2 Litteras,
20 inquam,
21 fratres carissimi. **Tγ**
22 Hoc enim quorundam presbyterorum malignitas et perfidia perfecit, **TTδ**
23 ne ad uos ante diem Paschae uenire licuisset, **TT1$^{2}$γ**
24 dum coniurationis suae memores *****
25 et antiqua illa **Ditr.**
26 contra episcopatum meum
27 immo contra suffragium uestrum et dei iudicium, **Tγ**
28 uenena retinentes **TT1$^{2}$γ**
29 instaurant ueterem contra nos inpugnationem suam
30 et sacrilegas machinationes **Ditr.**
31 insidiis solitis denuo renouant. **Tδ**
32 3 Et quidem de dei prouidentia, *****
33 nobis hoc nec uolentibus nec optantibus **Ton. Äqu. 4δε/***
34 immo et ignoscentibus et tacentibus, **Ton. Äqu. 4δε/***
35 poenas quas meruerant pependerunt, **Vδ**
36 ut a nobis non eiecti **TTγδ**
37 ultro se eicerent, *****
38 ipsi in se pro conscientia sua **Pδ**
39 sententiam darent, **Pδ**
40 secundum uestra diuina suffragia **T2γ**
41 coniurati et scelerati **Vγδ**
42 de ecclesia sponte se pellerent. **T2γδ**

1 **II** 1 Nunc apparuit Felicissimi factio **T2δ**
2 unde uenisset, **P1γ**
3 quibus radicibus et quibus uiribus staret. **P1δ**
4 Hi fomenta olim quibusdam confessoribus et hortamenta tribuebant, **TTγ**
5 ne concordarent cum episcopo suo **Pδ**
6 nec ecclesiasticam disciplinam **V3δ**
7 cum fide et quiete **TTγδ**
8 iuxta praecepta dominica continerent, **Vδ**

9 nec confessionis suae gloriam **2βδ/***
10 incorrupta et inmaculata conuersatione seruarent. **P1γ**
11 2 Ac ne parum fuisset **Pγ**
12 corrupisse quorundam confessorum mentes
13 et contra sacerdotium dei **Pδ**
14 portionem ruptae fraternitatis armare uoluisse, **TT1$^{2}$γ**
15 nunc se et ad lapsorum perniciem **Tγ**
16 uenenata sua deceptione uerterunt, **P1γ**
17 ut aegros et saucios **Tγδ**
18 et ad capienda fortiora consilia **Tγ**
19 per calamitatem ruinae suae
20 minus idoneos **Tγ**
21 et minus solidos *****
22 a medella uulneris sui auocent **2βδ/***
23 et intermissis precibus et orationibus
24 quibus dominus longa et continua satisfactione placandus est **T2γζ**
25 ad exitiosam temeritatem **P**
26 mendacio captiosae pacis inuitent. **P1γ**

1 **III** 1 Sed oro uos,
2 fratres,
3 uigilate contra insidias diaboli
4 et pro uestra salute solliciti **Tγ**
5 contra mortiferam fallaciam diligentius excubate. **Vδ**
6 Persecutio est haec alia
7 et alia temptatio,
8 et quinque isti presbyteri **Tγ**
9 nihil aliud sunt
10 quam quinque primores illi
11 qui edicto nuper magistratibus fuerant copulati, **Vδ**
12 ut fidem nostram subruerent, **Tγ**
13 ut gracilia fratrum corda **Vδζ**
14 ad letales laqueos *****
15 praeuaricatione ueritatis auerterent. **T2γ**
16 2 Eadem nunc ratio, **Tγδ**
17 eadem rursus euersio **T2γ**
18 per quinque presbyteros **Tγ**
19 Felicissimo copulatos **V3δ**
20 ad ruinam salutis inducitur, **T2γ**
21 ut non rogetur dominus *****
22 nec qui negauit Christum
23 eundem Christum quem negauerat deprecetur, **V3δ**
24 post culpam criminis tollatur e paenitentia, **Ton. Äqu. 4γδ/***
25 nec per episcopos et sacerdotes **1β**
26 domino satisfiat, **Vδ**
27 sed relictis domini sacerdotibus **Ton. Äqu. 4δ/***
28 contra euangelicam disciplinam **Vδ**
29 noua traditio sacrilegae institutionis exurgat, **P1γ**
30 cumque semel placuerit tam nobis **TTγδ**
31 quam confessoribus et clericis urbicis, **T2δ**
32 item uniuersis episcopis **Tγ**
33 uel in nostra prouincia **Tγ**
34 uel trans mare constitutis, **TTγ**
35 ut nihil innouetur circa lapsorum causam,
36 nisi omnes in unum conuenerimus, *****
37 et conlatis consiliis **Tγ**
38 cum disciplina pariter et misericordia **T**
39 temperatam sententiam fixerimus,
40 contra hoc consilium nostrum rebelletur **TTγ**
41 et omnis sacerdotalis auctoritas et potestas **Vδε**
42 factiosis conspirationionibus destruatur. **V3δ**

1 **IV** 1 Quas nunc poenas patior, *****
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 quod ipse ad uos in praesentiarum uenire non possum, **P1γδ**
4 ipse singulos adgredi, **T2δ**
5 ipse uos secundum domini et euangelii eius magisterium cohortari. **Vδ**
6 Non suffecerat exilium iam bienni **Vδε**
7 et a uultibus atque ab oculis uestris **Pδ**
8 lugubris separatio, **4δ/***
9 dolor iugis et gemitus **Tγδ**
10 qui me solum sine uobis continua lamentatione discruciat, **Tγ**
11 lacrimae diebus ac noctibus profluentes, **V3δ**
12 quod sacerdoti quem tanto amore et ardore fecistis **P1γ**
13 necdum uos salutare **(Pβ)**
14 et necdum conplexibus uestris inhaerere contingat. **P1γ**
15 2 Accessit hic tabescenti animo nostro dolor maior, **TTγε/1βδ**
16 quod in tanta sollicitudine ac necessitate
17 excurrere ad uos ipse non possum, **P1γδ**
18 dum per minas et per insidias perfidorum cauemus, **Pγ**
19 ne aduenientibus nobis **P1δ**
20 tumultus illic maior oriatur **TT1$^{2}$γ**
21 et cum paci et tranquillitati **Ditr.**
22 episcopus prouidere in omnibus debeat, **T2δ**
23 ipse materiam seditioni dedisse **Pγ**
24 et persecutionem denuo exacerbasse uideatur. **TT1$^{2}$γ**
25 3 Hinc tamen,
26 fratres dilectissimi, *****
27 hinc admoneo pariter et consulo **Vδε**

28 ne perniciosis uocibus temere credatis, **TTδ**
29 ne fallacibus uerbis **P1δ**
30 consensum facile commodetis, **Vδ**
31 ne pro luce tenebras, *
32 pro die noctem,
33 pro cibo famem,
34 pro potu sitim, **gl. Akzentfolge (3χ)**
35 uenenum pro remedio,
36 mortem pro salute sumatis. **P1γ**
37 Nec aetas uos eorum nec auctoritas fallat, **P1δ**
38 qui
39 ad duorum presbyterorum ueterem nequitiam respondentes, **Vδ**
40 sicut illi Susannam pudicam **Pγ/Ditr.**
41 corrumpere et uiolare conati sunt, **Tγζ**
42 sic et hi adulterinis doctrinis **Pγ**
43 ecclesiae pudicitiam corrumpere
44 et ueritatem euangelicam uiolare conantur. **P1γ**

1 **V** 1 Clamat et dicit dominus: *
*nolite audire sermones pseudoprophetarum, quoniam uisiones cordis eorum frustrantur eos. Locuntur, sed non ab ore domini. Dicunt eis qui abiciunt uerbum domini: pax erit uobis.* [Hier. 23, 16. 17.]
2 Pacem nunc offerunt
3 qui ipsi non habent pacem, **(P)1βδ**
4 in ecclesiam lapsos reducere et reuocare promittunt **P1γ**
5 qui de ecclesia recesserunt. **Vδ**
6 2 Deus unus est *
7 et Christus unus
8 et una ecclesia **T2γ**
9 et cathedra una **Pδ**
10 super Petrum domini uoce fundata. **P1γ**
11 Aliud altare constitui **Tγ**
12 aut sacerdotium nouum fieri *
13 praeter unum altare et unum sacerdotium non potest. **TTδε**
14 Quisque alibi collegerit spargit. **P1δ**
15 Adulterum est,
16 impium est,
17 sacrilegum est, **gl. Akzentfolge (3χ)**
18 quodcumque humano furore instituitur *
19 ut dispositio diuina uioletur. **TT1$^2$γ**
20 Procul ab huiusmodi hominum contagione discedite **T2γ**
21 et sermones eorum uelut cancer et pestem fugiendo uitate, **Pγ**
22 praemonente domino et dicente: **Vδε**
*caeci sunt duces caecorum. Caecus autem caecum ducens simul in foueam cadent.* [Matth. 15, 14.]
23 Intercedunt precibus nostris **Pδ**
24 quas nobiscum diebus ac noctibus deo funditis **2βδ/***
25 ut eum iusta satisfactione placetis. **P1γ**
26 3 Intercedunt lacrimis nostris, **Pδ**
27 quibus commissi delicti crimen abluitis. **Tγ**
28 Intercedunt paci
29 quam uere et fideliter de domini misericordia postulatis, **V3δ**
30 nesciunt scriptum esse: **V3δζ**
*et propheta ille aut somnium somnians, ille qui locutus est, ut errare te faceret a domino deo tuo.* [Deut. 13, 5.]
31 4 Nemo uos,
32 fratres,
33 errare a domini uiis faciat. **Ton. Äqu. 4δζ/***
34 Nemo uos Christianos ab euangelio Christi rapiat,*
35 nemo filios ecclesiae de ecclesia tollat. **P1δ**
36 Pereant sibi soli **Vδζ**
37 qui perire uoluerunt, **TT1$^2$γ**
38 extra ecclesiam soli remaneant **Pγ**
39 qui de ecclesia recesserunt, **Vδ**
40 soli cum episcopis non sint **Pγδ**
41 qui contra episcopos rebellarunt, **Vδ**
42 coniurationis suae poenas soli subeant *
43 qui olim secundum uestra suffragia, **T2γ**
44 nunc secundum dei iudicia **Tγ**
45 sententiam coniurationis et malignitatis suae
46 subire meruerunt. **TT1$^2$γ**

1 **VI** 1 Monet nos dominus in euangelio suo dicens: **Vδζ**
*reicitis mandatum dei ut traditionem uestram statuatis.* [Marc. 7, 9.]
2 Qui mandatum dei reiciunt **Pγ**
3 et traditionem suam statuere conantur **TTδ**
4 fortiter a uobis et firmiter respuantur. **V3δ**
5 Sufficiat lapsis ruina una. **Ditr.**
6 Nemo uolentes surgere *
7 sua circumuentione praecipitet. **Tγ**
8 Nemo iacentes, **Pγ**
9 pro quibus nos rogamus **TTγδ**
10 ut dei manu et brachio subleuentur, **Vδ**
11 prosternat grauius et deprimat.
12 Nemo semianimes
13 et ut salutem suam pristinam recipiant deprecantes **Vδ**
14 ab omni spe salutis auertat. **P1γ**
15 Nemo nutantibus lapsus sui caligine **Tγ**
16 omne itineris salutaris lumen extinguat. **T2γ**
17 2 Instruit apostolus dicens: **P1δ**

*si quis aliter docet et non adquiescit sanis uerbis domini nostri Iesu Christi et doctrinae eius, stupore elatus, discede ab huiusmodi.* [I Tim. 6, 3-5.]

18 Et iterum dicit ipse: **Vδζ**

*Nemo uos decipiat inanibus uerbis. Propterea enim uenit ira dei super filios contumaciae. Nolite ergo esse participes eorum.* [Eph. 5, 6.7.].

19 Non est quod decepti inanibus uerbis **P1δ**
20 et prauitatis eorum incipiatis esse participes. **Tγ**
21 Discedite a talibus
22 quaeso uos
23 et adquiescite consiliis nostris **Pδ**
24 qui pro uobis cotidie **Tγ**
25 continuas domino preces fundimus, *
26 qui uos ad ecclesiam reuocari **Vδ**
27 per domini clementiam cupimus, **Tδ**
28 qui de deo pacem plenissimam prius matri, **Vδζ/1βδ**
29 tunc et filiis eius oramus. **P1γ**
30 3 Cum precibus atque orationibus nostris **P1δ**
31 uestras quoque orationes et preces iungite, *
32 cum fletibus nostris **P1δ**
33 uestras lacrimas copulate. **Vδ**
34 Vitate lupos
35 qui oues a pastore secernunt, **P1γ**
36 uitate linguam diaboli uenenatam **Vδ**
37 qui ab initio mundi **Pδ**
38 fallax semper et mendax **P1γδ**
39 mentitur et fallat, **P1γδ**
40 blanditur ut noceat, **Tγδ**
41 bona promittit **Pγ**
42 ut malum tribuat, *
43 uitam pollicetur **TTγ**
44 ut perimat.
45 Lucent nunc quoque uerba eius **Ditr.**
46 et uenena manifesta sunt. *
47 Pacem pollicetur, **TTγ**
48 ne perueniri possit ad pacem. **P1γδ**
49 Salutem promittit, **Pγ**
50 ne qui delinquit ueniat ad salutem. **Vδε**
51 Ecclesiam spondet, **P1δ**
52 quando id agat **Pγδ**
53 ut qui illi credit
54 in totum ab ecclesia pereat. **Tδ**

1 **VII** 1 Nunc est,
2 fratres dilectissimi, *
3 ut et qui statis fortiter perseueretis **P1**
4 et stabilitatem uestram gloriosam, **TTγ**
5 quam in persecutione tenuistis, **TT1$^{2}$γ**
6 perpetua firmitate seruetis, **P1γ**
7 et qui circumueniente aduersario lapsi estis **Vδζ**
8 in secunda hac temptatione **Ditr.**
9 spei et paci uestrae fideliter consulatis, **V3δ**
10 et
11 ut uobis dominus ignoscat, **TTδ**
12 a sacerdotibus domini non recedatis, **(P)1β**
13 cum scriptum sit:

*et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille.* [Deut. 17, 12.]

14 2 Persecutionis istius **P1γ**
15 nouissima haec est et extrema temptatio, **T2γ**
16 quae et ipsa cito domino protegente transibit, **P1γ**
17 ut repraesenter uobis
18 post Paschae diem
19 cum collegis meis,
20 quibus praesentibus **Tγ**
21 secundum arbitrium quoque uestrum **Vδζ**
22 et omnium nostrum commune consilium, **Tγ**
23 sicut semel placuit, *
24 ea
25 quae agenda sunt
26 disponere pariter et limare poterimus. **Tγ**
27 Si quis autem paenitentiam agere **Tδ**
28 et deo satisfacere *
29 detractans in Felicissimi et satellitum eius partes concesserit **Tγ**
30 et se haereticae factioni coniunxerit, **Tγ**
31 sciat
32 se postea ad ecclesiam redire **TTδ**
33 et cum episcopis et plebe Christi
34 communicare non posse. **P1γδ**
35 Opto uos,
36 fratres carissimi, **Tγ**
37 semper bene ualere **Pγ**
38 et circa domini misericordiam exorandam **Vδ**
39 continuis nobiscum precibus insistere.

## 2.34 Epistel 44

Cyprianus Cornelio fratri s.

1 **I** 1 Venerunt ad nos,
2 frater carissime, **Tγ**
3 missi a Nouatiano, **Ditr.**
4 Maximus presbyter **T2δ**
5 et Augendus diaconus **Tγ**
6 et Macheus quidam
7 et Longinus.
8 Sed enim cum ex litteris

9 quas secum ferebant **Pγ**
10 et ex eorum sermone atque adseueratione **Ditr.**
11 Nouatianum episcopum factum conperissemus, **P1**
12 inlicitae et contra ecclesiam catholicam factae ordinationis prauitate commoti, **P1γ**
13 a communicatione eos nostra statim cohibendos esse censuimus. **Tγ**
14 2 Et refutatis interim ac retusis **Vδε**
15 quae obstinate ac pertinaciter adserere temptabant, **TTδ**
16 iam ego et collegae plurimi *****
17 qui ad me conuenerant
18 expectauimus aduentum collegarum nostrorum Caldoni et Fortunati
19 quos ad te nuper et coepiscopos nostros **P1δ**
20 qui ordinationi tuae adfuerant **Tγ**
21 legatos miseramus, **Tγ**
22 ut eis aduentantibus et rei gestae ueritatem reportantibus, *****
23 maiore auctoritate **P**
24 et elucida per eos probatione **P/gl. Akzentfolge**
25 partis aduersae inprobitas frangeretur. **Vδ**
26 3 Superuenerunt uero Pompeius et Stephanus collegae nostri,
27 qui et ipsi quoque ad struendos istinc nos
28 manifesta secundum grauitatem ac fidem suam indicia ac testimonia protulerunt, **Vδ**
29 ut nec necesse fuerit audiri ultra eos qui a Nouatiano uenerant missi. **P1δ**

1 **II** 1 Qui cum in statione **(TTβγ)**
2 inuidiosis quoque conuiciis et clamoribus turbulentis **V3δ**
3 proruerent et flagitarent **Pβ o. Ditr.**
4 ut crimina quae se adferre ac probare dicebant publice *****
5 a nobis et a plebe cognoscerentur, **P**
6 grauitati nostrae,
7 negauimus conuenire, **V3δ**
8 ut collegae nostri
9 iam delecti et ordinati, **Vγδ**
10 et laudabili multorum sententia conprobati, **V3δ**
11 uentilari ultra honorem **Pγ**
12 maledica aemulantium uoce pateremur. **TT1$^2$γ**
13 2 Et quia quibus refutati et conpressi sunt
14 et inlicitis conatibus haeresim fecisse nudati sunt, **Tγζ**
15 in epistula congerere longum fuit, **Vδζ**
16 ex Primitiuo conpresbytero nostro plenissime singula **T2δ**
17 quando ad uos uenerit audietis. **Vδ**

1 **III** 1 Ac ne eorum furens audacia umquam desisteret, **Tγ**
2 hic quoque in schismatis partes Christi membra distrahere **Tγ**
3 et catholicae ecclesiae corpus suum scindere ac laniare nituntur, **P1γ**
4 ut ostiatim per multorum domos
5 uel oppidatim per quasdam ciuitates discurrentes **TTγ**
6 obstinationis suae et erroris scissi sibi quaerant comites. *****
7 2 Quibus semel responsum dedimus **gl. Akzentfolge**
8 nec mandare desistimus, **T2γ**
9 ut perniciosa dissensione et concertatione deposita, **Tγ**
10 inpietatem esse sciant **TTγε**
11 matrem deserere, **Tγ**
12 et agnoscant atque intellegant, **T2γ**
13 episcopo semel facto
14 et collegarum ac plebis testimonio et iudicio conprobato, **Vδ**
15 alium constitui nullo modo posse; **TTγε**
16 proinde pacifice sibi ac fideliter consuluisse,
17 si se adsertores euangelii et Christi esse confitentur, **TTγ**
18 prius ad ecclesiam reuertantur. **Vδ**
19 Opto te,
20 frater carissime, **Tγ**
21 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.35 Epistel 45

Cyprianus Cornelio fratri s.

1 **I** 1 Quod seruis dei
2 et maxime sacerdotibus iustis **P1δ**
3 et pacificis congruebat, **Vδ**
4 frater carissime, **Tγ**
5 miseramus nuper collegas nostros Caldonium et Fortunatum,
6 ut non tantum persuasione litterarum nostrarum, **Pγ**
7 sed praesentia sua **Pδ**
8 et consilio omnium uestrum eniterentur **P**
9 quantum possent et elaborarent, **P1**
10 ut ad catholicae ecclesiae unitatem **V3δ**
11 scissi corporis membra conponerent, **T2γ**
12 et Christianae caritatis uinculum copularent. **V3δ**
13 2 Sed quoniam diuersae partis obstinata et inflexibilis pertinacia **Ton. Äqu. 4δ/***
14 non tantum radicis et matris sinum atque conplexum recusauit, **TTγ**

15 sed etiam gliscente et in peius **TTγδε**
16 recrudescente discordia, **T2γ**
17 episcopum sibi constituit **Tγ**
18 et contra sacramentum semel traditum diuinae dispositionis **TT**
19 et catholicae unitatis adulterum **Tγ**
20 et contrarium caput extra ecclesiam fecit, **P1δ**
21 acceptis litteris tam tuis **TTδε**
22 quam collegarum nostrorum, **Pγ**
23 item aduentantibus bonis uiris **Vδζ**
24 et nobis carissimis collegis nostris
25 Pompeio et Stephano,
26 a quibus haec omnia nobis cum laetitia communi **TTδ**
27 adseuerata sunt firmiter et probata, **Vδε**
28 secundum quod diuinae traditionis **P**
29 et ecclesiasticae institutionis **TT**
30 sanctitas pariter ac ueritas exigebat, **V3δ**
31 litteras nostras ad te direximus.
32 3 Sed et per prouinciam nostram **P1δ**
33 haec eadem collegis singulis in notitiam perferentes **Vδ**
34 ab his quoque fratres nostros cum litteris redigendos esse mandauimus. **T2γ**

1 **II** 1 Quamquam mens nostra **Pγδ**
2 et propositum iam tunc fratribus et plebi istic uniuersae manifestatum fuisset, **Pγ**
3 quando litteris nuper ab utraque parte susceptis **P1γ**
4 tuas litteras legimus **T2δ**
5 et episcopatus tui ordinationem **TT**
6 singulorum auribus intimauimus, **Ton. Äqu. 4δ/***
7 2 honoris etiam communis memores
8 et grauitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectum tenentes, **Pγ**
9 ea quae ex diuerso in librum missum congesta fuerant acerbationibus criminosis **V3δ**
10 respuimus,
11 considerantes pariter et ponderantes **Ditr.**
12 quod in tanto fratrum religiosoque conuento, **P1γ**
13 considentibus dei sacerdotibus et altari posito *
14 nec legi debeant nec audiri. **Vδε**
15 Neque enim facile promenda sunt **Ton. Äqu. 4δθ/***
16 et incaute ac temere publicanda **Vδ**
17 quae discordioso stilo audientibus scandalum moueant **Tδ**
18 et fratres longe positos ac trans mare constitutos **TTγ**
19 incerta opinione confundant. **P1γ**
20 3 Viderint qui uel furori suo
21 uel libidini seruientes **V3δ**
22 et diuinae legis et sanctitatis inmemores **Tγ**
23 uel iacticare interim gestiunt **T2δ**
24 quae probare non possunt, **P1γδ**
25 et cum innocentiam destruere atque expugnare non ualeant, **Tγδ**
26 satis habent fama mendaci **Pγ**
27 et falso rumore **Pγ**
28 maculas inspergere.
29 Certe quod praepositis
30 ac sacerdotibus congruit **T2δ**
31 danda opera est
32 ut talia cum a quibusdam scribuntur **Pγ**
33 per nos respuantur. **Pβ/Ditr.**
34 4 Vbi etiam erit **Pδ**
35 quod discimus ac docemus scriptum esse: **Ditr.**
*contine linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur insidiose?* [Ps. 33, 14.]
36 Item alibi: *
*os tuum abundauit malitia, et lingua tua conplectebatur insidias. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum* [Ps.. 49, 19. 20.],
37 item quod apostolus dicit: **P1δ**
*omnis sermo malus de ore uestro non procedat, sed bonus ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* [Eph. 4, 29.]
38 Porro haec fieri debere ostendimus, **P1γ**
39 si,
40 quando talia quorundam calumniosa temeritate conscripta sunt, **T2γζ**
41 legi apud nos patimur.
42 5 Et idcirco,
43 frater carissime, **Tγ**
44 cum ad me talia aduersum te
45 et conpresbyteri tecum considentis scripta uenissent, **P1γ**
46 clero et plebi legi praecepi **Pγ**
47 quae religiosam simplicitatem sonabant **Pγ**
48 nec ullis maledictorum et conuiciorum **Ditr.**
49 latratibus perstrepebant. **V3δ**

1 **III** 1 Quod autem scripta collegarum nostrorum
2 qui illic ordinationi tuae adfuerant desiderauimus, **T**
3 non ueteres mores obliti **Pγ**
4 nouum aliquid quaerebamus: **Vδ**
5 nam satis erat
6 ut tu te episcopum factis litteris nuntiares, **Vδ**
7 nisi esset ex diuerso discrepans factio **T2δ**
8 quae criminosis et calumniosis conmentis suis
9 collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes

10 et corda confunderet. **T2γ**

11 Cui rei sopiendae necessarium duximus **T2δ**

12 ut scribentium nobis inde **Vδζ**

13 collegarum nostrorum **Pγ**

14 firma et solida auctoritas pararetur: **Vδ**

15 qui

16 moribus ac uitae et disciplinae tuae condigna litterarum suarum testimonia praedicantes, **Vδ**

17 aemulis quoque et rerum uel nouitate uel prauitate

18 gaudentibus omnem ambigendi et discrepandi scrupulum sustulerunt. **V3δ**

19 Et secundum consilium nostrum salubri ratione libratum, **P1γ**

20 in hoc fluctu aestuantium fratrum mentes

21 sincere ac firmiter **Tγδ**

22 tuum sacerdotium probauerunt. **Vδ**

23 2 Hoc enim uel maxime, **Tγδ**

24 frater,

25 et laboramus et laborare debemus **P1γ**

26 ut unitatem a domino et per apostolos nobis successoribus traditam **T2δ**

27 quantum possumus *

28 obtinere curemus **P1γ**

29 et quod in nobis est balabundas et errantes oues,

30 quas quorundam peruicax factio **T2δ**

31 et haeretica temptatio

32 a matre secernit, **P1γ**

33 in ecclesia colligamus, **V3δ**

34 illis solis foris remanentibus *

35 qui obstinatione sua uel furore supersederunt **P**

36 et ad nos redire noluerunt, **TTγ**

37 discretionis et separationis a se factae

38 et ecclesiae derelictae ipsi rationem domino reddituri. **Vδ**

1 **IV** 1 Quantum uero hic ad presbyterium quorundam et Felicissimi causam pertinet, *

2 quid hic actum sit

3 ut scire posses, **Ditr.**

4 litteras ad te collegae nostri manu sua subscriptas miserunt, **Pγ**

5 qui auditis eis

6 quid senserint

7 et quid pronuntiauerint **T**

8 ex eorum litteris disces. **P1δ**

9 2 Melius autem, **Pδ**

10 frater,

11 facies,

12 si etiam exempla litterarum **TTγ**

13 quae ad te legenda pro dilectione communi **P1γ**

14 per Caldonium et Fortunatum collegas nostros

15 proxime miseram, **T2δ**

16 quae de eodem Felicissimo et de presbyterio eiusdem **TTδ**

17 ad clerum istic nostrum **TTγε**

18 et ad plebem scripseram, *

19 legi illic fratribus iubeas, **Tδ**

20 quae et ordinationem et rationem rei gestae loquantur, **Pγ**

21 ut tam istic

22 quam illic

23 circa omnia per nos fraternitas instruatur. **V3δ**

24 3 Exemplaria autem eadem **Ton. Äqu. 4δζ/***

25 nunc quoque per Mettium hypodiaconum a me missum **TTγδε**

26 et Nicephorum acoluthum transmisi. **Pγ**

27 Opto te,

28 frater carissime, **Tγ**

29 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.36 Epistel 46

Cyprianus Maximo et Nicostrato et ceteris confessoribus s.

1 **I** 1 Cum frequenter,

2 carissimi,

3 cognoueritis ex litteris meis **Pδ**

4 quem et confessioni uestrae honorem **Pγ**

5 et fraternitati conexae dilectionem **P**

6 meo sermone seruauerim, **T2γ**

7 credatis

8 quaeso

9 et adquiescatis his litteris meis, **Pδ**

10 quibus + uos et + actui ac laudibus uestris et scribo **Pγδ**

11 et simpliciter ac fideliter consulo. **T2δ**

12 2 Grauat enim me atque contristat, **P1γ**

13 intolerabilis perculsi **TTδ**

14 et paene prostrati pectoris maestitia praestringit, **TTδ**

15 cum uos illic conperissem contra <dei> dispositionem, **TT1**$^{2}$

16 contra euangelicam legem, **Pδ**

17 contra institutionis catholicae unitatem **Vδ**

18 alium episcopum fieri consensisse, **Vδ**

19 id est,

20 quod nec fas est

21 nec licet fieri, *

22 ecclesiam alteram institui,

23 Christi membra discerpi, **P1γ**

24 dominici gregis animum **Ton. Äqu. 4δζ/***

25 et corpus unum **Ditr.**
26 discissa aemulatione lacerari. **TT1$^2$γ**
27 3 Quod quaeso
28 ut in uobis saltem inlicitum istud fraternitatis nostrae discidium non perseueret, **Ditr.**
29 sed et confessionis uestrae et diuinae traditionis memores *
30 ad matrem reuertamini *
31 unde prodistis, **P1γ**
32 unde ad confessionis gloriam *
33 cum eiusdem matris exultatione uenistis. **P1γ**

1 **II** 1 Nec putetis **Ditr.**
2 sic uos euangelium Christi adserere, **Tγ**
3 dum uosmet ipsos a Christi grege et ab eius pace et concordia separatis, **V3δ**
4 cum magis militibus gloriosis et bonis congruat *
5 intra domestica castra consistere **T2γ**
6 et intus positos *
7 ea quae in commune tractanda sunt **T2γζ**
8 agere ac prouidere.
9 2 Nam cum unanimitas et concordia nostra **Pδ**
10 scindi omnino non debeat, **Tγδ**
11 quia nos
12 ecclesia derelicta **V3δ**
13 foras exire **Pγ**
14 et ad uos uenire non possumus, **T2γδ**
15 ut uos magis ad ecclesiam matrem **P1δ**
16 et ad uestram fraternitatem reuertamini **2β/***
17 quibus possumus hortamentis petimus et rogamus. **Vδε**
18 Opto uos,
19 fratres carissimi, **Tγ**
20 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.37 Epistel 47

Cyprianus Cornelio fratri s.
1 Et religiosum uobis et necessarium existimaui, **P**
2 frater carissime, **Tγ**
3 ad confessores
4 qui illic sunt
5 et Nouatiani ac Nouati obstinatione et prauitate seducti **P1γ**
6 de ecclesia recesserunt **Vδ**
7 litteras breues facere, *
8 quibus eos pro adfectione mutua conuenirem **V3δ**
9 ut ad matrem suam
10 id est
11 ecclesiam catholicam reuertantur. **Vδ**
12 Quas litteras tibi a Mettio hypodiacono legi **Pδ**
13 prius mandaui, **Pγ**
14 ne quis aliud me scripsisse fingeret *
15 quam quod meis litteris continetur. **V3δ**
16 Mandaui tamen eidem Mettio
17 a me ad uos misso
18 ut de tuo arbitrio rem gerat, **(TTδε)**
19 et si easdem litteras
20 confessoribus putaueris esse reddendas, **P1γ**
21 tunc eas tradat. **(P)1βδ**
22 Opto te,
23 frater carissime, **Tγ**
24 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.38 Epistel 48

Cyprianus Cornelio fratri s.
1 **I** Legi litteras tuas, **Pδ**
2 frater carissime, **Tγ**
3 quas per Primitiuum conpresbyterum nostrum misisti, **Pγ**
4 in quibus te conperi motum **P1δ**
5 quod cum de Hadrumetina colonia **Tγ**
6 Polycarpi nomine *
7 ad te litterae dirigerentur, **V3δ**
8 posteaquam nos,
9 ego et Liberalis, **Ditr.**
10 in eundem locum uenissemus, **TTγ**
11 coepissent illuc
12 ad presbyteros et diaconos **Ton. Äqu. 4δε/***
13 litterae dirigi. **T2δ**

1 **II** 1 Quod scire te uolumus **Tγδ**
2 et pro certo credere
3 nulla id leuitate aut contumelia factum. **P1δ**
4 Sed cum statuissemus collegae conplures **Pγ**
5 qui in unum conueneramus **P**
6 ut legatis ad uos coepiscopis nostris **P1δ**
7 Caldonio et Fortunato missis
8 omnia interim integra suspenderentur, **P/Ditr.**
9 donec ad nos idem collegae nostri
10 rebus illic aut ad pacem redactis **Pγ**
11 aut pro ueritate conpertis redirent, **Pγ**
12 presbyteri et diaconi in Hadrumetino consistentes, **TTγ**
13 Polycarpo coepiscopo nostro absente **Pγ**
14 ignorabant
15 quid nobis in commune placuisset. **TT1$^2$γ**
16 2 At ubi nos in praesentiam uenimus, **T2δ**
17 conperto consilio nostro, **Pδ**
18 ipsi quoque id quod et ceteri obseruare coeperunt, **Pγ**

19 ut in nullo
20 ecclesiarum istic consistentium consensio discreparet. **V3δ**

1 **III** 1 Quidam tamen mentes nonnumquam et animos **Tγδ**
2 sermonibus suis turbant, **Vδζ/1βδ**
3 dum aliter quaedam quam se habet ueritas nuntiant. **T2δ**
4 Nos enim singulis nauigantibus, **4δ/***
5 ne cum scandalo ullo nauigarent, **TTγ**
6 rationem reddentes, **Pγ**
7 scimus
8 nos hortatos eos esse **TTγε/1βδ**
9 ut ecclesiae catholicae radicem et matricem **TTγδ**
10 agnoscerent ac tenerent. **V3δε**
11 2 Sed quoniam latius fusa est nostra prouincia, **T2γ**
12 habet etiam Numidiam et Mauretanias sibi cohaerentes, **TTγ**
13 ne in urbe schisma factum **Ditr.**
14 absentium animos incerta opinione confunderet, **T2γ**
15 placuit per episcopos retenta a nobis rei ueritate **TTγ**
16 et ad conprobandam ordinationem tuam
17 facta auctoritate maiore, **P1γ**
18 tunc demum
19 scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso, **TTδ**
20 per omnes omnino istic positos *
21 litterae fierent, **Tδ**
22 sicut fiunt, **P1δ**
23 ut te uniuersi collegae nostri
24 et communicationem tuam
25 id est
26 catholicae ecclesiae unitatem **V3δ**
27 pariter et caritatem **Ditr.**
28 probarent firmiter ac tenerent. **Vδε**
29 Quod diuinitus euenisse **Vδ**
30 et consilium nostrum prouidenter profecisse gaudemus. **P1γ**

1 **IV** 1 Ita enim nunc episcopatus tui
2 et ueritas pariter et dignitas
3 apertissima luce, **P1δ**
4 manifestissima et firmissima **Ton. Äqu. 4δε/***
5 conprobatione fundata est, **T2γ**
6 ut ex rescriptis collegarum nostrorum **Pγ**
7 qui ad nos litteras inde fecerunt **P1γ**
8 et ex relatione ac testimoniis coepiscoporum **TT/Ditr.**
9 Pompei et Stephani et Caldoni ac Fortunati
10 ordinationis tuae
11 et origo necessaria *
12 et ratio iusta **Pδ**
13 et gloriosa quoque innocentia *
14 ab omnibus nosceretur. **V3δ**
15 2 Quod ut simul cum ceteris quoque collegis nostris
16 stabiliter ac firmiter administremus **P1**
17 atque ut catholicae ecclesiae pacem **P1δ**
18 concordiae unanimitate teneamus, **TT1$^2$γ**
19 perficiet diuina protectio, **T2γ**
20 ut dominus
21 qui sacerdotes sibi in ecclesia sua eligere et constituere dignatur, **TTδ**
22 electos quoque et constitutos sua uoluntate atque opitulatione tueatur, **TT1$^2$γ**
23 gubernantes inspirans ac subministrans
24 et ad inproborum contumaciam frenandam uigorem **Pγ**
25 et ad lapsorum fouendam paenitentiam lenitatem. **V3δ**
26 Opto te,
27 frater carissime, **Tγ**
28 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.39 Epistel 51

Cyprianus Cornelio fratri s.

1 **I** 1 Et egisse nos et agere,
2 frater carissime, **Tγ**
3 maximas gratias sine cessatione profitemur **TT1$^2$γ**
4 deo patri omnipotenti **P**
5 et Christo eius
6 domino et deo nostro salutari, **TTγ**
7 quod sic ecclesia diuinitus protegatur **V3δ**
8 ut unitas eius et sanctitas **T2γδ**
9 non iugiter nec in totum **Vδεζ**
10 perfidiae et haereticae prauitatis obstinatione uioletur. **TT1$^2$γ**
11 Legimus enim litteras uestras **P1δ**
12 et uoti communis amplissimum gaudium **T2δ**
13 exultanter excepimus **T2γ**
14 Maximum presbyterum
15 et Vrbanum confessores **TTγ**
16 cum Sidonio et Macario
17 ad ecclesiam catholicam regressos esse,
18 id est
19 errore deposito **Tγ**
20 et schismatico immo haeretico furore deserto, **P1γ**
21 unitatis ac ueritatis domicilium
22 fideli sanitate repetisse, **TT1$^2$γ**

23 ut
24 unde ad gloriam processerant,
25 illuc gloriosi redirent, **Pγ**
26 ne
27 qui Christum confessi essent
28 Christi postmodum castra desererent, **Tγ**
29 nec temptarentur caritatis atque unitatis fide
30 qui uicti robore et uirtute non fuerant. **Tγδ**
31 2 Ecce incolumis et inmaculata **P**
32 laudis integritas, **Tγ**
33 ecce incorrupta et solida **Tγδ**
34 confitentium dignitas, **T2δ**
35 a desertoribus et profugis recessisse, **Vδ**
36 proditores fidei
37 et ecclesiae catholicae inpugnatores reliquisse. **TTγ**
38 Merito illos reuertentes summo, ut scribitis, gaudio **T2δ**
39 et clerus et plebs,
40 fraternitas omnis excepit, **P1γ**
41 quoniam in confessoribus
42 gloriam suam conseruantibus
43 et ad unitatem reuertentibus **gl. Akzentfolge**
44 nemo non socium se et participem eorum gloriae conputat. **T2δ**

1 **II** 1 Huius diei laetitiam
2 de nostris possumus sensibus aestimare. **Vδ**
3 Nam cum istic ad litteras uestras **P1δ**
4 quas de eorum regressione misistis **P1γ**
5 laetatus sit omnis fratrum numerus
6 et summa alacritate
7 hunc nuntium communis gratulationis exceperit, **T2γ**
8 quid illic
9 ubi res ipsa et praesens laetitia **Tγ**
10 sub oculis omnium gerebatur? **Vδ**
11 Cum enim dominus in euangelio suo dicat **Vδζ**
*esse summum gaudium in caelo super peccatore paenitentiam agente* [Cf. Luc. 15, 7.10.]
12 quanto maius est gaudium, **T2γδ**
13 et in terris pariter et in caelo, **Vδεζ**
14 super confessoribus
15 ad ecclesiam dei **Pδ**
16 cum gloria sua et cum laude redeuntibus
17 et redeundi uiam
18 ceteris exempli sui fide et probatione facientibus?
19 2 Hic enim quosdam fratres nostros error induxerat, **T2γ**
20 quod sibi communicationem confessorum sequi uiderentur. **TTγ**
21 Quo errore sublato **P1γ**
22 lux omnium pectoribus infusa est
23 et ecclesia catholica una esse **Vδζ**
24 nec scindi nec diuidi posse monstrata est. **T2γζ**
25 Nec quisquam iam facile poterit **Tδ**
26 schismatici furentis uerbis loquacibus decipi, **T2δ**
27 quando probatum sit **Tγζ**
28 bonos et gloriosos Christi milites *
29 non potuisse diu aliena fallacia et perfidia **Ton. Äqu. 4δε**
30 extra ecclesiam detineri. **V3δ**
31 Opto te,
32 frater carissime, **Tγ**
33 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.40 Epistel 52

Cyprianus Cornelio fratri s.
1 **I** 1 Et cum diligentia et cum dilectione fecisti, **P1γ**
2 frater carissime, **Tγ**
3 festinato ad nos mittendo Niceforum acoluthum,
4 qui nobis et de confessoribus regressis **TTδ**
5 gloriosam laetitiam nuntiaret, **Vδ**
6 et aduersus Nouatiani et Nouati
7 nouas et perniciosas ad inpugnandam Christi ecclesiam machinas **T2δ**
8 plenissime instrueret.
9 2 Nam cum pridie istic uenisset **Pγ**
10 haereticae prauitatis nocens factio *
11 ipsa iam perdita **T2γδ**
12 et alios qui sibi consenserint perditura, **V3δ**
13 postero die
14 Niceforus cum uestris litteris superuenit, **Vδ**
15 quibus et didicimus
16 et docere atque instruere ceteros coepimus **T2δ**
17 Euaristum de episcopo iam nec laicum remansisse, **Vδ**
18 cathedrae et plebis extorrem **P1γ**
19 et de ecclesia Christi exulem *
20 per alias longe prouincias oberrare **Vδ**
21 et ipsum ueritatis ac fidei naufragum factum **P1δ**
22 circa quosdam sui similes *
23 paria naufragia concitare, **Vδ**
24 Nicostratum uero diaconio sanctae administrationis amisso, **P1γ**
25 ecclesiasticis pecuniis sacrilega fraude subtractis **P1γ**
26 et uiduarum ac pupillorum depositis denegatis **Vδ**
27 non tam in Africam uenire uoluisse **TT1$^2$γ**
28 quam conscientia rapinarum et criminum nefandorum illinc ab urbe fugisse. **P1γ**
29 Et nunc ecclesiae desertor ac profugus, **Tγδ**

30 quasi mutasse sit hominem mutare regionem, **TT1$^{2}$γ**

31 confessorem se ultra iactat et praedicat, **T2γδ**

32 cum Christi confessor nec dici nec esse iam possit **P1γδ**

33 qui ecclesiam Christi negauit. **Pγ**

34 3 Nam cum Paulus apostolus dicat: **P1δ**

*propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et erunt duo in carne una. Sacramentum istud magnum est, ego autem dico in Christum et in ecclesiam* [Eph. 5, 31, 32.],

35 cum hoc,

36 inquam,

37 beatus apostolus dicat **P1δ**

38 et Christi pariter atque ecclesiae unitatem **V3δ**

39 indiuiduis nexibus cohaerentem **Vδ**

40 sancta sua uoce testetur, **P1γ**

41 quomodo potest esse cum Christo **P1γδ**

42 qui cum sponsa Christi

43 atque in eius ecclesia non est? **P1δε**

44 Aut quomodo adsumit sibi regendae aut gubernandae ecclesiae curam **P1δ**

45 qui spoliauit et fraudauit ecclesiam Christi? **P1δ**

1 **II** 1 Nam de Nouato nihil inde ad nos fuerat nuntiandum, **Vδ**

2 cum magis per nos uobis debeat Nouatus ostendi **P1γ**

3 rerum nouarum semper cupidus, *

4 auaritiae inexplebilis rapacitate furibundus, **TT1$^{2}$γ**

5 adrogantia et stupore superbi tumoris inflatus, **P1γ**

6 semper istic episcopis male cognitus, *

7 quasi haereticus semper et perfidus **T2γδ**

8 omnium sacerdotum uoce damnatus, **P1γ**

9 curiosus semper ut prodat, **P1γδ**

10 ad hoc adulator ut fallat, **P1γδ**

11 numquam fidelis ut diligat, **T2γδ**

12 fax et ignis ad conflanda seditionis incendia, **T2γ**

13 turbo et tempestas ad fidei facienda naufragia, **Tγ**

14 hostis quietis, **Pγ**

15 tranquillitatis aduersarius,

16 pacis inimicus. **TT1$^{2}$γ**

17 2 Denique Nouato illinc a uobis recedente, **TTγ**

18 id est

19 procella et turbine recedente, **Vδ**

20 ex parte illic quies facta est, *

21 et gloriosi ac boni confessores **TTγ**

22 qui de ecclesia illo incitante discesserant, **T2γ**

23 posteaquam ab urbe ille discessit, **P1γ**

24 ad ecclesiam reuerterunt. **Vδ**

25 Idem est Nouatus, **TTγδ**

26 qui apud nos primum discordiae et schismatis incendium seminauit, **V3δ**

27 qui quosdam istic ex fratribus ab episcopo segregauit, **V3δ**

28 qui in ipsa persecutione **TT**

29 ad euertendas fratrum mentes **TTγε**

30 alia quaedam persecutio nostri fuit.

31 3 Ipse est

32 qui Felicissimum satellitem suum diaconem **Tγ**

33 nec permittente me nec sciente, **V3γδε**

34 sua factione et ambitione constituit **Tγ**

35 et cum sua tempestate **TTγε**

36 Romae quoque ad euertendam ecclesiam nauigans **T2δ**

37 similia illic et paria molitus est,

38 a clero portionem plebis auellens, **P1γ**

39 fraternitatis bene sibi cohaerentis **TTγ**

40 et se inuicem diligentis concordiam scindens. **P1δ**

41 Plane quoniam pro magnitudine sua **Pδ**

42 debeat Carthaginem Roma praecedere, **T2γ**

43 illic maiora et grauiora commisit. **P1γ**

44 Qui istic aduersus ecclesiam diaconum fecerat, **T2δ**

45 illic episcopum fecit. **P1δ**

46 4 Nec hoc quisquam miretur in talibus. **T2γδ**

47 Feruntur semper mali suo furore dementes **P1γ**

48 et posteaquam scelera fecerunt, **TTδ**

49 conscientia ipsa sceleratae mentis agitantur. **TT1$^{2}$γ**

50 Nec remanere in ecclesia dei possunt **Vδζ**

51 qui deificam et ecclesiasticam disciplinam **V3δ**

52 nec actus sui conuersatione **Ditr.**

53 nec morum pace tenuerunt. **TT1$^{2}$γ**

54 5 Spoliati ab illo pupilli, **Pγ**

55 fraudatae uiduae, *

56 pecuniae quoque ecclesiae denegatae **V3δ**

57 has de illo exigunt poenas **P1δ**

58 quas in eius furore conspicimus. **Tγ**

59 Pater etiam eius in uico fame mortuus *

60 et ab eo in morte postmodum nec sepultus. **Vδε**

61 Vterus uxoris calce percussus **P1γ**

62 et abortione properante **TT1$^{2}$γ**

63 in parricidium partus expressus. **P1γ**

64 Et damnare nunc audet sacrificantium manus, **Pδ**

65 cum sit ipse nocentior **Tγ**

66 pedibus,

67 quibus filius qui nascebatur occisus est. **T2γζ**

1 **III** Hanc conscientiam criminum **T2δ**

2 iam pridem timebat. **Pγ**

3 Propter hoc se non de presbyterio excitari tantum,

4 sed et communicatione prohiberi **TT1$^{2}$γ**

5 pro certo tenebat, **Pγ**

6 et urgentibus fratribus **T2δ**
7 imminebat cognitionis dies
8 quo apud nos causa eius ageretur, **TT1$^2$γ**
9 nisi persecutio ante uenisset, **P1γ**
10 quam iste uoto quodam euadendae et lucrandae damnationis excipiens **Tγ**
11 haec omnia commisit et miscuit, **T2γδ**
12 ut qui eici de ecclesia et excludi habebat, **Pγ**
13 iudicium sacerdotum **Vδ**
14 uoluntaria discessione praecederet, **T2γ**
15 quasi euasisse sit poenam **P1γδ**
16 praeuenisse sententiam. **T2γ**

1 **IV** 1 Circa ceteros autem fratres elaboramus, **P1**
2 quos ab eo circumuentos dolemus, **Pγ**
3 ut ueteratoris perniciosum latus fugiant, *
4 ut letales laqueos sollicitantis euadant, **P1γ**
5 ut
6 de qua ille pelli diuinitus meruit **Tδ**
7 ecclesiam repetant; **Tδ**
8 quos quidem domino adiuuante **Vδ**
9 per eius misericordiam regredi posse confidimus. **T2γ**
10 2 Neque enim potest perire **Pγ**
11 nisi quem constat esse periturum, **TT1$^2$γ**
12 cum dominus in euangelio suo dicat: **Vδζ**
*omnis plantatio quam non plantauit pater meus caelestis eradicabitur.* [Matth. 15, 13].
13 Qui plantatus non est praeceptis dei patris et monitis, **Tγδ**
14 solus poterit de ecclesia ille discedere, **T2γ**
15 solus episcopis derelictis **V3δ**
16 cum schismaticis et haereticis **Ton. Äqu. 4δε**
17 in furore remanere. **TT1$^2$γ**
18 Ceteros uero nobis adunabit dei patris misericordia **T**
19 et Christi domini nostri indulgentia *
20 et nostra patientia. *** gl. Akzentfolge**
21 Opto te,
22 frater carissime, **Tγ**
23 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.41 Epistel 54

Cyprianus Maximo presbytero item Vrbano et Sidonio et Macario fratribus s.

1 **I** 1 Lectis litteris uestris, **P1δ**
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 quas ad me de uestra regressione **P/Ditr.**
4 et de ecclesiastica pace **P1δ**
5 ac fraterna redintegratione fecistis, **P1γ**
6 in tantum me laetatum esse confiteor **Tγ**
7 in quantum fueram et ante laetatus, **P1γ**
8 quando confessionis uestrae gloriam conperi **T2δ**
9 et militiae uestrae caelestem ac spiritalem laudem
10 gratulabundus excepi. **P1γ**
11 2 Nam et haec fidei et laudis uestrae alia confessio est
12 unam esse ecclesiam confiteri **V3δ**
13 nec alieni erroris uel potius prauitatis participes fieri, **Tδ**
14 repetere eadem castra
15 unde prodistis, **P1γ**
16 unde ad gerendum proelium *
17 et aduersarium subigendum **Vδ**
18 fortissimis uiribus prosilistis. **V3δ**
19 Illuc enim erant de acie tropea referenda
20 unde ad aciem fuerant arma suscepta, **P1γ**
21 ne quos ad gloriam Christus parasset **Pγ**
22 eosdem gloriosos **TTγ/Ditr.**
23 Christi ecclesia non haberet. **Vδε**
24 3 Nunc uero
25 et uos congruentem fidei uestrae tenorem **Pγ**
26 atque indiuiduae caritatis et concordiae legem **P1δ**
27 dominica pace tenuistis, **TT1$^2$γ**
28 et exemplum ceteris dilectionis et pacis **P1γδ**
29 uestro itinere fecistis, **TTδ**
30 ut ecclesiae ueritas **T2δ**
31 et euangelii ac sacramenti unitas *
32 quae a nobis tenebatur **TTγ**
33 uestro etiam consensu ac uinculo necteretur, **V3δ**
34 nec confessores Christi erroris duces fierent *
35 qui uirtutis et honoris auctores laudabiles extitissent. **V3δ**

1 **II** 1 Viderint
2 quantum uobis ceteri gratulentur **V3δ**
3 uel quantum apud se ipsos singuli glorientur; **V3δ**
4 ego me et gratulari satis uobis et plus ceteris gloriari **V3δ**
5 in hac uestra pacifica regressione et caritate confiteor. **Tγ**
6 Simpliciter enim **Pδ**
7 quid in meo corde fuerit *
8 debetis audire. **P1γ**
9 Dolebam uehementer **TTγ**
10 et grauiter angebar **TTδ**
11 quod eis communicare non possem **P1γδ**
12 quos semel diligere coepissem. **TTδ**
13 2 Posteaquam uos de carcere prodeuntes **Vδ**
14 schismaticus et haereticus error excepit, **P1γ**
15 sic res erat

16 quasi uestra gloria in carcere remansisset. **Vδ**
17 Illic enim resedisse uestri nominis dignitas uidebatur **Vδ/1β**
18 quando milites Christi **P1δ**
19 non ad ecclesiam de carcere redirent, **TT1$^{2}$γ**
20 in quem prius cum ecclesiae laude et gratulatione uenissent. **P1γ**

1 **III** 1 Nam etsi uidentur in ecclesia esse zizania, **T2γ**
2 non tamen inpediri debet aut fides aut caritas nostra **P1δ**
3 ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, **T2δ**
4 ipsi de ecclesia recedamus. **Vδ**
5 Nobis tantummodo laborandum est **Ton. Äqu. 4δθ/***
6 ut frumentum esse possimus, **P1γ**
7 ut cum coeperit frumentum dominicis horreis condi, **P1δ**
8 fructum pro opere nostro et labore capiamus. **TT1$^{2}$γ**
9 Apostolus in epistula sua dicit: **Vδζ**
*in domo autem magna non solum uasa sunt aurea et argenta, sed et lignea et fictilia, et quaedam quidem honorata, quaedam inhonorata.* [II Tim. 2, 20].
10 Nos operam demus **Pδ**
11 et quantum possumus laboremus **Vδ**
12 ut uas aureum uel argenteum simus. **P1δ**
13 Ceterum fictilia uasa confringere **T2γ**
14 domino soli concessum est **Tγζ**
15 cui et uirga ferrea data est. **Tδζ**
16 2 Esse non potest maior domino suo seruus **Vδζ**
17 nec quisquam sibi quod soli filio pater tribuit uindicare, **Vδ**
18 ut se putet aut ad aream uentilandam **V3δ**
19 et purgandam palam iam ferre se posse **P1γδ**
20 aut a frumento uniuersa zizania **T2γ**
21 humano iudicio separare. **Vδ**
22 Superba est ista obstinatio et sacrilega praesumptio
23 quam sibi furor prauus adsumit. **P1γ**
24 3 Et dum sibi semper quidam plus quam mitis iustitia deposcit adsumunt, **P1γ**
25 de ecclesia pereunt, **Tδ**
26 et dum se insolenter extollunt, **P1γ**
27 ipso suo tempore caecati ueritatis lumen amittunt. **P1γ**
28 Propter quod et nos temperamentum tenentes **Pγ**
29 et libram domini contemplantes **Vδ**
30 et dei patris pietatem ac misericordiam cogitantes, **V3δ**
31 diu multumque tractatu inter nos habito, **Tγδ**
32 iusta moderatione agenda librauimus. **T2γ**

1 **IV** Quae omnia penitus potestis inspicere **Tγ**
2 lectis libellis **Pγ**
3 quos hic nuper legeram *
4 et ad uos quoque legendos **Pγ**
5 pro communi dilectione transmiseram, **T2γ**
6 ubi lapsis nec censura deest quae increpet **Tγδ**
7 nec medicina quae sanet. **P1γδ**
8 Sed et catholicae ecclesiae unitatem **V3δ**
9 quantum potuit *
10 expressit nostra mediocritas; *
11 quem libellum magis ac magis nunc uobis placere confido, **P1γ**
12 quando eum iam sic legitis
13 ut et probetis et ametis, **TT1$^{2}$γδ**
14 siquidem
15 quod nos uerbis conscripsimus **Tγ**
16 uos factis inpletis, **Pγ**
17 quando ad ecclesiam
18 caritatis ac pacis unitate remeatis. **TT1$^{2}$γ**
19 Opto uos,
20 fratres carissimi, **Tγ**
21 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.42 Epistel 55

Cyprianus Antoniano fratri s.
1 **I** 1 Accepi primas litteras tuas, **Pδ**
2 frater carissime, **Tγ**
3 concordiam collegii sacerdotalis firmiter obtinentes, **Vδ**
4 et catholicae ecclesiae cohaerentes, **Vδ**
5 quibus significasti **P**
6 cum Nouatiano te non communicare, **P**
7 sed sequi consilium nostrum **Pδ**
8 et cum Cornelio coepiscopo nostro **Pδ**
9 unum tenere consensum. **P1γ**
10 2 Scripsisti etiam *
11 ut exemplum earundem litterarum **TTγ**
12 ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, **Tγ**
13 ut deposita omni sollicitudine **P**
14 iam sciret te secum, **P1γδ**
15 hoc est
16 cum catholica ecclesia
17 communicare. **P**

1 **II** 1 Sed enim superuenerunt postmodum **T2δ**
2 aliae litterae tuae **Pδ**
3 per Quintum conpresbyterum missae, **Pδ**

4 in quibus animaduerti **P**

5 animum tuum **Pδ**

6 Nouatiani litteris motum **P1δ**

7 nutare coepisse. **P1γ**

8 Nam cum et consilium et consensum tuum firmiter ante fixisses, **P1γ**

9 desiderasti in his litteris,

10 ut rescriberem tibi **Pδ**

11 quam haeresim Nouatianus introduxisset **P**

12 uel Cornelius qua ratione Trofimo et turificatis communicet. **Tγ**

13 2 Quod quidem si pro sollicitudine fidei **Tδ**

14 anxie curae et rei dubiae ueritatem sollicitus exploras, **TTδ**

15 reprehendenda non est **Ditr.**

16 in timore diuino aestuantis animi *

17 sollicitudo suspensa. **Pγ**

1 **III** 1 Quoniam tamen uideo *

2 post primam sententiam epistulae tuae **Pδ**

3 Nouatiani litteris postmodum te esse commotum, **P1γ**

4 illud,

5 frater carissime, **Tγ**

6 primo in loco pono **1βδ**

7 graues uiros

8 et semel super petram solida stabilitate fundatos **P1γ**

9 non dico aura leui

10 sed nec uento aut turbine commoueri, **Vδ**

11 ne animus dubius et incertus **Vδε**

12 uariis opinionibus **T**

13 uelut quibusdam uentorum incursantium flatibus **T2δ**

14 frequenter agitetur **TT1**$^{2}$**γ**

15 et a proposito suo **Pδ**

16 cum quadam leuitatis reprehensione mutetur. **P1γ**

17 Quod ne apud te uel apud quemquam Nouatiani litterae faciant, **Tδ**

18 ut desiderasti,

19 frater,

20 rationem rei tibi breuiter exponam. **TTδ**

21 2 Et quidem primum, **Pβδ**

22 quoniam de meo quoque actu motus uideris, **Pγ**

23 mea apud te et persona et causa purganda est, **T2γζ**

24 ne me aliquis existimet

25 a proposito meo leuiter recessisse, **Vδ**

26 et cum euangelicum uigorem **TTδ**

27 primo inter initia defenderim,

28 postmodum uidear **Tδ**

29 animum meum a disciplina et censura priore flexisse, **P1γ**

30 ut his

31 qui libellis conscientiam suam maculauerint *

32 uel nefanda sacrificia commiserint

33 laxandam pacem putauerim. **Tγ**

34 Quod utrumque non sine librata diu et ponderata ratione **TTγ**

35 a me factum est.

1 **IV** 1 Nam cum acies adhuc inter manus esset **TTγε**

2 et proelium gloriosi certaminis in persecutione ferueret, **P1γ**

3 toto hortatu et pleno impetu

4 militum uires fuerant excitandae, **Vδ**

5 et maxime lapsorum mentes

6 classico quodam nostrae uocis animandae, **TT1**$^{2}$**γ**

7 ut paenitentiae uiam non solum precibus et lamentationibus sequerentur, **Vδ**

8 sed quoniam repetendi certaminis **Tγ**

9 et reparandae salutis **Pγ**

10 dabatur occasio, **T2γ**

11 ad confessionis potius ardorem **TTδ**

12 et martyrii gloriam **Tδ**

13 nostris increpiti uocibus prouocarentur. **P1**

14 2 Denique cum de quibusdam ad me presbyteri et diaconi scripsissent **TTδ**

15 eos inmoderatos esse

16 et ad communicationem accipiendam

17 festinanter urgere, **P1γ**

18 rescribens eis in epistula mea **Pδ**

19 quae extat

20 et hoc addidi:

21 Qui si nimium properant, **Tδ**

22 habent in sua potestate **1β**

23 quod postulant tempore ipso sibi plus quam quod postulant largiente. **V3δ**

24 Acies adhuc geritur

25 et agon cotidie celebratur. **Vδ**

26 Si commissi uere et firmiter paenitet **T2δ**

27 et fidei calor praeualet, *

28 qui differri non potest **Pγδ**

29 potest coronari. **TTγ**

30 3 De eo tamen

31 quod statuendum esset **Ditr.**

32 circa causam lapsorum distuli, *

33 ut cum quies et tranquillitas data esset **Vδζ/Ditr.**

34 et episcopis in unum conuenire **TTγ/Ditr.**

35 indulgentia diuina permitteret, **T2γ**

36 tunc communicato et librato de omnium conlatione consilio, **Tγ**

| | | |
|---|---|---|
| 37 | statueremus | |
| 38 | quid fieri oporteret, | **Vδ** |
| 39 | si quis uero ante consilium nostrum | **Pδ** |
| 40 | et ante sententiam de omnium consilio statutam | **TTδ** |
| 41 | lapsis temere communicare uoluisset, | **TT1$^{2}$γ** |
| 42 | ipse a communicatione abstineretur. | **P** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **V** 1 Quod etiam Romam ad clerum | **Pγδ** |
| 2 | tunc adhuc sine episcopo agentem, | **TTδ** |
| 3 | et ad confessores | |
| 4 | Maximum presbyterum et ceteros | |
| 5 | in custodia constitutos, | **V3δ** |
| 6 | nunc in ecclesia cum Cornelio iunctos, | **P1δ** |
| 7 | plenissime scripsi, | **P1δ** |
| 8 | quod me scripsisse de eorum rescriptis | **Pγ** |
| 9 | potes noscere. | * |
| 10 | Nam in epistula sua ita posuerunt: | **TTγ** |
| 11 | quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat | **Tδ** |
| 12 | quod et tu ipse tractasti, | **P1γ** |
| 13 | prius esse ecclesiae pacem sustinendam, | **TTγ** |
| 14 | deinde sic conlatione consiliorum | |
| 15 | cum episcopis, presbyteris, diaconis, confessoribus | **Ton. Äqu. 4δ/*** |
| 16 | pariter ac stantibus laicis facta, | **P1δ** |
| 17 | lapsorum tractare rationem. | **TT1$^{2}$γ** |
| 18 | 2 Additum est etiam | |
| 19 | Nouatiano tunc scribente | |
| 20 | et quod scripserat sua uoce recitante, | **TT1$^{2}$γ** |
| 21 | et presbytero Moyse tunc adhuc confessore | |
| 22 | nunc iam martyre subscribente, | **Vδ** |
| 23 | ut lapsis infirmis et in exitu constitutis | **Vδ** |
| 24 | pax daretur. | **Ditr.** |
| 25 | Quae litterae per totum mundum missae sunt | * |
| 26 | et in notitiam ecclesiis omnibus | **T2δ** |
| 27 | et uniuersis fratribus perlatae sunt. | |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **VI** 1 Secundum quod tamen ante fuerat destinatum, | **Vδ** |
| 2 | persecutione sopita | **P1γ** |
| 3 | cum data esset facultas | **Pγ** |
| 4 | in unum conueniendi, | **P** |
| 5 | copiosus episcoporum numerus, | * |
| 6 | quos integros et incolumes fides sua et domini tutela protexit, | **P1γ** |
| 7 | in unum conuenimus | **Tγ** |
| 8 | et scripturis diu ex utraque parte prolatis, | **P1γ** |
| 9 | temperamentum salubri moderatione librauimus, | **T2γ** |
| 10 | ut nec in totum spes communicationis et pacis lapsis denegaretur, | **P1** |
| 11 | ne plus desperatione deficerent | **Tγ** |
| 12 | et eo | |
| 13 | quod sibi ecclesia cluderetur | **Vδ** |
| 14 | secuti saeculum | * |
| 15 | gentiliter uiuerent, | **T2δ** |
| 16 | nec tamen rursus censura euangelica solueretur, | **Vδ** |
| 17 | ut ad communicationem temere prosilirent, | **Vδ** |
| 18 | sed traheretur diu paenitentia | * |
| 19 | et rogaretur dolenter paterna clementia, | **T2γ** |
| 20 | et examinarentur causae | |
| 21 | et uoluntates | |
| 22 | et necessitates singulorum, | **TTγ** |
| 23 | secundum quod libello continetur | **TTγ** |
| 24 | quem ad te peruenisse confido, | **P1γ** |
| 25 | ubi singula placitorum capita conscripta sunt. | |
| 26 | 2 Ac si minus sufficiens episcoporum in Africa numerus uidebatur, | **Vδ** |
| 27 | etiam Romam super hac re scripsimus | |
| 28 | ad Cornelium collegam nostrum, | |
| 29 | qui et ipse cum plurimis coepiscopis | **Ton. Äqu. 4δ/*** |
| 30 | habito concilio | |
| 31 | in eandem nobiscum sententiam | **Tγ** |
| 32 | pari grauitate | **TTγ** |
| 33 | et salubri moderatione consensit. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **VII** 1 De hoc tibi necesse nunc fuit scribere, | **T2βδ** |
| 2 | ut scias | |
| 3 | me nihil leuiter egisse, | **TTδ** |
| 4 | sed secundum quod litteris meis fueram ante complexus, | **P1γ** |
| 5 | omnia ad commune concilii nostri consilium distulisse | **Vδ** |
| 6 | et nemini quidem ex lapsis prius communicasse, | **P** |
| 7 | quando adhuc erat | |
| 8 | unde non tantum indulgentiam | * |
| 9 | sed et coronam lapsus acciperet, | **Tγ** |
| 10 | 2 postea tamen, | **Pδ** |
| 11 | sicut et collegii concordia | |
| 12 | et colligendae fraternitatis ac medendi uulneris utilitas exigebat, | **Vδ** |
| 13 | necessitate temporum succubuisse | **P** |
| 14 | et saluti multorum prouidendum putasse, | **Pγ** |
| 15 | et nunc ab his non recedere | * |
| 16 | quae semel in concilio nostro de communi conlatione placuerunt, | **TT1$^{2}$γ** |
| 17 | quamuis multa multorum uocibus uentilentur | **V3δ** |
| 18 | et mendacia aduersus sacerdotes dei | |
| 19 | de diaboli ore prolata | **P1γ** |
| 20 | ad rumpendam catholicae unitatis concordiam | **Tγ** |
| 21 | ubique iactentur. | **P1γ** |

22 3 Sed te oportet
23 ut bonum fratrem atque unanimem consacerdotem, **P1**
24 non quid maligni atque apostatae dicant facile suscipere,
25 sed quid collegae tui modesti et graues uiri faciant *****
26 de uitae et disciplinae nostrae exploratione perpendere. **T2γ**

1 **VIII** 1 Venio iam nunc, **(Pδε)**
2 frater carissime, **Tγ**
3 ad personam Corneli collegae nostri,
4 ut Cornelium nobiscum uerius noueris, **T2δ**
5 non de malignorum et detrahentium mendacio,
6 sed de dei iudicio **Tγ**
7 qui episcopum fecit, **P1δ**
8 et coepiscoporum testimonio *****
9 quorum numerus uniuersus **Vδ**
10 per totum mundum
11 concordi unanimitate consensit. **P1γ**
12 2 Nam
13 quod Cornelium carissimum nostrum **P1δ**
14 deo et Christo et ecclesiae eius, **P1δ**
15 item consacerdotibus cunctis **P1δ**
16 laudabili praedicatione commendat, **P1γ**
17 non iste ad episcopatum subito peruenit, **Tδ**
18 sed per omnia ecclesiastica officia promotus **TTδ**
19 et in diuinis administrationibus
20 dominum saepe promeritus, **Tγ**
21 ad sacerdotii sublime fastigium **T2γ**
22 cunctis religionis gradibus ascendit. **TTδ**
23 3 Tunc deinde episcopatum ipsum nec postulauit nec uoluit, **Tγδ**
24 nec ut ceteri
25 quos adrogantiae et superbiae suae tumor **Vδζ**
26 inflat inuasit, **P1γ**
27 sed quietus alias et modestus **Vδε**
28 et quales esse consuerunt **TTγ**
29 qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, **Vδ**
30 pro pudore uirginalis continentiae suae **Pδ**
31 et pro humilitate ingenitae sibi et custoditae uerecundiae *****
32 non ut quidam uim fecit
33 ut episcopus fieret, **Tδ**
34 sed ipse uim passus est
35 ut episcopatum coactus exciperet. **Tγ**
36 4 Et factus est episcopus
37 a plurimis collegis nostris
38 qui tunc in urbe Roma aderant, *****
39 qui ad nos litteras honorificas et laudabiles **Ton. Äqu. 4δε**
40 et testimonio suae praedicationis inlustres **P1γ**
41 de eius ordinatione miserunt. **P1γ**
42 Factus est autem Cornelius episcopus
43 de dei et Christi eius iudicio, **Tγ**
44 de clericorum paene omnium testimonio, **4δ/***
45 de plebis
46 quae tunc adfuit suffragio,
47 de sacerdotum antiquorum et bonorum uirorum collegio, **Tγ**
48 cum nemo ante se factus esset,
49 cum Fabiani locus
50 id est
51 cum locus Petri
52 et gradus cathedrae sacerdotalis uacaret. **Pγ**
53 5 Quo occupato
54 et de dei uoluntate **TTγ**
55 atque omnium nostrum consensione firmato **P1γ**
56 quisque iam episcopus fieri uoluerit
57 foris fiat necesse est, **Tγζ**
58 nec habeat ecclesiasticam ordinationem
59 qui ecclesiae non tenet unitatem. **TTγ**
60 Quisque ille fuerit multum de se licet iactans **P1βδ**
61 et sibi plurimum uindicans **T2δ**
62 profanus est, alienus est, foris est. **Tγδζ**
63 Et cum post primum
64 secundus esse non possit, **P1γδ**
65 quisque post unum **P1γδ**
66 qui solus esse debeat
67 factus est non iam secundus ille sed nullus est. **T2γδζ**

1 **IX** 1 Tunc deinde post episcopatum non exambitum nec extortum,
2 sed de dei
3 qui sacerdotes facit
4 uoluntate susceptum, **P1γ**
5 quanta in ipso suscepto episcopatu suo uirtus, **TTγε**
6 quantum robur animi,
7 qualis firmitas fidei, **Tδ**
8 quod nos simplici corde **P1δ**
9 et perspicere penitus et laudare debemus, **P1γ**
10 sedisse intrepidum Romae **Pδ**
11 in sacerdotali cathedra *****
12 eo tempore
13 cum tyrannus infestus sacerdotibus dei **Pδ**
14 fanda atque infanda comminaretur, **P1**
15 cum multo patientius et tolerabilius audiret **TTδ**
16 leuari aduersus se aemulum principem **T2δ**
17 quam constitui Romae dei sacerdotem. **TTγ**
18 2 Nonne hic,

19 frater carissime, **Tγ**

20 summo uirtutis et fidei testimonio praedicandus est, **4δθ/***

21 nonne inter gloriosos confessores et martyras deputandus, **V3δ**

22 qui tantum temporis sedit **P1δ**

23 expectans corporis sui carnifices **Tγ**

24 et tyranni ferocientis ultores, **P1γ**

25 qui Cornelium aduersus edicta feralia resistentem **Vδ**

26 et minas et cruciatus et tormenta **TTγδ**

27 fidei uigore calcantem **P1γ**

28 uel gladio inuaderent,

29 uel crucifigerent, **(Tβ)**

30 uel igne torrerent, **P1γ**

31 uel quolibet inaudito genere poenarum **TTδ**

32 uiscera eius et membra laniarent? **TT1$^2$γ**

33 Etiamsi maiestas domini protegentis et bonitas **Tγδ**

34 sacerdotem quem fieri uoluit **Tδ**

35 factum quoque protexit, **Pγ**

36 tamen Cornelius,

37 quantum ad eius deuotionem pertinet et timorem, **Vδε**

38 passus est

39 quidquid pati potuit, *****

40 et tyrannum

41 armis et bello postmodum uictum **P1δ**

42 prior sacerdotio suo uicit. **Vδζ**

1 **X** 1 Quod autem quaedam de illo inhonesta et maligna iactantur, **P1γ**

2 nolo mireris, **Pγ**

3 cum scias

4 hoc esse opus semper diaboli, **Tγ**

5 ut seruos dei mendacio laceret **TTδ**

6 et opinionibus falsis **P1δ**

7 gloriosum nomen infamet, **P1γ**

8 ut qui conscientiae suae luce clarescunt **P1γ**

9 alienis rumoribus sordidentur. **V3δ**

10 2 Explorasse autem collegas nostros scias

11 et uerissime conperisse nulla illum libelli, **Pγ**

12 ut quidem iactitant,

13 labe maculatum esse, **Ditr.**

14 sed neque cum episcopis

15 qui sacrificauerint

16 communicationem sacrilegam miscuisse, **Vδ**

17 sed eos demum

18 quorum causa audita **P1γ**

19 et innocentia conprobata sit **Ton. Äqu. 4δθ**

20 coniunxisse nobiscum. **P1γ**

1 **XI** 1 Nam et de Trofimo,

2 de quo tibi scribi desiderasti, **P**

3 non ita res est **Pβδε**

4 ut ad te pertulit rumor et mendacium malignorum. **Vδ**

5 Nam,

6 sicut et antecessores nostri saepe fecerunt, **P1γ**

7 conligendis fratribus nostris **P1δ**

8 carissimus noster **P1δ**

9 necessitate succubuit. **Tγ**

10 2 Et quoniam cum Trofimo pars maxima plebis abscesserat, **T2γ**

11 redeunte nunc ad ecclesiam Trofimo et satisfaciente **TT**

12 et paenitentia deprecationis **Ditr.**

13 errorem pristinum confitente **V3δ**

14 et fraternitatem **Ditr.**

15 quam nuper abstraxerat **T2γ**

16 cum plena humilitate et satisfactione reuocante **TT1$^2$γ**

17 auditae sunt eius preces

18 et in ecclesiam domini **Tδ**

19 non tam Trofimus

20 quam maximus fratrum numerus *****

21 qui cum Trofimo fuerat

22 admissus est,

23 qui omnes regressuri ad ecclesiam non essent, **TTδε**

24 nisi cum Trofimo comitante uenissent. **P1γ**

25 3 Tractatu ergo illic cum collegis plurimis habito **Tδ**

26 susceptus est Trofimus,

27 pro quo satisfaciebat fratrum reditus *****

28 et restituta multorum salus.

29 Sic tamen admissus est Trofimus

30 ut laicus communicet,

31 non secundum quod ad te malignorum litterae pertulerunt **V3δ**

32 quasi locum sacerdotis usurpet. **P1γ**

1 **XII** 1 Sed et quod passim communicare sacrificatis Cornelius tibi nuntiatus est,

2 hoc etiam de apostatarum fictis rumoribus nascitur. **T2δ**

3 Neque enim possunt laudare nos qui recedunt, **Ditr.**

4 aut expectare debemus **P1γ**

5 ut placeamus illis **Ditr.**

6 qui nobis displicentes **TTγ**

7 et contra ecclesiam rebelles **TTδ**

8 sollicitandis de ecclesia fratribus **T2δ**

9 uiolenter insistunt. **P1γ**

10 Quare et de Cornelio et de nobis **Vδεζ**
11 quaecumque iactantur **P1γ**
12 nec audias facile nec credas, **TTδε**
13 frater carissime. **Tγ**

1 **XIII** 1 Si qui enim infirmitatibus occupantur, **Vδ**
2 illis sicut placuit in periculo subuenitur. **V3δ**
3 Postea quam tamen subuentum est **Tγζ**
4 et periclitantibus pax data est,
5 offocari a nobis non possunt **Pγδ**
6 aut opprimi
7 aut ui et manu nostra
8 in exitum mortis urgeri, **P1γ**
9 ut
10 quoniam morientibus pax datur
11 necesse sit mori eos **Vγδζ**
12 qui acceperint pacem, **P1δ**
13 cum magis in hoc indicium diuinae pietatis **TTγ**
14 et paternae lenitatis appareat **T2γ**
15 quod
16 qui pignus uitae in data pace percipiunt **Tγ**
17 hic quoque ad uitam percepta pace teneantur. **TT1$^{2}$γ**
18 Et idcirco si accepta pace
19 commeatus a deo datur,
20 nemo hoc debet in sacerdotibus criminari, **V3δ**
21 cum semel placuerit fratribus **Tδ**
22 in periculo subueniri. **V3δ**
23 2 Nec tu existimes, **Tβγ**
24 frater carissime, **Tγ**
25 sicut quibusdam uidetur, **Pγ**
26 libellaticos cum sacrificatis aequari oportere, **TTγ**
27 quando inter ipsos etiam qui sacrificauerint **T**
28 et condicio frequenter et causa diuersa sit. **T2γζ**
29 Neque enim aequandi sunt ille **Pγδ**
30 qui ad sacrificium nefandum **TTδ**
31 statim uoluntate prosiliuit, **TTγ/Ditr.**
32 et qui reluctatus et congressus diu
33 ad hoc funestum opus necessitate peruenit, **P1γ**
34 ille qui et se et omnes suos prodidit **2βδ/***
35 et qui ipse pro cunctis ad discrimen accedens **P1γ**
36 uxorem et liberos et domum totam **1βδ**
37 periculi sui pactione protexit, **P1γ**
38 ille
39 qui inquilinos uel amicos suos
40 ad facinus conpulit **Tδ**
41 et qui inquilinis et colonis pepercit, **Pγ**
42 fratres etiam plurimos **Pδ**
43 qui extorres et profugi recedebant **Vδ**
44 in sua tecta et hospitia recepit, **TTδ**
45 ostendens et offerens domino **Tδ**
46 multas uiuentes et incolumes animas **Tδ**
47 quae pro una saucia deprecentur. **V3δ**

1 **XIV** 1 Cum ergo inter ipsos **TTγε**
2 qui sacrificauerint **T**
3 multa sit diuersitas,
4 quae inclementia est
5 et quam acerba duritia **Tγ**
6 libellaticos cum his qui sacrificauerint iungere, **T2δ**
7 quando is cui libellus acceptus est dicat: **P1γδ**
8 ego prius legeram *****
9 et episcopo tractante cognoueram **T2γ**
10 non sacrificandum idolis **P1γ**
11 nec simulacra seruum dei adorare debere, **P1γ**
12 et idcirco ne hoc facerem quod non licebat, **Ditr.**
13 cum occasio libelli fuisset oblata, **Pγ**
14 quem nec ipsum acciperem **Tγ**
15 nisi ostensa fuisset occasio, **T2γ**
16 ad magistratum uel ueni **Pγδ**
17 uel alio eunte mandaui, **P1γ**
18 Christianum me esse, **Pγδ**
19 sacrificare mihi non licere, **TTγδ/Ditr.**
20 ad aras diaboli me uenire non posse, **P1γδ**
21 dare me ob hoc praemium,
22 ne quod non licet faciam. *****
23 2 Nunc tamen etiam iste **Pδ**
24 qui libello maculatus est,
25 posteaquam nobis admonentibus didicit **Tδ**
26 nec hoc se facere debuisse, **Vδ**
27 etsi manus pura sit
28 et os eius feralis cibi contagia nulla polluerint **Tγ**
29 conscientiam tamen eius esse pollutam, **P1γ**
30 flet auditis nobis et lamentatur et quod deliquerit nunc admonetur **(Pβ)**
31 et non tam crimine quam errore deceptus **P1γ**
32 quod iam de cetero instructus et paratus sit contestatur. **Vγδ**

1 **XV** 1 Quorum si paenitentiam respuamus **V3δ**
2 habentium aliquam fiduciam tolerabilis conscientiae, **4δ/***
3 statim cum uxore, cum liberis, **T2γδ**
4 quos incolumes reseruauerant, **Ton. Äqu. 4δ**
5 in haeresim uel schisma **TTδε/***
6 diabolo inuitante rapiuntur; **TT1$^{2}$γ**
7 et adscribetur nobis in die iudicii **Pγ**
8 nec ouem sauciam curasse **TTδ**
9 et propter unam sauciam *****
10 multas integras perdidisse: **V3δ**
11 et cum dominus relictis nonaginta nouem sanis

12 unam errantem et lassam quaesierit **Tγ**

et inuentam umeris suis ipse portauerit [Cf. Luc. 15, 4], **P1γ**

13 nos non tantum non quaeramus lassos,

14 sed et uenientes arceamus, **TTγ**

15 et cum pseudoprophetae **P**

16 gregem Christi nunc uastare et lacerare non desinant, **T2γδ**

17 occasionem canibus et lupis demus

18 ut

19 quos persecutio infesta non perdidit **T2γδ**

20 eos nos duritia nostra et inhumanitate perdamus. **P1γ**

21 2 Et ubi erit,

22 frater carissime, **Tγ**

23 quod apostolus dicit: **P1δ**

*omnibus per omnia placeo, non quaerens quod mihi est utile, sed quod multis, ut saluentur. Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* [I Cor. 10, 33; 11, 1.]

24 Et iterum:

*factus sum infirmus infirmis ut infirmos lucrarer.* [I Cor. 9, 22.]

25 Et iterum:

*si patitur membrum unum, conpatiuntur et cetera membra; et si laetatur unum membrum, conlaetantur et cetera membra* [I Cor. 12, 26.]

1 **XVI** 1 Alia est philosophorum et Stoicorum ratio,

2 frater carissime, **Tγ**

3 qui dicunt

4 omnia peccata paria esse **Pδ**

5 et uirum grauem non facile flecti oportere. **TTγ**

6 Inter Christianos autem et philosophos

7 plurimum distat. **P1δ**

8 Et cum apostolus dicat: **P1δ**

*uidete ne quis uos depraedetur per philosophiam et inanem fallaciam* [Col. 2, 8.]

9 uitanda sunt quae non de dei clementia ueniunt, **Tδ**

10 sed de philosophiae durioris praesumptione descendunt. **P1γ**

11 2 De Moyse autem legimus in scripturis dictum:

*et fuit Moyses homo lenis nimis* [Num. 12, 1, 3].

12 Et dominus in euangelio suo dicit: **Vδζ**

*estote misericordes, sicut et pater uester misertus est uestri* [Luc. 6, 36].

13 Et iterum:

*non est opus sanis medicus, sed male habentibus* [Matth. 9, 12].

14 3 Quam potest exercere medicinam qui dicit: **Pγδ**

15 „ego solos sanos curo,

16 quibus medicus necessarius non est“? **P1δε**

17 Opem nostram,

18 medellam nostram **gl. Akzentfolge**

19 uulneratis exhibere debemus. **P1γ**

20 Nec putemus **Ditr.**

21 mortuos esse, **P1δ**

22 sed magis semianimes iacere eos

23 quos persecutione funesta **P1γ**

24 sauciatos uidemus; **Pγ**

25 qui si in totum mortui essent, **P1δ**

26 numquam de eisdem postmodum et confessores et martyres fierent. **Tδ**

1 **XVII** 1 Sed quoniam est in illis

2 quod paenitentia sequente reualescat ad fidem **Pγδ**

3 et ad uirtutem de paenitentia robur armatur, **P1γ**

4 2 – quod armari non poterit, **Tγδ**

5 si quis desperatione deficiat, **Tγ**

6 si ab ecclesia dure et crudeliter segregatus **V3δ**

7 ad gentiles se uias et saecularia opera conuertat, **TTδ**

8 uel ad haereticos et schismaticos **Ton. Äqu. 4δε/***

9 reiectus ab ecclesia transeat, **T2δ**

10 ubi,

11 etsi occisus propter nomen postmodum fuerit, **Tδ**

12 extra ecclesiam constitutus **V3δ**

13 et ab unitate atque a caritate diuisus **P1γ**

14 coronari in morte non poterit – **Tγδ**

15 3 et ideo placuit, **Tδ**

16 frater carissime, **Tγ**

17 examinatis causis singulorum **TTγ**

18 libellaticos interim admitti, **TTδ**

19 sacrificatis in exitu subueniri, **V3δ**

20 quia exomologesis apud inferos non est **P1δε**

21 nec ad paenitentiam *****

22 quis a nobis conpelli potest,

23 si fructus paenitentiae subtrahatur. **V3δ**

24 Si proelium prius uenerit,

25 corroboratus a nobis **P1γδ**

26 inuenietur armatus ad proelium; **T2γδ**

27 si uero ante proelium infirmitas urserit, **T2δ**

28 cum solacio pacis et communicationis abscedit. **P1γ**

1 **XVIII** 1 Neque enim praeiudicamus domino iudicaturo **P**

2 quominus,

3 si paenitentiam plenam et iustam peccatoris inuenerit, **T2γ**

4 tunc ratum faciat *****

5 quod a nobis fuerit hic statutum. **Vδε**

6 Si uero nos aliquis paenitentiae simulatione deluserit, **T2γ**

7 deus qui non deridetur
8 et qui cor hominis intuetur **Vδ**
9 de his quae nos minus perspeximus iudicet **T2δ**
10 et seruorum sententiam dominus emendet, **TTδ**
11 dum tamen nos meminisse,
12 frater,
13 debemus scriptum esse: **Ditr.**
*frater fratrem adiuuans exaltabitur* [Prov. 18, 19],
14 et apostolum quoque dixisse: **Pγ**
*in contemplatione habentes unusquisque, ne et uos temptemini, alterutrum onera sustinete, et sic adinplebitis legem Christi* [Gal. 6, 1.2.8.],
15 item quod superbos redarguens **Tγ**
16 et adrogantiam frangens **P1δ**
17 in epistula sua ponat: **Vδζ**
*et qui se putat stare, uideat ne cadat* [I Cor. 10, 12],
18 et alio in loco dicat:
*tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem: potens est enim deus stabilire eum* [Rom. 14, 4.],
19 Iohannes quoque
20 Iesum Christum dominum
21 nostrum aduocatum **TTγ**
22 et deprecatorem pro peccatis nostris probet dicens: **TTγε**
*filioli mei, ista scribo uobis ne delinquatis: et si qui deliquerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Chrisum iustum, et ipse est deprecatio pro delictis nostris* [Ioan. 2, 1, 2].
23 Et Paulus quoque apostolus **Tγ**
24 in epistula sua posuit: **Ton. Äqu. 4δζ/***
*si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in sanguine illius eliberabimur per illum ab ira* [Rom. 5, 8, 9].

1 **XIX** 1 Cuius pietatem et clementiam cogitantes, **V3δ**
2 non acerbi adeo nec duri nec in fouendis fratribus inhumani esse debemus, **P1γ**
3 sed dolere cum dolentibus
4 et cum flentibus flere, **P1δ**
5 et eos quantum possumus
6 auxilio et solacio nostrae dilectionis erigere, **Tγ**
7 nec adeo inmites et pertinaces **Vγδ/Ditr.**
8 ad eorum paenitentiam retundendam, **Vδ**
9 nec iterum soluti et faciles **Tγδ**
10 ad communicationem temere laxandam. **TTδ**
11 2 Iacet ecce saucius frater **P1δ**
12 ab aduersario in acie uulneratus. **Vδ**
13 Inde diabolus conatur occidere **T2γ**
14 quem uulnerauit, **Ditr.**
15 hinc Christus hortatur **P1γ**
16 ne in totum pereat quem redemit. **Vδε**
17 Cui de duobus adsistimus, **T2γ**
18 in cuius partibus stamus? **P1δ**
19 Vtrumne diabolo fauemus ut perimat, **Tγδ**
20 et semianimem fratrem iacentem, **Pγ**
21 sicut in euangelio sacerdos et leuites, praeterimus? **TTγ**
22 An uero ut sacerdotes dei et Christi **Pγδ**
23 quod Christus et docuit et fecit imitantes, **TT1$^2$γ**
24 uulneratum de aduersarii faucibus rapimus, **Tδ**
25 hunc curatum deo iudici reseruemus? **Vδ**

1 **XX** 1 Nec putes,
2 frater carissime, **Tγ**
3 hinc aut uirtutem fratrum minui *
4 aut martyria deficere
5 quod lapsis laxata sit paenitentia **4γδ/***
6 et quod paenitentibus spes pacis oblata. **P1γ**
7 Manet uere fidentium robur inmobile **T2γ**
8 et apud timentes ac diligentes corde toto deum
9 stabilis et fortis perseuerat integritas. **Tγ**
10 2 Nam et moechis a nobis paenitentiae tempus conceditur **Tγ**
11 et pax datur.
12 Non tamen idcirco uirginitas in ecclesia deficit **T2δ**
13 aut continentiae propositum gloriosum **Vδ**
14 per aliena peccata languescit. **TTγ/Ditr.**
15 Floret ecclesia **T2γ**
16 tot uirginibus coronata **Vδ**
17 et castitas ac pudicitia *
18 tenorem gloriae suae seruat **1βδ**
19 nec quia adultero paenitentia et uenia laxatur, **TTδ**
20 continentiae uigor frangitur. *
21 3 Aliud est
22 ad ueniam stare, **Pδ**
23 aliud ad gloriam peruenire, **V3δ**
24 aliud missum in carcerem non exire inde **Ditr.**
25 donec soluat nouissimum quadrantem, **TTδ**
26 aliud statim fidei et uirtutis accipere mercedem, **TTδ**
27 aliud pro peccatis longo dolore cruciatum **TT1$^2$γ**
28 emundari et purgari diu igne,
29 aliud peccata omnia passione purgasse, **P1γ**
30 aliud denique pendere in die iudicii **Tγ**
31 ad sententiam domini, **Tδ**
32 aliud statim a domino coronari. **Vδ**

1 **XXI** 1 Et quidem apud antecessores nostros
2 quidam de episcopis istic **P1δ**

3 in prouincia nostra **P1δ**
4 dandam pacem moechis non putauerunt **(P)1β**
5 et in totum paenitentiae locum **Pδ**
6 contra adulteria cluserunt. **TTδ**
7 Non tamen a coepiscoporum suorum collegio recesserunt **Vδ**
8 aut catholicae ecclesiae unitatem **V3δ**
9 uel duritiae uel censurae suae obstinatione ruperunt, **P1γ**
10 ut quia apud alios adulteris pax dabatur, **Ditr.**
11 qui non dabat de ecclesia separaretur. **V3δ**
12 2 Manente concordiae uinculo **T2δ**
13 et perseuerante catholicae ecclesiae indiuiduo sacramento, **Vδ**
14 actum suum disponit et dirigit **T2γδ**
15 unusquisque episcopus, **Tγ**
16 rationem propositi sui domino redditurus. **Vδ**

1 **XXII** 1 Miror autem
2 quosdam sic obstinatos esse
3 ut dandam non putent lapsis paenitentiam *
4 aut paenitentibus existiment ueniam denegandam, **Vδ**
5 cum scriptum sit:
*memento unde cecideris et age paenitentiam et fac priora opera* [Apoc. 2, 5].
6 Quod utique ei dicitur *
7 quem constet cecidisse **TTγ**
8 et quem dominus hortatur **TTδ**
9 per opera rursus exurgere, **T2γ**
10 quia scriptum est: *
*eleemosyna a morte liberat* [Tob. 4, 10],
11 et non utique ab illa morte
12 quam semel Christi sanguis extinxit **P1γ**
13 et a qua nos salutaris baptismi et redemptoris nostri gratia liberauit, **Vδ**
14 sed ab ea
15 quae per delicta postmodum serpit. **P1δ**
16 2 Alio item loco **Vδζ**
17 paenitentiae tempus datur **Vδζ**
18 et paenitentiam non agenti **V3δε**
19 dominus comminatur: **Vδ**
*habeo,*
20 inquit,
*aduersus te multa, quod uxorem tuam Iezabel quae se dicit propheten sinis docere et seducere seruos meos, fornicari et manducare de sacrificio, et dedi illi tempus ut paenitentiam ageret, et paeniteri non uult a fornicatione. Ecce mitto eam in lectum, et qui cum ea fornicati sunt in maximam tribulationem, nisi paenitentiam gesserit ab operibus suis.* [Apoc. 2, 20-22.]
21 Quod utique ad paenitentiam dominus non hortaretur,
22 nisi quia paenitentibus indulgentiam pollicetur. **V3δ**
23 Et in euangelio *
*dico,*
24 inquit,
*uobis, sic erit gaudium in caelo super peccatorem paenitentiam agentem quam super nonaginta nouem iustos quibus non est opus paenitentia* [Luc. 15, 7].
25 3 Nam cum scriptum sit:
*deus mortem non fecit nec laetatur in perditione uiuorum* [Sap. 1, 13],
26 utique qui neminem uult perire **V3δε**
27 cupit peccatores paenitentiam agere **Tδ**
28 et per paenitentiam denuo ad uitam redire. **Pγ**
29 Ideo et per Iohel prophetam clamat et dicit: **P1γδ**
*et nunc dicit dominus deus uester: reuertimini ad me ex toto corde uestro simulque et ieiunio et fletu et planctu, et discindite corda uestra et non uestimenta uestra, et reuertimini ad dominum deum uestrum, quia misericors et pius est et patiens et multae miserationis, et qui sententiam flectat aduersus malitiam inrogatam* [Ioel. 2, 12, 13].
30 4 In psalmis etiam legimus **Tδ**
31 censuram pariter et clementiam **Ton. Äqu. 4δε**
32 dei comminantis simul atque parcentis, **P1γ**
33 punientis ut corrigat **T2γδ**
34 et cum correxerit reseruantis. **Vδ**
*Visitabo,*
35 inquit,
*in uirga facinora eorum, et in flagellis delicta eorum. Misericordiam autem meam non dispargam ab eis.* [Psalm. 88, 33, 34]

1 **XXIII** 1 Dominus quoque in euangelio *
2 pietatem dei patris ostendens ait:
*quis est ex uobis homo quem si petierit filius eius panem, lapidem porrigat illi, aut si piscem postulauerit, serpentem illi porrigat? Si ergo uos, cum sitis nequam, scitis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester caelestis dabit bona poscentibus eum?* [Matth. 7, 9, 11.]
3 2 Conparat hic dominus carnalem patrem
4 et dei patris aeternam largamque pietatem. **TT1$^{2}$γ**
5 Quod si iste in terris nequam pater
6 offensus grauiter a filio peccatore et malo, **Pγδ**
7 si tamen eundem postmodum uiderit reformatum **Vδ**
8 et depositis prioris uitae delictis **Pγ**
9 ad sobrios et bonos mores **1βδ**

10 et ad innocentiae disciplinam **V3δ**
11 paenitentiae dolore correctum, **P1γ**
12 gaudet et gratulatur **V3γδ**
13 et susceptum
14 quem ante proiecerat **T2γ**
15 cum uoto paternae exultationis amplectitur: **T2γ**
16 quanto magis unus ille et uerus pater
17 bonus misericors et pius, **TTδε**
18 immo ipse bonitas et misericordia et pietas,
19 laetatur in paenitentia filiorum suorum **Pγ**
20 nec iram paenitentibus *
21 aut plangentibus et lamentantibus poenam comminatur, **TTγ**
22 sed ueniam magis et indulgentiam pollicetur. **V3δ**
23 3 Vnde dominus in euangelio beatos dicit plangentes, **Pγ**
24 quia qui plangit misericordiam prouocat, **T2δ**
25 qui peruicax et superbus est, **4δεθ**
26 iram sibi et poenam iudicii uenientis exaggerat. **T2γ**
27 4 Et idcirco,
28 frater carissime, **Tγ**
29 paenitentiam non agentes **V3δε**
30 nec dolorem delictorum suorum **Pγ/Ditr.**
31 toto corde
32 et manifesta lamentationis suae
33 professione testantes **P1γ**
34 prohibendos omnino censuimus **Tγ**
35 a spe communicationis et pacis, **P1γδ**
36 si in infirmitate atque in periculo
37 coeperint deprecari, **V3δ**
38 quia rogare illos non delicti paenitentia *
39 sed mortis urgentis admonitio conpellit, **TTδ**
40 nec dignus est in morte accipere solacium
41 qui se non cogitauit esse moriturum. **TT1$^2$γ**

1 **XXIV** 1 Quod uero ad Nouatiani personam pertinet, *
2 frater carissime, **Tγ**
3 de quo desiderasti tibi scribi **TTγε**
4 quam haeresim introduxisset, **P**
5 scias nos primo in loco nec curiosos esse debere **P1γ**
6 quid ille doceat, *
7 cum foris doceat. *
8 Quisque ille est *
9 et qualiscumque est, *
10 Christianus non est
11 qui in Christi ecclesia non est. **P1δε**
12 Iactet se licet **Pγδ**
13 et philosophiam uel eloquentiam suam superbis uocibus praedicet, **T2δ**
14 qui nec fraternam caritatem nec ecclesiasticam unitatem tenuit *
15 etiam quod prius fuerat amisit, **TTδ**
16 2 nisi si episcopus tibi uidetur **Pγ**
17 qui episcopo in ecclesia a sedecim coepiscopis facto **Pδ**
18 adulter atque extraneus episcopus fieri a desertoribus per ambitum nititur. **T2δ**
19 Et cum sit a Christo una ecclesia **T2γ**
20 per totum mundum in multa membra diuisa, **P1γ**
21 item episcopatus unus episcoporum multorum concordi numerositate diffusus, **P1γ**
22 ille post dei traditionem,
23 post conexam et ubique coniunctam **P1γ**
24 catholicae ecclesiae unitatem **V3δ**
25 humanam conetur ecclesiam facere **Tδ**
26 et per plurimas ciuitates **V3δ**
27 nouos apostolos suos mittat, **Vδζ**
28 ut quaedam recentia institutionis suae fundamenta constituat, **Tγ**
29 cumque iam pridem per omnes prouincias **Tγ**
30 et per urbes singulas *
31 ordinati sint episcopi in aetate antiqui, **P1γ**
32 in fide integri, *
33 in pressura probati, **Pγ**
34 in persecutione proscipti [sic], **P1γ**
35 ille super eos creare alios pseudoepiscopos audeat. **T2δ**
36 3 Quasi possit aut totum orbem noui conatus obstinatione peragrare **TT1$^2$γ**
37 aut ecclesiastici corporis conpaginem
38 discordiae suae seminatione rescindere, **T2γ**
39 nesciens
40 schismaticos semper inter initia feruere, **TTδ**
41 incrementa uero habere non posse **P1γδ**
42 nec augere quod inlicite coeperint, **Tδ**
43 sed statim cum praua sua aemulatione deficere. **Tγ**
44 4 Episcopatum autem tenere non posset, **P1γδ**
45 etiam si episcopus prius factus
46 a coepiscoporum suorum corpore *
47 et ab ecclesiae unitate descisceret, **T2γ**
48 quando apostolus admoneat
49 ut inuicem nosmet ipsos sustineamus, **P**
50 ne ab unitate quam deus constituit recedamus, **Vδ**
51 et dicat:
*sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis* [Eph. 4, 2, 3].
52 Qui ergo nec unitatem spiritus *
53 nec coniunctionem pacis obseruat **P1γ**
54 et se ab ecclesiae uinculo **T2δ**

55 atque a sacerdotum collegio separat, **T2δ**
56 episcopi nec potestatem potest habere nec honorem **TTγδ**
57 qui episcopatus nec unitatem uoluit tenere nec pacem. **P1γδ**

1 **XXV** 1 Tunc deinde quantus adrogantiae tumor est, **Tδζ**
2 quanta humilitatis et lenitatis obliuio, **Tγ**
3 adrogantiae suae quanta iactatio, **T2γ**
4 ut quis aut audeat
5 aut facere posse se credat **P1γδ**
6 quod nec apostolis concessit dominus, *
7 ut zizania a frumento putet se posse discernere, **T2γ**
8 aut
9 quasi ipsi palam ferre **TTγε**
10 et aream purgare concessum sit, **Tγζ**
11 paleas conetur a tritico separare, **V3δ**
12 2 cumque apostolus dicat: **P1δ**
*in domo autem magna non solum uasa aurea sunt et argentea, sed et lignea et fictilia* [II Tim. 2, 20],
13 aurea et argentea uasa uideatur eligere, **Tγ**
14 lignea uero et fictilia contemnere, abicere, damnare, **TTδ**
15 quando non nisi die domini *
16 uasa lignea diuini ardoris incendio concrementur **V3δ**
17 et fictilia ab eo cui data est *
18 ferrea uirga frangantur. **P1γ**

1 **XXVI** 1 Aut si se cordis et renis scrutatorem constiuit et iudicem,
2 per omnia aequaliter iudicet **T2δ**
3 et cum sciat scriptum esse: **Ditr.**
*ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat* [Ioan. 5, 14],
4 fraudatores et moechos a latere atque a comitatu suo separet, **2βδ/***
5 quando multo et grauior et peior sit
6 moechi quam libellatici causa, **P1δ**
7 cum hic necessitate, **Ditr.**
8 ille uoluntate peccauerit, **T2γ**
9 hic et existimans sibi satis esse **TTγε**
10 quod non sacrificaret **P**
11 errore deceptus sit, **Tγζ**
12 ille matrimonii expugnator alieni **TT1$^2$γ**
13 uel lupanar ingressus **P1γ**
14 ad cloacam et caenosam uoraginem uulgi **P1δ**
15 sanctificatum corpus
16 et dei templum **gl. Akzentfolge**
17 detestabili conluuione uiolauerit, *
18 sicut apostolus dicit: **P1δ**
*omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem moechatur, in corpus suum peccat.* [I Cor. 6, 18.]
19 2 Quibus tamen et ipsis paenitentia conceditur
20 et lamentandi ac satisfaciendi spes relinquitur *
21 secundum ipsum apostolum dicentem: **TTδ**
*timeo ne forte ueniens ad uos lugeam multos ex his qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam in immunditiis quas fecerunt et fornicationibus et libidinibus.* [II Cor. 12, 20. 21.]

1 **XXVII** 1 Nec sibi in hoc noui haeretici blandiantur **Vδ**
2 quod se dicant idolatris non communicare, **P**
3 quando sint apud illos et adulteri et fraudatores
4 qui teneantur idolatriae crimine, *
5 secundum apostolum dicentem: **TTδ**
*hoc enim scitote intellegentes quia omnis fornicator aut inmundus aut fraudator, quod est idolatria, non habet hereditatem in regno Christi et dei.* [Eph. 5, 5.]
6 Et iterum:
*mortificate itaque membra uestra quae in terra sunt, exponentes fornicationem, inmunditiam et concupiscentiam malam et cupiditatem, quae sunt idolorum seruitus, propter quae uenit ira dei.* [Col. 3, 5. 6.]
7 Nam cum corpora nostra membra sint Christi **P1γδ**
8 et singuli simus templum dei, **TTγε**
9 quisque adulterio templum dei uiolat *
10 deum uiolat, *
11 et qui in peccatis committendis **TTγ**
12 uoluntatem diaboli facit **Pδ**
13 daemoniis et idolis seruit.
14 Neque enim mala facta de sancto spiritu ueniunt, **Tδ**
15 sed de aduersarii instinctu **TTδ**
16 et de inmundo spiritu natae concupiscentiae **T2**
17 contra deum facere *
18 et diabolo seruire conpellunt. **P1γ**
19 Ita fit
20 ut si peccato alterius **TTγ/Ditr.**
21 inquinari alterum dicunt **T2δ**
22 et idolatriam delinquentis **TTγ**
23 ad non delinquentem transire **Pγ**
24 sua adseueratione contendunt, **P1γ**
25 excusari secundum suam uocem non possint **Pγδ**
26 ab idolatriae crimine,
27 cum constet
28 de apostolica probatione **P/Ditr.**

29 moechos et fraudatores
30 quibus illi communicant **Tγ**
31 idolatras esse.
32 3 Nobis autem
33 secundum fidem nostram **TTγε**
34 et diuinae praedicationis datam formam **TTγε**
35 conpetit ratio ueritatis: **Vδ**
36 unumquemque in peccato suo ipsum teneri **Pγ**
37 nec posse alium pro altero reum fieri, *****
38 cum dominus praemoneat et dicat: **TTδε**
*iustitia iusti super eum erit et scelus scelerati super eum erit* [Ez. 18, 20]
39 Et iterum:
*non morientur patres pro filiis et filii non morientur pro patribus. Vnusquisque in peccato suo morietur* [Deut. 24, 16].
40 Quod legentes scilicet et tenentes **Vδε**
41 neminem putamus a fructu satisfactionis **Ditr.**
42 et spe pacis arcendum, **P1γ**
43 cum sciamus **Ditr.**
44 iuxta scripturarum diuinarum fidem
45 auctore et hortatore ipso deo **TTγε**
46 et ad agendam paenitentiam peccatores redigi *****
47 et ueniam atque indulgentiam *****
48 paenitentibus non degenerari. **(P)**

1 **XXVIII** 1 Atque
2 o frustrandae fraternitatis inrisio, **T2γ**
3 o miserorum lamentantium caduca deceptio, **T2δ**
4 o haereticae institutionis inefficax et uana traditio, **Tγ**
5 hortari ad satisfactionis paenitentiam *****
6 et subtrahere de satisfactione medicinam, **TT1$^2$γ**
7 dicere fratribus nostris: **P1δ**
8 „plange et lacrimas funde **Pδ**
9 et diebus ac noctibus ingemesce **Vδ**
10 et pro abluendo et purgando delicto tuo
11 largiter et frequenter operare, **TT1$^2$γ**
12 sed extra ecclesiam **Tγ**
13 post omnia ista morieris, **TT1$^2$γ**
14 quaecumque ad pacem pertinent facies, **Tδ**
15 sed nullam pacem quam quaeris accipies“. **Tγ**
16 Quis non statim pereat, *****
17 quis non ipsa desperatione deficiat, **Tγ**
18 quis non animum suum **Pδ**
19 a proposito lamentationis auertat? **P1γ**
20 2 Operari tu putas rusticum posse, si dixeris: **T2γδ**
21 „agrum peritia omni rusticitatis exerce, **P1γ**
22 culturis diligenter insiste, **P1γ**
23 sed nullam messem metes, **TTγε**
24 nullam uindemiam premes, **Pδ**
25 nullos oliueti tui fructus capies, *****
26 nulla de arboribus poma decerpes“? **P1γ**
27 3 Vel si ei cui dominium et usum nauium suadeas dicas: **P1δ**
28 „materiam de excellentibus siluis mercare, **Pγ**
29 frater,
30 carinam praeualidis et electis roboribus intexe, **TTδ**
31 clauo, funibus, uelis **P1δ**
32 ut fabricetur atque armetur nauis operare, **TT1$^2$γ**
33 sed cum haec feceris,
34 fructum de actibus eius et cursibus non uidebis?“. **V3δε**

1 **XXIX** Praecludere est atque abscidere **T2γ**
2 iter doloris **Pγ**
3 ac paenitendi uiam,
4 ut
5 cum in scripturis dominus deus **Pδ**
6 reuertentibus ad se et paenitentibus blandiatur, **V3δ**
7 nostra duritia et crudelitate, **P**
8 dum fructus paenitentiae intercipitur, **Ton. Äqu. 4δ/***
9 paenitentia ipsa tollatur. **P1γ**
10 Quod si inuenimus
11 a paenitentia agenda **TTδ**
12 neminem debere prohiberi **TT1$^2$γ**
13 et deprecantibus atque exorantibus domini misericordiam **T**
14 secundum quod ille misericors et pius est
15 per sacerdotes eius
16 pacem posse concedi, **P1γ**
17 admittendus est plangentium gemitus **Tδ**
18 et paenitentiae fructus **P1δ**
19 dolentibus non negandus. **V3δε**
20 2 Et quia apud inferos confessio non est **P1δε**
21 nec exomologesis illic fieri potest, **Pδ**
22 qui ex toto corde paenituerint et rogauerint
23 in ecclesiam debent interim suscipi **T2δ**
24 et in ipsa domino reseruari, **TTδ**
25 qui ad ecclesiam suam uenturus **Pγ**
26 de illis utique *****
27 quos in ea intus inuenerit iudicabit. **V3δ**
28 3 Apostatae uero et desertores
29 uel aduersarii
30 et hostes
31 et Christi ecclesiam dissipantes, **V3δ**
32 nec si occisi pro nomine foris fuerint, *****
33 admitti secundum apostolum possunt **P1δ**
34 ad ecclesiae pacem, **P1δ**

35 quando nec spiritus nec ecclesiae tenuerunt unitatem. **Vδ**

1 **XXX** 1 Haec interim,
2 frater carissime, **Tγ**
3 pauca de multis **P1γδ**
4 quantum potui *****
5 breuiter decucurri, **Vδ**
6 quibus et desiderio tuo satisfacerem *****
7 et te magis ac magis **Pγδ**
8 collegii et corporis nostri societate coniungerem. **T2γ**
9 Si autem tibi ueniendi ad nos opportunitas et facultas fuerit, *****
10 plura in commune conferre **P1γ**
11 et uberius ac plenius
12 quae in salutarem concordiam faciant **Tδ**
13 tractare poterimus. **Tγ**
14 Opto te,
15 frater carissime, **Tγ**
16 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.43 Epistel 56

Cyprianus Fortunato Ahymo Optato Privatiano Donatulo et Felici fratribus s.

1 **I** Scripsistis mihi,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 quod cum in Capsensi ciuitate **TTγ/Ditr.**
4 propter ordinationem episcopi essetis, **TTδ**
5 pertulerit ad uos Superius frater
6 et collega noster
7 Ninum, Clementianum, Florum
8 fratres nostros,
9 qui in persecutione adprehensi prius fuerant *****
10 et nomen domini confessi **TTδ**
11 uiolentiam magistratus
12 et populi frementis inpetum uicerant, **T2δ**
13 postmodum cum apud proconsulem
14 poenis grauibus excruciarentur,
15 ui tormentorum subactos esse
16 et a gradu gloriae ad quam plena fidei uirtute tendebant **P1γ**
17 diutinis cruciatibus excidisse, **Vδ**
18 nec tamen post hunc grauem lapsum
19 non uoluntate sed necessitate susceptum a paenitentia agenda **TTδ**
20 per hoc triennium non destitisse; **Ditr.**
21 de quibus consulendum putastis **Pγ**
22 an eos ad communicationem iam fas esset admittere. **T2γ**

1 **II** 1 Et quidem quod ad mei animi sententiam pertinet, **T2δ**
2 puto his indulgentiam domini non defuturam
3 quos constet stetisse in acie, **Tγδ**
4 nomen domini confessos esse,
5 uiolentiam magistratuum **Ton. Äqu. 4δ/***
6 et populi furentis incursum **P1γ**
7 inmobilis fidei obstinatione uicisse, **P1γ**
8 passos esse carcerem, *****
9 diu inter minas proconsulis **Tγ**
10 et fremitum populi circumstantis **Vδ**
11 tormentis laniatibus *****
12 ac longa iteratione **Ditr.**
13 cruciantibus repugnasse, **Vδ**
14 ut quod in nouissimo infirmitate carnis subactum uidetur **Pγ**
15 meritorum praecedentium defensione reueletur, **TTγ**
16 et sit satis talibus gloriam perdidisse, **V3δ**
17 non tamen debere nos eis **Pγδ**
18 et ueniae locum cludere **2βδ/***
19 atque eos a paterna pietate **TTγ/Ditr.**
20 et a nostra communicatione priuare, **P1γ**
21 quibus aestimamus ad deprecandam clementiam domini posse sufficere **Tγ**
22 quod triennio iugiter et dolenter, **Vδε**
23 ut scribitis,
24 cum summa paenitentiae lamentatione planxerunt. **P1γ**
25 2 Certe non puto **Pγδ**
26 incaute et temere **Tγδ**
27 his pacem committi **Pγ**
28 quos uidemus militiae suae fortitudine *****
29 nec prius pugnae defuisse, **TTγ**
30 et si acies etiam denuo uenerit, **T2δ**
31 gloriam suam posse reparare. **TT1$^2$γ**
32 Nam cum in concilio placuerit
33 paenitentiam agentibus
34 in infirmitatis periculo **Tγ**
35 subueniri et pacem dari,
36 debent utique in accipienda pace praecedere **T2γ**
37 quos uidemus non animi infirmitate cecidisse, **TT1$^2$γ**
38 sed in proelio congressos et uulneratos **Ditr.**
39 per inbecillitatem carnis
40 confessionis suae coronam **Pγ/Ditr.**
41 non potuisse perferre, **P1γ**
42 maxime cum cupientibus mori **Pδ**
43 non permitteretur occidi,
44 sed tamdiu fessos tormenta laniarent **TT1$^2$γ**

45 quamdiu non fidem quae inuicta est uincerent, **T2γδ**
46 sed carnem quae infirma est fatigarent. **Vγδ**

1 **III** Quoniam tamen scripsistis **Pγ**
2 ut cum pluribus collegis
3 de hoc ipso plenissime tractem **P1δ**
4 et res tanta exigit *
5 maius et pensius **T2γδ**
6 de multorum conlatione consilium **Tγ**
7 et nunc omnes fere inter Paschae prima sollemnia **T2γ**
8 apud se cum fratribus demorantur, **V3δ**
9 quando sollemnitati celebrandae **TTγ/Ditr.**
10 apud suos satisfecerint *
11 et ad me uenire coeperint, *
12 tractabo cum singulis plenius, **T2δ**
13 ut de eo
14 quod consuluistis **P**
15 figatur apud nos
16 et rescribatur uobis
17 firma sententia **T2γ**
18 multorum sacerdotum consilio ponderata. **Vδ**
19 Opto uos,
20 fratres carissimi, **Tγ**
21 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.44 Epistel 58

Cyprianus plebi Thibari consistenti s.

1 **I** 1 Cogitaueram quidem, **Pδ**
2 fratres dilectissimi, *
3 atque in uotis habebam, **Pγ**
4 si rerum ratio ac temporis condicio permitteret,
5 secundum quod frequenter desiderastis, **P**
6 ipse ad uos uenire,
7 et quantulacumque mediocritate exhortationis nostrae
8 praesens illic fraternitatem corroborare. **P**
9 Sed quoniam sic rebus urgentibus detinemur **V3δ**
10 ut longe istinc excurrere **Tγ**
11 et diu a plebe **Pγδ**
12 cui de diuina indulgentia praesumus **T2δ**
13 abesse non detur facultas, **Pγ**
14 has interim pro me ad uos uicarias litteras misi. **P1δ**
15 2 Nam cum domini instruentis dignatione **Ditr.**
16 instigemur saepius et admoneamur, **P**
17 ad uestram quoque conscientiam *
18 admonitionis nostrae sollicitudinem perferre debemus. **P1γ**
19 Scire enim debetis **Pγ**
20 et pro certo credere ac tenere **Vδε**
21 pressurae diem super caput esse coepisse **P1γ**
22 et occasum saeculi *
23 atque antichristi tempus adpropinquasse, **P1**
24 ut parati omnes ad proelium stemus **P1δ**
25 nec quicquam nisi gloriam uitae aeternae **Pγ**
26 et coronam confessionis dominicae cogitemus, **Vδ**
27 nec putemus talia esse quae ueniunt **Tγδ**
28 qualia fuerunt illa quae transierunt. **Ditr.**
29 Grauior nunc et ferocior pugna imminet, *
30 ad quam fide incorrupta **TTδ**
31 et uirtute robusta **P1γ**
32 parare se debeant milites Christi, **P1δ**
33 considerantes idcirco **Pγ**
34 se cotidie calicem sanguinis Christi bibere **Ton. Äqu. 4δζ/***
35 ut possint et ipsi propter Christum
36 sanguinem fundere. **T2δ**
37 3 Hoc est enim
38 uelle cum Christo inueniri, **TTγ**
39 id quod Christus et docuit et fecit imitari, **TT1**$^{2}$**γ**
40 secundum Iohannem apostolum dicentem: **TTδ**
*qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare.* [1 Joh. 2, 6.]
41 Item beatus apostolus Paulus exhortatur et docet dicens: **(P)1βδ**
*sumus filii dei. Si autem filii et heredes dei, coheredes autem Christi, siquidem conpatiamur ut et conmagnificemur.* [Rom. 8, 16. 17.]

1 **II** 1 Quae nunc omnia consideranda sunt nobis, **P1γδ**
2 ut nemo quicquam de saeculo iam moriente desideret, **T2γ**
3 sed sequatur Christum,
4 qui et uiuit in aeternum **TTγδ**
5 et uiuificat seruos suos **Vδζ**
6 in fide sui nominis constitutos. **V3δ**
7 Venit enim tempus, **TTγε**
8 fratres dilectissimi, *
9 quod iam pridem dominus noster **Pδ**
10 praenuntiauit et docuit aduenire dicens: **Ditr.**
*ueniet hora ut omnis qui uos occiderit putet se officium deo facere. Sed hoc facient, quoniam non cognouerunt patrem neque me. Haec autem locutus sum uobis ut cum uenerit hora eorum, memores sitis quia ego dixi uobis.* [Ioan. 16, 2-4.]
11 2 Nec quisquam miretur **Pγ**
12 persecutionibus nos adsiduis fatigari **Vδ**
13 et pressuris angentibus **Tγ**
14 frequenter urgeri, **P1γ**

15 quando haec futura in nouissimis temporibus
16 dominus ante praedixerit **T2γ**
17 et militiam nostram **Pδ**
18 magisterio et hortamento
sui sermonis instruxerit, **T2γ**
19 Petrus quoque apostolus eius docuerit **Tγ**
20 ideo persecutiones fieri ut probemur **Vδε**
21 et ut dilectioni dei
22 iustorum praecedentium exemplo **TTδ**
23 nos etiam morte et passionibus copulemur. **V3δ**
24 Posuit enim in epistula sua dicens: **Vδζ**

*carissimi, nolite mirari ardorem accidentem uobis, qui ad temptationem uestram fit, nec excidatis tamquam nouum uobis contingat, sed quotienscumque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut et in reuelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. Si inproperatur uobis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis et uirtutis domini nomen in uobis requiescit, quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur.* [1 Petr. 4, 12-14.]

25 3 Docuerunt autem nos apostoli ea **Pδ**
26 quae de praeceptis dominicis **Tγ**
27 et caelestibus mandatis **P1δ**
28 ipsi quoque didicerunt **TTγ**
29 domino ipso scilicet
corroborante nos et dicente: **Vγδε**

*nemo est qui relinquat domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum dei, et non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem uenturo uitam aeternam.* [Luc. 18, 29-30].

30 Et iterum
*beati,*
31 inquit,
*eritis, cum odio uos habuerint homines et separauerint uos et expulerint et maledixerint nomini uestro quasi nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate. Ecce enim merces uestra multa in caelis.* [Luc. 6, 22. 23.]

1 **III** 1 Gaudere nos et exultare uoluit in
persecutionibus dominus, **Tδ**
2 quia quando persecutiones fiunt,
3 tunc dantur coronae fidei,
4 tunc probantur milites Christi, **P1δ**
5 tunc martyribus patent caeli. **Vδζ**
6 Neque enim sic nomen militiae dedimus **Tδ**
7 ut pacem tantummodo cogitare, **Vδ**
8 et detractare ac recusare militiam debeamus, **Vδ**
9 quando in ipsa militia **Tγ**
10 primus ambulauerit dominus **Tδ**
11 humilitatis et tolerantiae et passionis magister, **Pγ**
12 ut quod fieri docuit **Tδ**
13 prior faceret *
14 et qui pati hortatur **Pγ**
15 prior pro nobis **Pγδ**
16 ipse pateretur. **TT1$^2$γ**
17 2 Sit ante oculos, *
18 fratres dilectissimi, *
19 quod qui omne iudicium a patre solus accepit **P1γ**
20 et qui uenturus est iudicaturus, **P1**
21 iam iudicii sui et cognitionis
futurae sententiam protulerit
22 praenuntians et contestans **Vδε**
23 confessurum se coram patre suo confitentes **TTγ**
24 et negaturum negantes. **Pγ**
25 Si mortem possemus euadere, **T2γ**
26 merito mori timeremus. **TTγ**
27 Porro autem cum mortalem mori necesse sit, **Tγζ**
28 amplectamur occasionem **Ditr.**
29 de diuina promissione et
dignatione uenientem **TT1$^2$γ**
30 et fungamur exitum mortis **P1δ**
31 cum praemio inmortalitatis, **TT**
32 nec uereamur occidi, **P1γ**
33 quos constet quando occidimur coronari. **Vδ**

1 **IV** 1 Nec quisquam,
2 fratres dilectissimi, *
3 cum populum nostrum **Pδ**
4 fugari conspexerit metu
persecutionis et spargi, **P1γδ**
5 conturbetur
6 quod collectam fraternitatem non uideat **Tγδ**
7 nec tractantes episcopos audiat. **T2δ**
8 Simul tunc omnes esse non possunt, **P1γδ**
9 quibus occidere non licet, **TTδε**
10 sed occidi necesse est. **Tγζ**
11 Vbicumque in illis diebus **Pγ/Ditr.**
12 unusquisque fratrum fuerit a grege, **TTδε**
13 interim necessitate temporis, *
14 corpore non spiritu separatus, **V3δ**
15 non moueatur ad fugae illius honorem **Pγ**
16 nec recedens et latens **Pγδ**
17 deserti loci solitudine terreatur. **Vδ**
18 Solus non est
19 cui Christus in fuga comes est. *
20 Solus non est
21 qui templum dei seruans **TTγε**
22 ubicumque fuerit *
23 sine deo non est.

24 2 Et si fugientem in solitudine ac montibus latro oppresserit, **Tγ**
25 fera inuaserit, **Tγ**
26 fames aut sitis aut frigus adflixerit, **T2γ**
27 uel per maria praecipiti nauigatione properantem **TT1$^2$γ**
28 tempestas ac procella submerserit, **T2γ**
29 spectat militem suum Christus **Vδζ**
30 ubicumque pugnantem **P1γ**
31 et persecutionis causa
32 pro nominis sui honore morienti **TT1$^2$γ**
33 praemium reddit **P1δ**
34 quod daturum se in resurrectione promisit. **P1γ**
35 Nec minor est martyrii gloria **Tδ**
36 non publice et inter multos perisse, **Pγ**
37 cum pereundi causa sit *
38 propter Christum perire. **Pγ**
39 Sufficit ad testimonium martyris sui testis ille **Ditr.**
40 qui probat martyras et coronat. **V3δε**

1 **V** 1 Imitemur,
2 fratres dilectissimi, *
3 Abel iustum
4 qui initiauit martyria **Tγ**
5 dum propter iustitiam primus occiditur. **T2γ**
6 Imitemur Abraham
7 dei amicum **Pγ**
8 qui non est cunctatus **Pβγ**
9 ut filium uictimam suis manibus offerret, **TTδ**
10 dum deo fide deuotionis obsequitur. **Tγ**
11 Imitemur tres pueros
12 Ananiam, Azariam, Misael,
13 qui nec aetate territi
14 nec captiuitate fracti, **Ditr.**
15 Iudaea deuicta **Pγ**
16 et Hierosolymis captis **Pδ**
17 in ipso regno suo **TTγε**
18 regem fidei uirtute uicerunt, **P1γ**
19 qui adorare statuam *
20 quam Nabuchodonosor rex fecerat
21 iussi et minis regis et flammis fortiores extiterunt, **TTγ**
22 proclamantes
23 et fidem suam per haec uerba testantes: **P1γ**

*Nabuchodonosor rex, non opus est nobis de hoc uerbo respondere tibi. Est enim deus cui nos seruimus potens eripere nos de camino ignis ardentis, et de manibus tuis liberabit nos: Et si non, notum sit tibi quia diis tuis non seruimus et imaginem auream quam statuisti non adoramus.* [Dan. 3, 16. 18.]

24 Credebant
25 se illi secundum fidem posse euadere, **T2γ**
26 sed addiderunt

*et si non,*

27 ut sciret rex
28 illos propter deum quem colebant et mori posse. **(P)1βδ**
29 2 Hoc est enim robur uirtutis et fidei **Tγδ**
30 credere et scire **TTδε**
31 quod deus a morte praesenti **P1γ**
32 liberare nos possit, **P1γδ**
33 et tamen mortem non timere nec cedere, **T2γδ**
34 ut probari fortius fides possit. **Vδζ**
35 Erupit per os eorum
36 spiritus sancti incorruptus et inuictus uigor,
37 ut appareat uera esse **Ditr.**
38 quae in euangelio suo dominus edixit dicens:

*cum autem uos adprehenderint, nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.* [Matth. 10, 19. 20.]

39 Dixit
40 quid loqui et respondere possimus **P1γ**
41 dari nobis in illa hora diuinitus et offerri, **Vδε**
42 nec nos tunc esse qui loquimur, **Tγδ**
43 sed spiritum dei patris, **Vδζ**
44 qui cum a confitentibus non discedit neque diuiditur, **Tγ**
45 ipse in nobis et loquitur et coronatur. **(T)2β**
46 Sic et Daniel
47 cum conpelleretur adorare idolum Bel
48 quem tunc populus et rex colebant **Ditr.**
49 in adserendum dei sui honorem **Pγ**
50 plena fide et libertate prorupit dicens:

*nihil colo ego nisi dominum deum meum qui condidit caelum et terram* [Dan. 14, 4.]

1 **VI** 1 Quid in Machabeis
2 beatorum martyrum grauia tormenta **TTδ**
3 et multiformes septem fratrum poenae
4 et confortans liberos suos mater in poenis **P1γδ**
5 et moriens ipsa quoque cum liberis, **Tγδ**
6 nonne magnae uirtutis et fidei documenta testantur **P1γ**
7 et nos ad martyrii triumphum **TTδ**
8 suis passionibus adhortantur? **Vδ**
9 Quid prophetae
10 quos ad praescientiam futurorum **Vδ**
11 spiritus sanctus animauit? **TTγ**
12 Quid apostoli

13 quos dominus elegit? **TTδ**
14 Nonne cum iusti occiduntur **TTγ**
15 propter iustitiam mori nos quoque docuerunt? **TTγ**
16 2 Christi natiuitas a martyriis infantium statim coepit,
17 ut ob nomen eius **Ditr.**
18 a bimatu et infra qui fuerant necarentur. **Vδ**
19 Aetas necdum habilis ad pugnam **TTδε**
20 idonea extitit ad coronam. **Vδε**
21 Vt appareret
22 innocentes esse
23 qui propter Christum necantur, **Pγ**
24 infantia innocens ob nomen eius occisa est. **T2γζ**
25 Ostensum est
26 neminem esse a periculo persecutionis inmunem, **P1γ**
27 quando et tales martyria fecerunt. **TTδ**
28 3 Quam uero grauis causa sit
29 hominis christiani seruum pati nolle, **TTγε**
30 cum passus sit prior dominus, *
31 et pro peccatis nostris nos pati nolle, **(P)1βδ**
32 cum peccatum suum proprium non habens **TTδε**
33 passus sit ille pro nobis! **P1γδ**
34 Filius dei passus est **Ton. Äqu. 4δζθ/***
35 ut nos filios dei faceret, **Ton. Äqu. 4δζ/***
36 et filius hominis pati non uult
37 ut esse dei filius perseueret! **V3δ**
38 Si odio saeculi laboramus, **Vδ**
39 odium saeculi sustinuit prior Christus. **Vδζ**
40 Si contumelias in hoc mundo,
41 si fugam, si tormenta toleramus, **TT1$^{2}$γ**
42 grauiora expertus est mundi factor et dominus, **Tγδ**
43 qui et admonet dicens: **Pδ**
*si saeculum,*
44 inquit,
*uos odit, mementote quoniam me primo odiit. Si de saeculo essetis, saeculum quod suum esset armaret: sed quia de saeculo non estis et ego elegi uos de saeculo, propterea odit uos saeculum. Mementote sermonis quem dixi uobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et uos persequentur.* [Ioan. 15, 18-20.]
45 Dominus et deus noster
46 quicquid docuit et fecit, **TTγδ**
47 ut discipulus excusatus esse non possit **P1γδ**
48 qui discit et non facit. **TTγδε**

1 **VII** 1 Neque aliquis ex uobis, **TTδε**
2 fratres dilectissimi, *
3 futurae persecutionis metu
4 aut antichristi inminentis aduentu **P1γ**
5 sic terreatur **(Pβ)**
6 ut non euangelicis exhortationibus
7 et praeceptis ac monitis caelestibus
8 ad omnia inueniatur armatus. **P1γ**
9 Venit antichristus, **TTγ**
10 sed superuenit Christus. **P1δ**
11 Grassatur et saeuit inimicus, **TT1$^{2}$γ**
12 sed statim sequitur dominus **Tδ**
13 passiones nostras et uulnera uindicaturus. **P1**
14 Irascitur aduersarius et minatur, **Vδε**
15 sed est
16 qui possit de eius manibus liberare. **Vδ**
17 2 Ille metuendus est *
18 cuius iram nemo poterit euadere
19 ipso praemonente et dicente: **TTγδ**
*ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Magis autem metuite eum qui potest et corpus et animam occidere in gehennam.* [Ioan. 12, 25.]
20 Et iterum:
*qui amat animam suam, perdet illam, et qui odit animam suam in isto saeculo,*
*in uitam aeternam, conseruabit illam.*
21 3 Et apocalypsis instruit et praemonet dicens: **P1δ**
*si quis adorat bestiam et imaginem eius et accipit notam in fronte sua et in manu, bibet et ipse de uino irae dei mixto in poculo irae eius, et punietur igne et sulphure sub oculis sanctorum angelorum et sub oculis agni, et fumus de tormentis eorum in saecula saeculorum ascendet, nec habebunt requiem die ac nocte quicumque adorat bestiam et imaginem eius.* [Apoc. 14, 9-11.]

1 **VIII** 1 Ad agonem saecularem **TTγ**
2 exercentur homines et parantur **Vδε**
3 et magnam gloriam conputant honoris sui,
4 si illis
5 spectante populo *
6 et imperatore praesente **P1γ**
7 contigerit coronari. **Vδ**
8 Ecce agon sublimis et magnus **P1γδ**
9 et coronae caelestis praemio gloriosus, **V3δ**
10 ut spectet nos certantes deus
11 et super eos
12 quos filios facere dignatus est
13 oculos suos pandens **Vδζ**
14 certaminis nostri spectaculo perfruatur. **V3δ**
15 Proeliantes nos et fidei congressione pugnantes **P1γ**
16 spectat deus, **TTγε**
17 spectant angeli eius, **P1δ**
18 spectat et Christus. **P1γδ**
19 Quanta est gloriae dignitas, **T2δ**

20 quanta felicitas **T2γ**
21 praeside deo congredi *
22 et Christo iudice coronari? **Vδ**
23 2 Armemur,
24 fratres dilectissimi, *
25 uiribus totis **P1δ**
26 et paremur ad agonem **TT1$^2$γδ**
27 mente incorrupta, **TTγ**
28 fide integra, *
29 uirtute deuota. **P1γ**
30 Ad aciem
31 quae nobis indicetur dei castra procedant. **P1γ**
32 Armentur integri, *
33 ne perdat integer quod nuper stetit.
34 Armentur et lapsi, **P1γδ**
35 ut et lapsus recipiat quod amisit. **Vδε**
36 Integros honor, **Pδ**
37 lapsos dolor ad proelium prouocet. **T2δ**
38 3 Armari et parari nos beatus apostolus docet dicens: **Vδζ**

*non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus potestates et principes huius mundi et harum tenebrarum, aduersus spiritus nequitiae in caelestibus. Propter quos induite tota arma, ut possitis resistere in die nequissimo, ut cum omnia perfeceritis stetis adcincti lumbos uestros in ueritate, induti loricam iustitiae et calciati pedes in praeparatione pacis euangelii, adsumentes scutum fidei, in quo possitis omnia ignita iacula nequissimi extinguere et galeam salutis et gladium spiritus, qui est sermo dei.* [Eph. 6, 12-17.]

1 **IX** 1 Haec arma sumamus, **P1γ**
2 his nos tutamentis spiritalibus et caelestibus muniamus, **V3δ**
3 ut in die nequissimo **Tγ**
4 resistere diaboli minis et repugnare possimus. **P1γ**
5 Induamus loricam iustitiae, **Tγ**
6 ut contra inimici iacula munitum sit pectus et tutum. **P1γδ**
7 Calciati sint euangelico magisterio et armati pedes,
8 ut cum serpens calcari a nobis et obteri coeperit, **T2δ**
9 mordere et subplantare non possit. **P1γδ**
10 Portemus fortiter scutum fidei,
11 quo protegente quidquid iaculatur inimicus possit extingui. **T2γ**
12 2 Accipiamus quoque ad tegumentum capitis *
13 galeam spiritalem, **Vδ**
14 ut muniantur aures, **Ditr.**
15 ne audiant edicta feralia, **T2γ**
16 muniantur oculi, *
17 ne uideant detestanda simulacra, **TT1$^2$γ**
18 muniatur frons,
19 ut signum dei incolume seruetur, **TTδ**
20 muniatur os,
21 ut dominum suum Christum **Vδζ**
22 uictrix lingua fateatur. **Vδ**
23 Armemus et dexteram gladio spiritali, **Vδ**
24 ut sacrificia funesta fortiter respuat, **T2δ**
25 ut eucharistiae memor
26 quae domini corpus accipit **Ton. Äqu. 4δ/***
27 ipsum conplectatur, **TTγ**
28 postmodum a domino sumptura praemium caelestium coronarum. **Vδ**

1 **X** 1 O dies ille
2 qualis et quantus adueniet, **Tγ**
3 fratres dilectissimi, *
4 cum coeperit populum suum dominus recensere **Vδ**
5 et diuinae cognitionis examine **T2γ**
6 singulorum merita recognoscere, **Ton. Äqu. 4δ/***
7 mittere in gehennam nocentes **Pγ**
8 et persecutores nostros
9 flammae poenalis perpetuo ardore damnare, **P1γ**
10 nobis uero mercedem fidei et deuotionis exsoluere. **T2γ**
11 Quae erit gloria **(T)2βδ/***
12 et quanta laetitia **Tγ**
13 admitti
14 ut deum uideas, *
15 honorari ut cum Christo domino *
16 deo tuo
17 salutis ac lucis aeternae gaudium capias, **Tδ**
18 Abraham et Isaac et Iacob **Vδε**
19 et patriarchas omnes
20 et prophetas et apostolos et martyras salutare, **Vδ**
21 cum iustis et dei amicis **Pγ**
22 in regno caelorum **Pγ**
23 datae inmortalitatis uoluptate gaudere, **P1γ**
24 sumere illic **Pδ**

*quod nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit.* [I Cor. 2, 9.]

25 2 Maiora enim nos accipere
26 quam quod hic aut operamur aut patimur **Tγδ**
27 apostolus praedicat dicens: **P1δ**

*non sunt condignae passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quae reuelabitur in nobis.* [Rom. 8, 18.]

28 Cum reuelatio illa uenerit, *
29 cum claritas super nos dei fulserit, *

30 tam beati erimus *
31 et laeti dignatione domini honorati, **Vδ**
32 quam rei remanebunt **TTγ**
33 et miseri
34 qui dei desertores **TTγ**
35 aut contra deum rebelles **Pγ**
36 uoluntatem fecerunt diaboli, **Tγ**
37 ut eos necesse sit **Tγζ**
38 cum ipso simul inextinguibili igne torqueri. **P1γ**

1 **XI** Haec,
2 fratres dilectissimi, *
3 haereant cordibus uestris. **P1δ**
4 Haec sit armorum nostrorum praeparatio, *
5 haec diurna ac nocturna meditatio, *
6 ante oculos habere **TTδ**
7 et cogitatione semper ac sensibus uoluere **T2δ**
8 iniquorum supplicia
9 et praemia ac merita iustorum, **TTδ**
10 quid negantibus dominus comminetur ad poenam, **P1γδ**
11 quid contra confitentibus promittat ad gloriam. **T2γδ**
12 Si haec cogitantibus ac meditantibus nobis **P1δ**
13 superuenerit persecutionis dies,
14 miles Christi
15 praeceptis eius et monitis eruditus **Vδ**
16 non expauescit ad pugnam, **P1γδ**
17 sed paratus est ad coronam. **V3γδε**
18 Opto uos,
19 fratres carissimi, **Tγ**
20 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.45 Epistel 59

Cyprianus Cornelio fratri s.
1 **I** 1 Legi litteras tuas, **Pδ**
2 frater carissime, **Tγ**
3 quas per Saturum fratrem nostrum acolothum misisti **Pγ**
4 et dilectionis fraternae **Pγ**
5 et ecclesiasticae disciplinae **V3δ**
6 et sacerdotalis censurae satis plenas, **TTγε**
7 quibus significasti Felicissimum hostem Christi non nouum, **Pγδ**
8 sed iam pridem ob crimina sua plurima et grauissima abstentum **TTδ**
9 et non tantum mea
10 sed et plurimorum coepiscoporum sententia condemnatum **Vδ**
11 reiectum a te illic esse,
12 2 et cum uenisset stipatus caterua et factione desperatorum, **P**
13 uigore pleno **Ditr.**
14 quo episcopos agere oportet **TTγ**
15 pulsum de ecclesia esse, **P1δ**
16 de qua iam pridem cum suis similibus **Tγ**
17 dei maiestate **TTγ**
18 et Christi domini et iudicis nostri seueritate depulsus est, **T2γζ**
19 ne schismatis et discidii auctor, **Pδ**
20 ne pecuniae commissae sibi fraudator, **Pγ**
21 ne stuprator uirginum,
22 ne matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor **P1γ**
23 adhuc sponsam Christi incorruptam, sanctam, pudicam **Pγ**
24 praesentiae suae dedecore **Tγ**
25 et inpudica atque incesta contagione uiolaret. **TT1$^{2}$γ**

1 **II** 1 Sed enim lecta alia epistula tua, **Pδ**
2 frater,
3 quam primis litteris subiunxisti, **Vδ**
4 satis miratus sum,
5 cum animaduertissem te
6 minis ac terroribus eorum **TTδ**
7 qui uenerant aliquantum esse commotum, **P1γ**
8 cum te
9 secundum quod scripsisti **TTγδ**
10 adgressi essent,
11 cum summa desperatione comminantes **TTγ**
12 quod si litteras quas adtulerant non accepisses, **(Pβ)**
13 publice eas recitarent, **TTγ**
14 et multa turpia ac probrosa
15 et ore suo digna proferrent. **P1γ**
16 2 Quod si ita res est,
17 frater carissime, **Tγ**
18 ut nequissimorum timeatur audacia **T2γ**
19 et quod mali iure atque aequitate non possunt **P1γδ**
20 temeritate ac desperatione perficiant, **Tγ**
21 actum est de episcopatus uigore **Pγ**
22 et de ecclesiae gubernandae sublimi ac diuina potestate, **TTγ**
23 nec Christiani ultra aut durare aut esse iam possumus, **T2γδ**
24 si ad hoc uentum est
25 ut perditorum minas atque insidias pertimescamus.
26 3 Nam et gentiles et Iudaei minantur **Pγ**
27 et haeretici atque omnes **Vδζ**

28 quorum pectora et mentes diabolus obsedit **TTδ**

29 uenenatam rabiem suam **Pδ**

30 cotidie furiosa uoce testantur. **P1γ**

31 Non tamen idcirco cedendum est quia minantur, **Pγ**

32 aut inde aduersarius et inimicus maior est Christo **P1γδ**

33 quia tantum sibi uindicat et adsumit in saeculo. **T2γδ**

34 Manere apud nos debet,

35 frater carissime, **Tγ**

36 fidei robur inmobile

37 et stabilis atque inconcussa uirtus **Ditr.**

38 contra omnes incursus atque inpetus oblatrantium fluctuum **T2δ**

39 uelut petrae obiacentis fortitudine et mole debet obsistere. **T2γ**

40 4 Nec interest

41 unde episcopo aut terror aut periculum ueniat, **Tδ**

42 qui terroribus et periculis uiuit obnoxius **T2γ**

43 et tamen fit de ipsis terroribus ac periculis gloriosus. **V3δ**

44 Neque enim solas gentilium uel Iudaeorum minas

45 cogitare et spectare debemus, **P1γ**

46 cum uideamus ipsum dominum a fratribus esse detentum **P1γ**

47 et ab eo

48 quem inter apostolos ipse delegerat proditum, **T2δ**

49 inter initia quoque mundi **Vδζ**

50 Abel iustum non nisi frater occiderit, **T2γ**

51 et Iacob fugientem persecutus sit frater infestus, **P1γ**

52 et Ioseph puer uenierit uendentibus fratribus, **T2δ**

53 in euangelio etiam legamus esse praedictum **P1γ**

54 magis domesticos inimicos futuros **Pγ**

55 et qui prius copulati sacramento unanimitatis fuerint *

56 ipsos inuicem tradituros. **V3δ**

57 Nihil interest *

58 quis tradat aut saeuiat, **T2γδ**

59 cum deus tradi permittit et coronari. **Vγδ**

60 Neque nobis ignominia est

61 pati a fratribus **Tγδ**

62 quod passus est Christus **P1γδ**

63 nec illis gloria est

64 facere quod fecerit Iudas. **P1δ**

65 5 Quae autem sui elatio est,

66 quae comminantium tumens et inflata et uana iactatio, **T2γ**

67 illic absenti minari, **Pγ**

68 cum hic me habeant in potestate praesentem? **P1γ**

69 6 Conuicia eorum **TT1$^2$γ**

70 quibus se et uitam suam cotidie lacerant non timemus, **Vδε**

71 fustes et lapides et gladios

72 quos uerbis parricidalibus iactitant **T2δ**

73 non perhorrescimus. **T2β**

74 Quod in illis est,

75 homicidae sunt apud deum tales. **TTγε**

76 Necare tamen non possunt, **Pγδ**

77 nisi eis dominus necare permiserit. **T2γ**

78 Et cum nobis semel moriendum sit, *

79 illi tamen odio et uerbis et delictis suis cotidie perimunt. **Tδ**

1 **III** 1 Sed non idcirco,

2 frater carissime, **Tγ**

3 relinquenda est ecclesiastica disciplina **Vδ**

4 aut sacerdotalis soluenda censura **P1γ**

5 quoniam conuiciis infestamur **Vδ**

6 aut terroribus quatimur, **Tδ**

7 quando occurat et moneat scriptura diuina dicens: **Dit**

*ille uero qui praesumit et contumax est, uir sui iactans, nihil omnino perficiet qui dilatauit tamquam inferi animam suam.* [Habac. 2, 5.]

8 Et iterum:

*et uerba uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercora erit et in uermes.*
*Hodie extolletur et cras non inuenietur: quoniam conuersus est in terram suam, et cogitatio eius peribit.* [I Macc. 2, 62. 63.]

9 Et iterum:

*uidi impium exaltatum et extolli super cedros Libani: et transiui, et ecce non fuit.*
*Et quaesiui eum, et non est inuentus locus eius* [Psalm. 36, 35-36.]

10 2 Exaltatio et inflatio et adrogans ac superba iactatio **T2γ**

11 non de Christi magisterio, *

12 qui humilitatem docet,

13 sed de antichristi spiritu nascitur, **T2δ**

14 cui exprobrat per prophetam dominus et dicit: **TTδε**

*tu autem dixisti in animo tuo: in caelum ascendam, super stellas dei ponam sedem meam, sedebo in monte alto super montes altos in aquilonem, ascendam super nubes, ero similis altissimo* [Is. 14, 13, 16].

15 Et addidit dicens: **P1δ**

*tu uero ad inferos descendes in fundamenta terrae: et qui uidebunt te, mirabuntur super te.*

16 Vnde et parem talibus poenam scriptura diuina loco alio comminatur et dicit: **P1γδ**

*dies enim domini Sabaoth super omnem iniuriosum et superbum et super omnem elatum et excelsum* [Is. 2, 12].

17 3 De ore itaque ac de uerbis suis
18 unusquisque statim proditur, *
19 et utrum Christum in corde suo
20 an uero antichristum habeat, *
21 loquendo detegitur, **Tγ**
22 secundum quod dominus in euangelio suo dicit: **Vδζ**

*progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis nequam? De abundantia enim cordis os emittit. Bonus homo de bono thesauro emittit bona et nequam homo de nequam thesauro emittit nequam* [Matt. 12, 34, 35].

23 Vnde et diues ille peccator, **P1γ**
24 qui de Lazaro
25 in sinu Abraham posito **Tδ**
26 atque in refrigerio constituto **Vδ**
27 inplorat auxilium, **Tγ**
28 cum in tormentis cruciabundus
29 flammae cremantis ardoribus aduratur, **Vδ**
30 inter omnes corporis partes
31 magis os eius et lingua poenas dat, **Tδζ**
32 quia plus scilicet lingua sua et ore peccauerat. **T2γ**

1 **IV** 1 Nam cum scriptum sit:

*neque maledici regnum dei consequentur* [I Cor. 6, 10],

2 et iterum dominus in euangelio suo dicat: **Vδζ**

*qui dixerit fratri suo fatue et qui dixerit racha, reus erit in gehenna ignis* [Matt. 5, 22],

3 quomodo possunt censuram domini ultoris euadere **T2γ**
4 qui talia ingerunt non solum fratribus *
5 sed et sacerdotibus *
6 quibus honor tantus de dei dignatione conceditur, **T2γ**
7 ut quisque sacerdoti eius et ad tempus hic iudicanti non obtemperaret **P/TTβ**
8 statim necaretur? **TTγ**
9 In Deuteronomio loquitur dominus deus dicens: **Vδζ**

*et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, et omnis populus cum audierit timebit et non agent impie etiam nunc.* [Deut. 17, 12. 13.]

10 2 Item ad Samuelem cum a Iudaeis sperneretur, **TTγ**
11 deus dicit:

*non te spreuerunt sed me spreuerunt.* [I Sam. 8, 7.]

12 Et dominus quoque in euangelio: **(Ton. Äqu. 4γδ/*)**

*Qui audit,*

13 inquit,

*uos me audit et eum qui me misit, et qui reicit uos me reicit et eum qui me misit.* [Luc. 10, 16.]

14 Et cum leprosum emundasset, **TTγ**

*uade,*

15 inquit,

*et demonstra te sacerdoti.* [Matth. 8, 4.]

16 Et cum postea tempore passionis alapam accepisset a seruo sacerdotis **TTγ**
17 cumque ei dixisset: **Pγ**

*sic respondes pontifici?,*

18 aduersus pontificem **Tγ**
19 dominus contumeliose nihil dixit **TTγε**
20 nec quicquam de sacerdotis honore detraxit, **P1γ**
21 sed innocentiam suam magis adserens et ostendens: **Vδε**

*si male,*

22 inquit,

*locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me caedis?* [Ioan. 18, 22, 23]

23 3 Item in actis apostolorum
24 postmodum beatus apostolus Paulus, **P1δ**
25 cum ei dictum esset: **Ditr.**
26 sic insilis in sacerdotem dei maledicendo, *
27 quamuis domino iam crucifixo
28 sacrilegi et impii et cruenti illi esse coepissent **P1γ**
29 nec iam quicquam de sacerdotali honore et auctoritate retinerent, **TT1²γ**
30 tamen ipsum
31 quamuis inane nomen et umbram quandam sacerdotis cogitans Paulus, **P1δ**

*nesciebam, fratres,*

32 inquit,

*quia pontifex est. Scriptum est enim: principi plebis tuae non maledices.* [Act. 23. 4, 5.]

1 **V** 1 Cum haec tanta ac talia et multa alia exempla praecedant **P1γ**
2 quibus sacerdotalis auctoritas et potestas **V3δε**
3 de diuina dignatione firmatur, **P1γ**
4 quales putas esse eos **TTγε**
5 qui sacerdotum hostes
6 et contra ecclesiam catholicam rebelles **TTδ**
7 nec praemonentis domini comminatione **TT**
8 nec futuri iudicii ultione terrentur? **P1γ**
9 Neque enim aliunde haereses obortae sunt
10 aut nata sunt schismata **T2γδ**
11 quam dum sacerdoti dei non obtemperatur **Ditr.**
12 nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos **Pγ**
13 et ad tempus iudex

14 uice Christi cogitatur; **TTγ**
15 2 cui si secundum magisteria diuina **TTδ**
16 obtemperaret fraternitas uniuersa, **V3δ**
17 nemo aduersum sacerdotum collegium **Tγ**
18 quicquam moueret, **Pγ**
19 nemo post diuinum iudicium, **Tγ**
20 post populi suffragium,
21 post coepiscoporum consensum, **Pγ**
22 iudicem se non iam episcopis sed deo faceret, *
23 nemo discidio unitatis Christi ecclesiam scinderet, **T2δ**
24 nemo sibi placens ac tumens **Pγδ**
25 seorsum foris haeresim nouam conderet: **Ton. Äqu. 4δζ/***
26 nisi si ita est aliquis sacrilegae temeritatis ac perditae mentis **P1δ**
27 ut putet sine dei iudicio fieri sacerdotem, **Vδ**
28 cum dominus in euangelio suo dicat: **Vδζ**

*nonne duo passeres asse ueneunt et neuter eorum cadit in terram sine patris uoluntate?* [Matt. 10, 29.]

29 Cum ille nec minima fieri sine uoluntate dei dicat, **TTγε**
30 existimat aliquis summa et magna **P1γδ**
31 aut non sciente aut non permittente deo
32 in ecclesia dei fieri **Ton. Äqu. 4δζ/***
33 et sacerdotes **(P)1β**
34 id est
35 dispensatores eius
36 non de eius sententia ordinari? **V3δ**
37 3 Hoc est fidem non habere qua uiuimus, **T2γδ**
38 hoc est deo honorem non dare **Pγδ**
39 cuius nutu et arbitrio
40 regi et gubernari omnia scimus et credimus. **T2γδ**
41 Plane episcopi non de uoluntate dei fiunt, **TTγε**
42 sed qui extra ecclesiam fiunt, **P1δ**
43 sed qui contra dispositionem et traditionem euangelii fiunt, **Pδ**
44 sicut ipse dominus in duodecim prophetis **Ditr.**
45 ponit et dicit: **P1γδ**

*sibimet ipsi regem constituerunt, et non per me.* [Os. 8, 4.]

46 Et iterum:

*sacrificia eorum tamquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur.* [Os. 9, 4.]

47 Et per Esaiam quoque **Pδ**
48 spiritus sanctus clamat et dicit: **P1γδ**

*uae uobis, filii desertores. Haec dicit dominus: habuistis consilium, non per me: et fecistis conuentionem, non per spiritum meum, adicere peccata super peccata.* [Is. 30, 1.]

1 **VI** 1 Ceterum –
2 dico enim prouocatus, **TTγ**
3 dico dolens,
4 dico conpulsus – **Pγ**
5 quando episcopus in locum defuncti substituitur, *
6 quando populi uniuersi suffragio **Tγ**
7 in pace deligitur, **Tγ**
8 quando dei auxilio **Tγ**
9 in persercutione protegitur, **Tγ**
10 collegis omnibus fideliter iunctus, **P1δ**
11 plebi suae in episcopatu quadriennio iam probatus, **V3δε**
12 in quiete seruiens disciplinae, **V3δ**
13 in tempestate proscriptus, **T2γ**
14 adplicito et adiuncto episcopatus sui nomine, *
15 totiens ad leonem petitus, **Pγ/Ditr.**
16 in circo,
17 in amphitheatro
18 dominicae dignationis testimonio honoratus, **Vδ**
19 his ipsis etiam diebus **TTδ**
20 quibus has ad te litteras feci **P1δ**
21 ob sacrificia quae edicto proposito celebrare populus iubebatur **Vδ**
22 clamore popularium *
23 ad leonem denuo postulatus in circo: **P1γδ**
24 2 cum talis,
25 frater carissime, **Tγ**
26 a quibusdam desperatis et perditis **Tγδ**
27 et extra ecclesiam constitutis **V3δ**
28 inpugnari uidetur, **Pγ**
29 apparet quis inpugnet,
30 non scilicet Christus **P1δ**
31 qui sacerdotes aut constituit aut protegit,
32 sed ille
33 qui Christi aduersarius
34 et ecclesiae eius inimicus **TT1**$^2$**γ**
35 ad hoc ecclesiae praepositum
36 sua infestatione persequitur, **Tγ**
37 ut gubernatore sublato **Pγ**
38 atrocius atque uiolentius *
39 circa ecclesias naufragia grassetur. **TTδ**

1 **VII** 1 Nec quemquam fidelem **Pγ**
2 et euangelii memorem **Tδ**
3 atque apostoli praemonentis mandata retinentem **TT1**$^2$**γ**
4 mouere debet, **Ditr.**
5 frater carissime, **Tγ**
6 si quidam in extremis temporibus superbi **TTδ**
7 et contumaces

8 et sacerdotum dei hostes **TTγε**
9 aut de ecclesia recedunt **TTδ**
10 aut contra ecclesiam faciunt, **Tδ**
11 quando tales nunc futuros **TTγδ**
12 et dominus et apostoli eius **P1δ**
13 ante praedixerint. **T2γ**
14 2 Nec praepositum seruum deseri a quibusdam **V3δε**
15 miretur aliquis,
16 quando ipsum dominum
17 magnalia et mirabilia summa facientem **TT1$^2$γ**
18 et uirtutes dei patris **TTγε**
19 factorum suorum testimonio conprobantem **V3δ**
20 discipuli sui reliquerint. **Tγ**
21 Et tamen ille non increpuit recedentes **Vδ**
22 aut grauiter comminatus est, **Ton. Äqu. 4δθ/***
23 sed magis conuersus ad apostolos suos dixit: **Vδζ**
*numquid et uos uultis ire?*
24 Seruans scilicet legem **P1δ**
25 qua homo libertati suae relictus **Pγ**
26 et in arbitrio proprio constitutus **Vδ**
27 sibimet ipse uel mortem adpetit uel salutem. **V3δε**
28 3 Petrus tamen
29 super quem aedificata ab eodem domino fuerat ecclesia
30 unus pro omnibus loquens **Pδ**
31 et ecclesiae uoce respondens ait:
*domine, ad quem imus? Verbum uitae aeternae habes, et nos credimus et cognouimus quoniam tu es filius dei uiui* [Ioan. 6, 67-69];
32 significans scilicet et ostendens **Vδε**
33 eos
34 qui a Christo recesserint **Tγ**
35 culpa sua perire, **Pγ**
36 ecclesiam tamen **Pδ**
37 quae in Christum credat
38 et quae semel id quod cognouerit teneat, **Tδ**
39 numquam ab eo omnino discedere, **Tγ**
40 et eos esse ecclesiam **T2γ**
41 qui in domo dei permanent, **2βδ/***
42 plantationem uero planatam a deo patre non esse **Pγδ**
43 quos uidemus non frumenti stabilitate solidari, **TT1$^2$γ**
44 sed tamquam paleas *****
45 dissipantis inimici spiritu uentilari, **V3δ**
46 de quibus et Iohannes in epistula sua dicit: **Vδζ**
*ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum* [Ioan. 2, 19].
47 4 Item Paulus monet nos
48 cum mali de ecclesia pereunt **Tδ**
49 non moueri
50 nec recedentibus perfidis fidem minui. **Ton. Äqu. 4δζ/***
*Quid enim,*
51 inquit,
*si exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem dei euacuauit? Absit: est enim deus uerax, omnis autem homo mendax* [Rom. 3, 3. 4.]

1 **VIII** 1 Quod ad nos adtinet,
2 conscientiae nostrae conuenit, frater, **P1δ**
3 dare operam *****
4 ne quis culpa nostra de ecclesia pereat; **Tδ**
5 si autem quis ultro et crimine suo perierit **Tγ**
6 et paenitentiam agere **Tδ**
7 atque ad ecclesiam redire noluerit, **Tγ**
8 nos die iudicii inculpatos futuros **Pγ**
9 qui consulimus sanitati, **Vδ**
10 illos solos in poenis remansuros **TTγ**
11 qui noluerint consilii nostri salubritate sanari. **P1γ**
12 2 Nec mouere nos debent conuicia perditorum **Vδ**
13 quominus a uia recta et a certa regula non recedamus, **(P)1β**
14 quando et apostolus instruat dicens: **P1δ**
*si hominibus placerem, Christi seruus non essem.* [Gal. 1, 10.]
15 Interest utrum quis homines promereri an deum cupiat. **(Tβδ)**
16 Si hominibus placetur, **TTδ**
17 dominus offenditur.
18 Si uero id enitimur et elaboramus **P1**
19 ut possimus deo placere, **Pγ**
20 et conuicia et maledicta debemus humana contemnere. **T2γ**

1 **IX** 1 Quod autem tibi de Fortunato isto pseudoepiscopo **T**
2 a paucis et inueteratis haereticis constituto **Vδ**
3 non statim scripsi, **(P)1βδ**
4 frater carissime, **Tγ**
5 non ea res erat
6 quae in notitiam tuam deberet, **Pγ**
7 festinato statim quasi magna aut metuenda perferri, **P1γ**
8 maxime quando et Fortunati nomen iam satis nosses, **(P)1βδ**
9 qui est unus ex quinque presbyteris **Tγ**
10 iam pridem de ecclesia profugis **Tδ**
11 et sententia coepiscoporum nostrorum multorum **Pγ**

12 et grauissimorum uirorum **Pγ**
13 nuper abstentis **P1γ**
14 qui super hac re priore anno ad te litteras fecerint. **T2δ**
15 Item Felicissimum signiferum seditionis recognosceres,
16 qui et ipse in isdem coepiscoporum nostrorum factis ad te pridem litteris continetur, **V3δ**
17 qui non tantum ab his istic abstentus, **Pγ**
18 sed et abs te illic nuper de ecclesia pulsus est. **T2δζ**
19 2 Cum haec in notitia tua esse confiderem **T2γ**
20 et pro certo haerere memoriae et disciplinae tuae scirem,
21 necessarium non putaui **V3δε**
22 celeriter et urgenter **Vδε**
23 haereticorum tibi ineptias nuntiandas. **V3δ**
24 Neque enim ad catholicae ecclesiae maiestatem **Vδ**
25 pariter ac dignitatem pertinere debet, **Ditr.**
26 quid apud se haereticorum et schismaticorum moliatur audacia. **T2γ**
27 Nam et pars Nouatiani Maximum presbyterum
28 nuper ad nos a Nouatiano legatum missum
29 atque a nostra communicatione reiectum **P1γ**
30 nunc istic sibi fecisse pseudoepiscopum dicitur. **T2δ**
31 3 Nec tamen de hoc tibi scripseram, **T2βδ**
32 quando haec omnia contemnantur a nobis **P1γδ**
33 et miserim tibi proxime nomina episcoporum istic constitutorum **P1**
34 qui integri et sani **TTδε**
35 in ecclesia catholica
36 fratribus praesunt. **P1δ**
37 Quod utique ideo de omnium nostrorum consilio placuit tibi scribere **Ton. Äqu. 4δζ/***
38 ut erroris diluendi ac perspiciendae ueritatis conpendium fierit **Tδ**
39 et scires tu et collegae nostri
40 quibus scribere *
41 et litteras mutuo a quibus uos accipere oporteret; **Vδ**
42 si quis autem praeter hos
43 quos epistula nostra conplexi sumus
44 scribere uobis auderet, **Pγ**
45 sciretis
46 eum uel sacrificio uel libello esse maculatum **TT1$^{2}$γ**
47 uel unum de haereticis,
48 peruersum scilicet et profanum. **Vδε**
49 4 Nanctus tamen occasionem familiarissimi hominis et clerici,
50 per Felicianum acoluthum,
51 quem cum Perseo collega nostro miseras, *
52 inter cetera *
53 quae in notitiam tuam perferenda hinc fuerant **Tγδ**
54 etiam de Fortunato isto tibi scripsi. **TTγε**
55 Sed dum istic Felicianus frater noster
56 uel uento retardatur **TTγ**
57 uel accipiendis aliis epistulis
58 a nobis detinetur, **TTγ**
59 Felicissimo ad uos properante praeuentus est. **T2γζ**
60 Ita enim semper scelera festinant **TTδ**
61 quasi contra innocentiam festinatione praeualeant. **Tγ**

1 **X** 1 Per Felicianum autem significaui tibi,
2 frater,
3 uenisse Carthaginem Priuatum **TTδ**
4 ueterem haereticum
5 in Lambesitana colonia
6 ante multos fere annos **TTγε**
7 ob multa et grauia delicta **TTδ**
8 nonaginta episcoporum sententia condemnatum, **Vδ**
9 antecessorum etiam nostrorum, **TTδ**
10 quod et uestram conscientiam non latet, **2δε/TTδε**
11 Fabiani et Donati litteris seuerissime notatum: **TTδ**
12 qui cum causam suam apud nos in concilio **Tβγ**
13 quod habuimus Idibus Mais **P1δ**
14 quae proxime fuerunt **TTδ**
15 agere uelle se diceret **T2γδ**
16 nec admissus esset, **Ditr.**
17 Fortunatum istum **Ditr.**
18 sibi pseudoepiscopum dignum **P1δ**
19 collegio suo fecit. **Vδζ**
20 2 Venerat etiam cum illo et Felix quidam
21 quem ipse extra ecclesiam **Tγ**
22 in haeresi pseudoepiscopum olim constituerat. *
23 Sed et Iouinus et Maximus
24 comites cum Priuato haeretico adfuerunt, **Vδ**
25 ob nefanda sacrificia
26 et crimina in se probata **Ditr.**
27 sententia nouem collegarum nostrorum condemnati **TTγ**
28 et iterato quoque a pluribus nobis **P1δ**
29 anno priore **Pγ/Ditr.**
30 in concilio absenti. **TTδ**
31 3 Cum his autem quattuor *
32 iunctus est et Repostus Sutunurcensis,
33 qui non tantum in persecutione ipse cecidit, *
34 sed et maximam partem plebis suae **TTγε**
35 sacrilega persuasione deiecit. **P1γ**
36 Hi quinque cum paucis **P1γδ**
37 uel sacrificatis **P**
38 uel male sibi consciis *

39 Fortunatum sibi pseudoepiscopum cooptarunt, **Vδ**
40 ut criminibus in unum consentientibus
41 talis esset scilicet rector **P1δ**
42 quales illi qui reguntur. **TTγδ**

1 **XI** 1 Hinc iam et cetera mendacia,
2 frater carissime, **Tγ**
3 potes noscere *****
4 quae illic homines desperati et perditi **Tγδ**
5 uentilauerunt, **P1**
6 ut
7 cum de sacrificatis uel haereticis
8 amplius quam quinque pseudoepiscopi non fuerint
9 qui Carthaginem uenerint **T2δ**
10 et Fortunatum sibi dementiae suae socium constituerint, *****
11 illi tamen
12 qua filii diaboli
13 et mendacio plena **P1δ**
14 ausi sint
15 ut scribis
16 iactitare **Ditr.**
17 uiginti quinque episcopos adfuisse. **V3δ**
18 Quod mendacium et istic prius apud fratres nostros iactitabant **TTγ**
19 dicentes
20 uiginti quinque episcopos de Numidia esse uenturos **P1γ**
21 qui sibi episcopum facerent. **Tδ**
22 2 Quo in mendacio suo **Pδ**
23 posteaquam quinque solis conuenientibus naufragis **T2δ**
24 et a nobis abstentis **Pγ**
25 detecti sunt atque confusi, **P1γ**
26 Romam cum mendaciorum suorum merce nauigauerunt, **P1**
27 quasi ueritas post eos nauigare non posset, **P1γδ**
28 quae mendaces linguas rei certae probatione conuinceret. **T2γ**
29 Atque haec est,
30 frater,
31 uera dementia **T2γ**
32 non cogitare **Pβ/Ditr.**
33 nec scire quod mendacia non diu fallant, **Pβ/gl. Akzentfolge**
34 noctem tamdiu esse **P1δ**
35 quamdiu inlucescat dies,
36 clarificato autem die **TTγε (gl. Akz.)**
37 et sole oborto **Pγ**
38 luci tenebras et caliginem cedere **T2δ**
39 et quae grassabantur per noctem **Pγδ**
40 latrocinia cessare. **TTδ**
41 3 Denique si nomina ab eis quaereres, *****
42 non haberent **Ditr.**
43 uel quos falso nominarent. **TTγ**
44 Tanta apud eos etiam malorum penuria est **bei Aph. Tγζ**
45 ut ad illos nec de sacrificatis **P**
46 nec de haereticis **Tβγ**
47 uiginti quinque colligi possint. **P1δ**
48 Et tamen ad decipiendas aures simplicum et absentium **Ton. Äqu. 4δε**
49 mendacio numerus inflatur, **TTδ**
50 quasi
51 etsi uerus esset hic numerus, **Tγδ**
52 aut ab haereticis ecclesia
53 aut ab iniustis iustitia uincatur. **TTδ**

1 **XII** 1 Nec me oportet, **Ditr.**
2 frater carissime, **Tγ**
3 paria nunc cum illis facere *****
4 et ea quae commiserunt
5 atque adhuc usque committunt **P1γ**
6 meo sermone decurrere, **T2γ**
7 cum considerandum sit nobis **Pγδ**
8 quid proferre et scribere sacerdotes dei oporteat, **Tγ**
9 nec tam dolor apud nos debeat quam pudor loqui,
10 et ne uidear prouocatus **Vδ**
11 maledicta potius quam crimina et peccata congerere. **Tγ**
12 2 Taceo itaque **Tδ**
13 de fraudibus ecclesiae factis, **P1δ**
14 coniurationes **Ditr./TT**
15 et adulteria
16 et uaria delictorum genera praetereo:
17 unum illud, **Ditr.**
18 in quo non mea nec hominum sed dei causa est, *****
19 de eorum facinore **Tγ**
20 non puto esse reticendum, **TT1**$^{2}$**γ**
21 quod a primo statim persecutionis die,
22 cum recentia delinquentium facinora feruerent **TTδ**
23 et sacrificiis nefandis **TTδ**
24 non tantum diaboli altaria
25 sed adhuc manus ipsae lapsorum atque ora fumarent, **P1γ**
26 communicare cum lapsis **P1γδ**
27 et paenitentiae agendae intercedere non destiterunt. **Ditr.**
28 Clamat deus: **gl. Akzentfolge**
*sacrificans diis eradicabitur nisi domino soli.* [Ex. 22, 20.]
29 Et dominus in euangelio dicit: **Pδ**

*qui me negauerit negabo illum.* [Math. 10, 33.]
30 Et alio loco indignatio et ira diuina non tacet dicens:
*illis fudistis libamina et illis inposuistis sacrificia. Super haec non indignabor? dicit dominus.* [Is. 57, 6.]
31 Et intercedunt **Pβ**
32 ne rogetur deus
33 qui indignari se ipse testatur. **P1γ**
34 Intercedunt
35 ne exoretur precibus et satisfactionibus Christus **P1δ**
36 qui negantem se negare profitetur. **TT1$^2$γ**

1 **XIII** 1 Nos in ipso persecutionis tempore *
2 de hoc ipso litteras misimus **T2δ**
3 nec auditi sumus.
4 Concilio frequenter acto, **Ditr.**
5 non consensione tantum nostra **TTγε**
6 sed et comminatione **TT/Ditr.**
7 decreuimus
8 ut paenitentiam fratres agerent, *
9 ut paenitentiam non agentibus **Ton. Äqu. 4δε/***
10 nemo temere pacem daret. **Vδζ**
11 Et illi contra deum sacrilegi, **Tγ**
12 contra sacerdotes dei
13 impio furore temerarii, *
14 de ecclesia recedentes **Vδ**
15 et contra ecclesiam **Tγ**
16 parricidalia arma tollentes elaborant, **Ditr.**
17 ut opus suum diaboli malitia consummet, **TTδ**
18 ne uulneratos diuina clementia **T2γ**
19 in ecclesia sua curet. **Vδζ**
20 2 Miserorum paenitentiam *
21 mendaciorum suorum fraude corrumpunt, **P1γ**
22 ne deo indignanti satisfiat, **TTγ**
23 ne Christum dominum suum **Pδ**
24 qui Christianus esse uel erubuit ante uel timuit **Tγδ**
25 postmodum quaerat, **P1δ**
26 ne ad ecclesiam qui de ecclesia recesserat redeat. **Tδ**
27 Datur opera *
28 ne satisfactionibus et lamentationibus iustis **P1δ**
29 delicta redimantur, **TT1$^2$γ**
30 ne uulnera lacrimis abluantur. **Vδ**
31 Pax uera falsae pacis mendacio tollitur, **T2δ**
32 salutaris sinus matris **TTγ**
33 nouerca intercedente cluditur, *
34 ne de pectore atque ore lapsorum **P1γ**
35 fletus et gemitus audiatur. **Vδ**
36 3 Conpelluntur adhuc insuper lapsi **P1δ**
37 ut linguis atque ore **V3δζ**
38 quo in Capitolio ante deliquerant **T2γ**
39 sacerdotibus conuicium faciant, **Tδ**
40 confessores et uirgines et iustos **TTδε**
41 quosque fidei laude praecipuos **Tγ**
42 atque in ecclesia gloriosos **V3δ**
43 contumeliis et maledicis uocibus prosecuntur. **V3δ**
44 A quibus quidem
45 non tam nostrorum modestia et humilitas et pudor caeditur *
46 quam illorum ipsorum spes et uita laceratur. **TT1$^2$γ**
47 Neque enim qui audit, **Pγδ**
48 sed qui facit conuicium, miser est: **Tδζ**
49 nec qui a fratre uapulat *
50 sed qui fratrem caedit,
51 in lege peccator est: **T2γζ**
52 et cum nocentes innocentibus iniuriam faciunt, **Tδ**
53 illi patiuntur iniuriam **T2γ**
54 qui facere se credunt. **TTδε**
55 4 Denique hinc illis percussa mens
56 et hebes animus *
57 et sensus alienus est: *
58 ira est dei **Pγδ**
59 non intellegere delicta, **TTδ**
60 ne sequatur paenitentia, *
61 sicut scriptum est: *
*et dedit illis deus spiritum transpunctionis.* [Is. 29, 10.];
62 ne reuertantur scilicet et curentur **Vδε**
63 et deprecationibus ac satisfactionibus iustis **P1δ**
64 post peccata sanentur. **P1γ**
65 Paulus apostolus in epistula sua ponit et dicit: **P1γδ**
*dilectum ueritatis non habuerunt ut salui fierent: ac propterea mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed sibi placent in iniustitia.* [II Thess. 2, 10 12.]
66 Primus felicitatis gradus est non delinquere, **Vγδε**
67 secundus delicta cognoscere. **T2γ**
68 Illic currit innocentia integra et inlibata quae seruet, **P1γδ**
69 hic succedit medella quae sanet. **P1γδ**
70 Quod utrumque isti offenso deo perdiderunt, **TTγ**
71 ut et amissa sit gratia **T2γδ**
72 quae de baptismi sanctificatione percipitur **Tγ**
73 et non subsit paenitentia *
74 per quam culpa curatur. **P1γ**
75 An putas,
76 frater,
77 leuia esse aduersus deum facinora, **Tγ**

78 parua et modica delicta, **TTδ**
79 quod per illos non rogatur maiestas indignantis dei,
80 quod non timetur ira et ignis et dies domini, **Tβδ**
81 quod inminente antichristo **TTγ**
82 exarmatur fides militantis populi, *
83 dum tollitur uigor et timor Christi?
84 5 Viderint laici hoc quomodo curent. **Pδ**
85 Sacerdotibus labor maior incumbit **P1γ**
86 in adserenda et procuranda dei maiestate, **TTγ**
87 ne quid uideamur in hac parte neglegere, **Tγ**
88 quando admoneat dominus et dicat: **TTδε**
*et nunc praeceptum hoc ad uos est, o sacerdotes: si non audieritis et si non posueritis in corde uestro ut detis honorem nomini meo, dicit dominus, inmittam in uos maledictionem et maledicam benedictionem uestram.* [Mal. 2, 1. 2.]
89 6 Honor ergo datur deo **TTγε**
90 quando sic dei maiestas et censura contemnitur, **T2γ**
91 ut cum se ille indignari et irasci sacrificantibus dicat **P1δ**
92 et cum poenas aeternas **Pγ**
93 et supplicia perpetua comminetur, **Vδ**
94 proponatur a sacrilegis atque dicatur **P1γ**
95 ne ira cogitetur dei,
96 ne timeatur iudicium domini, **Tδ**
97 ne pulsetur ad ecclesiam Christi, **P1δ**
98 sed sublata paenitentia *
99 nec ulla exomologesi criminis facta, **P1δ**
100 despectis episcopis atque calcatis, **P1γ**
101 pax a presbyteris uerbis fallacibus praedicetur, **V3δ**
102 et ne lapsi surgant
103 aut foris positi ad ecclesiam redeant, **Tδ**
104 communicatio non communicantibus offeratur? **Vδ**

1 **XIV** 1 Quibus etiam satis non fuit **Pγδ**
2 ab euangelio recessisse, **Vδ**
3 spem lapsis satisfactionis et paenitentiae sustulisse, **V3δ**
4 fraudibus inuolutos **Vδ**
5 uel adulteriis commaculatos **P**
6 uel sacrificiorum funesta contagione pollutos, **P1γ**
7 ne deum rogarent, **Pγ**
8 ne in ecclesia exomologesin criminum facerent, **Tδ**
9 ab omni et sensu et fructu paenitentiae remouisse, **Vδ**
10 foris sibi extra ecclesiam et contra ecclesiam **Tγ**
11 constituisse conuenticulum perditae factionis, **V3δ**
12 quo male sibi consciorum et deum rogare ac satisfacere **Ton. Äqu. 4γδ/***
13 nolentium caterua conflueret: **Tγ**
14 post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab haereticis constituto **Vδ/Ditr.**
15 nauigare audent, **Ditr.**
16 et ad Petri cathedram *
17 atque ad ecclesiam principalem **V3δ**
18 unde unitas sacerdotalis exorta est **T2γζ**
19 a schismaticis et profanis litteras ferre **P1δ**
20 nec cogitare eos esse Romanos **P1γ**
21 quorum fides apostolo praedicante laudata est, **T2γζ**
22 ad quos perfidia habere non possit accessum. **P1γ**
23 2 Quae autem causa ueniendi **TT1$^{2}$γ**
24 et pseudoepiscopum contra episcopos factum nuntiandi? **TTγ**
25 Aut enim placet illis quod fecerunt **TTγδ**
26 et in suo scelere perseuerant: **Vδ**
27 aut si displicet et recedunt, **Vδε**
28 sciunt quo reuertantur. **Vγδ**
29 Nam cum statutum sit ab omnibus nobis **P1δ**
30 et aequum sit pariter ac iustum, **TTδε**
31 ut uniuscuiusque causa illic audiatur **TTγ**
32 ubi est crimen admissum, **P1γ**
33 et singulis pastoribus
34 portio gregis sit adscripta **TTγδ**
35 quam regat unusquisque et gubernet **TTγδ**
36 rationem sui actus domino redditurus, **Vδ**
37 oportet utique eos **Pδ**
38 quibus praesumus *
39 non circumcursare **P**
40 nec episcoporum concordiam cohaerentem **Vδ**
41 sua subdola et fallaci temeritate conlidere, **T2γ**
42 sed agere illic causam suam **TTγε**
43 ubi et accusatores habere et testes sui criminis possint: **P1δ**
44 nisi si paucis desperatis et perditis **Tγδ**
45 minor uidetur esse auctoritas episcoporum in Africa constitutorum, **P1**
46 qui de illis iam iudicauerunt **P1**
47 et eorum conscientiam *
48 multis delictorum laqueis uinctam **Pδ**
49 iudicii sui nuper grauitate damnarunt. **P1γ**
50 Iam causa eorum cognita est,
51 iam de eis dicta sententia est, **gl. Quantitäten- und Akzentfolge**
52 nec censurae congruit sacerdotum
53 mobilis atque inconstantis animi leuitate reprehendi, **TT1$^{2}$γ**
54 cum dominus doceat et dicat: **TTδε**
*sit sermo uester, est est, non non.* [Matt. 5, 37.]

1 **XV** 1 Si eorum

| | | |
|---|---|---|
| 2 | qui de illis priore anno iudicauerunt numerus | * |
| 3 | cum presbyteris et diaconis conputetur, | **V3δ** |
| 4 | plures tunc adfuerunt iudicio et cognitioni | **P** |
| 5 | quam sunt idem isti | **TTβγε** |
| 6 | qui cum Fortunato nunc uidentur esse coniuncti. | **P1γ** |
| 7 | Scire enim debes, | **TTγε** |
| 8 | frater carissime, | **Tγ** |
| 9 | eum posteaquam pseudoepiscopus ab haereticis factus est, | **Tδζ** |
| 10 | iam paene ab omnibus esse desertum. | **P1γ** |
| 11 | Namque hi | |
| 12 | quibus in praeteritum praestigiae obtendebantur | **P** |
| 13 | et dabantur uerba fallacia | **T2γ** |
| 14 | quod simul ad ecclesiam regressuri dicerentur, | **TTγ** |
| 15 | posteaquam uiderunt illic pseudoepiscopum factum, | **P1δ** |
| 16 | frustratos et deceptos se esse didicerunt, | **TT1²γ** |
| 17 | et remeant cotidie | |
| 18 | atque ad ecclesiam pulsant, | **P1δ** |
| 19 | nobis tamen | |
| 20 | a quibus ratio domino reddenda est | |
| 21 | anxie ponderantibus | **4δ/*** |
| 22 | et sollicite examinantibus | **T** |
| 23 | qui recipi et admitti ad ecclesiam debeant. | **T2δ** |
| 24 | 2 Quibusdam enim ita aut crimina sua obsistunt | **Pγ** |
| 25 | aut fratres obstinate et firmiter renituntur | **Vδ** |
| 26 | ut recipi omnino non possint | **Pγδ** |
| 27 | cum scandalo et periculo plurimorum. | **V3δ** |
| 28 | Neque enim sic putramina quaedam colligenda sunt | * |
| 29 | ut quae integra et sana sunt uulnerentur, | **V3γδ** |
| 30 | nec utilis aut consultus est pastor | **P1γδ** |
| 31 | qui ita morbidas et contactas oues | |
| 32 | gregi admiscet | **Pγ** |
| 33 | ut gregem totum | |
| 34 | mali cohaerentis adflictatione contaminet. | **T2γ** |
| 35 | 3 O si posses, | |
| 36 | frater carissime, | **Tγ** |
| 37 | istic interesse nobiscum | **P1γ** |
| 38 | cum praui isti et peruersi | **TTγδ** |
| 39 | de schismate reuertuntur: | **Vδ** |
| 40 | uideres | |
| 41 | quis mihi labor sit | **Tβδζ/*** |
| 42 | persuadere patientiam fratribus nostris, | **P1δ** |
| 43 | ut animi dolore sopito | **P1γ** |
| 44 | recipiendis malis curandisque consentiant. | **T2γ** |
| 45 | Namque ut gaudent et laetantur | **TTγδ** |
| 46 | cum tolerabiles et minus culpabiles redeunt, | **Tγ** |
| 47 | ita contra fremunt et reluctantur | **Vγδ** |
| 48 | quotiens inemendabiles et proterui, | **V3δε** |
| 49 | et uel adulteriis uel sacrificiis contaminati, | **Ditr.** |
| 50 | et post haec adhuc insuper et superbi | **Vδε** |
| 51 | sic ad ecclesiam remeant, | **Tδ** |
| 52 | ut bona intus ingenia corrumpant. | **TTδ** |
| 53 | Vix plebi persuadeo, | |
| 54 | immo extorqueo, | **Tγ** |
| 55 | ut tales patiantur admitti. | **P1γ** |
| 56 | 4 Et iustior factus est fraternitatis dolor ex eo | **Pγδ** |
| 57 | quod unus atque alius | * |
| 58 | obnitente plebe et contradicente | **P** |
| 59 | mea tamen facilitate suscepti | **P1γ** |
| 60 | peiores extiterunt | **TTγ/Ditr.** |
| 61 | quam prius fuerant | **Tβδ** |
| 62 | nec fidem paenitentiae seruare potuerunt, | **TT1²γ** |
| 63 | quia nec cum uera paenitentia uenerant. | **T2δ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **XVI** 1 De istis uero quid dicam | **Pγδ** |
| 2 | qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo nauigauerunt | **P1** |
| 3 | legati a Fortunato pseudoepiscopo missi, | **P1δ** |
| 4 | tam falsas ad te litteras adferentes | **V3δ** |
| 5 | quam est et ipse cuius litteras ferunt falsus, | **Vδζ/1βδ** |
| 6 | quam est eis peccatorum multiplex conscientia, | **4δ/*** |
| 7 | quam execrabilis uita, quam turpis, | **P1γδ** |
| 8 | ut etsi in ecclesia essent, | **P1δ** |
| 9 | eici tales de ecclesia debuissent? | **V3δ** |
| 10 | 2 Denique quia conscientiam suam norunt, | **Vδζ** |
| 11 | nec audent uenire | **Pγ** |
| 12 | aut ad ecclesiae limen accedere, | **T2γ** |
| 13 | sed foris per prouinciam circumueniendis fratribus et spoliandis pererrant, | **Pγ** |
| 14 | et omnibus iam satis noti | |
| 15 | atque undique pro suis facinoribus exclusi, | **TTδ** |
| 16 | illuc etiam ad uos nauigant. | |
| 17 | Neque enim potest illis frons esse | |
| 18 | ad nos accedendi | |
| 19 | aut apud nos consistendi, | **gl. Akzentfolge** |
| 20 | cum sint acerbissima et grauissima crimina | **Tδ** |
| 21 | quae eis a fratribus ingerantur. | **Vδ** |
| 22 | 3 Si iudicium nostrum uoluerint experiri | **Vδ/Ditr.** |
| 23 | ueniant. | |
| 24 | Denique si qua illis excusatio et defensio potest esse, | **Vδζ** |
| 25 | uideamus | |
| 26 | quem habeant satisfactionis suae sensum, | **TTγε** |
| 27 | quem adferant paenitentiae fructum. | **P1δ** |
| 28 | Nec ecclesia istic cuiquam cluditur | * |
| 29 | nec episcopus alicui denegatur. | **Vδ** |
| 30 | Patientia et facilitas et humanitas nostra | **P1δ** |

| | | |
|---|---|---|
| 31 | uenientibus praesto est. | **Tδζ** |
| 32 | Opto omnes in ecclesiam regredi, | **Tδ** |
| 33 | opto uniuersos conmilitones nostros | |
| 34 | intra Christi castra | **TTγε** |
| 35 | et dei patris domicilia concludi. | **TTδ** |
| 36 | Remitto omnia, | * |
| 37 | multa dissimulo | **Tγ** |
| 38 | studio et uoto colligendae fraternitatis. | |
| 39 | Etiam quae in deum commissa sunt | **Tγζ** |
| 40 | non pleno iudicio religionis examino. | **T2γ** |
| 41 | Delictis plus quam quod oportet remittendis | **TTγ** |
| 42 | paene ipse delinquo. | **P1γ** |
| 43 | Amplector prompta et plena dilectione | |
| 44 | cum paenitentia reuertentes, | **Vδ/1β** |
| 45 | peccatum suum satisfactione humili et simplici confitentes. | **V3δ** |
| 1 | **XVII** 1 Si qui autem sunt | |
| 2 | qui putant | |
| 3 | se ad ecclesiam non precibus sed minis regredi posse | **Pδ** |
| 4 | aut existimant | |
| 5 | aditum se sibi non lamentationibus et satisfactionibus | |
| 6 | sed terroribus facere, | **Tδ** |
| 7 | pro certo habeant | * |
| 8 | contra tales clusam stare ecclesiam domini | **Tδ** |
| 9 | nec castra Christi | **Ditr.** |
| 10 | inuicta et fortia | **T2γδ** |
| 11 | et domino tuente munita | **P1γ** |
| 12 | minis cedere. | * |
| 13 | Sacerdos dei euangelium tenens | **Pδ** |
| 14 | et Christi praecepta custodiens occidi potest, | |
| 15 | non potest uinci. | **(P)1βδ** |
| 16 | Suggerit et subministrat nobis exempla uirtutis ac fidei | **Tγδ** |
| 17 | Zacharias antistes dei: | |
| 18 | qui cum terreri minis et lapidatione non posset, | **P1γδ** |
| 19 | in templo dei occisus est | **Tγζ** |
| 20 | clamans et identidem dicens | **P1δ** |
| 21 | quod nos quoque contra haereticos | **Tγ** |
| 22 | clamamus et dicimus: | **T2γδ** |
| | *haec dicit dominus: dereliquistis uias domini, et dominus derelinquet uos.* [II Chron. 24, 20.] | |
| 23 | 2 Neque enim | |
| 24 | quia pauci temerarii et inprobi | |
| 25 | caelestes et salutares uias domini derelinquunt | **Vδ** |
| 26 | et sancta non agentes | **TTγδ** |
| 27 | a sancto spiritu deseruntur, | **V3δ** |
| 28 | ideo et nos diuinae traditionis inmemores esse debemus | **P1γ** |
| 29 | ut maiora esse furentium scelera | **Tδ** |
| 30 | quam sacerdotum iudicia censeamus | **Vδ** |
| 31 | aut plus existimemus | **TTβ/Ditr.** |
| 32 | ad inpugnandum posse humana conamina | **T2γ** |
| 33 | quam quod ad protegendum praeualet diuina tutela. | **P1γ** |
| 1 | **XVIII** 1 An ad hoc, | |
| 2 | frater carissime, | **Tγ** |
| 3 | deponenda est catholicae ecclesiae dignitas | **T2δ** |
| 4 | et plebis intus positae fidelis adque incorrupta maiestas | **P1γ** |
| 5 | et sacerdotalis quoque auctoritas ac potestas, | **V3δε** |
| 6 | ut iudicare uelle se dicant | **P1γδ** |
| 7 | de ecclesiae praeposito | |
| 8 | extra ecclesiam constituti haeretici, | **Tγ** |
| 9 | de sano saucii, | * |
| 10 | de integro uulnerati, | **V3δ** |
| 11 | de stante lapsi, | **Ditr.** |
| 12 | de iudice rei, | **gl. Akzentfolge** |
| 13 | de sacerdote sacrilegi? | **Tγ** |
| 14 | Quid superest | |
| 15 | quam ut ecclesia Capitolio cedat, | **P1δ** |
| 16 | et recedentibus sacerdotibus | **Ton. Äqu. 4δ/*** |
| 17 | ac domini altare remouentibus | |
| 18 | in cleri nostri sacrum uenerandumque congestum | **P1γ** |
| 19 | simulacra atque idola | **P1γ** |
| 20 | cum aris suis transeant, | * |
| 21 | et Nouatiano declamandi aduersum nos | |
| 22 | atque increpandi | **TTγ** |
| 23 | largior et plenior materia praestetur, | **TTδ** |
| 24 | si hi | |
| 25 | qui sacrificauerunt | **TT** |
| 26 | et Christum publice negauerunt | **Vδ** |
| 27 | non tantum rogari | **Pγ** |
| 28 | et sine acta paenitentia admitti, | **TTδ** |
| 29 | sed adhuc insuper coeperint | **T2δ** |
| 30 | terroris sui potestate dominari? | **TT1$^2$γ** |
| 31 | 2 Si pacem postulant, | * |
| 32 | arma deponant: | **P1γ** |
| 33 | si satisfaciunt, quid minantur? | **Vδε** |
| 34 | Aut si comminantur, | **Ditr.** |
| 35 | sciant | |
| 36 | quia a sacerdotibus dei non timentur. | **TTγδ** |
| 37 | Neque enim et antichristus cum uenire coeperit | * |
| 38 | introibit ecclesiam | **T2γ** |
| 39 | quia minatur, | |
| 40 | aut armis eius et uiolentiae ceditur | **T2δ** |

41 quia resistentes perempturum se esse profitetur. **TT1$^{2}$γ**

42 Armant nos haeretici

43 dum nos putant sua comminatione terreri, **P1γ**

44 nec in pace nos deiciunt,

45 sed magis erigunt et accendunt, **Vδε**

46 dum ipsam pacem persecutione peiorem fratribus faciunt. **Tδ**

47 3 Et optamus quidem

48 ne quod locuntur furore **Pγ**

49 inpleant crimine, **T2δ**

50 ne qui uerbis perfidis et crudelibus peccant **P1δ**

51 factis quoque delinquant. **Pγ**

52 Oramus ac deprecamur deum

53 quem prouocare illi et exacerbare non desinunt, **T2γδ**

54 ut eorum corda mitescant, **P1γ**

55 ut furore deposito **Tγ**

56 ad sanitatem mentis redeant, *****

57 ut pectora operta delictorum tenebris *****

58 paenitentiae lumen agnoscant **P1γ**

59 et magis petant

60 fundi pro se preces atque orationes antistitis **Tγ**

61 quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis. **Vδ**

62 Si autem in suo furore permanserint **T2γ**

63 atque in istis insidiis ac minis suis parricidalibus **T2**

64 crudeliter perseuerauerint, **T2**

65 nullus dei sacerdos sic infirmus est, *****

66 sic iacens et abiectus, **TTγδ**

67 sic inbecillitate humanae mediocritatis inualidus **Tγ**

68 qui non contra hostes et inpugnatores dei

69 diuinitus erigatur, **Vδ**

70 cuius non humilitas et infirmitas **Ton. Äqu. 4δε**

71 uigore et robore domini protegentis animetur. **TT1$^{2}$γ**

72 Nostra nihil interest *****

73 aut a quo aut quando perimamur **TTγ**

74 mortis et sanguinis praemium **T2δ**

75 de domino recepturi. **Vδ**

76 Illorum flenda et lamentanda condicio est

77 quos sic diabolus excaecat **TTδ**

78 ut aeterna gehennae supplicia

79 non cogitantes **Ditr. od. Pβ**

80 antichristi iam propinquantis aduentum **P1γ**

81 conentur imitari. **TT1$^{2}$γ**

1 **XIX** 1 Et quamquam sciam,

2 frater carissime, **Tγ**

3 pro mutua dilectione **P**

4 quam debemus et exhibemus inuicem nobis, **P1δ**

5 florentissimo illic clero tecum praesidenti **TTγ**

6 et sanctissimae atque amplissimae plebi **P1δ**

7 legere te semper litteras nostras, **P1δ**

8 tamen nunc et admoneo et peto **TTδε**

9 ut quod alias sponte atque honorifice facis **Pδ**

10 etiam petente me facias, **Tγδ**

11 ut hac epistula mea lecta, **Vδζ**

12 si quod illic contagium uenenati sermonis et pestiferae seminationis inrepserat, **T2γ**

13 id omne de fratrum auribus et pectoribus exuatur **Vδ**

14 et bonorum integra ac sincera dilectio **T2γ**

15 ab omnibus haereticae detractionis sordibus repurgetur. **Vδ**

1 **XX** 1 Declinent autem de cetero fortiter **T2δ**

2 et euitent dilectissimi fratres nostri **TTγε**

3 uerba et conloquia eorum **TTδ**

*quorum sermo ut cancer serpit* [II Tim. 2, 17.],

4 sicut apostolus dicit: **P1δ**

*corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimae* [I Cor. 15, 33.].

5 Et iterum:

*haereticum hominem post unam correptionem euita, sciens quia peruersus est huiusmodi et peccat et est a semet ipso damnatus* [Tit. 3, 10. 11].

6 Et per Salomonem loquitur spiritus sanctus. **P1δ**

*Peruersus,*

7 inquit,

*in suo ore portat perditionem et in labiis suis ignem condit* [Prov. 16, 27].

8 Item denuo monet dicens: **Vδζ**

*saepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam* [Ecclesias. 28, 24].

9 Et iterum:

*malus obaudit linguae iniquorum, iustus autem non intendit labiis mendacibus* [Prov. 17, 4.].

10 2 Quod quamquam sciam illic fraternitatem nostram

11 uestra scilicet prouidentia monitam **TTδ**

12 sed et sua uigilantia satis cautam **Vδζ**

13 nec capi haereticorum uenenis posse nec decipi, **T2γδ**

14 tantumque apud illos praeualere magisteria et praecepta diuina **P1γ**

15 quantus illis in deum timor est:

16 tamen ex abundanti **Vγδ**

17 uel sollicitudo nostra uel caritas **T2γδ**

18 scribere ad uos ista persuasit, **TTγ**

19 ut nulla cum talibus commercia copulentur, **Vδ**

20 nulla cum malis conuiuia uel conloquia misceantur **Vδ**

21 simusque ab eis tam separati **Ditr.**

22 quam sunt illi de ecclesia profugi, **Tδ**
23 quia scriptum est:
*si autem ecclesiam contempserit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus* [Matth. 18, 17].
24 Et beatus apostolus non monet tantum, **(P)1βδ**
25 sed et iubet a talibus ut recedatur:
*praecipimus,*
26 inquit,
*uobis in nomine domini Iesu Christi ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis.* [II Thess. 3, 6.]
27 Nulla societas fidei et perfidiae potest esse. **Vδζ**
28 Qui cum Christo non est,
29 qui aduersarius Christi est, **Tδζ**
30 nobiscum non potest cohaerere. **TTγ**
31 Si cum precibus et satisfactionibus ueniunt, audiantur. **Vδ**
32 Si maledicta et minas ingerunt, respuantur. **V3δ**
33 Opto te,
34 frater carissime, **Tγ**
35 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.46 Epistel 60

Cyprianus Cornelio fratri s.
1 **I** 1 Cognouimus,
2 frater carissime, **Tγ**
3 fidei ac uirtutis uestrae testimonia gloriosa **Vδ**
4 et confessionis uestrae honorem **Pγ**
5 sic exultanter accepimus **T2γ**
6 ut in meritis ac laudibus uestris **P1δ**
7 nos quoque participes et socios conputemus. **Vδ**
8 Nam cum nobis et ecclesia una sit **Tδζ**
9 et mens iuncta
10 et indiuidua concordia,
11 quis non sacerdos in consacerdotis sui laudibus **2βδ/***
12 tamquam in suis propriis gratuletur, **Vδ**
13 aut quae fraternitas non in fratrum gaudio ubique laetetur? **P1γ**
14 2 Exprimi satis non potest **Pγδ**
15 quanta istic exultatio fuerit **Tδ**
16 et quanta laetitia **Tγ**
17 cum de uobis prospera et fortia conperissemus, **P1**
18 ducem te illic confessionis fratribus extitisse, **Vδ**
19 sed et confessionem ducis
20 de fratrum consensione creuisse, **P1γ**
21 ut dum praecedis ad gloriam **T2γδ**
22 feceris multos gloriae comites **Tδ**
23 et confessorem populum suaseris fieri, **Tδ**
24 dum primus paratus es **Tγζ**
25 pro omnibus confiteri, **V3δ**
26 ut non inueniamus **P**
27 quid prius praedicare in uobis debeamus, **TTγ**
28 utrumne tuam promptam et stabilem fidem **Pδ**
29 an inseparabilem fratrum caritatem. **TTγ**
30 Virtus illic episcopi praecedentis publice conprobata est, **4δθ/***
31 adunatio sequentis fraternitatis ostensa est. **T2γζ**
32 Dum apud uos unus animus et una uox est, **Ditr.**
33 ecclesia omnis Romana confessa est. **T2γζ**

1 **II** 1 Claruit,
2 frater carissime, **Tγ**
3 fides quam de uobis beatus apostolus praedicauit. **V3δ**
4 Hanc laudem uirtutis et roboris firmitatem **V3δ**
5 iam tunc in spiritu praeuidebat **V3δ**
6 et praeconio futurorum **Vδ**
7 merita uestra contestans **P1γ**
8 dum parentes laudat
9 filios prouocabat. **V3δ**
10 Dum sic unanimes,
11 dum fortes estis,
12 magna et ceteris fratribus unanimitatis et fortitudinis exempla tribuistis. **TT1$^{2}$γ**
13 Docuistis granditer deum timere, **Pγ**
14 Christo firmiter adhaerere, **Vδ**
15 plebem sacerdotibus in periculo iungi, **P1δ**
16 in persecutione fratres a fratribus non separari, **Pβ od. Ditr.**
17 concordiam simul iunctam **Vδζ**
18 uinci omnino non posse, **Pγδ**
19 quicquid simul petitur a cunctis **TTδε**
20 deum pacis pacificis exhibere. **Vδ**
21 2 Prosilierat aduersarius **Ton. Äqu. 4δ/***
22 terrore uiolento **TT1$^{2}$γ**
23 Christi castra turbare. **P1γ**
24 Sed quo impetu uenerat **T2δ**
25 eodem impetu pulsus est, **T2δζ**
26 et quantum formidinis et terroris adtulit *
27 tantum fortitudinis inuenit et roboris. **Vδε**
28 Subplantare se iterum posse crediderat dei seruos **Vδζ/1βδ**
29 et uelut tirones et rudes **Pγδ**
30 quasi minus paratos et minus cautos
31 solito suo more concutere. **Tγ**
32 Vnum primo adgressus, **Pγ**
33 ut lupus ouem secernere a grege, **TTδε**
34 ut accipitor columbam ab agmine uolantium separare temptauerat. **T2γ**

35 Nam cui non est aduersus omnes satis uirium, *
36 circumuenire quaerit solitudinem singulorum. **V3δ**
37 3 Sed retusus adunati exercitus fide pariter et uigore **Vδε**
38 intellexit milites Christi uigilare **TTγ**
39 iam sobrios et armatos ad proelium stare, **P1δ**
40 uinci non posse, **Pγδ**
41 mori posse
42 et hoc ipso inuictos esse
43 quia mori non timent, **Pγδ**
44 nec repugnare contra inpugnantes, **TTγ**
45 cum occidere innocentibus nec nocentes liceat, *
46 sed prompte et animas et sanguinem tradere, **T2δ**
47 ut cum tanta in saeculo malitia et saeuitia grassetur, **TTδ**
48 a malis et saeuis uelocius recedatur. **Vδ**
49 4 Quale illud fuit sub oculis dei spectaculum gloriosum, **V3δ**
50 quale in conspectu Christi eius **TTγε**
51 ecclesiae suae gaudium, **Ton. Äqu. 4δζ/***
52 ad pugnam,
53 quam temptauerat hostis inferre, **P1γ**
54 non singulos milites, **T2δ**
55 sed tota simul castra prodisse. **P1γ**
56 Omnes enim constat uenturos fuisse, **Pγ**
57 si audire potuissent, **TT1$^{2}$γ**
58 quando adcucurrerit properanter et uenerit **T2γδ**
59 quisquis audiuit. **P1γ**
60 5 Quot illic lapsi gloriosa confessione sunt restituti. **V3γδ**
61 Steterunt fortes
62 et ipso dolore paenitentiae *
63 facti ad proelium fortiores, **V3δ**
64 ut appareat
65 nuper subitatos esse
66 et nouae atque insuetae rei pauore trepidasse, **TT1$^{2}$γ**
67 redisse ad se postmodum,
68 fidem ueram
69 et uires suas de dei timore collectas **P1γ**
70 ad omnem patientiam *
71 constanter et firmiter roborasse, **V3δ**
72 nec iam stare ad criminis ueniam, **Tδ**
73 sed ad passionis coronam. **Pγ**

1 **III** 1 Quid ad haec Nouatianus, **Ditr.**
2 frater carissime? **Tγ**
3 Vtrumne iam deponit errorem? **P1γ**
4 An uero,
5 qui dementium mos est, **P1δε**
6 ipsis bonis et prosperis nostris **P1δ**
7 plus adactus est ad furorem **V3γδε**
8 et quo magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hic gloria, **T2γδ**
9 illic dissensionis et zeli recrudescit insania? **T2γ**
10 Nec uulnus suum miser curat, **TTγε**
11 sed adhuc grauius et se et suos uulnerat,
12 in perniciem fratrum **Pδ**
13 lingua sua perstrepens **Ton. Äqu. 4δζ/***
14 et facundiae uenenatae iacula contorquens, **TTδ**
15 magis durus saecularis philosophiae prauitate **Vδ/Ditr.**
16 quam sophiae dominicae lenitate pacificus, **Tγ**
17 desertor ecclesiae, **T2γ**
18 misericordiae hostis, **P1δ**
19 interfector paenitentiae, *
20 doctor superbiae, **Tγ**
21 ueritatis corruptor, **Pγ**
22 perditor caritatis? **V3δ**
23 2 Agnoscitne iam
24 qui sit sacerdos dei,
25 quae sit ecclesia et domus Christi,**gl. Akzentfolge**
26 qui sint dei serui **TTβγε**
27 quos diabolus infestet, **TTδ**
28 qui sint christiani **TTγ/Ditr.**
29 quos antichristus inpugnet? **P1γ**
30 Neque enim quaerit illos **Ditr.**
31 quos iam subegit **Pβγ**
32 aut gestit euertere **T2γ**
33 quos iam suos fecit.
34 Inimicus et hostis ecclesiae **T2γ**
35 quos alienauit ab ecclesia
36 et foras duxit
37 ut captiuos et uictos **Pγδ**
38 contemnit et praeterit, **T2γδ**
39 eos pergit lacessere **Tγ**
40 in quibus Christum cernit habitare. **TT1$^{2}$γ**

1 **IV** Quamquam etsi aliquis ex talibus fuerit adprehensus, **Vδ**
2 non est
3 quod sibi quasi in confessione nominis blandiatur, **V3δ**
4 cum constet,
5 si occisi eiusmodi extra ecclesiam fuerint, **Tδ**
6 fidei coronam non esse, **Tγδ**
7 sed poenam potius esse perfidiae **Tγ**
8 nec in domo dei **TTβγε**
9 inter unanimes habitaturos esse
10 quos uidemus de pacifica et diuina domo
11 furore discordiae recessisse. **Vδ**

1 **V** 1 Hortamur plane quantum possumus, *
2 frater carissime, **Tγ**
3 pro caritate mutua *
4 qua nobis inuicem cohaeremus **Vδ**
5 ut,
6 quoniam prouidentia domini monentis instruimur **Tγ**
7 et diuinae misericordiae consiliis salubribus admonemur **Vδ**
8 adpropinquare iam certaminis et agonis nostri diem,
9 ieiuniis, uigiliis, orationibus insistere
10 cum omni plebe non desinamus. **Ditr.**
11 Incumbamus gemitibus adsiduis
12 et deprecationibus crebris. **P1δ**
13 Haec sunt enim nobis arma caelestia **T2γ**
14 quae stare et perseuerare fortiter faciunt. **Tδ**
15 Haec sunt munimenta spiritalia *
16 et tela diuina quae protegunt. **TTγδ**
17 2 Memores nostri inuicem simus, **P1δ**
18 concordes atque unanimes, **Tγ**
19 utrubique pro nobis semper oremus, **P1γ**
20 pressuras et angustias mutua caritate releuemus, **TT1$^2$γ**
21 et si quis istinc nostrum prior diuinae dignationis celeritate praecesserit, **T2γ**
22 perseueret apud dominum *
23 nostra dilectio, **T2γ**
24 pro fratribus et sororibus nostris **P1δ**
25 apud misericordiam patris **Pδ**
26 non cesset oratio. **T2γ**
27 Opto te,
28 frater carissime, **Tγ**
29 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.47 Epistel 61

Cyprianus cum collegis Lucio fratri s.

1 **I** 1 Et nuper quidem tibi, **TTγε**
2 frater carissime, **Tγ**
3 gratulati sumus,
4 cum te
5 honore geminato **TT1$^2$γ**
6 in ecclesiae suae administratione confessorem pariter et sacerdotem
7 constituit diuina dignatio. **T2γ**
8 Sed et nunc non minus tibi et comitibus tuis **Pδ**
9 adque uniuersae fraternitati gratulamur **TTγ**
10 quod cum eadem gloria et laudibus uestris **P1δ**
11 reduces uos denuo ad suos fecerit **2βδ/***
12 benigna Domini et larga protectio, **T2γ**
13 2 ut pascendo gregi pastor
14 et gubernandae naui gubernator **TTγ**
15 et plebi regendae rector redderetur **TTγ**
16 et appareret
17 relegationem uestram sic diuinitus esse dispositam, **Tγ**
18 non ut episcopus relegatus et pulsus ecclesiae deesset, **TTδ**
19 sed ut ad ecclesiam maior rediret. **Pγ**

1 **II** 1 Neque enim in tribus pueris *
2 minor fui martyrii dignitas, **Tδ**
3 quia morte frustrata **Pγ**
4 de camino ignis
5 incolumes exierunt **Vδ/Ditr.**
6 aut non consummatus Daniel extitit in suis laudibus, **2βδ/***
7 quia
8 qui leonibus missus fuerat ad praedam, **TTδε**
9 protectus a Domino **Tγδ**
10 uixit ad gloriam. **T2γδ**
11 In confessoribus Christi dilata martyria **Tγ**
12 non meritum confessionis minuunt,
13 sed magnalia diuinae protectionis ostendunt. **P1γ**
14 2 Repraesentatum uidemus in uobis **P1γδ**
15 quod apud regem fortes adque inlustres pueri praedicauerunt **P1**
16 ipsos quidem paratos esse ardere flammis,
17 ne diis eius seruirent **Pγ**
18 aut imaginem quam fecerat adorarent, **Vδ**
19 Deum tamen quem colebant, **TTγε**
20 quemque et nos colimus,
21 potentem uentus uestri laetissimum fructum **P1δ**
22 praesentes cum ceteris ipsis quoque caperemus. **TTγ**
23 Quae illic exultatio omnium fratrum, **P1δ**
24 qui concursus adque conplexus occurentium singulorum! **V3δ**
25 Vix oculis adhaerentium potest satisfieri, *
26 uix uultus ipsi adque oculi plebis possunt **Vδζ**
27 uidendo satiari de aduentus uestri gaudio. *
28 Cognoscere illic fraternitas coepit **P1δ**
29 qualis et quanta sit secutura Christo ueniente laetitia: **Tγ**
30 cuius quia cito adpropinquauit aduentus, **P1γ**
31 imago iam quaedam praecessit in uobis, **P1γδ**
32 ut quomodo Iohannes praecursor eius et praeuius ueniens **Tδ**
33 praedicauit Christum uenisse, **Pγ**
34 sic nunc episcopo confessore Domini *

| | | |
|---|---|---|
| 35 | et sacerdote redeunte | **TT1$^2$γ** |
| 36 | appareat et Dominum iam redire. | **Vδε** |
| 37 | 2 Vicarias uero pro nobis | **Pγδ** |
| 38 | ego et collegae et fraternitas omnis | **P1δ** |
| 39 | has ad uos litteras mittimus, | **T2δ** |
| 40 | frater carissime, | **Tγ** |
| 41 | et repraesentantes uobis per epistulam gaudium nostrum | **P1δ** |
| 42 | fida obsequia caritatis expromimus, | **T2γ** |
| 43 | hic quoque in sacrificiis adque in orationibus nostris | **P1δ** |
| 44 | non cessantes | |
| 45 | Deo patri | **gl. Akzentfolge** |
| 46 | et Christo | |
| 47 | filio eius | **P1δ** |
| 48 | Domino nostro | **Pδ** |
| 49 | gratias agere | **Tδ** |
| 50 | et orare pariter ac petere | |
| 51 | ut | |
| 52 | qui perfectus est | ***** |
| 53 | adque perficiens custodiat et perficiat in uobis | **TTδε** |
| 54 | confessionis uestrae gloriosam coronam: | **Pγ** |
| 55 | qui et ad hoc uos fortasse reuocauit, | **TT1$^2$γ** |
| 56 | ne gloria esset occulta, | **P1γ** |
| 57 | si foris essent confessionis uestrae consummata martyria. | **Tγ** |
| 58 | Nam uictima | |
| 59 | quae fraternitati praebet exemplum et uirtutis et fidei | **Tγδ** |
| 60 | praesentibus debet fratribus immolari. | **Vδ** |
| 61 | Optamus te, | |
| 62 | frater carissime, | **Tγ** |
| 63 | semper bene ualere. | **Pγ** |

## 2.48 Epistel 62

Cyprianus Ianuario Maximo Proculo Victori Modiano Nemesiano Nampulo et Honorato fratribus s.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **I** 1 Cum maximo animi nostri gemitu et non sine lacrimis | **Tβδ** |
| 2 | legimus litteras uestras, | **P1δ** |
| 3 | fratres carissimi, | **Tγ** |
| 4 | quas ad nos pro dilectionis uestrae sollicitudine | **T** |
| 5 | de fratrum nostrorum et sororum captiuitate fecistis. | **P1γ** |
| 6 | Quis enim non doleat in eiusmodi casibus | **T2δ** |
| 7 | aut quis non dolorem fratris sui suum proprium computet, | **Tδ** |
| 8 | cum loquatur apostolus Paulus et dicat: | **P1γδ** |
| | *si patitur membrum unum, compatiuntur et cetera membra: et si laetatur membrum unum, collaetantur et cetera membra.* [I Cor. 12, 26.] | |
| 9 | 2 Et alio loco, | **Pδ** |
| | *quis infirmatur,* | |
| 10 | inquit, | |
| | *et ego non infirmor?* [II Cor. 11, 29.] | |
| 11 | 2 Quare nunc et nobis captiuitas fratrum | **P1δ** |
| 12 | nostra captiuitas computanda est | **4δθ/*** |
| 13 | et periclitantium dolor | **Pδ** |
| 14 | pro nostro dolore numerandus est, | ***** |
| 15 | cum sit scilicet adunationis nostrae et corpus unum | **1βδ/Ditr.** |
| 16 | et non tantum dilectio | **Tγ** |
| 17 | sed et religio instigare nos debeat | **T2γδ** |
| 18 | et confortare ad fratrum membra redimenda. | **TT1$^2$γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **II** 1 Nam cum denuo apostolus Paulus dicat: | **Vδζ** |
| | *nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in uobis?* [I Cor. 3, 16.], | |
| 2 | etiamsi caritas minus adigeret | **Tγ** |
| 3 | ad opem fratribus ferendam, | **TTδ** |
| 4 | considerandum tamem hoc in loco fuit | |
| 5 | dei templa esse quae capta sunt, | **T2γδζ** |
| 6 | nec pati nos longa cessatione et neglecto dolore debere | **P1γ** |
| 7 | ut diu dei templa captiua sint, | **T2γζ** |
| 8 | sed quibus possumus uiribus elaborare | **Ditr.** |
| 9 | et uelociter gerere | **Tδ** |
| 10 | ut Christum iudicem | ***** |
| 11 | et dominum deum nostrum | **Vδζ** |
| 12 | promereamur obsequiis nostris. | **Pδ** |
| 13 | 2 Nam cum dicat Paulus apostolus: | **Tγ** |
| | *quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis* [Gal. 3, 27.], | |
| 14 | in captiuis fratribus nostris | **P1δ** |
| 15 | contemplandus est Christus | **P1γδ** |
| 16 | et redimendus de periculo captiuitatis, | **Ditr.** |
| 17 | qui nos redemit de periculo mortis, | **P1δ** |
| 18 | ut qui nos de diaboli faucibus exuit | **T2δ** |
| 19 | nunc ipse qui manet et habitat in nobis | **TTδε** |
| 20 | de barbarorum manibus exuatur | **Vδ** |
| 21 | et redimatur nummaria quantitate | **V3δ** |
| 22 | qui nos cruce redemit et sanguine; | **T2γδ** |
| 23 | qui idcirco haec fieri interim patitur, | **Tδ** |
| 24 | ut fides nostra temptetur | **P1γ** |
| 25 | an faciat unusquisque pro altero | **T2γδ** |
| 26 | quod pro se fieri uellet, | **Pδ** |
| 27 | si apud barbaros teneretur ipse captiuus. | **P1γ** |
| 28 | 3 Quis enim non | |

| | | |
|---|---|---|
| 29 | humanitatis memor | |
| 30 | et mutuae dilectionis admonitus, | **Tγ** |
| 31 | si pater est, | |
| 32 | illic esse nunc filios suos computet; | **Ton. Äqu. 4δζ/*** |
| 33 | si maritus est, | |
| 34 | uxorem suam illic captiuam teneri | **Pγ** |
| 35 | cum dolore pariter ac pudore uinculi maritalis existimet? | **T2γ** |
| 36 | Quantus uero communis omnibus nobis maeror atque cruciatus est | * |
| 37 | de periculo uirginum | **T2δ** |
| 38 | quae illic tenentur, | |
| 39 | pro quibus non tantum libertatis | **TTγ** |
| 40 | sed et pudoris iactura plangenda est | **T2γζ** |
| 41 | nec tam uincula barbarorum | **Vδ** |
| 42 | quam lenonum et lupanarum stupra deflenda sunt, | |
| 43 | ne membra Christo dicata | **Pγ/Ditr.** |
| 44 | et ad aeternum continentiae honorem pudica | * |
| 45 | uirtute deuota | **P1γ** |
| 46 | insultantium libidinis contagione foedentur. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **III** 1 Quae omnia istic secundum litteras uestras | **P1δ** |
| 2 | fraternitas nostra cogitans | |
| 3 | et dolenter examinans | **T2γ** |
| 4 | prompte omnes et libenter ac largiter | **Tγδ** |
| 5 | subsidia nummaria fratribus contulerunt, | **V3δ** |
| 6 | semper quidem secundum fidei suae firmitatem | **TTγ** |
| 7 | ad opus dei proni, | |
| 8 | nunc tamen magis ad opera salutaria | * |
| 9 | contemplatione tanti doloris accensi. | **P1γ** |
| 10 | Nam cum dominus in euangelio suo dicat: *infirmus fui, et uisitastis me* [Matt. 25, 36], | **Vδζ** |
| 11 | quanto cum maiore operis nostri mercede dicturus est: *„captiuus fui, et redemistis me“?* | **T2γζ** |
| 12 | Et cum denuo dicat: *in carcere fui, et uisitastis me,* | **P1δ** |
| 13 | quanto plus est cum coeperit dicere: | **T2δ** |
| 14 | „in carcere captiuitatis fui“, | |
| 15 | et clausus et uinctus | **P1γδ** |
| 16 | apud barbaros iacui | **Tδ** |
| 17 | et de carcere illo seruitutis | **TTγ/Ditr.** |
| 18 | liberastis me, | |
| 19 | cum iudicii dies uenerit | |
| 20 | praemium de domino recepturi? | **Vδ/1β** |
| 21 | 2 Denique maximas uobis gratias agimus | **Tδ** |
| 22 | quod nos uestrae sollicitudinis | |
| 23 | et tam bonae ac necessariae operationis | **TT** |
| 24 | participes esse uoluistis, | **TT1$^{2}$γ** |
| 25 | ut offerretis nobis agros uberes, | * |
| 26 | in quibus spei nostrae semina mitteremus, | **Vδ** |
| 27 | expectaturi messem de amplissimis fructibus | **T2δ** |
| 28 | qui de hac caelesti et salutari operatione proueniunt. | **Tγ** |
| 29 | Misimus autem sestertia centum milia nummorum, | **TTδ** |
| 30 | quae istic in ecclesia | |
| 31 | cui de domini indulgentia praesumus | **T2δ** |
| 32 | cleri et plebis apud nos consistentis collatione collecta sunt, | **T2γζ** |
| 33 | quae uos illic pro uestra diligentia dispensabitis. | **Ton. äqu. 4δ/*** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **IV** 1 Et optamus quidem | |
| 2 | nihil tale de cetero fieri | **Tδ** |
| 3 | et fratres nostros | |
| 4 | domini maiestate protectos | **P1γ** |
| 5 | ab eiusmodi periculis | |
| 6 | incolumes reseruari. | **Vδ** |
| 7 | Si tamen ad explorandam animi nostri caritatem | **P** |
| 8 | et examinandam nostri pectoris fidei | **Tδ** |
| 9 | tale aliquid acciderit, | |
| 10 | nolite cunctari nuntiare haec nobis | **P1γδ** |
| 11 | litteris uestris, | **P1δ** |
| 12 | pro certo habentes et scientes | **TTγδ/Ditr.** |
| 13 | ecclesiam nostram et fraternitatem istic uniuersam | **TTγ** |
| 14 | ne haec ultra fiant | |
| 15 | precibus orare, | **TTδ** |
| 16 | si facta fuerint, | * |
| 17 | libenter et largiter subsidia praestare. | **TTδ** |
| 18 | 2 Vt autem fratres nostros ac sorores, | **TTγδ** |
| 19 | qui ad hoc opus tam necessarium | * |
| 20 | prompte ac libenter operati sunt, | |
| 21 | ut semper operentur, | **TT1$^{2}$γ** |
| 22 | in mente habeatis | **TT1$^{2}$γ** |
| 23 | orationibus uestris | **P1δ** |
| 24 | et eis uicem boni operis | * |
| 25 | in sacrificiis et precibus repraesentetis, | |
| 26 | subsidi nomina singulorum, | **Vδ** |
| 27 | sed et collegarum quoque et consacerdotum nostrorum, | **Pγ** |
| 28 | qui et ipsi cum praesentes essent, | |
| 29 | et suo et plebis suae nomine | **2βδ/*** |
| 30 | quaedam pro uiribus contulerunt, | **V3δ** |
| 31 | nomina addidi | **Tδ** |
| 32 | et praeter quantitatem propriam nostram | **Pδ** |
| 33 | eorum quoque summulas significaui et misi, | **Pγδ** |
| 34 | quorum omnium | * |

| | | |
|---|---|---|
| 35 | secundum quod fides et caritas exigunt | **T2δ** |
| 36 | in orationibus et precibus uestris meminisse debetis. | **P1γ** |
| 37 | Optamus uos, | |
| 38 | fratres carissimi, | **Tγ** |
| 39 | in domino semper bene ualere | **Pγ** |
| 40 | et nostri meminisse. | **TTγ** |

## 2.49 Epistel 63

Cyprianus Caecilio fratri s.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **I** 1 Quamquam sciam, | |
| 2 | frater carissime, | **Tγ** |
| 3 | episcopos plurimos | **T2δ** |
| 4 | ecclesiis dominicis | |
| 5 | in toto mundo | |
| 6 | diuina dignatione praepositos | **Tγ** |
| 7 | euangelicae ueritatis ac dominicae traditionis tenere rationem | **TT1$^2$γ** |
| 8 | nec ab eo | |
| 9 | quod Christus magister et praecepit et gessit | **P1γδ** |
| 10 | humana et nouella institutione decedere, | **T2γ** |
| 11 | tamen quoniam quidam uel ignoranter uel simpliciter | |
| 12 | in calice dominico sanctificando | **P** |
| 13 | et plebi ministrando | **TTγ** |
| 14 | non hoc faciunt | |
| 15 | quod Iesus Christus | **Pδ** |
| 16 | dominus et deus noster | **1βδ** |
| 17 | sacrificii huius auctor et doctor | **P1γδ** |
| 18 | fecit et docuit, | **Tγδ** |
| 19 | religiosum pariter ac necessarium duxi | **P1δ** |
| 20 | de hoc ad uos litteras facere, | **Tδ** |
| 21 | ut si qui in isto errore adhuc tenebatur, | **(P)1β** |
| 22 | ueritatis luce perspecta | **P1γ** |
| 23 | ad radicem atque originem traditionis dominicae reuertatur. | **Vδ** |
| 24 | 2 Nec nos putes, | |
| 25 | frater carissime, | **Tγ** |
| 26 | nostra et humana conscribere | **T2γ** |
| 27 | aut ultronea uoluntate | **Vδ/1β** |
| 28 | hoc nobis audaciter adsumere, | |
| 29 | cum mediocritatem nostram | |
| 30 | semper humili et uerecunda moderatione teneamus. | **TT1$^2$γ** |
| 31 | Sed quando aliquid deo inspirante et mandante praecipitur, | **Tγ** |
| 32 | necesse est | |
| 33 | domino seruus fidelis obtemperet, | **T2γ** |
| 34 | excusatus apud omnes | **TTγε** |
| 35 | quod nihil sibi adroganter adsumat, | **P1γ** |
| 36 | qui offensam domini timere conpellitur, | **T2γ** |
| 37 | nisi faciat quod iubetur. | **Vδε** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **II** 1 Admonitos autem nos scias | **Pγδ** |
| 2 | ut in calice offerendo | **Vδ/Ditr.** |
| 3 | dominica traditio seruetur | **TTδ** |
| 4 | neque aliud fiat a nobis | **P1γδ** |
| 5 | quam quod pro nobis dominus prior fecit, | |
| 6 | ut calix | |
| 7 | qui in commemoratione eius offertur | **P1γ** |
| 8 | mixtus uino offeratur. | **TTγ** |
| 9 | Nam cum dicat Christus: *ego sum uitis uera* [Ioan. 15, 1], | |
| 10 | sanguis Christi non aqua est utique, sed uinum. | **TTδε** |
| 11 | 2 Nec potest uideri sanguis eius, | **TTγε/Ditr.** |
| 12 | quo redempti et uiuificati sumus, | |
| 13 | esse in calice, | **Tγδ** |
| 14 | quando uinum desit calici, | |
| 15 | quod Christi sanguis ostenditur, | **T2γ** |
| 16 | qui scripturarum omnium sacramento ac testimonio praedicetur. | **V3δ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **III** Inuenimus enim et in Genesi circa sacramentum Noe | |
| 2 | hoc idem praecucurisse | |
| 3 | et figuram dominicae passionis illic extitisse | **TTγ** |
| 4 | quod uinum bibit, | |
| 5 | quod inebriatus est, | |
| 6 | quod in domo sua nudatus est, | **gl. Akzentfolge** |
| 7 | quod fuit recubans | * |
| 8 | nudis et patentibus femoribus, | |
| 9 | quod nuditas illa patris | **Vδζ** |
| 10 | a medio filio denotata est | **4δθ/*** |
| 11 | et foras nuntiata, | **TTγ** |
| 12 | a duobus uero maiore et minore contecta, | **P1γ** |
| 13 | et cetera quae necesse non est exsequi, | |
| 14 | cum satis sit | |
| 15 | hoc solum conplecti | **Pγ** |
| 16 | quod Noe typum futurae ueritatis ostendens | **P1γ** |
| 17 | non aquam sed uinum biberit | * |
| 18 | et sic imaginem dominicae passionis expresserit. | **T2γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **IV** 1 Item in sacerdote Melchisedech | |
| 2 | sacrificii dominici sacramentum praefiguratum uidemus | **Pγ** |
| 3 | secundum quod scriptura diuina testatur et dicit: *et Melchisedech rex Salem protulit panem et uinum. Fuit autem sacerdos dei summi et benedixit Abraham.* [Gen. 14, 18]. | **P1γδ** |

4 Quod autem Melchisedech typum Christi portaret **Pγ**
5 declarat in psalmis spiritus sanctus **P1δ**
6 ex persona patris ad filium dicens: **P1δ**
*ante luciferum genui te. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech* [Ps. 109, 3. 4].
7 Qui ordo utique hic est **Pδ**
8 de sacrificio illo ueniens *
9 et inde descendens **P1γ**
10 quod Melchisedech sacerdos dei summi fuit, **TTγε**
11 quod panem et uinum optulit, *
12 quod Abraham benedixit. **Vδ**
13 Nam quis magis sacerdos dei summi **TTγε/1βδ**
14 quam dominus noster Iesus Christus **TTγε**
15 qui sacrificium deo patri optulit *
16 et optulit hoc idem
17 quod Melchisedech optulerat
18 id est
19 panem et uinum, **P1γδ**
20 suum scilicet corpus et sanguinem. **T2γδ**
21 2 Et circa Abraham benedictio illa praecedens **P1γ**
22 ad nostrum populum pertinebat. **Vδ**
23 Nam si Abraham deo credidit **2βδ/***
24 et deputatum est ei ad iustitiam,
25 utique quisque deo credit **TTγε**
26 et fide uiuit
27 iustus inuenitur **TTγ**
28 et iam pridem in Abraham fideli **TTδ**
29 benedictus et iustificatus ostenditur, **T2γ**
30 sicut beatus apostolus Paulus probat dicens: **TTγε**
*credidit Abraham deo et deputatum est ei ad iustitiam.*
31 Cognoscitis ergo **P1δ**
32 quia qui ex fide sunt
33 hi sunt filii Abrahae. **Tδ**
34 Prouidens autem scriptura **Pγ**
35 quia ex fide iustificat gentes deus,
*praenuntiauit Abrahae quia benedicentur in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt benedicti sunt cum fideli Abraham* [Gal. 3, 6-9].
36 Vnde in euangelio inuenimus
37 de lapidibus excitari **Vδ**
38 id est
39 ex gentibus colligi **T2δ**
40 filios Abrahae. **Tδ**
41 Et cum Zachaeum laudaret dominus, *
42 respondit et dixit: **P1γδ**
*salus hodie domui huic facta est, quia et hic filius est Abrahae.* [Luc. 19, 9.]
43 3 Vt ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotem
44 benedictio circa Abraham posset rite celebrari, **TT1$^2$γ**
45 praecedit ante imago sacrificii *
46 in pane et uino scilicet constituta; **V3δ**
47 quam rem perficiens et adimplens **Vδε**
48 dominus panem et calicem mixtum uino optulit, *
49 et qui est plenitudo **TTβγ/Ditr.**
50 ueritatem praefiguratae imaginis adimpleuit. **Vδ**

1 **V** 1 Sed et per Salomonem
2 spiritus sanctus typum dominici sacrificii ante praemonstrat, **P1γ**
3 immolatae hostiae et panis et uini **P1γδ**
4 sed et altaris et apostolorum faciens mentionem. **Vδ**
*Sapientia,*
5 inquit,
*aedificauit sibi domum et subdidit columnas septem. Mactauit suas hostias, miscuit in cratera uinum suum et parauit suam mensam. Et misit suos seruos, conuocans cum excelsa praedicatione ad craterem dicens: qui est insipiens declinet ad me. Et egentibus sensu dixit: uenite, edite de meis panibus et bibite uinum quod miscui uobis* [Prou. 9, 1-5].
6 Vinum mixtum declarat, **Pγ**
7 id est,
8 calicem domini aqua et uino mixtum
9 prophetica uoce praenuntiat, **T2γ**
10 ut adpareat
11 in passione dominica id esse gestum **Ditr.**
12 quod fuerat ante praedictum. **P1γ**

1 **VI** 1 In benedictione quoque Iudae **TT1$^2$γε**
2 hoc idem significatur, **P**
3 ubi et illic Christi figura exprimitur, **Tγ**
4 quod a fratribus suis laudari et adorari haberet, **Pγ**
5 quod inimicorum dorsa cedentium atque fugientium manibus **Tδ**
6 quibus crucem pertulit *
7 et mortem uicit conpressurus fuisset **Pγ/Ditr.**
8 quodque ipse sit leo de tribu Iuda
9 et recubet dormiens in passione
10 et surgat et sit ipse spes gentium. **T2γδ**
11 2 Quibus scriptura diuina adiungit et dicit: **P1γδ**
*lauabit in uino stolam suam et in sanguine uuae amictum suum* [Gen. 49, 11].
12 Quando autem sanguis uuae dicitur, *
13 quid aliud quam uinum calicis dominici sanguis ostenditur? **T2γ**

1 **VII** 1 Nec non et apud Esaiam
2 hoc idem spiritus sanctus de domini passione testatur dicens:

*quare rubicunda sunt uestimenta tua, et indumenta tua uelut calcatione torcularis pleni et percalcati?* [Ps. 63, 2.]

3 Numquid rubicunda uestimenta aqua potest facere *

4 aut in torculari aqua est

5 quae pedibus calculatur **Vδ**

6 uel praelo exprimitur? **Tγ**

7 Vini utique mentio ideo ponitur, **Tδ**

8 ut domini sanguis uino intellegatur **Vγ**

9 et quod in calice dominico

10 postea manifestatum est *

11 prophetis adnuntiantibus praedicaretur. **P1**

12 2 Torcularis quoque calcatio et pressura taxatur, **P1γ**

13 quia quomodo ad potandum uinum ueniri non potest **Pγδ**

14 nisi botrus calcetur ante et prematur, **TTγδ**

15 sic nec nos sanguinem Christi possemus ebibere, **Tγ**

16 nisi Christus calcatus prius fuisset et pressus **P1γδ**

17 et calicem prior biberet, *

18 quo credentibus propinaret. **Vδ**

1 **VIII** Quotienscumque autem aqua sola in scripturis sanctis nominatur, **TTγ**

2 baptisma praedicatur, **TTγ**

3 ut apud Esaiam significari uidemus. **Pγ**

*Nolite,*

4 inquit,

*priora meminisse et antiqua nolite reputare. Ecce ego facio noua, quae nunc orientur, et cognoscetis, et faciam in deserto uiam, et flumina in loco inaquoso adaquare genus meum electum, plebem meam quam adquisiui, ut uirtutes meas exponeret.* [Is. 43, 18-21].

5 Praenuntiauit illic per prophetam deus

6 quod apud gentes in locis **Pγδ**

7 quae inaquosa prius fuissent **Pγ**

8 flumina postmodum redundarent **Vδ**

9 et electum genus dei, **TTγε**

10 id est

11 per regenerationem baptismi filios dei factos, adaquarent. **TTγ**

12 2 Item denuo praecanitur et ante praedicitur Iudaeos, **TTδ**

13 si sitierint

14 et Christum quaesierint, **Tγ**

15 apud nos esse poturos, **P1γ**

16 id est

17 baptismi gratiam consecuturos. **P1**

*Si sitierint,*

18 inquit,

*per deserta, adducet illis aquam, de petra producet illis, findetur petra et fluet aqua et bibet plebs mea* [Is. 48, 21.].

19 Quod in euangelio adimpletur, **Vδ**

20 quando Christus

21 qui est petra **gl. Akzentfolge**

22 finditur ictu lanceae in passione; **Ditr.**

23 3 qui et admonens

24 quid per prophetam sit ante praedictum **P1γ**

25 clamat et dicit: **P1γδ**

*si quis sitit, ueniat et bibat, qui credit in me. Sicut scriptura dicit, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae* [Io. 7, 37-39].

26 Atque ut magis posset esse manifestum **TT1$^{2}$γ**

27 quia non de calice

28 sed de baptismo **Pβγ**

29 illic loquitur dominus, **Tδ**

30 addidit scriptura dicens: **Ditr.**

*hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant qui in eum credebant.*

31 Per baptisma enim spiritus sanctus accipitur, **Tγ**

32 et sic baptizatis **Ditr.**

33 et spiritum sanctum consecutis **TTγ/Ditr.**

34 ad bibendum calicem domini peruenitur. **Vδ**

35 4 Neminem autem moueat **Ton. Äqu. 4δζ/***

36 quod

37 cum de baptismo loquatur scriptura diuina **P1γ**

38 sitire nos dicit et bibere, **Tγδ**

39 quando et dominus in euangelio dicat: **P1δ**

*beati sitientes et esurientes iustitiam* [Matth. 5, 6.],

40 quia quod auida et sitienti cupiditate suscipitur **Tγ**

41 plenius et uberius hauritur. **TTδ**

42 Sicut et alio loco **Pδ**

43 ad Samaritanam mulierem **Tγ**

44 dominus loquitur dicens: **Pδ**

*omnis qui biberit ex aqua ista, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dedero, non sitiet in aeternum.* [Io, 4, 13, 14.]

45 Quo et ipso baptisma salutaris aquae significatur, **P**

46 quod semel scilicet sumitur **T2δ**

47 nec rursus iteratur. **TT1$^{2}$γ**

48 Ceterum calix domini in ecclesia semper et sititur et bibitur. **Tγδ**

1 **IX** 1 Nec argumentis plurimis opus est, **Tδζ**

2 frater carissime, **Tγ**

3 ut probemus **Ditr.**

4 appellatione aquae

5 baptisma significatum semper esse **Ditr.**

6 et sic nos intellegere debere, **TTδ**

7 quando dominus adueniens
8 baptismi et calicis manifestauerit ueritatem, **V3δ**
9 qui aquam illam fidelem, **Pγ**
10 aquam uitae aeternae, **Pγ**
11 praeceperit credentibus in baptismo dari,
12 calicem uero docuerit exemplo magisterii sui **Pδ**
13 uini et aquae coniunctione misceri. **P1γ**
14 2 Calicem etenim sub die passionis accipiens **Tγ**
15 benedixit et dedit discipulis suis dicens: **Vδζ**
*bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico uobis, non bibam amodo ex ista creatura uitis usque in diem illum quo uobiscum bibam nouum in regno patris me.* [Matth. 26, 28, 29.]
16 Qua in parte inuenimus **TTγ/Ditr.**
17 calicem mixtum fuisse **Pγ**
18 quem dominus optulit **Tδ**
19 et uinum fuisse **Pγ**
20 quod sanguinem suum dixit. **Vδζ/1βδ**
21 3 Vnde apparet **P1γ**
22 sanguinem Christi non offerri,
23 si desit uinum calici, *
24 nec sacrificium dominicum legitima santificatione celebrari, **TT1$^2$γ**
25 nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit passioni. **V3δ**
26 Quomodo autem **Pδ**
27 de creatura uitis
28 nouum uinum cum Christo in regno patris bibemus, **Pγ**
29 si in sacrificio dei patris et Christi **Pγδ**
30 uinum non offerimus *
31 nec calicem domini dominica traditione miscemus? **P1γ**

1 **X** 1 Beatus quoque apostolus Paulus **P1δ**
2 a domino electus et missus **Pγδ**
3 et praedicator ueritatis euangelicae constitutus **Vδ**
4 haec eadem in epistula sua ponit dicens:
*Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem et gratias egit et fregit et dixit: hoc est corpus meum, quod pro uobis est. Hoc facite in meam commemorationem. Simili modo et calicem postquam cenatum est accepit dicens: hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite quotienscumque biberitis in meam commemorationem. Quotienscumque enim ederitis panem istum et calicem biberitis, mortem domini adnuntiatis quoadusque ueniat.* [I Cor. 11, 23-26.]
5 2 Quod si et a domino praecipitur
6 et ab apostolo eius **P1δ**
7 hoc idem confirmatur et traditur, **T2γδ**
8 ut quotienscumque biberimus, **Tγ**
9 in commemorationem domini *
10 hoc faciamus **Pβ**
11 quod fecit et dominus, **Tγδ**
12 inuenimus non obseruari a nobis **Pγδ**
13 quod mandatum est,
14 nisi eadem
15 quae dominus fecit **Pδ**
16 nos quoque faciamus **TTγ**
17 et calicem pari ratione miscentes **P1γ**
18 a diuino magisterio non recedamus. **(P)1β**
19 3 Ab euangelicis autem praeceptis omnino non recedendum esse
20 et eadem quae magister docuit et fecit **TTδε**
21 discipulos quoque obseruare et facere debere **TTδ**
22 constantius et fortius
23 alio in loco **TTδε**
24 beatus apostolus docet dicens: **Vδζ**
*miror quod sic tam cito demutamini ab eo qui uos uocauit ad gratiam, ad aliud euangelium, quod non est aliud, nisi si sunt aliquid qui uos turbant aut uolunt conuertere euangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de caelo aliter adnuntiet praeterquam quod adnuntiauimus uobis, anathema sit. Sicut praediximus, et nunc iterum dico: si quis uobis adnuntiauerit praeterquam quod acceptistis, anathema sit.* [Gal. 1, 6-9.]

1 **XI** 1 Cum ergo neque ipse apostolus **Tγ**
2 neque angelus de caelo **TTδε**
3 adnuntiare possit aliter aut docere **Vδε**
4 praeterquam quod semel Christus docuit *
5 et apostoli eius adnuntiauerunt, **(P)1**
6 miror satis
7 unde hoc usurpatum sit **Ton. Äqu. 4γδθ/***
8 ut contra euangelicam et apostolicam disciplinam **Vδ**
9 quibusdam in locis aqua offeratur **TTγ/Ditr.**
10 in dominico calice, **Tδ**
11 quae sola Christi sanguinem non possit exprimere. **Tγ**
12 2 Cuius rei sacramentum nec in psalmis tacet spiritus sanctus **P1δ**
13 faciens mentionem dominici calicis et dicens: **TTδε**
*calix tuus inebrians perquam optimus.* [Psalm 22, 6.]
14 Calix autem qui inebriat utique uino mixtus est. *
15 Neque enim aqua inebriare quemquam potest.
16 3 Sic autem calix dominicus inebriat
17 ut Noe in Genesi uinum bibens inebriatus est. **Tζ**

18 Sed qui ebrietas dominici calicis et sanguinis non est talis **Vδεζ**
19 qualis est ebrietas uini saecularis, **TTγ**
20 cum diceret spiritus sanctus in psalmo **P1γδ**
*calix tuus inebrians,*
21 addidit
*perquam optimus,*
22 quod scilicet calix dominicus sic inebriet
23 ut sobrios faciat, **Tδ**
24 ut mentes ad spiritalem sapientiam redigat, **Tδ**
25 ut a sapore isto saeculari **TTγ**
26 ad intellectum dei
27 unusquisque resipiscat, **TT1**$^{2}$**γ**
28 et quemadmodum uino isto communi mens soluitur **Tγδ**
29 et anima relaxatur **Vδ**
30 et tristitia omnis exponitur, **T2γ**
31 ita et poto sanguine domini **Tδ**
32 et poculo salutari **Vδ/1β**
33 exponatur memoria ueteris hominis **Tδ**
34 et fiat obliuio conuersationis pristinae saecularis **V3δ**
35 et maestum pectus ac triste **P1γδ**
36 quod prius peccatis angentibus premebatur **Vδ**
37 diuinae indulgentiae laetitia resoluatur; **Vδ**
38 quod tunc demum potest laetificare **P**
39 in ecclesia domini bibentem, **TTδ**
40 si quod bibitur
41 dominicam teneat ueritatem. **Vδ**

1 **XII** 1 Quam uero peruersum est quamque contrarium, **T2γ**
2 ut cum dominus in nuptiis de aqua uinum fecerit,*
3 nos de uino aquam faciamus, **TTγ**
4 cum sacramentum quoque rei illius **Pγ**
5 admonere et instruere nos debeat,
6 ut in sacrificiis dominicis
7 uinum potius offeramus. **Vδ**
8 Nam quia apud Iudaeos defecerat gratia spiritalis, **V3δ**
9 defecit et uinum: **P1γδ**
*uinea enim domini sabaoth domus erat Israel.*
10 2 Christus autem docens et ostendens **TTγδ**
11 gentium populum succedere
12 et in locum quem Iudaei perdiderant **Tγ**
13 nos postmodum merito fidei peruenire, **Vδ**
14 de aqua uinum fecit, **TTγε**
15 id est
16 quod ad nuptias Christi et ecclesiae
17 Iudaeis cessantibus
18 plebs magis gentium conflueret et conueniret ostendit. **P1γ**
19 Aquas namque populos significari **P**
20 in apocalypsi scriptura diuina declarat dicens:
*aquae quas uidisti, super quas sedet meretrix illa, populi et turbae et gentes ethnicorum sunt et linguae.* [Apoc. 17, 15.]
21 Quod scilicet perspicimus et sacramento calicis contineri. **Vδ**

1 **XIII** 1 Nam quia nos omnes portabat Christus
2 qui et peccata nostra portabat, **P1γ**
3 uidemus in aqua populum intellegi,
4 in uino uero ostendi sanguinem Christi. **P1δ**
5 Quando autem in calice uino aqua miscetur, **Pγ**
6 Christo populus adunatur **Vδ**
7 et credentium plebs **Ditr.**
8 ei in quem credidit **Tγδ**
9 copulatur et iungitur. **T2γδ**
10 2 Quae copulatio et coniunctio aquae et uini **Pγδ**
11 miscetur in calice domini **Tδ**
12 ut conmixtio illa non possit ab inuicem separari. **V3δ**
13 Vnde ecclesiam **T2γ**
14 id est
15 plebem in ecclesia constitutam **V3δ**
16 fideliter et firmiter
17 in eo quod credidit **Tγδ**
18 perseuerantem **P1**
19 nulla res separare poterit a Christo **TTδε**
20 quo minus haereat semper et maneat **Tγδ**
21 indiuidua dilectio.
22 3 Sic autem in sanctificando calice domini **Tδ**
23 offerri aqua sola non potest **Pγδ**
24 quomodo nec uinum solum potest. **TTγε**
25 Nam si uinum tantum quis offerat, **Tγδ**
26 sanguis Christi incipit esse sine nobis. **TT1**$^{2}$**γε**
27 Si uero aqua sit sola, **Pγδ**
28 plebs incipit esse sine Christo. **TTγε**
29 Quando autem utrumque miscetur **P1γ**
30 et adunatione confusa **P1γ**
31 sibi inuicem copulatur, **V3δ**
32 tunc sacramentum spiritale et caeleste perficitur. **Tγ**
33 4 Sic uero calix domini non est aqua sola aut uinum solum,
34 nisi utrumque sibi misceatur, **TTγ**
35 quomodo nec corpus domini potest esse farina sola **Ditr.**
36 aut aqua sola, **gl. Akzentfolge**
37 nisi utrumque adunatum fuerit *

38 et copulatum

39 et panis unius conpage solidatum. **TT1$^2$γ**

40 5 Quo et ipso sacramento **TTγ**

41 populus noster ostenditur adunatus, **Vδ**

42 ut quemadmodum grana multa in unum collecta et conmolita et conmixta **TTγδ**

43 panem unum faciunt, *

44 sic in Christo

45 qui est panis caelestis **Pγ**

46 unum sciamus esse corpus, **TTγε/Ditr.**

47 cui coniunctus sit noster numerus et adunatus. **(Pβ)**

1 **XIV** 1 Non est ergo,

2 frater carissime, **Tγ**

3 quod aliquis existimet

4 sequendam esse quorundam consuetudinem, **T2**

5 si qui in praeteritum

6 in calice dominico

7 aquam solam offerendam putauerunt; **TTγ**

8 quaerendum est enim **Pγδ**

9 ipsi quem sint secuti.

10 Nam si in sacrificio quod Christus optulit *

11 non nisi Christus sequendus est, **Tγζ**

12 utique id nos obaudire et facere oportet **TTδ**

13 quod Christus fecit

14 et quod faciendum esse mandauit, **P1γ**

15 quando ipse in euangelio dicat: **P1δ**

*si feceritis quod mando uobis, iam non dico uos seruos, sed amicos.* [Ioan. 15, 14-15.]

16 Et quod Christus debeat solus audiri, **P1γ**

17 pater etiam de caelis contestatur dicens:

*hic est filius meus dilectissimus, in quo bene sensi, ipsum audite.* [Matth. 17, 5.]

18 2 Quare si solus Christus audiendus est, *

19 non debemus adtendere **T2γ**

20 quid aliquis ante nos faciendum putauerit, **Tγ**

21 sed quid qui ante omnes est Christus prior fecerit.*

22 Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, **Pγ**

23 sed dei ueritatem, **TTγ**

24 cum per Esaiam prophetam deus loquatur et dicat: **P1γδ**

*sine causa autem colunt me, mandata et doctrinas hominum docentes* [Is. 29, 13.],

25 et iterum dominus in euangelio hoc idem repetat dicens: **Pδ**

*reicitis mandatum dei ut traditionem uestram statuatis.* [Marc. 7, 9.]

26 Sed et alio in loco **TTδ**

27 ponit et dicit: **P1γδ**

*qui soluerit unum ex mandatis istis minimis et sic docuerit homines, minimus uocabitur in regno caelorum* [Matth. 5, 19.]

28 3 Quod si nec minima de mandatis dominicis licet soluere, *

29 quanto magis tam magna, tam grandia, **T2γδ**

30 tam ad ipsum dominicae passionis et nostrae redemptionis sacramentum pertinentia

31 fas non est infringere **(Tβγ)**

32 aut in aliud

33 quam quod diuinitus institutum sit **Ton. Äqu. 4δθ/***

34 humana traditione mutare? **P1γ**

35 4 Nam si Iesus Christus dominus et deus noster **(P)1βδ**

36 ipse est summus sacerdos dei patris **TTγε**

37 et sacrificium patri se ipsum primus optulit *

38 et hoc fieri in sui commemoratione praecepit, **P1γ**

39 utique ille sacerdos uice Christi uere fungitur *

40 qui id quod Christus fecit imitatur **TT1$^2$γ**

41 et sacrificium uerum et plenum **P1γδ**

42 tunc offert in ecclesia deo patri, **Vδζ**

43 si sic incipiat offerre **TTδ**

44 secundum quod ipsum Christum uideat optulisse. **Vδ**

1 **XV** 1 Ceterum omnis religionis et ueritatis disciplina subuertitur, **T2γ**

2 nisi id

3 quod spiritaliter praecipitur

4 fideliter reseruetur, **Vδ**

5 nisi si in sacrificiis matutinis hoc quis ueretur, **Ditr.**

6 ne per saporem uini redoleat sanguinem Christi. **P1δ**

7 Sic ergo incipit et a passione Christi

8 in persecutionibus fraternitas retardari, **Vδ**

9 dum in oblationibus discit **P1δ**

10 de sanguine eius et cruore confundi. **P1γ**

11 2 Porro autem dominus in euangelio dicit: **P1δ**

*qui confusus me fuerit, confundetur eum filius hominis.* [Marc. 8, 38.]

12 Et apostolus quoque loquitur dicens: **Pδ**

*si hominibus placerem, Christi seruus non essem.* [Gal. 1, 10.]

13 Quomodo autem possumus propter Christum sanguinem fundere, **T2δ**

14 qui sanguinem Christi erubescimus bibere? **Tδ**

1 **XVI** 1 An illa sibi aliquis contemplatione blanditur, **P1γ**

2 quod etsi mane aqua sola offeri uidetur, **Pγ**

3 tamen cum ad cenandum uenimus, **Pγ**

4 mixtum calicem offerimus?

5 Sed cum cenamus,

6 ad conuicium nostrum **P1δ**

7 plebem conuocare non possumus, **T2γδ**

8 ut sacramenti ueritatem **TTγ/Ditr.**

9 fraternitati omni praesente celebremus. **TT1**$^{2}$**γ**

10 2 At enim non mane, **Pγδ**

11 sed post cenam

12 mixtum calicem optulit dominus. **Tδ**

13 Numquid ergo dominicum post cenam celebrare debemus, **P1γ**

14 ut sic mixtum calicem frequentandis dominicis offeramus? **Vδ**

15 Christum offerere oportebat **TTγ**

16 circa uesperam diei, **Tδ**

17 ut hora ipsa sacrificii *

18 ostenderet occasum et uesperam mundi, **P1δ**

19 sicut in Exodo scriptum est:

*et occident illum omne uulgus synagogae filiorum Israel ad uesperam.* [Ex. 12, 6.]

20 Et iterum in psalmis: **TTδε**

*adleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum.* [Psalm. 140, 2.]

21 Nos autem resurrectionem domini mane celebramus. **TTγ**

1 **XVII** 1 Et quia passionis eius mentionem **TTγ/Ditr.**

2 in sacrificiis omnibus facimus, **Tδ**

3 passio est enim domini sacrificium quod offerimus, **Ton. Äqu. 4δε/***

4 nihil aliud quam quod ille fecit **Ditr.**

5 facere debemus. **TTδ**

6 Scriptura enim dicit **TTγε**

7 ut quotienscumque calicem in commemorationem domini et passionis eius offerimus, **Tγ**

8 id quod constat dominum fecisse faciamus. **TT1**$^{2}$**γ**

9 2 Et uiderit,

10 frater carissime, **Tγ**

11 si quis de antecessoribus nostris **P1δ**

12 uel ignoranter uel simpliciter

13 non hoc obseruauit et tenuit **Tγδ**

14 quod nos dominus facere exemplo et magisterio suo docuit, **Ton. Äqu. 4δζ/***

15 potest simplicitati eius

16 de indulgentia domini **Tδ**

17 uenia concedi: **TTδ**

18 nobis uero non poterit ignosci, **TTδ**

19 qui nunc a domino admoniti et instructi sumus,

20 ut calicem dominicum uino mixtum, **Vδζ**

21 secundum quod dominus optulit, offeramus **Vδ**

22 et de hoc quoque ad collegas nostros litteras dirigamus, **V3δ**

23 ut ubique lex euangelica et traditio dominica seruetur **TTδ**

24 et ab eo

25 quod Christus et docuit et fecit **TTδε**

26 non recedatur. **(P1β)**

1 **XVIII** 1 Quae ultra iam contemnere et in errore pristino perseuerare **P1**

2 quid aliud est

3 quam incurrere in obiurgationem domini *

4 increpantis in psalmo et dicentis: **TTγδ**

*ad quid exponis iustificationes meas et adsumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinam et abiecisti sermones meos retro. Si uidebas furem, concurrebas ei et inter moechos particulam tuam ponebas.* [Ps. 49, 16. 18.]

5 Exponere enim iustificationes et testamentum domini *

6 et non hoc idem facere **Tβδ**

7 quod fecerit dominus, **Tδ**

8 quid aliud est

9 quam sermones eius abicere **Tγ**

10 et disciplinam dominicam contemnere

11 nec terrena sed spiritalia furta et adulteria committere?

12 Dum quis de euangelica ueritate **Vδ**

13 furatur domini nostri uerba et facta, **P1γδ**

14 et corrumpit atque adulterat **Tγ**

15 praecepta diuina. **P1γ**

16 2 Sicut apud Hieremiam scriptum est:

*quid est,*

17 inquit,

*paleis ad triticum? Propter hoc ecce ego ad prophetas, dicit dominus, qui furantur uerba mea unusquisque a proximo suo, et seducunt populum meum in mendaciis suis et in erroribus suis.* [Hier 23, 28, 30, 32.]

18 Item apud eundem alio loco: **Pδ**

*et moechata est,*

19 inquit,

*lignum et lapidem, et in his omnibus non est reuersa ad me.* [Hier, 3, 9-10.]

20 Quod furtum et adulterium *

21 ne in nos etiam cadat **Pδ**

22 cauere sollicite **Tγ**

23 et timide ac religiose obseruare debemus. **P1γ**

24 3 Nam si sacerdotes dei et Christi sumus,

25 non inuenio *

26 quem magis sequi quam deum et Christum debeamus, **TTγ**

27 quando ipse in euangelio maxime dicat: **P1δ**
*ego sum lumen saeculi. Qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitae.* [Ioan. 8, 17.]

28 Ne ergo in tenebris ambulemus,

29 Christum sequi et praecepta eius obseruare debemus, **P1γ**

30 quia et ipse alio in loco mittens apostolos dixit:
*data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Ite ergo et docete gentes omnes tinguentes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti, docentes eos obseruare omnia quaecumque praecepi uobis.* [Matth. 38, 18-20.]

31 4 Quare si in lumine Christi ambulare uolumus, *

32 a praeceptis et monitis eius non recedamus **(P)1β**

33 agentes gratias, *

34 quod dum instruit in futurum **Vδε**

35 quid facere debeamus, **Vδ**

36 de praeterito ignoscit **TTδ**

37 quod simpliciter errauimus.

38 Et quia iam secundus eius aduentus nobis adpropinquat, **TTγ**

39 magis ac magis **Pγδ**

40 benigna eius et larga dignatio **T2γ**

41 corda nostra luce ueritatis inluminat. **T2γ**

1 **XIX** Religioni igitur nostrae congruit et timori **Vδε**

2 et ipsi loco atque officio sacerdotii nostri, **P1δ**

3 frater carissime, **Tγ**

4 in dominico calice miscendo et offerendo

5 custodire traditionis dominicae ueritatem **Vδ**

6 et quod prius apud quosdam uidetur erratum **P1γ**

7 domino monente corrigere, **Tγ**

8 ut cum in claritate sua

9 et maiestate caelesti **P1γ**

10 uenire coeperit,

11 inueniat nos tenere quod monuit, **Tγδ**

12 obseruare quod docuit, **Tγδ**

13 facere quod fecit. **TTδε**

14 Opto te,

15 frater carissime, **Tγ**

16 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.50 Epistel 65

Cyprianus Epicteto fratri et plebi Assuras consistenti s.

1 **I** 1 Grauiter et dolenter motus sum, *

2 fratres carissimi, **Tγ**

3 quod cognouerim *

4 Fortunatianum quondam apud uos episcopum *

5 post grauem lapsum ruinae suae

6 pro integro nunc agere uelle **Pδ**

7 et episcopatum sibi uindicare coepisse. **P1γ**

8 2 Quae res contristauit me,

9 primo propter ipsum

10 qui miser uel diaboli tenebris in totum excaecatus **TTγ**

11 uel quorundam sacrilega persuasione deceptus, **P1γ**

12 cum debeat satisfacere *

13 et ad dominum exorandum **Vδ**

14 diebus ac noctibus **T2γδ**

15 lacrimis et orationibus et precibus incumbere,

16 audet sibi adhuc sacerdotium quod prodidit uelle uindicare, **TTγ**

17 quasi post aras diaboli accedere

18 et altare dei fas sit

19 aut non maiorem in se iram et indignationem domini *

20 in die iudicii prouocet, **Tδ**

21 qui cum fidei et uirtutis dux

22 fratribus esse non potuerit,

23 perfidiae et audaciae et temeritatis magister existat **P1γ**

24 et qui non docuit fratres in proelio fortiter stare, **P1δ**

25 doceat eos qui uicti et prostrati sunt nec rogare, **Vγδε**

26 cum dominus dicat: **Pδ**
*3 illis fudistis libamina et illis inposuistis sacrificia, super haec non indignabor? dicit dominus* [Is. 57, 6.];

27 et alio loco: **Pδ**
*sacrificans diis eradicabitur, nisi domino soli* [Ex. 22, 19.];

28 item dominus denuo loquatur et dicat: **P1γδ**
*adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, et curuatus est homo et humiliatus est uir, et non laxabo illis* [Is. 2, 8, 9.],

29 in apocalypsi quoque legamus iram domini conminantis et dicentis: **TTγδ**
*si quis adorat bestiam et imaginem eius et accipit notam in fronte sua et in manu, bibet et ipse de uino irae dei mixto in poculo irae eius et punietur igne et sulphure sub oculis sanctorum angelorum et sub oculis agni. Et fumus de tormentis eorum in saecula saeculorum ascendet: nec habebunt requiem die et nocte qui adorant bestiam et imaginem eius.* [Apoc. 14, 9-11.]

1 **II** 1 Cum ergo haec tormenta, haec supplicia in die iudicii **Tγ**

2 dominus comminetur his

3 qui diabolo obtemperant

4 et idolis sacrificant, **Tγ**

5 quomodo se putat posse agere pro dei sacerdote **TTγ**
6 qui obtemperauit et seruiuit diaboli sacerdotibus,*****
7 aut quomodo putat **Pδ**
8 manum suam transferri posse
9 ad dei sacrificium *****
10 et precem domini **gl. Akzentfolge**
11 quae captiua fuerit sacrilegio et crimini,
12 quando in scripturis diuinis **Pγ**
13 deus ad sacrificium prohibeat accedere sacerdotes **Vδ**
14 etiam in leuiore crimine constitutos **Vδ**
15 et in Leuitico dicat: **P1δ**
*homo in quo fuerit uitium et macula non accedet offerre dona deo.* [Lev. 21, 17.]
16 Item in Exodo:
*et sacerdotes qui accedunt ad dominum deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos dominus.* [Ex. 19, 22.]
17 Et iterum:
*et qui accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.* [Ex. 19, 31.]
18 2 Qui ergo grauia delicta in se adduxerunt,
19 id est
20 qui idolis sacrificando **P**
21 sacrilega sacrificia fecerunt, **TTδ**
22 sacerdotium dei sibi uindicare non possunt **P1γδ**
23 nec ullam in conspectu eius precem pro fratribus facere, **Tδ**
24 quando in euangelio scriptum sit: **Tδζ**
*deus peccatorem non audit, sed si qui deum coluerit et uoluntatem eius fecerit, illum audit.* [Ioan. 9, 31.]
25 Quamuis sic quorundam pectora *****
26 tenebrarum ingruentium profunda caligo caecauerit, **Tγ**
27 ut de praeceptis salubribus **Tγ**
28 nihil lucis admittant, **P1γ**
29 semel a recto limite ueri itineris auersi **TTδ**
30 per praeceps et abruptum criminum suorum **TTδ**
31 nocte atque errore rapiantur. **TT1$^2$γ**

1 **III** 1 Nec mirum
2 si consilia nostra aut domini praecepta nunc abnuunt **T2γδ**
3 qui dominum negauerunt. **Vδ**
4 Stipes et oblationes et lucra desiderant, **Tδ**
5 quibus prius insatiabiles incubabant, **V3δ**
6 et cenis atque epulis *****
7 etiam nunc inhiant,
8 quarum crapulam nuper superstitem in dies cruditate ructabant, **P1γ**
9 nunc manifestissime conprobantes **V3δ**
10 nec ante se religioni,
11 sed uentri potius et quaestui
12 profana cupiditate seruisse. **P1γ**
13 2 Vnde et ipsam uenisse perspicimus et credimus
14 de dei exploratione censuram, **P1γ**
15 ne apud altare consistere et contractare ulterius perseuerarent pudorem incesti, **P1γ**
16 fidem perfidi,
17 religionem profani, **Pγ**
18 diuina terreni, **P1γ**
19 sancta sacrilegi. **Tγ**
20 3 Quod ne tales ad altaris inpiamenta et contagia fratrum denuo redeant **Tδ**
21 omnibus uiribus excubandum est, **Ton. Äqu. 4δθ/***
22 omni uigore nitendum **P1γ**
23 ut quantum possumus *****
24 ab hac eos sui sceleris audacia retundamus, **Vδ**
25 ne adhuc agere pro sacerdote conentur **P1γ**
26 qui ad mortis extrema deiecti **P1γ**
27 ultra lapsus laicos *****
28 ruinae maioris pondere proruerunt. **Vδ**

1 **IV** 1 Si uero apud insanos furor insanabilis perseuerauerit **T2**
2 et recedente spiritu sancto **P1δ**
3 quae coepit caecitas *****
4 in sua nocte permanserit, **T2γ**
5 consilium nobis erit **Vδζ**
6 singulos fratres ab eorum fallacia separare, **V3δ**
7 et,
8 ne quis in laqueos erroris incurrat, **P1γ**
9 ab eorum contagione secernere, **T2γ**
10 quando nec oblatio sanctificari illic possit **TTγε**
11 ubi sanctus spiritus non sit **P1δε**
12 nec cuiquam dominus per eius orationes et preces prosit,
13 qui dominum ipse uiolauit. **TT1$^2$γ**
14 2 Quod si Fortunatianus aut inmemor criminis sui **Pδ**
15 per diaboli caecitatem **Vδ**
16 aut minister et seruus diaboli factus **Pδ**
17 ad decipiendam fraternitatem
18 in hoc suo furore permanserit, **T2γ**
19 uos quantum potestis elaborate **P1**
20 et in hac caligine diaboli saeuientis **Vδ/Ditr.**
21 fratrum mentes ab errore reuocate, **TT1$^2$γ**
22 ne alienae dementiae facile consentiant,

23 nec se desperatorum delictis participes faciant, **Tδ**

24 sed teneant integri salutis suae tenorem **Pγ**

25 et integritatis conseruatae a se et custoditae perpetuum uigorem. **TTδ**

1 **V** 1 Lapsi uero magnitudinem delicti sui cognoscentes **TTγ**

2 a deprecando domino non recedant **Vδζ**

3 nec ecclesiam catholicam,

4 quae una et sola est a domino constituta, **Vδ**

5 derelinquant,

6 sed satisfactionibus inmorantes **Vδ**

7 et domini misericordiam deprecantes **V3δ**

8 ad ecclesiam pulsent, **P1δ**

9 ut recipi illuc possint ubi fuerunt **Pγ**

10 et ad Christum redeant *

11 a quo recesserunt. **(P)1β**

12 Nec audiant eos **Pδ**

13 qui se falsa et mortali seductione decipiunt, **Tγ**

14 cum scriptum sit:

*nemo uos decipiat inanibus uerbis. Propterea enim uenit ira dei super filios contumaciae. Nolite ergo esse participes eorum.* [Eph. 5, 6. 7. ]

15 Ergo contumaces **TTγ**

16 et deum non timentes **TTγδ**

17 et ab ecclesia in totum recedentes **TTγ**

18 nemo comitetur. **TTγ**

19 2 Quod si quis inpatiens fuerit ad deprecandum dominum *

20 qui offensus est

21 et nobis obtemperare noluerit, **Tγ**

22 sed desperatos et perditos secutus fuerit, *

23 sibi inputabit **TTγ/Ditr.**

24 cum iudicii dies uenerit. **Ton. Äqu. 4δζ/***

25 Quomodo enim deprecari in die illo dominum poterit **Tδ**

26 qui et ante hoc Christum et nunc quoque ecclesiam Christi negauit **Pγ**

27 et episcopis sanis et integris et uiuentibus non obtemperans **Ton. Äqu. 4δε/***

28 comitem se et participem morientibus praebuit? **T2δ**

29 Opto uos,

30 fratres carissimi, **Tγ**

31 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.51 Epistel 66

Cyprianus qui et Thascius
Florentio cui et Puppiano fratri s.

1 **I** 1 Ego te,

2 frater,

3 credideram tandem iam ad paenitentiam conuerti, **TTδ**

4 quod in praeteritum tam infanda, **Vδε**

5 tam turpia,

6 tam etiam gentilibus execranda **Vδ**

7 aut audisses de nobis temere *

8 aut credidisses. **Ditr.**

9 Porro autem etiam nunc in litteris tuis animaduerto **P**

10 eundem te adhuc esse

11 qui prius fueras, *

12 eadem te de nobis credere **gl. Akzentfolge**

13 et in eo quod credideris perseuerare, **P1**

14 et

15 ne forte claritatis et martyrii tui dignitas **Ton. Äqu. 4δζ/***

16 nostra communicatione maculetur, **TT1$^2$γ**

17 in mores nostros

18 diligenter inquirere, **T2γ**

19 et post deum iudicem *

20 qui sacerdotes facit te uelle **Pγδ**

21 non dicam de me

22 – quantus enim ego sum? – *

23 8

24 sed de dei et Christi iudicio iudicare. **Vδ**

25 2 Hoc est

26 in deum non credere, **Tγδ**

27 hoc est

28 rebellem aduersum Christum

29 et aduersus euangelium eius existere, **T2γ**

30 ut cum ille dicat: **Ditr.**

*nonne duo passeres asse ueneunt et neuter eorum cadit in terram sine patris uoluntate* [Matt. 10, 29.],

31 et probet maiestas eius et ueritas **T2γδ**

32 sine conscientia et permissu dei

33 etiam minora non fieri, **Tγδ**

34 tu existimes *

35 sacerdotes dei sine conscientia eius in ecclesia ordinari. **V3δ**

36 Nam credere

37 quod indigni et incesti sint

38 qui ordinantur **Ditr.**

39 quid aliud est quam contendere *

40 quod non a deo nec per deum **TTγδε**

41 sacerdotes eius in ecclesia constituantur? **P**

1 **II** 1 An putas

2 maius esse de me meum quam dei testimonium, *

3 cum dominus ipse doceat et dicat **TTδε**

4 testimonium non esse uerum **Ditr.**

5 si quis ipse de se testis existat, **P1γ**

6 eo quod unusquisque utique sibi faueat **Ton. Äqu. 4δζ/***

7 nec contra se aliquis infesta et aduersa depromat, **P1γ**

8 fides uero sincera sit ueritatis, **V3γδ**

9 si in praedicationibus nostris **P1δ**

10 alius sit praedicator ac testis? **P1γδ**

*Si testimonium,*

11 inquit,

*dixero de me, testimonium meum non est uerum. Alius est enim qui testis est de me.* [Ioan. 5, 31. 32.]

12 2 Quod si ipse dominus omnia postmodum iudicaturus **P1**

13 noluit de testimonio suo sibi credi, **TTγε**

14 sed maluit

15 de iudicio ac testimonio dei patris probari, **Pγ**

16 quanto magis hoc seruos eius obseruare oportet, **Pγ**

17 qui iudicio ac testimonio dei non probantur tantum,

18 sed etiam gloriantur? **Vδ**

19 Praeualuit autem apud te contra diuinam sententiam, **Tγ**

20 contra conscientiam nostram **P1δ**

21 fidei suae uiribus nixam, **P1δ**

22 inimicorum et malignorum commentum, **Pγ**

23 quasi apud lapsos et profanos et extra ecclesiam positos, **Tδ**

24 de quorum pectoribus **Tγ**

25 excesserit spiritus sanctus **P1δ**

26 esse aliud possit **Pδ**

27 nisi mens praua

28 et fallax lingua *****

29 et odia uenenata **Vδ**

30 et sacrilega mendacia,

31 quibus qui credit **Pγδ**

32 cum illis necesse est inueniatur, **P**

33 cum iudicii dies uenerit. **Ton. Äqu. 4δζ/***

1 **III** 1 Quod uero dixisti **Pγ**

2 sacerdotes humiles esse debere, **P1γ**

3 quia et dominus et apostoli eius humiles fuerunt, **TTδ**

4 humilitatem meam et fratres omnes et gentiles quoque optime norunt et diligunt; **Tγδ**

5 et tu quoque noueras et diligebas, **Ditr.**

6 cum adhuc in ecclesia esses **P1δ**

7 et mecum communicares. **P**

8 2 Quis autem nostrum longe est a humilitate, **P**

9 utrumne ego

10 qui cotidie fratribus seruio **T2δ**

11 et uenientes ad ecclesiam singulos **T2δ**

12 benigne et cum uoto et gaudio suscipio,

13 an tu

14 qui te episcopum episcopi

15 et iudicem iudicis ad tempus a deo dati constituis, **Tγ**

16 cum dominus deus in Deuteronomio dicat: **Pδ**

*et homo quicumque fecerit in superbia ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem quiumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, et omnis populus cum audierit timebit, et non agent impie etiam nunc* [Deut. 17, 12. 13.],

17 et iterum ad Samuel loquitur et dicit: **TTδε**

*non te spreuerunt, sed me spreuerunt* [I Sam. 8, 7.],

18 et adhuc dominus in euangelio cum ei dictum esset: **Ditr.**

*sic respondes pontifici,*

19 custodiens et docens **TTδε**

20 sacerdotalem honorem seruari oportere, **TTγ**

21 contra pontificem nihil dixerit, *****

22 sed innocentiam suam tantummodo purgans **Pδ**

23 responderit dicens: **P1δ**

*si male locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me caedis?*

24 3 Item beatus apostolus **Tγ**

25 cum ei dictum esset:

*sic insilis in sacerdotem maledicendo,*

26 nihil contumeliose locutus sit **Tγζ**

27 aduersus sacerdotem, **TTγ**

28 quando et potuerit se constanter exserere aduersus eos

29 qui deum crucifixissent **P**

30 et qui iam dominum et Christum et templum et sacerdotium perdidissent, **V3δ**

31 sed quamuis in falsis et spoliatis sacerdotibus *****

32 umbram tamen ipsam inanem sacerdotalis nominis cogitans dixerit: **T2δ**

*nesciebam, fratres, quia pontifex est. Scriptum est enim: principem plebis tuae non maledices.* [Act. 23, 4. 5.]

1 **IV** 1 Nisi si sacerdos tibi fui ante persecutionem, **TTγ**

2 quando mecum communicabas, **P/Ditr.**

3 post persecutionem sacerdos esse desiui.

4 Persecutio enim ueniens *****

5 te ad summam martyrii sublimitatem prouexit, **Pγ**

6 me autem proscriptionis honore depressit, **P1γ**

7 cum publice legeretur: **Vδ**

8 si quis tenet possidet de bonis Caecili Cypriani episcopi Christianorum,

9 ut etiam qui non credebat deo
10 episcopum constituenti **P**
11 uel diabolo crederet **Tδ**
12 episcopum constituenti **P**
13 uel diabolo crederet **Tδ**
14 episcopum proscribenti. **Vδ**
15 2 Nec haec iacto,
16 sed dolens profero, *
17 cum te iudicem dei constituas et Christi, **TTδε**
18 qui dicit ad apostolos ac per hoc ad omnes praepositos **Tγ**
19 qui apostolis uicaria ordinatione succedunt: **P1γ**
*qui audit uos, me audit: et qui me audit, audit eum qui me misit, et qui reicit uos, me reicit et eum qui me misit.* [Luc. 10, 16.]

1 **V** 1 Inde enim schismata et haereses obortae sunt et oriuntur, **TT1$^2$βγ**
2 dum episcopus
3 qui unus est
4 et ecclesiae praeest **P1δ**
5 superba quorundam praesumptione contemnitur **T2γ**
6 et homo dignatione dei honoratus **TTγ**
7 indignus hominibus iudicatur. **Vδ**
8 Quis enim hic est superbiae tumor, **Pδ**
9 quae adrogantia animi, **Tδ**
10 quae mentis inflatio, **T2γ**
11 ad cognitionem suam
12 praepositos et sacerdotes uocare **Pγ**
13 ac nisi apud te purgati fuerimus **Tγ**
14 et sententia tua absoluti, **TTγ**
15 ecce iam sex annis **TTγδε**
16 nec fraternitas habuerit episcopum
17 nec plebs praepositum *
18 nec grex pastorem
19 nec ecclesia gubernatorem **P**
20 nec Christus antistitem **T2γ**
21 nec deus sacerdotem. **TTγ**
22 2 Subueniat Puppianus **Vδ**
23 et sententiam dicat **P1δ**
24 et iudicium dei et Christi **Pγδ**
25 in acceptum referat, *
26 ne tantus fidelium numerus **Tδ**
27 qui sub nobis arcessitus est
28 sine spe salutis et pacis **P1γδ**
29 exisse uideatur, **TT1$^2$γ**
30 ne nouus credentium populus **Tδ**
31 nullam per nos consecutus esse baptismi et spiritus sancti gratiam iudicetur, **V3δ**
32 ne tot lapsis et paenitentibus pax data
33 et communicatio nostra examinatione concessa **P1γ**
34 iudicii tui auctoritate soluatur. **P1γ**
35 Adnue aliquando et dignare **TTγδ**
36 pronuntiare de nobis **P1γδ**
37 et episcopatum nostrum
38 cognitionis tuae uigore firmare, **P1γ**
39 ut deus et Christus eius
40 agere tibi gratias possint **P1δ**
41 quod per te sit antistes et rector **Pγδ**
42 altari eorum pariter et plebi restitutus. **TTγ**

1 **VI** Apes habent regem **TTγε**
2 et ducem pecudes *
3 et fidem seruant: **(P)1βδ**
4 latrones mancipi obsequio pleno humilitatis obtemperant. **T2γ**
5 Quanto simpliciores et meliores **Vγδ**
6 uobis sunt brutae pecudes *
7 et muta animalia *
8 et cruenti licet ac furentes **TTγδ/Ditr.**
9 inter gladios atque inter arma praedones! **P1γ**
10 Praepositus illic agnoscitur et timetur, **Vδε**
11 quem non sententia diuina constituit, **Tγ**
12 sed in quem factio perdita et nocens caterua consentit. **P1γ**

1 **VII** 1 Dixisti
2 sane scrupulum tibi esse tollendum de animo, **Tγδ**
3 in quem incidisti. **Ditr.**
4 Incidisti, **Ditr.**
5 sed tua credulitate inreligiosa. **TT1$^2$**
6 Incidisti, **Ditr.**
7 sed tua mente et uoluntate sacrilega. **Tγ**
8 Dum incesta,
9 dum impia,
10 dum nefanda contra fratrem, **TTγε**
11 contra sacerdotem facile audis, **Pδ**
12 libenter et credis, **P1γδ**
13 aliena mendacia **T2γ**
14 quasi propria et priuata defendis **P1γ**
15 nec recordaris scriptum esse: **Ditr.**
*saepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam,*
16 et iterum:
*malus obaudit linguae iniquorum, iustus autem non intendit labiis mendacibus.* [Eccl. 28, 24.]
17 2 Quare in hunc scrupulum non inciderunt martyres *
18 sancto spritu pleni **P1δ**
19 et ad conspectum dei et Christi eius
20 passione iam proximi, **T2γδ**

21 qui ad Cyprianum episcopum **Tγ**
22 litteras de carcere direxerunt, **Vδ**
23 sacerdotem dei agnoscentes **TTγ**
24 et contestantes ei?
25 3 Quare in hunc scrupulum non inciderunt **Ditr.**
26 tot coepiscopi collegae mei, **gl. Akzentfolge**
27 qui uel cum de medio recederunt proscripti sunt **Tγζ**
28 uel adprehensi in carcere et in catenis fuerunt **Pγ**
29 aut qui in exilium relegati **Vδ/1β**
30 inlustri itinere **Tγ**
31 ad dominum profecti sunt
32 aut qui quibusdam locis animaduersi **P**
33 caelestes coronas **Pγ**
34 de domini clarificatione sumpserunt? **P1γ**
35 Quare in hunc scrupulum non inciderunt **Ditr.**
36 de plebe ista nostra **TTγε**
37 quae apud nos est
38 et nobis de dei dignatione commissa est **T2γζ**
39 tot confessores quaestionati et torti **Pγδ**
40 et insignium uulnerum et cicatricum memoria gloriosi, **Vδ**
41 tot uirgines integrae, **T2δ**
42 tot laudabiles uiduae, **Tδ**
43 ecclesiae denique uniuersae **Vδ**
44 per totum mundum
45 nobiscum unitatis uinculo copulatae? **V3δ**
46 4 Nisi omnes isti communicantes mecum
47 secundum quod scripsisti
48 polluto nostro ore polluti sunt **Tγζ**
49 et spem uitae aeternae **Pγ**
50 communicationis nostrae contagione perdiderunt: **TTγ**
51 Puppianus solus integer, inuiolatus, sanctus, pudicus, **Pγ**
52 qui nobis miscere se noluit, **T2γδ**
53 in paradiso atque in regno caelorum **Pγ**
54 solus habitabit. **TT1$^{2}$γ**

1 **VIII** 1 Scripsisti quoque
2 quod ecclesia nunc propter me portionem sui in disperso habeat,
3 quando omnis ecclesiae populus **Tδ**
4 et collectus sit
5 et adunatus
6 et indiuidua concordia sibi iunctus, **Vδζ**
7 soli illi foris remanserint **Tγ**
8 qui etsi intus essent eiciendi fuerant, *****
9 nec patiatur dominus *****
10 populi sui protector et tutor **P1γδ**
11 triticum de area sua diripi, *****
12 sed solae possint paleae de ecclesia separari, **V3δ**
13 quando et apostolus dicat: **P1δ**
*2 quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? Numquid infidelitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est enim deus uerax, omnis autem homo mendax,* [Rom. 3, 3. 4.]
14 et dominus quoque in euangelio cum eum loquentem **Pγ**
15 discipuli derelinquerent, **Ton. Äqu. 4δ/***
16 conuersus ad duodecim dixerit: **Tδ**
*numquid et uos uultis ire? Respondit ei Petrus dicens: domine, ad quem ibimus? Verbum uitae aeternae habes, et nos credimus et cognouimus quoniam tu es filius dei uiui.* [Io. 6, 67-69.]
17 3 Loquitur illic Petrus,
18 super quem aedificata fuerat ecclesia,
19 ecclesiae nomine **T2δ**
20 docens et ostendens **TTγδ**
21 quia,
22 etsi contumax ac superba obaudire nolentium multitudo discedat, **Pγ**
23 ecclesia tamen a Christo non recedit, **TTγδ**
24 et illi sunt ecclesia,
25 plebs sacerdoti adunata **TTγ**
26 et pastori suo grex adhaerens. **Ditr.**
27 Vnde scire debes **TTγε/Ditr.**
28 episcopum in ecclesia esse **P1δ**
29 et ecclesiam in episcopo **Vδε**
30 et si qui cum episcopo non sit **P1δε**
31 in ecclesia non esse, **TTδε**
32 et frustra sibi blandiri eos
33 qui pacem cum sacerdotibus dei non habentes obrepunt **Pγ**
34 et latenter apud quosdam communicare se credunt, **P1γδ**
35 quando ecclesia **Pγ**
36 quae catholica una est **Tδζ**
37 scissa non sit **Ditr.**
38 neque diuisa, **Pγ**
39 sed sit utique conexa **TTδ**
40 et cohaerentium sibi inuicem sacerdotum glutino copulata. **V3δ**

1 **IX** 1 Quam ob rem,
2 frater,
3 si maiestatem dei
4 qui sacerdotes ordinat *****
5 Christi cogitaueris, *****
6 si Christum
7 qui arbitrio et nutu ac praesentia
8 et praepositos ipsos **Pδ**
9 et ecclesiam cum praepositis gubernat **TTδ**

10 aliquando respexeris, **T2γ**
11 si de innocentia sacerdotum **Vδ**
12 non humano odio *
13 sed diuino iudicio credideris,
14 si temeritatis et superbiae atque insolentiae tuae **Pδ**
15 agere uel sero paenitentiam coeperis, **T2δ**
16 si domino et Christo eius,
17 quibus seruio *
18 et quibus puro atque inmaculato ore
19 sacrificia et in persecutione pariter et in pace indesinenter offero, **P1γ**
20 plenissime satisfeceris, **Ton. Äqu. 4δ/***
21 communicationis tuae poterimus habere rationem, **TT1**$^{2}$**γ**
22 manente tamen apud nos diuinae censurae respectu et metu, **Pγδ**
23 2 et prius dominum meum consulam *
24 an tibi pacem dari
25 et te ad communicationem ecclesiae suae admitti **Pγ**
26 sua ostensione et admonitione permittat. **P1γ**

1 **X** 1 Memini enim **Pδ**
2 quid iam mihi sit ostensum, **TTγδ**
3 immo quid sit seruo obsequenti et timenti **TTγδ**
4 de dominica et diuina auctoritate praeceptum, **P1γ**
5 qui inter cetera *
6 quae ostendere et reuelare dignatus est **T2γζ**
7 et hoc addidit:
8 „itaque qui Christo non credit sacerdotem facienti postea credere incipiet sacerdotem uindicanti.“
9 2 Quamquam sciam
10 somnia ridicula et uisiones ineptas quibusdam uideri, **Pγ**
11 sed utique illis **Pδ**
12 qui malunt contra sacerdotes credere quam sacerdoti.
13 Sed nihil mirum,
14 quando de Ioseph et fratres sui dixerunt: **(P)1βδ** *ecce somniator ille uenit, nunc ergo uenite, occidamus illum,* [Gen. 37, 19. 20.]
15 et somniator postea *
16 quod somniauerat consecutus sit **Ton. Äqu. 4δθ/***
17 et occisores ac uenditores confusi sint, **Tγζ**
18 ut qui uerbis prius non credidissent **Ditr.**
19 factis postmodum crederent. **T2δ**
20 3 De his autem
21 quae tu egisti
22 uel in persecutione uel in pace stultum est *
23 ut uelim te iudicare, **Ditr.**
24 quando tu magis iudicem te nostri constitueris. *
25 Et pro animi mei pura conscientia *
26 et domini et dei mei fiducia rescripsi. **TTδ**
27 Habes tu litteras meas **Pδ**
28 et ego tuas. **(Pβδ)**
29 In die iudicii **Tγ**
30 ante tribunal Christi
31 utrumque recitabitur. *

## 2.52 Epistel 68

Cyprianus Stephano fratri s.

1 **I** 1 Faustinus collega noster **Ditr.**
2 Lugdunu consistens,
3 frater carissime, **Tγ**
4 semel atque iterum mihi scripsit **Vδζ**
5 significans ea **Pδ**
6 quae etiam uobis scio utique nuntiata tam ab eo **TTγδε**
7 quam a ceteris coepiscopis nostris **P1δ**
8 in eadem prouincia constitutis, **V3δ**
9 quod Marcianus Arelate consistens **P1γ**
10 Nouatiano se coniunxerit *
11 et a catholicae ecclesiae unitate **V3δ**
12 atque a corporis nostri et sacerdotii consensione discesserit, **T2γ**
13 tenens haereticae praesumptionis durissimam prauitatem, **V3δ**
14 ut seruis dei paenitentibus et dolentibus **Ton. Äqu. 4δε**
15 et ad ecclesiam
16 lacrimis et gemitu et dolore pulsantibus **T2γ**
17 diuinae pietatis et lenitatis paternae solacia et subsidia cludantur **TTδ**
18 nec ad fouenda uulnera *
19 admittantur uulnerati, **TTγ**
20 sed sine spe pacis et communicationis relicti **Pγ**
21 ad luporum rapinam **Pγ/Ditr.**
22 et praedam diaboli proiciantur. **P**
23 2 Cui rei nostrum est consulere et subuenire, **Ditr.**
24 frater carissime, **Tγ**
25 qui diuinam clementiam cogitantes **V3δ**
26 et gubernandae ecclesiae libram tenentes **Pγ**
27 sic censuram uigoris peccatoribus exhibemus, **Vδ**
28 ut tamen lapsis erigendis **TTγ**
29 et curandis uulneratis **TTγ**
30 bonitatis et misericordiae diuinae medicinam non denegemus. **Vγδ/Ditr.**

1 **II** 1 Quapropter facere te oportet plenissimas litteras **T2δ**

2 ad coepiscopos nostros **P1δ**
3 in Gallia constitutos, **V3δ**
4 ne ultra Marcianum peruicacem et superbum **TTγδ**
5 et diuinae pietatis ac fraternae salutis inimicum **TT1$^2$γ**
6 collegio nostro insultare patiantur, **TT1$^2$γ**
7 quod necdum a nobis uideatur abstentus, **P1γ**
8 qui iam pridem iactat et praedicat **Tγδ**
9 quod Nouatiano studens
10 et eius peruicaciam sequens **Pδ**
11 a communicatione se nostra segregauerit, *
12 cum Nouatianus ipse quem sequitur olim abstentus **P1γ**
13 et hostis ecclesiae iudicatus sit **Ton. Äqu. 4δθ/***
14 et,
15 cum nos in Africam legatos misisset **Pγ**
16 optans ad communicationem nostram admitti, **P1γ**
17 hinc a concilio plurimorum sacerdotum **TTγ**
18 qui praesentes eramus **Pγ/Ditr.**
19 sententiam retulerit
20 se foris esse coepisse **P1γ**
21 nec posse a quoquam nostri sibi communicari, **P/Ditr.**
22 qui episcopo Cornelio
23 in catholica ecclesia
24 de dei iudicio **Tγ**
25 et cleri ac plebis suffragio ordinato **V3δ**
26 profanum altare erigere **Tγ**
27 et adulteram cathedram conlocare **Vδ**
28 et sacrilega contra uerum sacerdotem sacrificia *
29 offerre temptauerit; **T2γ**
30 proinde si resipiscere et ad sanae mentis consilium redire uellet, **Ditr.**
31 ageret paenitentiam **Ton. Äqu. 4δ***
32 et ad ecclesiam supplex rediret. **Pγ**
33 2 Quam uanum est,
34 frater carissime, **Tγ**
35 ut Nouatiano nuper retuso et refutato
36 et per totum orbem **Ditr.**
37 a sacerdotibus dei abstento
38 nunc adulatores adhuc nobis patiamur inludere **T2γ**
39 et de maiestate ac dignitate ecclesiae iudicare. **V3δ**

1 **III** 1 Dirigentur in prouinciam
2 et ad plebem Arelate consistentem **TTγ**
3 a te litterae
4 quibus abstento Marciano **TTγ/Ditr.**
5 alius in locum eius substituatur **P**
6 et grex Christi
7 qui in hodiernum ab illo dissipatus et uulneratus contemnitur, colligatur. **V3δ**
8 Sufficiat
9 multos illic ex fratribus nostris **P1δ**
10 annis istis superioribus excessisse sine pace. **TTγε**
11 Vel ceteris subueniatur
12 qui supersunt
13 et diebus ac noctibus ingemescunt **Vδ**
14 et diuinam ac paternam misericordiam deprecantes **V3δ**
15 solacium nostrae opitulationis exposcunt. **P1γ**
16 2 Idcirco enim,
17 frater carissime, **Tγ**
18 copiosum corpus est sacerdotum **Vδε**
19 concordiae mutuae glutino **T2δ**
20 atque unitatis uinculo copulatum, **V3δ**
21 ut si quis ex collegio nostro haeresim facere **Tδ**
22 et gregem Christi lacerare et uastare temptauerit, **T2δ**
23 subueniant ceteri, **Tδ**
24 et qua pastores utiles et misericordes
25 oues dominicas **Tγ**
26 in gregem colligant. *
27 3 Quid enim
28 si in mari portus aliquis *
29 munitionibus suis ruptis **Vδζ**
30 infestus et periculosus esse nauibus coeperit,
31 nonne nauigantes ad alios proximos portus **P1δ**
32 naues suas dirigunt, *
33 ubi sit tutus accessus **P1γ**
34 et salutaris introitus **Tγ**
35 et statio secura? **TTδ**
36 Aut si in uia stabulum aliquod **Tδ**
37 obsideri et teneri a latronibus coeperit, **T2δ**
38 ut quisquis ingressus fuerit *
39 insidiantium illic infestatione capiatur, **TT1$^2$γ**
40 nonne commeantes **Ditr.**
41 hac opinione comperta **P1γ**
42 stabula alia in itinere adpetunt tutiora, **V3δ**
43 ubi sint fida hospitia **Tγ**
44 et receptacula commeantibus tuta? **P1δ**
45 4 Quod nunc esse apud nos debet,
46 frater carissime, **Tγ**
47 ut fratres nostros
48 qui
49 uitatis Marciani scopulis
50 petunt ecclesiae portus salutares **TTγ/1β**
51 suscipiamus ad nos **Ditr.**
52 prompta et benigna humanitate **Ditr.**
53 et stabulum commeantibus praebeamus tale **Ditr.**
54 quale est in euangelio,
55 quo a latronibus sauciati et uulnerati **Vγδ**

56 suscipi et foueri et tutari ab stabulario possint. **P1δ**

1 **IV** 1 Quae est enim maior aut melior cura praepositorum **P**

2 quam diligenti sollicitudine **T**

3 et medella salubri **Pγ**

4 fouendis et conseruandis ouibus prouidere, **Vδ/Ditr.**

5 cum dominus loquatur et dicat: **P1γδ**

*quod infirmatum est non confortatis, et quod male habuit non conroborastis, et quod contribulatum est non consolati estis, et quod errauit non reuocastis, et quod periit non inquisistis: et dispersae sunt oues meae, eo quod non sint pastores, et factae sunt in comesturam omnibus bestiis agri, et non fuit qui inquireret neque qui reuocaret. Propterea haec dicit dominus: ecce ego super pastores et inquiram oues meas de manibus eorum et auertam eos ut non pascant oues meas: et iam non pascent eas, et extraham eas de ore eorum, et pascam eas cum iudicio.* [Ez. 34, 4-6, 10, 16.]

6 2 Cum ergo pastoribus talibus **T2δ**

7 per quos dominicae oues negleguntur et pereunt **Tγδ**

8 sic dominus comminetur, **Vδ**

9 quid nos aliud facere oportet, **TTδ**

10 frater carissime, **Tγ**

11 quam colligendis et refouendis Christi ouibus

12 exhibere diligentiam plenam **P1δ**

13 et curandis lapsorum uulneribus **Tγ**

14 paternae pietatis adhibere medicinam, **TT1$^{2}$γ**

15 quando et dominus in euangelio moneat et dicat: **TTγδ**

*non est opus sanis medicus, sed male habentibus* [Matt. 9, 12].

16 Nam etsi pastores multi sumus,

17 unum tamen gregem pascimus, *

18 et oues uniuersas **TTγ**

19 quas Christus sanguine suo et passione quaesiuit **P1γ**

20 colligere et fouere debemus **P1γ**

21 nec pati

22 supplices et dolentes fratres nostros **TTγε**

23 crudeliter despici **T2δ**

24 et superba quorundam praesumptione calcari, **P1γ**

25 3 cum scriptum sit:

*ille autem qui contumax est uir sui iactans nihil omnino proficiet, qui dilatauit tamquam inferi animam suam,* [Hab. 2, 5.]

26 et eiusmodi omnes **P1δ**

27 dominus in euangelio suo culpet et damnet dicens:

*uos estis qui iustificatis uos in conspectu hominum. Deus autem dinoscit corda uestra, quia quod excelsum est in hominibus execratio est in conspectu dei.* [Luc. 16, 15.]

28 Execrabilis et detestabiles dicit esse **V3δ**

29 qui sibi placeant, *

30 qui tumidi et inflati **Vδε**

31 aliquid sibi adroganter adsumunt. **P1γ**

32 Ex quibus cum Marcianus esse coeperit

33 et se Nouatiano coniungens **Pγ**

34 aduersarius misericordiae et pietatis extiterit, **Tγ**

35 sententiam non dicat, sed accipiat,

36 nec sic agat

37 quasi ipse iudicauerit de collegio sacerdotum, **Vδ**

38 quando ipse sit ab uniuersis sacerdotibus iudicatus. **V3δ**

1 **V** 1 Seruandus est enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum *

2 Cornelii et Lucii honor gloriosus. **TTγ**

3 Quorum memoriam cum nos honoremus, **(P)1β**

4 multo magis tu,

5 frater carissime, **Tγ**

6 honorificare et seruare grauitate et auctoritate tua debes,

7 qui uicarius et successor eis factus es. *

8 Illi enim pleni spiritu dei **Pδ**

9 et in glorioso martyrio constituti **Vδ**

10 dandam esse lapsis pacem censuerunt **TTγ**

11 et paenitentia acta **P1δ**

12 fructum communicationis et pacis **P1γδ**

13 negandum non esse **Pγδ**

14 litteris suis signauerunt. **TTγ**

15 2 Quam rem omnes omnino ubique censuimus. **Tγ**

16 Neque enim poterat esse apud nos sensus diuersus, **Pγ**

17 in quibus unus est spiritus; **T2γδ**

18 et ideo manifestum est *

19 eum spiritus sancti ueritatem **TTγ**

20 cum ceteris non tenere **V3δε**

21 quem uidemus diuersa sentire. **P1γ**

22 Significabis plane nobis

23 quis in locum Marciani Arelate fuerit substitutus, **Vδ**

24 ut sciamus **Ditr.**

25 ad quem fratres nostros dirigere, **Tγ**

26 et cui scribere debeamus. **Vδ**

27 Opto te,

28 frater carissime, **Tγ**

29 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.53 Epistel 69

Cyprianus Magno filio s.

1 **I** 1 Pro tua religiosa diligentia *

2 consuluisti mediocritatem nostram,

3 fili carissime, **Tγ**

4 an inter ceteros haereticos

5 eos quoque

6 qui a Nouatiano ueniant *

7 post profanum eius lauacrum **Pγ**

8 baptizari et sanctificari in ecclesia catholica

9 legitimo et uero et unico ecclesiae baptismo oporteat. **Tγ**

10 De qua re

11 quantum fidei nostrae capacitas **Tγ**

12 et scripturarum diuinarum sanctitas ac ueritas suggerit, **T2δ**

13 dicimus

14 omnes omnino haereticos et schismaticos **Ton. Äqu. 4δε**

15 nihil habere potestatis ac iuris. **P1γδ**

16 Propter quod Nouatianus nec debet nec potest excipi *

17 quominus ipse quoque extra ecclesiam consistens **TTδ**

18 et contra pacem ac dilectionem Christi faciens *

19 inter aduersarios et antichristos conputetur. **TTγ**

20 2 Neque enim dominus noster Iesus Christus **TTγε**

21 cum in euangelio suo testaretur **TTγ**

22 aduersarios suos esse eos **TTγε**

23 qui secum non essent **Pγδ**

24 aliquam speciem haereseos designauit, **Vδ**

25 sed omnes omnino **Pγ**

26 qui secum non essent **Pγδ**

27 et secum non colligentes gregem suum spargerent **2βδ/***

28 aduersarios suos esse ostendit dicens:

*qui non est mecum, aduersum me est: et qui non mecum colligit, spargit.* [Luc. 11, 23.]

29 Item beatus apostolus Iohannes **TTδ**

30 nec ipse ullam haeresin aut schisma discreuit **P1γ**

31 aut aliquos speciatim separes posuit, **Tδ**

32 sed uniuersos

33 qui de ecclesia exissent **TTδ**

34 quique contra ecclesiam facerent, **Tδ**

35 antichristos appellauit dicens:

*audistis quia antichristus uenit, nunc autem antichristi multi facti sunt. Vnde cognoscimus quia nouissima hora est. Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum.* [1 Ioan. 2. 18. 19.]

36 Vnde apparet **P1γ**

37 aduersarios domini et antichristos omnes esse **TTγε**

38 quos constet a caritate atque ab unitate ecclesiae catholicae recessisse. **Vδ**

39 4 Adhuc quoque dominus in euangelio suo ponit et dicit: **P1γδ**

*si uero et ecclesiam contempserit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus.* [Matt. 18, 17.]

40 Si autem

41 qui ecclesiam contemnunt **TTδ**

42 ethnici et publicani habentur, **TTγ**

43 multo magis utique rebelles et hostes **Pγδ**

44 falsa altaria **T2γ**

45 et inlicita sacerdotia **Ton. Äqu. 4δ/***

46 et sacrificia sacrilega

47 et nomina adulterata fingentes **P1γ**

48 inter ethnicos et publicanos necesse est conputentur, **V3γδ**

49 quando minora peccantes **P1γ**

50 et tantum ecclesiae contemptores **Vδ**

51 ethnici et publicani sententia domini iudicentur. **Vδ**

1 **II** 1 Quod ecclesia una sit **Pδε**

2 declarat in cantico canticorum **V3δ**

3 spiritus sanctus ex persona Christi dicens: **TTγε**

*una est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genetrici suae* [Cant. 6, 8].

4 De qua item denuo dicit: **P1δ**

*hortus conclusus soror mea sponsa, fons signatus, puteus aquae uiuae* [Cant. 4, 12].

5 Si autem hortus conclusus est sponsa Christi **Vγδζ**

6 quae est ecclesia, **Tβγ**

7 patere res clausa alienis et profanis non potest. **Pγδ**

8 Et si fons signatus est, *

9 neque bibere inde neque consignari potest

10 cui foris posito accessus ad fontem non est. **gl. Akzentfolge**

11 Puteus quoque aquae uiuae si unus est, **Tγδζ**

12 idem qui intus est, **Tγδζ**

13 uiuificari et sanctificari **P**

14 foris positus ex illa aqua non potest, **Pγδ**

15 ex qua solis eis qui intus sunt **Tγδζ**

16 usus omnis et potus concessus est. **Tγζ**

17 2 Quod et Petrus ostendens unam ecclesiam esse **Pδ**

18 et solos eos

19 qui in ecclesia sint **Ditr.**

20 baptizari posse posuit et dixit: **TTδε**

*in arca Noe pauci id est octo animae hominum saluae factae sunt per aquam quod et uos similiter saluos faciet baptisma,* [Petr. 3, 20, 21.]

21 probans et contestans **TTγδ**

22 unam arcam Noe **TTγε**

23 typum fuisse unius ecclesiae. **T2γ**
24 Si potuit tunc
25 in illo expiati et purificati mundi baptismo **Pγ**
26 saluus per aquam fieri *****
27 qui in arca Noe non fuit, **Pγδ**
28 potest et nunc uiuificari per baptisma **TTγδ**
29 qui in ecclesia non est, **P1δε**
30 cui soli baptisma concessum est. **T2γζ**
31 3 Sed et Paulus apostolus hoc idem adhuc apertius et clarius manifestans **TTδ**
32 ad Ephesios scribit et dicit: **P1γδ**
*Christus dilexit ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret purgans eam lauacro aquae.* [Ex. 5, 25-26.]
33 Quod si una est ecclesia
34 quae a Christo diligitur **Tγ**
35 et lauacro eius sola purgatur, **P1γ**
36 quomodo
37 qui in ecclesia non est **P1δε**
38 aut diligi a Christo **TTδε**
39 aut ablui et purgari lauacro eius potest? **TTγε**

1 **III** 1 Propter quod cum sola ecclesia habeat aquam uitalem **Pγ**
2 et baptizandi atque abluendi **TT1$^2$γ**
3 hominis potestatem, **Vδ**
4 qui dicit apud Nouatianum baptizari et sanctificari aliquem posse, **Pδ**
5 prius ostendat et doceat **Tγδ**
6 Nouatianum in ecclesia esse **P1δ**
7 aut ecclesiae praesidere. **V3δ**
8 Ecclesia enim una est, **Ton. Äqu. 4δζθ/***
9 quae una et intus esse et foris non potest. **Pγδ**
10 2 Si enim apud Nouatianum est,
11 apud Cornelium non fuit.
12 Si uero apud Cornelium fuit,
13 qui Fabiano episcopo
14 legitima ordinatione successit **P1γ**
15 et quem praeter sacerdotii honorem **TTδ**
16 martyrio quoque dominus glorificauit, **Vδ**
17 Nouatianus in ecclesia non est **P1δε**
18 nec episcopus conputari potest,
19 qui euangelica et apostolica traditione contempta **P1γ**
20 nemini succedens **TTδ**
21 a se ipso ortus est. *****
22 Habere namque aut tenere ecclesiam **T2γ**
23 nullo modo potest **TTγε**
24 qui ordinatus in ecclesia non est. **P1δε**

1 **IV** 1 Foris autem non esse ecclesiam **T2γ**
2 nec scindi aduersum se aut diuidi posse,
3 sed inseparabilis atque indiuiduae domus unitatem tenere **Pγ**
4 manifestat scripturae diuinae fides,
5 cum de sacramento paschae et agni **Pγδ**
6 qui agnus Christum designabat, **TTγ**
7 scriptum est:
*in domo una comedetur, non eiectis de domo carnem foras.* [Ex. 12, 46].
8 Quod item circa Raab
9 quae ipsa quoque typum portabat ecclesiae **T2γ**
10 expressum uidemus, **Pγ**
11 cui mandatur et dicitur: **T2γδ**
*patrem tuum et matrem tuam et fratres tuos et totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, et omnis qui exierit ostium domus tuae foras reus sibi erit.* [Ios 2, 18, 19].
12 2 Quo sacramento declaratur **TTγ**
13 in unam domum solam **TTγε**
14 id est
15 in ecclesiam
16 uicturos et ab interitu mundi euasuros **TTγ**
17 colligi oportere, **Vδ**
18 quisque autem de collectis foras exierit, **Tγ**
19 id est
20 si quis quamuis in ecclesia gratiam consecutus recesserit **Tγ**
21 et ab ecclesia exierit,
22 reum sibi futurum, **Pγ**
23 id est
24 ipsum sibi quod pereat inputaturum. **P1**
25 Quod apostolus Paulus explanat **P1γ**
26 docens et praecipiens
*haereticum uitandum esse ut peruersum et peccatorem et a semet ipso damnatum.* [Cf. Tit. 3, 10, 11].
27 Hic est enim
28 qui reus sibi erit, **TTγε**
29 non ab episcopo eiectus, **TTδ**
30 sed sponte de ecclesia profugus, **Tδ**
31 haeretica praesumptione **P**
32 a semet ipso damnatus. **Pγ**

1 **V** 1 Et idcirco dominus *****
2 insinuans nobis unitatem **TTγ**
3 de diuina auctoritate uenientem **TT1$^2$γ**
4 ponit et dicit: **P1γδ**
*ego et pater unum sumus.* [Ioan. 10, 30.]
5 Ad quam unitatem redigens ecclesiam suam **Pδ**
6 denuo dicit: **P1δ**
*et erit unus grex et unus pastor.* [Ioan. 10, 16.]

7 Si autem grex unus est,
8 quomodo potest gregi adnumerari **P**
9 qui in numero gregis non est
10 aut pastor haberi quomodo potest **Pδ**
11 qui manente uero pastore **Pγ**
12 et in ecclesia dei **Pδ**
13 ordinatione succidanea praesidente **V3δ**
14 nemini succedens **TTδ**
15 et a se ipso incipiens **Tγ**
16 alienus fit et profanus, **Vγδε**
17 dominicae pacis ac diuinae unitatis inimicus, **TT1$^{2}$γ**
18 non habitans in domo dei
19 id est
20 in ecclesia dei, **Pδ**
21 in qua non nisi concordes atque unanimes habitant, **Tδ**
22 loquente in psalmis spiritu sancto et dicente: **TTγδ**
*deus qui inhabitare facit unanimes in domo?* [Ps. 67, 7.].
23 Denique unanimitatem christianam **TTγ**
24 firma sibi atque inseparabili caritate conexam **P1γ**
25 etiam ipsa dominica sacrificia declarant. **TTδ**
26 Nam quando dominus corpus suum panem uocat **TTγε**
27 de multorum granorum adunatione congestum, **P1γ**
28 populum nostrum quem portabat **TTγδ**
29 indicat adunatum; **Vδ**
30 et quando sanguinem suum uinum appellat **P1γ**
31 de botruis atque acinis plurimis expressum **TTδ**
32 atque in unum coactum, **Pγ**
33 gregem item nostrum significat **Tγ**
34 commixtione adunatae multitudinis copulatum. **V3δ**
35 Si Nouatianus huic pani dominico adunatus est, **Ton. Äqu. 4δθ/***
36 si Christi poculo et ipse commixtus est, **T2γζ**
37 poterit uideri et unici ecclesiastici baptismi habere gratiam posse, **P1δ**
38 si eum constiterit ecclesiae unitatem tenere. **Pγ**

1 **VI** 1 Denique quam sit inseparabile unitatis sacramentum **TTγ**
2 et quam sine spe sint
3 et perditionem sibi maximam de indignatione dei adquirant **Pγ**
4 qui schisma faciunt *
5 et relicto episcopo **Tγ**
6 alium sibi foris pseudoepiscopum constituunt,
7 declarat in libris Regnorum **Pγ**
8 scriptura diuina, **P1γ**
9 ubi a tribu Iuda et Beniamin **Tγδ**
10 decem tribus scissae sunt *
11 et relicto rege suo **TTγε**
12 alterum sibi foris constituunt: **Tγ**
*et indignatus est,*
13 inquit,
*dominus in omni semine Israel et dimouit eos et dedit eos in direptionem donec abiceret eos a facie sua, quia dissipatus est Israel a domo Dauid, et constituerunt sibi regem Hieroboam filium Nabat* [II Reg. 17, 20-21].
14 Indignatum esse dominum dixit **Pδ**
15 et eos in perditionem dedisse **Pγ**
16 quod ab unitate dissipati essent
17 atque adulterum sibi regem constituissent.
18 2 Et tanta indignatio domini **Tδ**
19 extitit aduersus illos
20 qui schisma fecerant, *
21 ut etiam cum homo dei ad Hieroboam missus esset **Ditr.**
22 qui ei peccata sua exprobraret **TTγ**
23 atque ultionem futuram praediceret, **Tγ**
24 panem quoque apud illos edere *
25 et aquam bibere uetaretur. **Vδ**
26 Quod cum non custodisset **Pβ**
27 et contra praeceptum dei prandisset, **Pγ**
28 statim diuinae censurae maiestate percussus est, **T2γζ**
29 ut inde regrediens **Tγ**
30 inpetu ac morsu leonis **Pγ/Ditr.**
31 in itinere necaretur. **Vδ**
32 Et audet quisquam dicere *
33 aquam baptismi salutarem **TTγ**
34 et gratiam caelestem **TTδ**
35 communem cum schismaticis esse posse, **Vδζ**
36 cum quibus nec terrestris nec saecularis potus debeat esse communis? **P1γ**
37 3 Satiat adhuc in euangelio suo dominus **Ton. Äqu. 4δζ/***
38 et maiorem intellegentiae luce manifestat **TTγ**
39 quod idem
40 qui tunc se a tribu Iuda et Beniamin sciderant **Tδ**
41 et Hierosolymis derelictis **Vδ**
42 Samariam secesserant, **Tγ**
43 inter profanos et gentiles computarentur. **P1**
44 Nam cum primum discipulos suos in ministerium salutis mitteret, *
45 mandauit et dixit: **P1γδ**
*in uiam nationum ne ieritis et in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis.* [Matth. 10, 5].
46 Ad Iudaeos prius mittens **TTγε**

47 gentiles adhuc praeteriri iubet,
48 addendo autem
49 et ciuitatem Samaritanorum debere omitti, **Pγ**
50 ubi erant schismatici, **Tγ**
51 ostendit
52 schismaticos gentilibus adaequari. **Vδ**

1 **VII** 1 Quod si aliquis illud opponit **P1γ**
2 ut dicat
3 eandem Nouatianum legem tenere **Pγ**
4 quam catholica ecclesia teneat, **Tδ**
5 eodem symbolo quo et nos baptizare, **Ditr.**
6 eundem nosse deum patrem, **TTγε**
7 eundem filium Christum, **P1δ**
8 eundem spiritum sanctum, **P1δ**
9 ac propter hoc
10 usurpare eum potestatem baptizandi posse
11 quod uideatur **Pβ**
12 interrogatione baptismi **P1γ**
13 a nobis non discrepare, **Ditr.**
14 sciat quisque hoc opponendum putat
15 primum non esse unam nobis et schismaticis symboli legem **P1δ**
16 neque eandem interrogationem.
17 2 Nam cum dicunt
18 „credis in remissionem peccatorum et uitam aeternam per sanctam ecclesiam?“
19 mentiuntur interrogatione,
20 quando non habeant ecclesiam.
21 Tunc deinde uoce sua ipsi confitentur **TTγ**
22 remissionem peccatorum non dari nisi per sanctam ecclesiam posse, **P1δ**
23 quam non habentes ostendunt **Pγ**
24 remitti illic peccata non posse. **P1γδ**

1 **VIII** 1 Quod uero eundem quem et nos deum patrem,
2 eundem filium Christum, **P1δ**
3 eundem spiritum sanctum nosse dicuntur, **P1γ**
4 nec hoc adiuuare tales potest. **TTγε**
5 Nam et Core et Dathan et Abiron
6 cum sacerdote Aaron et Moyse eundem deum nouerant, *****
7 pari lege et religione uiuentes, **P1γ**
8 unum et uerum deum
9 qui colendus atque inuocandus fuerat inuocabant; **Vδ**
10 tamen quia loci sui ministerium transgressi **TTδ**
11 contra Aaron sacerdotem **TTγ**
12 qui sacerdotium legitimum
13 dignatione dei atque ordinatione perceperat **T2γ**
14 sacrificandi sibi licentiam uindicauerunt, **P1**
15 diuinitus percussi **TTδ**
16 poenas statim pro inlicitis conatibus pependerunt, **Vδ**
17 nec potuerunt rata esse et proficere sacrificia **Ton. Äqu. 4δ/***
18 inreligiose et inlicite
19 contra ius diuinae dispositionis oblata. **Pγ**
20 2 Turibula quoque ipsa, **Vδζ**
21 in quibus incensum inlicite fuerat oblatum, **TTδ**
22 ne in usum de cetero essent sacerdotibus, *****
23 sed potius indignationis et ultionis diuinae memoriam **Pγ**
24 corrigendis posteris exhiberent, **V3δ**
25 iussu domini conflata atque igne purgata **P1γ**
26 in laminas ductiles producuntur **Vδ**
27 et adfinguntur altari **P1γ**
28 secundum quod loquitur scriptura diuina. **P1γ**
*Memoriale,*
29 inquit,
*filiis Israel ut non accedat quisquam alienigena qui non est ex semine Aaron inponere incensum ante dominum ut non sit sicut Core* [Num. 16, 40].
30 3 Et tamen illi schisma non fecerant **T2γδ**
31 nec foras egressi **Pγ**
32 contra dei sacerdotes **TTγ/1β**
33 inpudenter atque hostiliter rebellauerant, **Ton. Äqu. 4δ/***
34 quod nunc hi ecclesiam scindentes **TTδ**
35 et contra pacem atque unitatem Christi rebelles **Pγ**
36 cathedram sibi constituere *****
37 et primatum adsumere **T2γ**
38 et baptizandi atque offerendi licentiam **Tγ**
39 uindicare conantur. **P1γ**
40 Quomodo perficere quae agunt **TTδε**
41 aut impetrare aliquid *****
42 inlicitis conatibus de deo possunt **(P)1βδ**
43 qui contra deum quod eis non licet moliuntur? **TTγ**
44 Quare
45 qui Nouatiano siue ceteris eiusmodi schismaticis patrocinantur **P**
46 frustra contendunt **Pγ**
47 baptizari et sanctificari illic aliquem salutari baptismo posse
48 ubi constet
49 baptizantem baptizandi licentiam non habere. **V3δε**

1 **IX** 1 Atque ut magis intellegi posset **P1δ**
2 contra eiusmodi audaciam
3 quae sit censura diuina, **P1γ**
4 inuenimus in tali facinore **Tγ**

5 non solum duces et auctores **TTγδ**

6 sed et participes poenis destinari, **TTγ**

7 nisi se a communione malorum separauerint,

8 praecipiente per Moysen domino et dicente: **Vδε**

*separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum et nolite tangere ab omnibus quae sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorum* [Num. 16, 26].

9 Et quod comminatus per Moysen dominus fuerat inpleuit, **TTδ**

10 ut quisque se a Core et Dathan et Abiron non separasset **Ditr.**

11 poenas statim pro impia communione persolueret. **T2γ**

12 2 Quo exemplo ostenditur et probatur **Vδε**

13 obnoxios omnes et culpae et poenae futuros **Pγ**

14 qui se schismaticis

15 contra praepositos et sacerdotes **(P)1β**

16 inreligiosa temeritate miscuerunt. **TTγ**

17 Sicut etiam per Osee prophetam

18 spiritus sanctus contestatur et dicit: **P1γδ**

*sacrificia eorum tamquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur* [Os. 9, 4],

19 docens scilicet et ostendens **Vδε**

20 omnes omnino cum auctoribus supplicio coniungi **TTδ**

21 qui fuerint eorum peccato contaminati.

1 **X** 1 Quae ergo apud eos merita esse circa deum possunt **TTγε**

2 quibus supplicia diuinitus inrogantur? **Vδ**

3 Aut quomodo tales iustificare et sanctificare baptizatos possunt

4 qui hostes sacerdotum **TTγ**

5 aliena et inlicita

6 et nullo sibi iure concessa **P1γ**

7 usurpare conantur? **P1γ**

8 Quos tamen ipsos non miramur pro sua prauitate contendere. **T2γ**

9 Adserant necesse est singuli quique quod faciunt **Tγδ**

10 nec uolunt uicti facile succumbere,

11 quamuis sciant

12 id quod faciant non licere. **Vδε**

13 2 Illud mirandum est,

14 immo indignandum potius et dolendum, **Vδε**

15 christianos antichristis adsistere **Tγ**

16 et praeuaricatores fidei *

17 atque ecclesiae proditores **V3δ**

18 intus in ipsa ecclesia **Tγ**

19 contra ecclesiam stare. **P1δ**

20 Qui quoniam pertinaces alias et indociles uel hoc tamen confitentur **TTγ**

21 quod uniuersi siue haeretici **Tγ**

22 siue schismatici **Tγ**

23 non habeant spiritum sanctum, **P1δ**

24 et ideo baptizare quidem possint, **TTγε**

25 dare autem spiritum sanctum non possint, **Pγδ**

26 in hoc ipso

27 a nobis tenentur **Pγ**

28 ut ostendamus

29 nec baptizare omnino eos posse **TTγε**

30 qui non habeant spiritum sanctum. **P1δ**

1 **XI** 1 Nam cum in baptismo unicuique peccata sua remittantur, **TTγ**

2 probat et declarat in euangelio suo dominus **Ton. Äqu. 4δζ/***

3 per eos solos posse peccata dimitti **P1γ**

4 qui habeant spiritum sanctum. **P1δ**

5 Post resurrectionem enim

6 discipulos suos mittens **Vδζ**

7 loquitur ad eos et dicit: **Pγδ**

*sicut misit me pater, et ego mitto uos. Hoc cum dixisset, insufflauit et ait illis: accipite spiritum sanctum. Si cuius remiseritis peccata, remittentur illi: si cuius tenueritis, tenebuntur* [Ioan. 20, 21-23].

8 Quo in loco ostendit **Pγ**

9 eum solum posse baptizare **TTγ**

10 et remissionem peccatorum dare

11 qui habeat spiritum sanctum. **P1δ**

12 2 Denique ipsum Christum dominum nostrum baptizaturus Iohannes accepit **Pγ**

13 ante spiritum sanctum, **P1δ**

14 cum adhuc esset in utero matris constitutus, **TTγ**

15 ut certum esset atque manifestum **TT1$^{2}$γ**

16 baptizare non posse nisi eos **TTγε**

17 qui habeant spiritum sanctum. **P1δ**

18 Itaque qui haereticis siue schismaticis patrocinantur,

19 respondeant nobis **P1δ**

20 an habeant spiritum sanctum an non habeant.

21 3 Si habent,

22 cur illic baptizatis **TTγ**

23 quando ad nos ueniunt

24 manus inponitur **Tγ**

25 ad accipiendum spiritum sanctum, **P1δ**

26 quando iam utique illic acceptus sit **Tγζ**

27 ubi si fuit dari potuit? *

28 Si autem foris cuncti haeretici et schismatici **Ton. Äqu. 4δε**

29 non habent spiritum sanctum **P1δ**

30 et ideo apud nos manus inponitur, **Tγ**
31 ut hic accipiatur
32 quod illic nec est nec dari potest,
33 manifestum est *
34 nec remissionem peccatorum dari per eos posse
35 quos constet spiritum sanctum non habere. **TTγδ**
36 Ed idcirco
37 ut secundum diuinam dispositionem **TT**
38 atque euangelicam ueritatem **Vδ**
39 peccatorum remissionem consequi *
40 et sanctificari ac templa dei fieri possint, **Pδ**
41 ecclesiae baptismo baptizandi sunt omnes omnino **Pγ**
42 qui ab aduersariis et antichristis
43 ad Christi ecclesiam ueniunt. **Tδ**

1 **XII** 1 Quaesisti etiam, *
2 fili carissime, **Tγ**
3 quid mihi de illis uideatur **TTγ**
4 qui in infirmitate et languore **Ditr.**
5 gratiam dei consequuntur, **TTγ**
6 an habendi sint legitimi Christiani, **Vδ**
7 eo quod aqua salutari non loti sint sed perfusi. **Vγδε**
8 Qua in parte nemini uerecundia et modestia nostra praeiudicat **T2γ**
9 quominus unusquisque quod putat sentiat *
10 et quod senserit faciat. **Tδ**
11 2 Nos,
12 quantum concipit mediocritas nostra, **Pδ**
13 aestimamus **Ditr.**
14 in nullo mutilari et debilitari posse beneficia diuina **TTδ**
15 nec minus aliquid illic posse contingere, **T2γ**
16 ubi plena et tota fide et dantis et sumentis accipitur **Tγ**
17 quod de diuinis muneribus hauritur. **TTδ**
18 Neque enim sic in sacramento salutari **TTγ/1β**
19 delictorum contagia **Tγ**
20 ut in lauacro carnali et saeculari **Vγδ/Ditr.**
21 sordes cutis et corporis abluuntur, **Vδ**
22 ut et aphronitris et ceteris quoque adiumentis **TTγ**
23 et solio et piscina opus sit,
24 quibus ablui et mundari corpusculum possit. **P1δ**
25 Aliter pectus credentis abluitur, **Tγ**
26 aliter mens hominis per fidei merita mundatur. **TTδ**
27 In sacramentis salutaribus *
28 necessitate cogente **P1γ**
29 et deo indulgentiam suam largiente **TTγ**
30 totum credentibus conferunt diuina conpendia. **T2γ**
31 3 Nec quemquam mouere debet **Ditr.**
32 quod aspargi uel perfundi uidentur aegri **Ditr.**
33 cum gratiam dominicam consequuntur, **Vδ**
34 quando scriptura sancta per Ezechielem prophetam
35 loquatur et dicat: **P1γδ**

*et aspargam super uos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inmunditiis uestris et ab omnibus simulacris uestris. Et mundabo uos, et dabo uobis cor nouum, et spiritum nouum dabo in uobis.* [Ez. 36, 25, 26].

36 Item in Numeris:

*et homo qui fuerit inmundus usque ad uesperam, hic purificabitur die tertio et die septimo, et mundus erit. Si autem non fuerit purificatus die tertio et die septimo, non erit mundus, et exterminabitur anima illa de Israel, quoniam aqua asparsionis non est super eum sparsa.* [Num. 19, 8. 12. 13].

37 Et iterum:

*et locutus est dominus ad Moysen dicens: accipe Leuitas de medio filiorum Israel, et purificabis eos. Et ita facies eis purificationem eorum. Circumsparges eos aquam purificationis.* [Num. 8, 5-7.]

38 Et iterum:

*aqua asparsionis purificatio est* [Num. 19, 9.]

39 Vnde apparet **P1γ**
40 asparsionem quoque aquae instar salutaris lauacri optinere **TTγ**
41 et quando haec in ecclesia fiunt, **P1δ**
42 ubi sit et accipientis et dantis fides integra, *
43 stare omnia et consummari ac perfici posse **P1δ**
44 a maiestate domini *
45 et fidei ueritate. **Vδ**

1 **XIII** 1 Porro autem
2 quod quidem eos salutari aqua et fide legitima Christi gratiam consecutos **V3δ**
3 non christianos sed clinicos uocant, **Pδ**
4 non inuenio
5 unde hoc nomen adsumant, **P1γ**
6 nisi forte
7 qui plura et secretiora legerunt **P1γ**
8 apud Hippocratem uel Soranum **Vδζ**
9 clinicos istos deprehenderunt. **(P)1**
10 2 Ego enim,
11 qui clinicum de euangelio noui, **Pδ**
12 scio paralytico illi et debili **Tγδ**
13 per longa aetatis curricula **Tγ**
14 in lecto iacenti **Pγ**
15 nihil infirmitatem suam obfuisse **TTγ/Ditr.**
16 quominus ad firmitatem caelestem **Pγ**

17 plenissime perueniret, **V3δ**
18 nec tantum indulgentia dominica
19 excitatum de grabato esse,
20 sed ipsum grabatum suum reparatis et uegetatis uiribus sustulisse. **V3δ**
21 3 Et idcirco
22 quantum fide concipere et sentire nobis datur, **TTγε**
23 mea sententia haec est, **P1δε**
24 ut christianus iudicetur legitimus **Tγ**
25 quisque fuerit in ecclesia lege et iure fidei diuinam gratiam consecutus. **V3δ**
26 Aut si aliquis existimat
27 eos nihil consecutos eo
28 quod aqua salutari tantum perfusi sint, **Tγζ**
29 si inanes et uacui sunt,
30 non decipiantur, **P**
31 ut
32 si incommodum languoris euaserint et conualuerint, baptizentur. **Vδ/Ditr.**
33 Si autem baptizari non possunt **Pγδ**
34 qui iam baptismo ecclesiastico sanctificati sunt,
35 cur in fide sua et domini indulgentia scandalizentur?
36 An consecuti sunt quidem gratiam dominicam,
37 sed breuiore et minore mensura muneris diuini ac spiritus sancti, **P1δ**
38 ut habeantur quidem christiani, **TTγ**
39 non sint tamen ceteris adaequandi? **Vδ**

1 **XIV** 1 Quin immo spiritus sanctus non de mensura datur,
2 sed super credentem totus infunditur. **T2γ**
3 Nam si dies omnibus aequaliter nascitur **T2δ**
4 et si sol super omnes pari et aequali luce diffunditur, **T2γ**
5 quanto magis Christus sol et dies uerus **(P)1βδ od. TTβγε**
6 in ecclesia sua **Pδ**
7 lumen uitae aeternae **Pγ**
8 pari aequalitate largitur? **P1γ**
9 Cuius aequalitatis sacramentum **TTγ**
10 uidemus in Exodo esse celebratum, **TT1$^{2}$γ**
11 cum de caelo manna deflueret **Tγ**
12 et futurorum praefiguratione
13 alimentum panis caelestis **Pγ**
14 et cibum Christi uenientis ostenderet. **T2γ**
15 Illic enim sine discrimine uel sexus uel aetatis **TTγδ**
16 gomor singulis aequaliter colligebatur. **(P)1**
17 2 Vnde apparebat **TTγ**
18 Christi indulgentiam *****
19 et caelestem gratiam postmodum secuturam **Vδ**
20 aequaliter omnibus diuidi **T2δ**
21 sine sexus uarietate,
22 sine annorum discrimine, **Tγ**
23 sine acceptione personae, **P1γ**
24 super omnem dei populum *****
25 spiritalis gratiae munus infundi. **P1γ**
26 Plane eadem gratia spiritalis **V3δ**
27 quae aequaliter in baptismo a credentibus sumitur **T2δ**
28 in conuersatione atque actu nostro **TTγε**
29 postmodum uel minuitur uel augetur, **Vδε**
30 ut in euangelio dominicum semen aequaliter seminatur, **V3δ**
31 sed pro uarietate terrae **Ditr.**
32 aliud absumitur,
33 aliud in multiformem copiam *****
34 uel tricesimi uel sexagesimi uel centesimi numeri **Tδ**
35 fructu exuberante cumulatur. **TT1$^{2}$γ**
36 Adhuc uero cum singuli ad denarium uocentur, **TTδ**
37 quid est
38 ut
39 quod a deo aequaliter distribuitur **Ton. Äqu. 4δ/***
40 humana interpretatione minuatur? **TT1$^{2}$γ**

1 **XV** 1 Quod si aliquis in illo mouetur **Pγ**
2 quod quidam de his
3 qui aegri baptizabantur **P1**
4 spritibus adhuc inmundis temptabantur, **TTγ**
5 sciat
6 diaboli nequitiam pertinacem **Vδ/Ditr.**
7 usque ad aquam salutarem ualere, **Pγ**
8 in baptismo uero
9 omne nequitiae suae uirus amittere. **T2γ**
10 Quod exemplum cernimus in rege Pharaone,
11 qui diu reluctatus **TTγ/1β**
12 et in sua perfidia demoratus **Vδ**
13 tam diu resistere potuit et praeualere **Ditr.**
14 donec ad aquam ueniret; **Pγ**
15 quo cum uenisset, **Pβγ**
16 et uictus est et extinctus. **Vγδε**
17 Mare autem illud sacramentum baptismi fuisse **Pγ**
18 declarat beatus apostolus Paulus dicens:
*nolo enim uos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt et in nube et in mari.*
19 Et addidit dicens: **P1δ**
*haec autem omnia figurae nostrae fuerunt.* [I Cor. 10, 1-2.]

20 2 Quod hodie etiam geritur, **Tδ**
21 ut per exorcistas uoce humana **P1γ**
22 et potestate diuina **P1γ**
23 flagelletur et uratur et torqueatur diabolus, **Tγ**
24 et cum exire se et homines dei dimittere saepe dicat, **Vδζ o. Ditr.**
25 in eo tamen quod dixerit fallat **P1δ**
26 et id
27 quod per Pharaonem prius gestum est *
28 eodem mendacio obstinationis et fraudis exerceat. **T2γ**
29 Cum tamen ad aquam salutarem atque ad baptismi sanctificationem uenitur, **Pγ**
30 scire debemus et fidere **T2γδ**
31 quia ilic diabolus opprimitur
32 et homo dicatus deo
33 diuina indulgentia liberatur. **V3δ**
34 Nam si scorpii et serpentes **Vδε**
35 qui in sicco praeualent, *
36 in aquam praecipitati **P**
37 praeualere possunt **Ditr.**
38 aut sua uenena retinere, **TT1$^2$γ**
39 possunt et spiritus nequam, **P1δ**
40 qui scorpii et serpentes appellantur **TTγ**
41 et tamen per nos data a domino potestate calcantur, **P1γ**
42 permanere ultra in hominis corpore, **Tδ**
43 in quo baptizato et sanctificato **P**
44 incipit spiritus sanctus habitare. **TT1$^2$γ**

1 **XVI** 1 Hoc denique et rebus ipsis experimur, **TTγ**
2 ut necessitate urguente **TTγ/Ditr.**
3 in aegritudine baptizati **Vδ**
4 et gratiam consecuti **V3δ**
5 careant inmundo spiritu *
6 quo antea mouebantur **Vδ**
7 et laudabiles ac probabiles **Ton. Äqu. 4δε/***
8 in ecclesia uiuant **P1δ**
9 plusque per dies singulos *
10 in augmentum caelestis gratiae **gl. Akzentfolge**
11 per fidei incrementa proficiant. **Tγ**
12 Et contra saepe nonnulli de illis **Pγδ**
13 qui sani baptizantur, **TTγ**
14 si postmodum peccare coeperint, *
15 spiritu inmundo redeunte quatiuntur, **TT1$^2$γ**
16 ut manifestum sit *
17 diabolum in baptismo fide credentis excludi, **P1γ**
18 si fides postmodum defecerit regredi. **Tδ**
19 2 Nisi si iustum quibusdam uidetur **Pγ**
20 ut illi
21 qui extra ecclesiam **Tγ**
22 apud aduersarios et antichristos
23 profana aqua polluuntur **Pγ**
24 baptizati iudicentur, **TTγ**
25 hi uero
26 qui in ecclesia baptizantur **V3δ**
27 minus indulgentiae et gratiae diuinae consecuti esse uideantur, **TT1$^2$γ**
28 et tantus honor habeatur haereticis **Tγ**
29 ut inde uenientes **TT1$^2$γ**
30 non interrogentur **P**
31 utrumne loti sint an perfusi, **Vγδε**
32 utrumne clinici an peripatetici; **T**
33 apud nos autem
34 de integra fidei ueritate detrahitur **Tγ**
35 et baptismo ecclesiastico
36 maiestas sua et sanctitas derogatur. **V3δ**

1 **XVII** Rescripsi,
2 fili carissime, **Tγ**
3 ad litteras tuas **Pδ**
4 quantum parua nostra mediocritas ualuit **Tδ**
5 et ostendi
6 quid nos quantum in nobis est sentiamus, **Vγδ**
7 nemini praescribentes **Vδ**
8 quo minus statuat quod putat **TTδε**
9 unusquisque praepositus **Tγ**
10 actus sui rationem domino redditurus, **Vδ**
11 secundum quod beatus apostolus Paulus **P1δ**
12 in epistula sua ad Romanos **TTγ**
13 scribit et dicit: **P1γδ**
*unusque nostrum pro se rationem dabit, non ergo nos inuicem iudicemus.* [Rom. 14, 12, 13.]
14 Opto te,
15 fili carissime, **Tγ**
16 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.54 Epistel 71

Cyprianus Quinto fratri s.
1 **I** 1 Retulit ad me,
2 frater carissime, **Tγ**
3 Lucianus conpresbyter noster **P1δ**
4 te desiderasse **P**
5 ut significaremus tibi
6 quid sentiamus de his
7 qui apud haereticos et schismaticos baptizati uideantur. **TTγ**
8 De qua re
9 quid nuper in concilio
10 plurimi coepiscopi cum conpresbyteris qui aderant censuerimus **Ton. Äqu. 4δ/***

11 ut scires,
12 eiusdem epistulae exemplum tibi misi. **TTγε**
13 2 Nescio qua etenim praesumptione ducuntur **P1γ**
14 quidam de collegis nostris
15 ut putent
16 eos
17 qui apud haereticos tincti sunt, **Tδζ**
18 quando ad nos uenerint,
19 baptizari non oportere, **P1β**
20 eo quod dicant **Pγδ**
21 unum baptisma esse; **Ditr.**
22 quod unum scilicet in ecclesia catholica est,
23 quia ecclesia una est **Tδζ**
24 et esse baptisma praeter ecclesiam non potest. **TTδε**
25 Nam cum duo baptismata esse non possint, **P1γδ**
26 si haeretici uere baptizant, **Pγ**
27 ipsi habent baptisma. **Pγ**
28 Et qui hoc illis patrocinium de auctoritate sua praestat, **TTγε**
29 cedit illis et consentit **TTγδ**
30 ut hostis et aduersarius Christi habere uideatur **TT1$^{2}$γ**
31 abluendi et purificandi et sanctificandi hominis potestatem. **Vδ**
32 3 Nos autem dicimus *
33 eos
34 qui inde ueniunt *
35 non rebaptizari apud nos, sed baptizari. **Ditr.**
36 Neque enim accipiunt illic aliquid
37 ubi nihil est,
38 sed ueniunt ad nos
39 ut hic accipiant
40 ubi et gratia et ueritas omnis est, **T2δζ**
41 quia et gratia et ueritas una est. **T2δζ**
42 Porro autem quidem de collegis nostris
43 malunt haereticis honorem dare
44 quam nobis consentire, **TTγ**
45 et dum unius baptismi adseueratione **Ditr.**
46 baptizare uenientes nolunt,
47 sic aut duo baptismata ipsi faciunt, *
48 dum et apud haereticos baptisma esse dicunt, **Ditr.**
49 aut certe
50 quod est grauius
51 haereticorum sordidam et profanam tinctionem **TTγ**
52 uero et unico et legitimo ecclesiae catholicae baptismo **TTδ**
53 praeponere et praeferre contendunt, **P1γ**
54 non considerantes scriptum esse: **Ditr.**
*qui baptizatur a mortuo, quid proficit lauatione eius?* [Eccles. 34 (31), 30.]
55 Manifestum est autem eos **Vγδζ**
56 qui non sunt in ecclesia Christi **P1δ**
57 inter mortuos conputari, **V3δ**
58 nec posse ab eo uiuificari alterum *
59 qui ipse non uiuat, **P1γδ**
60 quando una sit ecclesia,
61 quae uitae aeternae gratiam consecuta **V3δ**
62 et uiuit in aeternum **TTγδ**
63 et uiuificat dei populum. **Ton. Äqu. 4δζ/***

1 **II** 1 Et dicunt se in hoc ueterem consuetudinem sequi, **Pδ**
2 quando apud ueteres *
3 haereseos et schismatum prima adhuc fuerint initia,
4 ut hi illic essent
5 qui de ecclesia recedebant **Vδ**
6 et hic baptizati prius fuerant: *
7 quos tunc ad ecclesiam reuertentes **Vδ**
8 et paenitentiam agentes **TTδ**
9 necesse non erat baptizare. **TTγ**
10 2 Quod nos quoque hodie obseruamus, **Vδ**
11 ut quos constet hic baptizatos esse
12 et a nobis ad haereticos transisse, **TTδ**
13 si postmodum peccato suo cognito *
14 et errore digesto **P1γ**
15 ad ueritatem et matricem redeant, *
16 satis sit
17 in paenitentiam manum inponere, **Tγ**
18 ut quia ouis iam fuerat, **Tγδ**
19 hanc ouem abigeiatam et errabundam **Vγδ**
20 in ouile suum
21 pastor recipiat. **Tγ**
22 3 Si autem qui ab haereticis uenit **Pδ**
23 baptizatus in ecclesia prius non fuit, **Pγδ**
24 sed alienus in totum et profanus uenit,
25 baptizandus est
26 ut ouis fiat,
27 quia una est aqua in ecclesia sancta **P1δ**
28 quae oues faciat. *
29 Et idcirco quia nihil potest esse commune mendacio et ueritati,
30 tenebris et luci, **TTδε**
31 morti et immortalitati, **TT/Ditr.**
32 antichristo et Christo, **Pγδ**
33 per omnia debemus ecclesiae catholicae unitatem tenere **Pγ**
34 nec in aliquo
35 fidei et ueritatis hostibus cedere. **T2δ**

1 **III** 1 Non est autem de consuetudine praescribendum, **Vδ**
2 sed ratione uincendum. **P1γ**
3 Nam nec Petrus
4 quem primum dominus elegit **TTδ**
5 et super quem aedificauit ecclesiam suam, **Pδ**
6 cum secum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, **Vδ**
7 uindicauit sibi aliquid insolenter **Vδ**
8 aut adroganter adsumpsit, **P1γ**
9 ut diceret
10 se primatum tenere **Pγ**
11 et obtemperari a nouellis et posteris sibi potius oportere, **Vδ**
12 nec despexit Paulum
13 quod ecclesiae prius persecutor fuisset, **Pγ**
14 sed consilium ueritatis admisit **P1γ**
15 et rationi legitimae **Tγ**
16 quam Paulus uindicabat **TTγ**
17 facile consensit, **TTδ**
18 documentum scilicet nobis et concordiae et patientiae tribuens, **Tγ**
19 ut non pertinaciter nostra amemus, **Pγ**
20 sed quae aliquando a fratribus et collegis nostris
21 utiliter et salubriter suggeruntur, **V3δ**
22 si sint uera et legitima,
23 ipsa potius nostra ducamus. **P1γ**
24 2 Cui rei Paulus quoque prospiciens **Tγ**
25 et concordiae et paci fideliter consulens **T2δ**
26 in epistula sua **Pδ**
27 posuit dicens: **Pδ**

*prophetae autem duo aut tres loquantur et ceteri examinent. Si autem alii reuelatum sedenti fuerit, ille prior taceat* [Cor. 14, 29, 30].

28 Qua in parte docuit et ostendit **Vδζ**
29 multa singulis in melius reuelari **Vδ**
30 et debere unumquemque non pro eo **TTγδε**
31 quod semel inbiberat et tenebat **Vδε**
32 pertinaciter congredi, **T2δ**
33 sed si quid melius et utilius extiterit
34 libenter amplecti. **P1γ**
35 Non enim uincimur *
36 quando offeruntur nobis meliora, **TTγ**
37 sed instruimur, *
38 maxime in his
39 quae ad ecclesiae unitatem pertinent *
40 et spei ac fidei nostrae ueritatem, **TTγ**
41 ut sacerdotes dei
42 et ecclesiae eius **P1δ**
43 de ipsius dignatione praepositi **Tγ**
44 sciamus
45 remissam peccatorum non nisi in ecclesia dari posse **Vδζ**
46 nec posse aduersarios Christi quicquam sibi circa eius gratiam uindicare. **V3δ**

1 **IV** 1 Quod quidem et Agrippinus **Vγδ**
2 bonae memoriae uir
3 cum ceteris coepiscopis suis **Pδ**
4 qui illo in tempore **Tγδ**
5 in prouincia Africa et Numidia **Ton. Äqu. 4δε**
6 ecclesiam domini gubernabant **Vδ**
7 statuit
8 et librata consilii communis examinatione firmauit. **P1γ**
9 Quorum sententiam religiosam et legitimam,
10 salutarem fidei et ecclesiae catholicae congruentem, **Vδ**
11 nos etiam secuti sumus.
12 2 Et quales super hac re litteras fecerimus ut scires, **TTδε**
13 exemplum earum ad notitiam tam tuam quam coepiscoporum nostrorum **Pγ**
14 qui illic sunt
15 pro communi dilectione transmisimus. **T2γ**
16 Opto te,
17 frater carissime, **Tγ**
18 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.55 Epistel 73

Cyprianus Iubaiano fratri s.

1 **I** 1 Scripsisti mihi,
2 frater carissime, **Tγ**
3 desiderans significari tibi motum animi nostri **Pδ**
4 quid nobis uideatur
5 de haereticorum baptismo, **Pγ**
6 qui foris positi *
7 et extra ecclesiam constituti **V3δ**
8 uindicant sibi **Pδ**
9 rem nec iuris sui nec potestatis. **(P)1β**
10 Quando nos nec ratum possumus nec legitimum conputare, **Vδ**
11 quando hoc apud eos esse constet inlicitum. **Tγ**
12 Et quoniam iam super hac re
13 quid sentiremus
14 litteris nostris expressimus, **Tγ**
15 ut conpendium facerem **Tδ**
16 exemplum earumdem litterarum tibi misi, **TTγε**
17 quid in concilio cum conplures adessemus decreuerimus, **Ditr.**
18 quid item postea *

| | | |
|---|---|---|
| 19 | Quinto collegae nostro | |
| 20 | de eadem re quaerenti rescripserim. | **Tγ** |
| 21 | 2 Et nunc quoque cum in unum conuenissemus | **P** |
| 22 | tam prouinciae Africae quam Numidiae episcopi | |
| 23 | numero septuaginta et unus, | **Pγδ** |
| 24 | hoc idem denuo sententia nostra firmauimus, | **Tγ** |
| 25 | statuentes unum baptisma esse | **Ditr.** |
| 26 | quod sit in ecclesia catholica constitutum | **Vδ** |
| 27 | ac per hoc non rebaptizari | **Ditr.** |
| 28 | sed baptizari a nobis | **Pγδ** |
| 29 | quicumque ab adultera et profana aqua uenientes | **TTγ** |
| 30 | abluendi sint et sanctificandi | |
| 31 | salutaris aquae ueritate. | **TTγ** |
| 1 | **II** 1 Nec nos mouet, | |
| 2 | frater carissime, | **Tγ** |
| 3 | quod in litteris tuis conplexus es, | **Tγζ** |
| 4 | Nouatianenses rebaptizare eos | |
| 5 | quos a nobis sollicitant, | **Tγ** |
| 6 | quando ad nos omnino non pertineat | |
| 7 | quid hostes ecclesiae faciant, | **Tδ** |
| 8 | dummodo teneamus ipsi potestatis nostrae honorem | **Pγ** |
| 9 | et rationis ac ueritatis firmitatem. | **TTγ** |
| 10 | Nam Nouatianus | |
| 11 | simiarum more, | |
| 12 | quae | |
| 13 | cum homines non sint | **Pδε** |
| 14 | humana imitentur, | **TT1$^2$γ** |
| 15 | uult ecclesiae catholicae auctoritatem sibi uindicare, | **TTγ** |
| 16 | quando ipse in ecclesia non sit, | **P1δ** |
| 17 | immo adhuc insuper contra ecclesiam rebelles et hostis extiterit. | **Tγ** |
| 18 | Sciens etenim | |
| 19 | unum esse baptisma, | **P1γ** |
| 20 | hoc unum sibi uindicat, | * |
| 21 | ut apud se esse ecclesiam dicat | **P1δ** |
| 22 | et nos haereticos faciat. | **Tδ** |
| 23 | 2 Nos autem | |
| 24 | qui ecclesiae unius caput et radicem tenemus | **Pγ/Ditr.** |
| 25 | pro certo scimus et fidimus | **T2γδ** |
| 26 | nihil illi extra ecclesiam licere | **TTδ** |
| 27 | et baptisma | |
| 28 | quod est unum | |
| 29 | apud nos esse, | |
| 30 | ubi et ipse baptizatus prius fuerat, | * |
| 31 | quando diuinae unitatis et rationem et ueritatem tenebat. | **Pγ/Ditr.** |
| 32 | Quod si in ecclesia baptizatos | **V3δ** |
| 33 | rebaptizandos foris extra ecclesiam | **Tγ** |
| 34 | Nouatianus existimat, | **T2γ** |
| 35 | a se incipere debuerat, | |
| 36 | ut prior extrario et haeretico baptismo rebaptizaretur, | **Ditr.** |
| 37 | qui post ecclesiam | |
| 38 | immo et contra ecclesiam | **Tγ** |
| 39 | baptizandos foris opinatur. | **TTγ** |
| 40 | 3 Quale est autem, | **P1γδ** |
| 41 | ut quia hoc Nouatianus facere audet, | **Pδ** |
| 42 | nos putemus non esse faciendum? | **TT1$^2$γ** |
| 43 | Quid ergo? | |
| 44 | Quia et honorem cathedrae sacerdotalis Nouatianus usurpat, | |
| 45 | numquid idcirco nos cathedrae renuntiare debemus? | **P1γ** |
| 46 | Et quia Nouatianus altare conlocare | **TTγ** |
| 47 | et sacrificia offerre | **TTδ** |
| 48 | contra fas nititur, | |
| 49 | ab altari et sacrificiis cessare nos oportet, | **TTγδ** |
| 50 | ne paria et similia cum illo celebrare uideamur? | **TT1$^2$γ** |
| 51 | Vanum prorsus et stultum est, | **T2γδζ** |
| 52 | ut quia Nouatianus extra ecclesiam uindicat sibi | **Pδ** |
| 53 | ueritatis imaginem, | **Tγ** |
| 54 | relinquat ecclesia ueritatem. | **Vδ** |
| 1 | **III** 1 Apud nos autem non noua aut repentina res est | **Ditr.** |
| 2 | ut baptizandos censeamus eos | **gl. Akzentfolge** |
| 3 | qui ab haereticis ad ecclesiam ueniunt, | **Tδ** |
| 4 | quando anni sint iam multi | **TTγδε** |
| 5 | et longa aetas | |
| 6 | ex quo sub Agrippino | |
| 7 | bonae memoriae uiro | **Pδ** |
| 8 | conuenientes in unum | **Pγ/Ditr.** |
| 9 | episcopi plurimi hoc statuerint | |
| 10 | atque exinde in hodiernum | **(Vγδ)** |
| 11 | tot milia haereticorum | |
| 12 | in prouinciis nostris | **P1δ** |
| 13 | ad ecclesiam conuersi | **TTδ** |
| 14 | non aspernati sint neque cunctati, | **Pγ** |
| 15 | immo et rationabiliter et libenter amplexi sint, | **Tγζ** |
| 16 | ut lauacri uitalis et salutaris baptismi gratiam consequerentur. | |
| 17 | 2 Neque enim difficile est doctori | **Vδε** |
| 18 | uera et legitima insinuare ei | |
| 19 | qui haeretica prauitate damnata | **P1γ** |
| 20 | et ecclesiastica ueritate conperta | **P1γ** |
| 21 | ad hoc uenit ut discat, | **Pγδ** |

22 ad hoc discit ut uiuat. **P1γδ**

23 Nos non demus stuporem haereticis patrocinii et consensus nostri,

24 et libenter ac prompte obtemperant ueritati. **V3δ**

1 **IV** 1 Plane quoniam inueni in epistula

2 cuius exemplum ad me transmisisti

3 scriptum esse **Ditr.**

4 quod quaerendum non sit quis baptizauerit,

5 quando is

6 qui baptizatus sit

7 accipere remissam peccatorum potuerit **Tγ**

8 secundum quod credidit, **Tγδ**

9 praetereundum hunc locum non putaui, **TTγδ**

10 maxime cum in eadem epistula **Tγ**

11 animaduerterim etiam Marcionis fieri mentionem, **Vδ**

12 ut nec ab ipso uenientes **TTγ**

13 dicat baptizari oportere, **TTγ**

14 quod iam in nomine Iesu Christi **Vδζ**

15 baptizati esse uideantur. **TT1$^2$γ**

16 2 Considerare itaque debemus fidem eorum **Pγ**

17 qui foris credunt,

18 an secundum eandem fidem

19 possunt aliquid gratiae consequi. **T2δ**

20 Nam si fides una est nobis et haereticis,

21 potest esse et gratia una. **Pδ**

22 Si eundem patrem, eundem filium, eundem spiritum sanctum, **P1δ**

23 eandem ecclesiam confitentur nobiscum **Pγ**

24 Patripassiani, Anthropiani, Valentiniani, Appelletiani, Ophitae, Marcionitae

25 et ceterae hereticorum pestes

26 et gladii ac uenena subuertendae ueritatis, **TTγ**

27 potest illic et baptisma unum esse, **Ditr.**

28 si est et fides una. **(P)1βδ**

1 **V** 1 Ac ne longum sit

2 per haereses uniuersas decurrere **Tγ**

3 et singularum uel ineptias uel insanias recensere, **Vδ**

4 quia nec delectat id dicere **T2γδ**

5 quod aut horret aut pudet nosse:

6 de Marcione interim solo, **P1δ**

7 cuius mentio in epistula a te ad nos transmissa facta est, *****

8 examinemus **P/Ditr.**

9 an possit baptismatis eius ratio constare. **TTδ**

10 2 Dominus enim **Pδ**

11 post resurrectionem discipulos suos mittens **Vδζ**

12 quemadmodum baptizare deberent **P1γ**

13 instruit et docet dicens: **(P)1βδ**

*data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Ite ergo, et docete gentes omnes tinguentes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti.* [Matth. 28, 18. 19.]

14 Insinuat trinitatem, **Vδ**

15 cuius sacramento gentes tinguerentur. **P**

16 Numquid hanc trinitatem Marcion tenet?

17 Numquid eundem adserit *****

18 quem et nos deum patrem creatorem? **TTγ**

19 Eundem nouit filium Christum **P1δ**

20 de uirgine Maria natum,

21 qui sermo caro factus sit, *****

22 qui peccata nostra portauerit, **T2γ**

23 qui mortem moriendo uicerit,

24 qui resurrectionem carnis

25 per semet ipsum primus initiauerit

26 et discipulis suis quod in eadem carne resurrexisset ostenderit? **T2γ**

27 3 Longe alia est apud Marcionem

28 sed et apud ceteros haereticos fides. **Pδ**

29 Immo nihil est apud illos

30 nisi perfidia et blasphemia **Ton. Äqu. 4δε**

31 et contentio sanitatis et ueritatis inimica. **TT1$^2$γ**

32 Quomodo ergo potest uideri **Pγ**

33 qui apud illos baptizatur **TTγ/Ditr.**

34 consecutus esse peccatorum remissam **Pγ**

35 et diuinae indulgentiae gratiam **T2δ**

36 per suam fidem

37 qui ipsius fidei non habuerit ueritatem? **Vδ**

38 2 Si enim,

39 sicut quibusdam uidetur, **Pγ**

40 secundum fidem suam **TTγε**

41 quis accipere aliquid foris extra ecclesiam potuit, **Tδ**

42 utique id accepit quod credidit. **Tγδ**

43 Falsum autem credens **TTγε**

44 uerum accipere non potuit,

45 sed potius adultera et profana secundum quo credebat accepit. **P1γ**

1 **VI** 1 Quem locum profani et adulteri baptismi **TTδ**

2 subtiliter Hieremias propheta perstringit dicens:

*ut quid qui contristant me praeualent? Plaga mea solida est, unde sanabor? Dum fit, facta est mihi quasi aqua mendax non habens fidem.* [Hier. 15, 18.]

3 Mentionem facit per prophetam spiritus sanctus **P1δ**

4 aquae mendacis **Pγ**

5 et fidem non habentis. **TTγδ**

6 Quae est haec aqua mendax et perfida? **Tγδ**

7 Vtique ea **Pδ**
8 quae baptismi imaginem mentitur **TTδ**
9 et gratiam fidei **Tδ**
10 adumbrata simulatione frustratur. **P1γ**
11 2 Quod si secundum prauam fidem **TTγε**
12 baptizari aliquis foris **Pδ**
13 et remissam peccatorum consequi potuit, **Tδ**
14 secundum eandem fidem
15 consequi et spiritum sanctum potuit, *
16 et non est necesse
17 ei uenienti manum inponi **Pγ**
18 ut spiritum sanctum consequatur et signetur. **TTγδ**
19 Aut utrumque enim fide sua foris consequi potuit **Tδ**
20 aut neutrum eorum qui foris fuerat accepit. **TTδ**

1 **VII** 1 Manifestum est autem **P1γδ**
2 ubi et per quos remissa peccatorum dari possit,
3 quae in baptismo scilicet datur. **Pδ**
4 Nam Petro primum dominus, *
5 super quem aedificauit ecclesiam **T2γ**
6 et unde unitatis originem instituit et ostendit, **Vδε**
7 potestatem istam dedit **TTγε**
8 ut id solueretur in terris **P1γδ**
9 quod ille soluisset. **P1γ**
10 2 Et post resurrectionem quoque ad apostolos loquitur dicens: **Pδ**
*sicut misit me pater, et ego mitto uos. Hoc cum dixisset, inspirauit et ait illis: accipite spiritum sanctum. Si cuius remiseritis peccata, remittentur illi: si cuius tenueritis, tenebuntur.* [Ioan, 20, 21-23.]
11 Vnde intellegimus
12 non nisi in ecclesia praepositis
13 et euangelica lege **Pδ**
14 ac dominica ordinatione fundatis **P1γ**
15 licere baptizare **TTγ**
16 et remissam peccatorum dare,
17 foris autem nec ligari aliquid posse nec solui, **P1γδ**
18 ubi non sit qui aut ligare possit aut soluere. **T2γδ**

1 **VIII** 1 Nec hoc,
2 frater carissime, **Tγ**
3 sine scripturae diuinae auctoritate proponimus **T2γ**
4 ut dicamus
5 certa lege
6 ac propria ordinatione **TTγ/Ditr.**
7 diuinitus cuncta esse disposita **Tγ**
8 nec posse quemquam contra episcopos et sacerdotes usurpare sibi aliquid *
9 quod non sit sui iuris et potestatis. **(P)1β**
Nam et Core et Dathan et Abiron [Cf. Num. 16.],
10 contra Moysen et Aaron sacerdotem
11 sacrificandi licentiam sibi usurpare conati sunt, **Tγζ**
12 nec tamen quod inlicite ausi sunt **Tδζ**
13 inpune fecerunt. **P1γ**
2 Et filii Aaron [Cf. Leu. 10.]
14 qui alienum ignem altari inposuerunt **P**
15 in conspectu statim domini indignantis extincti sunt. **Tγζ**
16 Quod supplicium manet eos **Vδζ**
17 qui alienam aquam baptismo inferunt falso, **P1δ**
18 ut diuina censura **P1γ**
19 ulciscatur et uindicet **T2γδ**
20 id haereticos contra ecclesiam gerere **Tδ**
21 quod non nisi soli liceat ecclesiae.

1 **IX** 1 Quod autem quidam dicunt eis **TTγε**
2 qui in Samaria baptizati fuerant, *
3 aduenientibus apostolis Petro et Iohanne **TTγδ**
4 tantum super eos manum inpositam esse, **Pδ**
5 ut acciperent spiritum sanctum, **P1δ**
6 rebaptizatos tamen eos non esse, **Pγδ**
7 locum istum,
8 frater carissime, **Tγ**
9 ad praesentem causam
10 uidemus omnino non pertinere. **Ditr.**
11 Illi enim
12 qui in Samaria crediderant
13 fide uera crediderant **Tγ**
14 et intus in ecclesia,
15 quae una est
16 et cui soli
17 gratiam baptismi dare et peccata soluere permissum est,
18 a Philippo diacono
19 quem idem apostoli miserant **Tδ**
20 baptizati erant.
21 Et idcirco
22 quia legitimum et ecclesiasticum baptisma consecuti fuerant, *
23 baptizari eos ultra non oportebat, **(P)1β**
24 sed tantummodo quod deerat id a Petro et Iohanne factum est,
25 ut oratione pro eis habita *
26 et manu inposita **Tγ**
27 inuocaretur **P1**
28 et infunderetur super eos spiritus sanctus. **P1δ**
29 2 Quod nunc quoque apud nos geritur, **Tγδ**
30 ut qui in ecclesia baptizantur **V3δ**
31 praepositis ecclesiae offerantur **V3δ**
32 et per nostram orationem **Ditr.**

33 ac manus inpositionem **TT**
34 spiritum sanctum consequantur **TTγ**
35 et signaculo dominico consummentur. **Vδ**

1 **X** 1 Non est ergo,
2 frater carissime, **Tγ**
3 quod haereticis cedendum existimemus **P**
4 et baptisma
5 quod non nisi uni et soli ecclesiae datum sit **Tδζ**
6 prodendum putemus. **Pγ**
7 Boni militis est
8 aduersus rebelles et hostes imperatoris sui
9 castra defendere. **T2γ**
10 Gloriosi ducis est
11 commissa sibi signa seruare. **P1γ**
12 Scriptum est:
*dominus deus tuus deus zelans est* [Deut. 4, 24].
13 2 Qui spiritum dei accepimus
14 zelum diuinae fidei habere debemus, **P1γ**
15 quo zelo Finees placuit
16 et deum promeritus **Tγ**
17 indignantis iram populo pereunte leniuit. **P1γ**
18 Quid adultera et aliena et diuinae unitatis inimica **TT1$^{2}$γ**
19 in acceptum referimus, **Tγ**
20 qui non nisi unum Christum et unam eius ecclesiam nouimus? **T2δ**
21 3 Ecclesia paradisi instar exprimens *
22 arbores frugiferas intra muros suos intus inclusit, **P1γ**
23 ex quibus quae non facit fructum bonum exciditur **Tγ**
24 et in ignem mittitur. *
25 Has arbores rigat quattuor fluminibus
26 id est
27 euangeliis quattuor, **Tδ**
28 quibus baptismi gratiam *
29 salutari et caelesti inundatione largitur. **P1γ**
30 Numquid de ecclesiae fontibus rigare potest
31 qui intus in ecclesia non est? **P1δε**
32 Numquid paradisi potus salubres et salutares inpertire **TTγ**
33 cuiquam potest
34 qui peruersus et a semet ipso damnatus **Pγ**
35 et extra paradisi fontes relegatus **TTγ**
36 aruit
37 et aeternae sitis siccitate defecit? **P1γ**

1 **XI** 1 Clamat dominus *
2 ut qui sitit ueniat **gl. Akzentfolge**
3 et bibat de fluminibus aquae uiuae,
quae de eius uentre fluxerunt [Cf. Ioan. 7, 27].**P1γ**
4 Quo uenturus est qui sitit, **Vγδε**
5 utrumne ad haereticos
6 ubi fons et fluuius aquae uitalis omnino non est,
7 an ad ecclesiam
8 quae una est
9 et super unum
10 qui et claues eius accepit **P1γ**
11 domini uoce fundata est? **T2γζ**
12 Haec est una
13 quae tenet et possidet omnem sponsi sui et domini potestatem. **Vδ**
14 2 In hac praesidemus, **Ditr.**
15 pro honore eius atque unitate pugnamus, **P1γ**
16 huius et gratiam pariter et gloriam
17 fideli deuotione defendimus. **T2γ**
18 Nos diuino permissu rigamus sitientem dei populum, *
19 nos custodimus terminos uitalium fontium. **T2δ**
20 Si possessionis nostrae ius tenemus, **TTγε**
21 si sacramentum unitatis agnoscimus, **T2γ**
22 cur praeuaricatores ueritatis, **TTγ**
23 cur proditores unitatis existimus? **T2γ**
24 Aqua ecclesiae fidelis et salutaris et sancta **P1γδ**
25 corrumpi et adulterari non potest, **Pγδ**
26 sicut et ipsa ecclesia
incorrupta et casta et pudica est.
27 3 Si ecclesiae deuoti et in
ecclesia constituti sunt haeretici,
28 possunt et baptismo eius et ceteris salutaribus bonis uti. **Vδζ**
29 Si autem in ecclesia non sunt, **Pδε**
30 immo et contra ecclesiam faciunt, **Tδ**
31 quomodo baptizare baptismo ecclesiae possunt? **P1δ**

1 **XII** 1 Neque enim parua res
haereticis et modica conceditur,
2 quando a nobis baptisma eorum in acceptum refertur, **Pγ**
3 cum inde incipiat omnis fidei origo **TTδ**
4 et ad spem uitae aeternae **Pγ**
5 salutaris ingressio **T2γ**
6 et purificandis ac uiuificandis dei seruis **TTγε**
7 diuina dignatio. **T2γ**
8 2 Nam si baptizari quis apud haereticos potuit,**Tδ**
9 utique et remissam peccatorum consequi potuit.**Tδ**
10 Si peccatorum remissam consecutus est, *
11 sanctificatus est: **Tζ**
12 si sanctificatus est,
13 templum dei factus est: *

14 quaero cuius dei? **TTγε**
15 Si creatoris,
16 non potuit
17 qui in eum non credidit. **Tγδ**
18 Si Christi,
19 nec huius fieri potest templum **Vδζ**
20 qui negat deum Christum. **TTγε**
21 Si spiritus sancti, **P1δ**
22 cum tres unum sint,
23 quomodo spiritus sanctus placatus esse ei potest **TTγε**
24 qui aut filii aut patris inimicus est? *

1 **XIII** 1 Proinde frustra quidam **TTγε**
2 qui ratione uincuntur **P1γ**
3 consuetudinem nobis opponunt, **Pγ**
4 quasi consuetudo maior sit ueritate **Vγδ**
5 aut non id sit in spiritalibus sequendum **TTδ**
6 quod in melius fuerit a sancto spiritu reuelatum. **Vδ**
7 Ignosci enim potest simpliciter erranti, **TTδ**
8 sicut de se ipso dicit beatus apostolus Paulus: **P1δ**
*qui primo,*
9 inquit,
*fui blasphemus et persecutor et iniuriosus, sed misericordiam merui, quia ignorans feci.* [Tim. 1, 13.]
10 2 Post inspirationem uero et reuelationem factam,
11 qui in eo
12 quod errauerat
13 perseuerat prudens et sciens, **Pγδ**
14 sine uenia ignorantiae peccat. **P1δ**
15 Praesumptione enim atque obstinatione quadam nititur, *
16 cum ratione superetur. **TT1$^2$γ**
17 3 Nec quisquam dicat,
18 „quod accepimus ab apostolis hoc sequimur“,
19 quando apostoli non nisi unam ecclesiam tradiderint
20 et baptisma unum **Ditr.**
21 quod non nisi in eadem ecclesia sit constitutum, **Ditr.**
22 et neminem inueniamus ab apostolis,
23 cum apud haereticos baptizatus esset, **Ditr.**
24 in eodem baptismate **Tγ**
25 admissum esse et communicasse, **P**
26 ut uideantur apostoli baptisma haereticorum probasse. **Pγ**

1 **XIV** 1 Quod enim quidam dicunt, **TTγε**
2 quasi ad haereticorum suffragium pertineat
3 quod dixerit apostolus Paulus: **P1δ**
*uerumtamen omni modo, siue per occasionem siue per ueritatem Christus adnuntiatur* [Phil. 1, 18.],
4 inuenimus hoc quoque ad eorum patrociniuum
5 qui haereticis suffragantur et plaudunt **P1γδ**
6 nihil posse proficere. **Tγ**
7 2 Neque enim de haereticis aut de eorum baptismo **Pγ**
8 loquebatur in epistula sua Paulus, **Vδζ**
9 ut aliquid
10 quod ad hanc rem pertineat
11 posuisse ostendatur. **TTγ**
12 Loquebatur de fratribus
13 siue inordinate et contra ecclesiasticam disciplinam ambulantibus *
14 siue euangelicam ueritatem de dei timore seruantibus. **T2γ**
15 Et quosdam ex eis posuit uerbum domini constanter atque intrepide locutos, **TTδ**
16 quosdam uero in inuidia et dissensione uersatos, **P1γ**
17 quosdam seruasse circa se beniuolam caritatem, **Vδ**
18 aliquos uero habuisse maliuolam dissensionem, **Ditr.**
19 se tamen patienter omnia sustinere, **Vδ**
20 dummodo siue in ueritate **Ditr.**
21 siue per occasionem **P/Ditr.**
22 nomen Christi quod Paulus praedicabat ad plurimorum notitiam perueniret **Vδ**
23 et noua adhuc ac rudis sermonis seminatio *
24 loquentium praedicatione crebresceret. **T2γ**
25 3 Porro aliud est eos **TTδε**
26 qui intus in ecclesia sunt
27 de nomine Christi loqui, **Vδζ**
28 aliud est eos **TTδε**
29 qui foris sunt
30 et contra ecclesiam faciunt **Tδ**
31 in nomine Christi baptizare. **TTγ/Ditr.**
32 Quare qui haereticis patrocinatur **P**
33 non id proferat
34 quod Paulus de fratribus posuit, sed ostendat, **Vδε**
35 si haeretico aliquid concedendum putauit **Pγ**
36 aut si fidem et baptisma eorum probauit **Pγ**
37 aut si perfidos et blasphemos **Vδε**
38 remissionem peccatorum accipere extra ecclesiam posse constituit. **Pγ**

1 **XV** 1 Si autem quid apostoli de haereticis senserint **Tδ**
2 consideremus, **P**
3 inueniemus
4 eos in omnibus epistulis suis **Pδ**

5 execrari et detestari haereticorum sacrilegam prauitatem. **Vδ**
6 Nam cum dicant
7 sermonem eorum ut cancer serpere, *
8 quomodo potest is sermo dare remissam peccatorum **TTγ**
9 qui ut cancer serpit ad aures audientium? *
10 Et cum dicant
11 nullam participationem esse iustitiae et iniquitati, **Ditr.**
12 nullam communionem lumini et tenebris,
13 quomodo possunt aut tenebrae inluminare **P/Ditr.**
14 aut iniquitas iustificare? **P**
15 Et cum dicant
16 de deo eos non esse, **Pγδ**
17 sed esse de antichristi spiritu, *
18 quomodo gerunt spiritalia et diuina **Vδε**
19 qui sint hostes dei
20 et quorum pectora obsederit spiritus antichristi? **Vδ**
21 2 Quare si
22 relictis humanae contentionis erroribus **T2γ**
23 ad euangelicam auctoritatem **Ditr./P**
24 atque ad apostolicam traditionem **P**
25 sincera et religiosa fide reuertamur, **TTγ**
26 intellegimus
27 nihil eis ad gratiam ecclesiasticam et salutarem licere **Pγ**
28 qui spargentes atque inpugnantes ecclesiam Christi **P1δ**
29 a Christo ipso aduersarii, *
30 ab apostolis eius antichristi nominentur. **TTγ**

1 **XVI** 1 Non est autem
2 quod aliquis ad circumueniendam christianam ueritatem **TTγ**
3 Christi nomen opponat ut dicat: **P1γδ**
4 „in nomine Iesu Christi **Vδζ**
5 ubicumque et quomodocumque baptizati **TTγ/Ditr.**
6 gratiam baptismi sunt consecuti“, **Vγδ/Ditr.**
7 quando ipse Christus loquatur et dicat: **P1γδ**
*non omnis qui mihi dicit, domine domine, introibit in regnum caelorum* [Matt. 7, 21.],
8 et iterum praemoneat atque instruat **Ton. Äqu. 4δζ/***
9 ne quis a pseudoprophetis et pseudochristis
10 in nomine suo facile fallatur. **TTδ**
*2 Multi,*
11 inquit,
*uenient in nomine meo dicentes: ego sum Christus, et multos fallent* [Mt. 24, 5. Marc. 13, 6.],
12 et postea addidit dicens: **P1δ**
*uos autem cauete. Ecce praedixi uobis omnia.* [Marc. 13, 6. 23.]
13 Vnde apparet **Pγ**
14 non ea statim suscipienda et adsumenda **Vγδ**
15 quae iactantur in Christi nomine, *
16 sed quae geruntur in Christi ueritate. **TTγ**

1 **XVII** 1 Quod enim in euangeliis et in apostolorum epistulis **Pγ**
2 Iesu Christi nomen insinuatur **P**
3 ad remissionem peccatorum, **TTγ**
4 non ita est quasi aut sine patre aut contra patrem prodesse **Pγ**
5 cuiquam solus filius possit, **P1δ**
6 sed ut Iudaeis
7 qui iactitabant se patrem habere **Pγ**
8 ostenderetur **P/Ditr.**
9 quod nihil eis pater profuturus esset, **Ditr.**
10 nisi in filium crederent **T2δ**
11 quem ille misisset **P1γ**
12 – nam qui deum creatorem patrem sciebant, **Pγ**
13 filium quoque Christum scire debebant – , **P1γ**
14 nec sibi blandirentur et plauderent **T2γδ**
15 de solo patre
16 sine filii eius agnitione, **P**
17 qui et dicebat: **Pβγ**
*nemo uenit ad patrem nisi per me.* [Ioan. 14, 6.]
18 Duorum autem cognitionem esse **Ditr.**
19 quae saluet idem ipse manifestat dicens:
*haec est uita aeterna ut cognoscant te solum et uerum deum et quem misisti Iesum Christum.* [Ioan. 17, 3.]
20 Cum ergo ex ipsius Christi praedicatione et contestatione **TT/Ditr.**
21 pater ante cognoscendus sit qui misit, **TTγδε**
22 tunc deinde Christus qui missus est, **Tγδζ**
23 nec possit esse spes salutis **TTγε/Ditr.**
24 nisi duobus simul cognitis,
25 quomodo non cognito immo et blasphemato deo patre, **TTγε**
26 qui apud haereticos Christi nomine baptizati dicuntur **Pγ**
27 peccatorum remissam consecuti iudicantur? **TTγ**
28 2 Alia enim fuit sub apostolis Iudaeorum ratio, *
29 alia gentilium condicio.
30 Illi
31 quia iam legis et Moysi antiquissimum baptisma fuerant adepti, **TTδ**
32 in nomine quoque Iesu Christi erant baptizandi, **TT/Ditr.**
33 secundum quod in actis apostolorum Petrus ad eos loquitur et dicit: **TTδε**

*paenitemini, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini Iesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim est promissio et filiis uestris et omnibus deinceps quoscumque aduocauerit dominus deus noster.* [Act. 2, 38. 39.]

34 Iesu Christi mentionem facit Petrus, **TTγε**
35 non quasi pater omitteretur, **P/Ditr.**
36 sed ut patri filius quoque adiungeretur. **Ditr.**

1 **XVIII** 1 Denique ubi post resurrectionem a domino apostoli ad gentes mittuntur, **Pγ**
2 in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizare gentiles iubentur. **Pγ**
3 Quomodo ergo quidam dicunt foris extra ecclesiam immo et contra ecclesiam, **Tγ**
4 modo in nomine Iesu Christi, **Vδζ**
5 cuiuscumque et quomodocumque **P**
6 gentilem baptizatum remissionem peccatorum consequi posse, **P1δ**
7 quando ipse Christus gentes baptizari iubeat *
8 in plena et adunata trinitate? **TTγ**
9 2 Nisi si qui Christum ipse Christus confessus sit non negatur, **Vγδε**
10 et qui in eum blasphemat **Pγ**
11 quem Christus dominum et deum suum dixerit, *
12 remuneratus a Christo **P1γδ**
13 remissionem peccatorum et baptismi sanctificationem consequitur. **Tγ**
14 Qua autem potestate **TTγ/1β**
15 consequi in baptismo remissionem peccatorum potest
16 negans deum creatorem patrem Christi, **TTγε/1βδ**
17 quando ipsam potestatem **TTγ/1β**
18 qua baptizamur et sanctificamur **P**
19 ab eodem patre Christus acceperit, **T2γ**
20 quem maiorem dixerit, *
21 a quo clarificari petierit, **Tγ**
22 cuius uoluntatem **TTγ**
23 usque ad obsequium bibendi calicis et subeundae mortis inpleuerit? **T2γ**
24 3 Quid est igitur aliud **Tδ**
25 quam participem haereticis blasphemantibus fieri **Tδ**
26 defendere uelle et adserere
27 quod remissam peccatorum accipere possit **Pγ**
28 in Christi nomine blasphemans grauiter *
29 et peccans in patrem et dominum et deum Christi? **(P)1βδ**
30 Quid deinde illud
31 quale est
32 ut qui filium negat **Pδ**
33 neque patrem habeat, *
34 qui patrem negat
35 filium habere uideatur, **TT1$^2$γ**
36 cum filius ipse contestetur et dicat: **P1γδ**

*nemo potest uenire ad me, nisi fuerit datum illi a patre?* [Ioan. 6, 65.]

37 Vt manifestum sit
38 nullam remissionem peccatorum **TTγ**
39 in baptismo accipi a filio posse **P1δ**
40 quam constet patrem non dedisse, **TTγδ**
41 maxime quando adhuc idem repetat et dicat: **TTδε**

*omnis plantatio quam non plantauerit pater meus caelestis eradicabitur.* [Matt. 15, 13.]

1 **XIX** Quod si Christi discipuli discere ex Christo nolunt
2 quantum uenerationis et honoris paterno nomini debeatur, **V3δ**
3 uel de exemplis terrenis ac saecularibus *
4 discant et sciant **Pγδ**
5 Christum non sine maxima exprobratione posuisse: **TT1$^2$γ**

*filii saeculi huius prudentiores sunt filiis lucis in saeculo isto.* [Luc. 16, 8.]

6 Si cuius patri aliquis conuicium fecerit, **T2δ**
7 si contumeliosus ac procax **Pγδ**
8 pudorem eius et honorem **TT1$^2$γδ**
9 maledico ore lacerauerit, *
10 indignatur filius et irascitur **Ton. Äqu. 4δε**
11 et laesi patris iniuriam **T2γ**
12 quibus potest uiribus uindicare conatur. **P1γ**
13 Tu Christum putas impiis et sacrilegis et in patrem suum blasphemis **Pγ**
14 inpunitatem dare
15 et eis in baptismo peccata dimittere **T2γ**
16 quos constet baptizatos eadem adhuc in personam patris maledicta congerere, **Tγ**
17 incessabili blasphemantis linguae scelere peccare? **TTδ**
18 Hoc christianus, **Ditr.**
19 hoc dei seruus **gl. Akzentfolge**
20 potest aut mente concipere **Tγ**
21 aut fide credere *
22 aut sermone proferre? **P1γ**
23 2 Et ubi erunt legis praecepta diuina quae dicunt: **P1γδ**

*honora patrem et matrem?* [Ex. 20, 12.]

24 Nisi si uocabulum patris **Pδ**
25 quod in homine honorari praecipitur in deo **TTδε**
26 inpune uiolatur. **TT1$^2$γ**
27 Vbi erit
28 quod ipse Christus in euangelio ponit et dicit: **P1γδ**

*qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur?* [Matt. 15, 4.]

29 Nisi si is
30 qui maledicentes parentibus carnalibus
31 puniri et interfici mandat, **P1δ**
32 in caelestem et spiritalem patrem maledicos **Tγ**
33 atque ecclesiae matris inimicos **TT1$^{2}$γ**
34 ipse uiuificat. **Tγ**
35 3 Execranda ac detestanda res
36 a quibusdam prorsus adseritur, **Tγ**
37 ut is qui eum
38 si qui in spiritum sanctum blasphemauerit *
39 reum futurum peccati aeterni comminatur, **TTγ**
40 idem in patrem deum blasphemos **Pγ**
41 salutari baptismo sanctificare dicatur. **P1γ**
42 Et nunc
43 qui talibus ad ecclesiam uenientibus **Ton. Äqu. 4δ/***
44 sine baptismo communicandum existimant, **T2γ**
45 non putant
46 se alienis immo aeternis peccatis communicare, **Ditr.**
47 admittentes sine baptismo eos
48 qui non nisi in baptismo possint blasphemarium suarum peccata deponere? **T2γ**

1 **XX** 1 Quam uanum est porro et peruersum, **TTγδ**
2 ut cum ipsi haeretici **Tγ**
3 repudiato et relicto uel errore uel scelere **Tγδ**
4 in quo prius fuerant *
5 agnoscant ecclesiae ueritatem, **V3δ**
6 nos ueritatis eiusdem iura et sacramenta mutilemus **TT1$^{2}$γ**
7 et uenientibus ac paenitentibus dicamus **TTδ**
8 eos remissionem peccatorum consecutos esse,
9 quando illi se peccasse **TTγδ**
10 et propter hoc ad ecclesiae indulgentiam uenire fateantur? **TT1$^{2}$γ**
11 2 Quare ecclesiae catholicae fidem ac ueritatem, **Ditr.**
12 frater carissime, **Tγ**
13 et tenere debemus firmiter et docere **Vδε**
14 et per omnia euangelica et apostolica praecepta **TTδ**
15 rationem diuinae dispositionis atque unitatis ostendere. **T2γ**

1 **XXI** 1 Numquid potest uis baptismi esse maior aut potior **Tγδ**
2 quam confessio,
3 quam passio,
4 ut quis coram hominibus Christum confiteatur, **P**
5 ut sanguine suo baptizetur? **TTγ**
6 Et tamen nec hoc baptisma haeretico prodest, **Pδ**
7 si quamuis Christum confessus extra ecclesiam fuerit occisus, **TTδ**
8 nisi si haereticorum patroni et aduocati
9 haereticos in falsa confessione Christi interfectos **TTγ**
10 martyras praedicant **T2δ**
11 et contra apostoli contestationem, **TT**
12 qui nihil eos quamuis exustos et occisos dicit posse proficere, **Tγ**
13 gloriam eis et coronam passionis adsignant. **P1γ**
14 2 Quod si haeretico nec baptisma publicae confessionis et sanguinis **T2γδ**
15 proficere ad salutem potest,
16 quia salus extra ecclesiam non est, **P1δε**
17 quanto magis ei nihil proderit, *
18 si in latebra et in latronum spelunca **Pγ**
19 adulterae aquae contagio tinctus **P1δ**
20 non tantum peccata antiqua non exposuerit, *
21 sed adhuc potius noua et maiora cumulauerit? *
22 3 Quare baptisma nobis et haereticis commune esse non potest, **Pγδ**
23 cum quibus nec pater deus
24 nec filius Christus **P1δ**
25 nec sanctus spiritus *
26 nec fides nec ecclesia ipsa communis est. **T2γζ**
27 Et ideo baptizari eos oportet **Pγ**
28 qui de haeresi ad ecclesiam ueniunt, **Tδ**
29 ut qui legitimo et uero atque unico sanctae ecclesiae baptismo **TTδ**
30 ad regnum dei
31 regeneratione diuina praeparantur **TTγ**
32 sacramento utroque nascantur, **P1γ**
33 quia scriptum est: *

*nisi quis natus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum dei.* [Ioan. 3, 5.]

1 **XXII** 1 Quo in loco quidam,
2 quasi euacuare possint humana argumentatione **Ditr.**
3 praedicationis euangelicae ueritatem, **Vδ/Ditr.**
4 catecuminos nobis opponunt, **Pγ**
5 si quis ex his antequam in ecclesia baptizetur **V3δ**
6 in confessione nominis adprehensus fuerit et occisus, **Vδε**
7 an spem salutis et praemium confessionis amittat, **P1γ**
8 eo quod ex aqua prius non sit renatus. **Pβγ**
9 2 Sciant igitur eiusmodi homines, **Tδ**
10 suffragatores et fautores haereticorum

11 catecuminos illos primo integram fidem et ecclesiae ueritatem tenere **Pγ**
12 et ad debellandum diabolum **Tγ**
13 de diuinis castris
14 cum plena et sincera dei patris et Christi et spiritus sancti cognitione procedere, **T2γ**
15 deinde nec priuari baptismi sacramento, **TTγ**
16 utpote qui baptizentur gloriosissimo et maximo sanguinis baptismo, **TTδ**
17 de quo et dominus dicebat **TTδ**
18 habere se aliud baptisma baptizari. **TTγ/Ditr.**
19 Sanguine autem suo baptizatos **TTγ/Ditr.**
20 et passione sanctificatos consummari **TTγ**
21 et diuinae pollicitationis gratiam consequi **T2δ**
22 declarat in euangelio idem dominus, **Ton. Äqu. 4δζ/***
23 quando ad latronem in ipsa passione credentem et confitentem loquitur *
24 et quod secum futurus sit in paradiso pollicetur. **TTγ**
25 3 Quapropter qui fidei et ueritati praesumus, *
26 eos qui ad fidem et ueritatem ueniunt *
27 et agentes paenitentiam *
28 remitti sibi peccata deposcunt, **P1γ**
29 decipere non debemus et fallere, **T2γδ**
30 sed correctos a nobis **Pγδ**
31 ac reformatos ad regnum caelorum **Pγ**
32 disciplinis caelestibus erudire. **Vδ**

1 **XXIII** 1 Sed dicit aliquis: *
2 „quid ergo fiet de his
3 qui in praeteritum de haeresi ad ecclesiam uenientes **Vδ**
4 sine baptismo admissi sunt?“ **Tγζ**
5 Potens est dominus **Tγδ**
6 misericordia sua indulgentiam dare **Pδ**
7 et eos
8 qui ad ecclesiam simpliciter admissi **TTδ**
9 in ecclesia dormierunt **V3δ**
10 ab ecclesiae suae muneribus non separare. **Ditr.**
11 2 Non tamen quia aliquando erratum est, **T2γζ**
12 ideo semper errandum est, **T2γζ**
13 cum magis sapientibus et deum timentibus congruat **T2δ**
14 patefactae et perspectae ueritati **TTγ/Ditr.**
15 libenter atque incunctanter obsequi *
16 quam pertinaciter atque obstinate **TTγ**
17 contra fratres et contra sacerdotes **TTγ/1β**
18 pro haereticis reluctari. **Vδ**

1 **XXIV** 1 Nec quisquam existimet haereticos,
2 eo quod illis baptisma opponitur, **T2γ**
3 quasi secundi baptismi uocabulo scandalizatos, **P**
4 ut ad ecclesiam ueniant retardari. **Vδ**
5 2 Immo uero hoc ipso magis ad necessitatem ueniendi **TTγ**
6 testimonio ostensae sibi et probatae ueritatis adiguntur. **TT1$^{2}$γ**
7 Nam si uiderint iudicio et sententia nostra **P1δ**
8 id decerni et statui **Tγδ**
9 ut baptisma iustum et legitimum conputetur **Vδ**
10 quo illic baptizantur, **TTγ/Ditr.**
11 putabunt se ecclesiam quoque et cetera ecclesiae munera **T2δ**
12 iuste et legitime possidere, **Vδ**
13 nec erit causa ueniendi ad nos,
14 quando habentes baptisma **Pγ**
15 habere uideantur et cetera. **T2γδ**
16 3 Porro autem cum cognoscunt
17 baptisma nullum foris esse **TTγε**
18 nec remissam peccatorum extra ecclesiam dari posse, **Vδζ/1βδ**
19 auidius ad nos et promptius properant **Tδ**
20 et munera ac dona ecclesiae matris inplorant, **P1γ**
21 certi peruenire se omnino non posse ad ueram diuinae gratiae pollicitationem, **Ditr.**
22 nisi prius uenerint ad ecclesiae ueritatem. **V3δ**
23 Nec recusabunt baptizari apud nos haeretici
24 legitimo et uero ecclesiae baptismo, **TTδ**
25 quando ex nobis didicerint baptizatos quoque a Paulo eos
26 qui iam baptismo Iohannis baptizati fuissent, **Pγ**
27 sicut legimus in actis apostolorum.

1 **XXV** 1 Et nunc apud quosdam de nostris **Pγδ**
2 haereticorum baptisma adseritur **Tγ**
3 et inuidia quadam quasi rebaptizandi **P/Ditr.**
4 baptizare post hostes dei nefas ducitur, *
5 cum baptizatos inueniamus **P**
quos Iohannes [Cf. Matt. 3, 11. 59.] baptizauerat,
6 ille Iohannes maior inter prophetas habitus, *
7 ille diuina gratia adhuc in utero matris inpletus, **P1γ**
8 ille Heliae spiritu et uirtute subnixus, **P1γ**
9 qui non aduersarius domini, **Tδ**
10 sed praecursor ac praedicator fuit,
11 qui dominum non tantum uerbis praenuntiauit **P**
12 sed et oculis ostendit, **TTδ**
13 qui ipsum Christum
14 per quem baptizantur ceteri, baptizauit. **V3δ**
15 2 Quod si idcirco haereticus ius baptismi obtinere potuit, *

16 quia prior baptizauit, **TTγ**
17 non possidentis erit iam baptisma sed occupantis;
18 et cum separari a se et diuidi omnino non possint baptisma et ecclesia,
19 qui occupare baptisma prior potuit *
20 et ecclesiam pariter occupauit, **Vδ**
21 et incipis tu illi haereticus uideri **TTδ**
22 qui praeuentus posterior esse coepisti, **P1γ**
23 qui cedendo ac manus dando **1βδ**
24 ius quod acceperas reliquisti. **Vδ**
25 3 Quam periculosum sit autem in diuinis rebus
26 ut quis cedat iure suo et potestate **Vγδ/1β**
27 scriptura sancta declarat, **P1γ**
28 cum in Genesi Esau primatus suos inde perdiderit **Tγ**
29 nec recipere id postmodum potuerit
30 quod semel cessit.

1 **XXVI** 1 Haec tibi breuibus pro nostra mediocritate rescripsimus, **T2γ**
2 frater carissime, **Tγ**
3 nemini praescribentes aut praeiudicantes **Ditr./P**
4 quo minus unusquisque episcoporum
5 quod putat faciat, *
6 habens arbitrii sui liberam potestatem. **Vδ**
7 2 Nos,
8 quantum in nobis est,
9 propter haereticos cum collegis et coepiscopis nostris non contendimus, *
10 cum quibus diuinam concordiam et dominicam pacem tenemus, **Pγ**
11 maxime cum et apostolus dicat: **P1δ**
*si quis autem putauerit contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei.* [I Cor. 11, 16.]
12 Seruatur a nobis patienter et leniter **Tγδ**
13 caritas animi,
14 collegii honor, **Pδ**
15 uinculum fidei, **Tδ**
16 concordia sacerdotii. **Ton. Äqu. 4δ/***
17 Propter hoc etiam libellum nunc de bono patientiae *
18 quantum ualuit nostra mediocritas *
19 permittente domino et inspirante conscripsimus, **T2γ**
20 quem ad te pro mutua dilectione transmisimus. **T2γ**
21 Opto te,
22 frater carissime, **Tγ**
23 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.56 Epistel 74

Cyprianus Pompeio fratri s.
1 **I** 1 Quamquam plene ea **TTγε**
2 quae de haereticis baptizandis dicenda sunt **Tγζ**
3 conplexi simus in epistulis
4 quarum ad te exempla transmisimus, **T2γ**
5 frater carissime, **Tγ**
6 tamen quia desiderasti in notitiam tuam perferri
7 quid mihi ad litteras nostras **P1δ**
8 Stephanus frater noster rescripserit, **Tγ**
9 misi tibi rescripti eius exemplum, **P1γ**
10 quo lecto
11 magis ac magis **Pγδ**
12 eius errorem denotabis, **TTγ**
13 qui haereticorum causam
14 contra christianos et contra ecclesiam dei **Pδ**
15 adserere conatur. **TTδ**
16 2 Nam inter cetera uel superba **Vδε**
17 uel ad rem non pertinentia **Tβ**
18 uel sibi ipsi contraria **Tγ**
19 quae inperite atque inprouide scripsit, **P1δ**
20 etiam illud adiunxit ut diceret: **T2γδ**
21 „si qui ergo a quacumque haeresi uenient ad uos, nihil innouetur nisi quod traditum est, ut manus illis inponatur in paenitentiam, cum ipsi haeretici proprie alterutrum ad se uenientes non baptizent, sed communicent tantum.“

1 **II** 1 A quacumque haeresi uenientem
2 baptizari in ecclesia uetuit, **Tδ**
3 id est
4 omnium haereticorum baptisma iusta esse et legitima iudicauit. **Vδ**
5 Et cum singulae haereses singula baptismata et diuersa peccata habeant, *
6 hic cum omnium baptismo communicans **Tγ**
7 uniuersorum delicta in sinum suum coaceruata congessit. **P1γ**
8 2 Et praecepit
9 nihil aliud innouari **Vδ**
10 nisi quod traditum est,
11 quasi is innouet **Tγδ**
12 qui unitatem tenens
13 unum baptisma uni ecclesiae uindicat, **T2δ**
14 et non ille utique qui unitatis oblitus **Pγ**
15 mendacia et contagia profanae tinctionis usurpat. **P1γ**
*Nihil innouetur,*
16 inquit,
*nisi quod traditum est.*
17 Vnde est ista traditio? **Tγ**

18 Vtrumne de dominica et euangelica auctoritate descendens **P1γ**

19 an de apostolorum mandatis atque epistulis ueniens? **Tδ**

20 3 Ea enim facienda esse quae scripta sint **T2γδζ**

21 deus testatur et praemonet **T2γδ**

22 ad Iesum Naue dicens:

*non recedet liber legis huius ex ore tuo, et meditaberis in eo die et nocte, ut obserues facere omnia quae scripta sunt in eo.*

23 Item dominus apostolos suos mittens **Vδζ**

24 mandat baptizari gentes

25 et doceri ut obseruent omnia *

26 quaecumque ille praecepit. **P1γ**

27 Si ergo aut in euangelio praecipitur

28 aut in apostolorum epistulis uel actis continetur **TTγ**

29 ut a quacumque haeresi uenientes non baptizentur, **Ditr.**

30 sed tantum manus illis inponatur in paenitentiam,*

31 obseruetur diuina haec et sancta traditio. **Tγ**

32 Si uero ubique haeretici nihil aliud quam aduersarii et antichristi nominantur, **TTγ**

si uitandi et peruersi et a semet ipsis damnati [Tit. 10.] pronuntiantur, **Ditr.**

33 quale est

34 ut uideantur damnandi a nobis non esse **Pγδ**

35 quos constet apostolica contestatione a semet ipsis damnatos esse?

36 4 Vt nemo infamare apostolos debeat, **T2δ**

37 quasi illi haereticorum baptismata probauerint

38 aut eis sine ecclesiae baptismo communicauerint,**T**

39 quando talia de haereticis apostoli scripserint,**T2δ**

40 et hoc cum nondum haereticae pestes acriores prorupissent, **TTγ**

41 necdum quoque Marcion Ponticus de Ponto emersisset, **TTγ**

42 cuius magister Cerdon sub Hygino episcopo

43 qui in urbe nonus fuit

44 Romam uenit; **gl. Akzentfolge**

45 quem Marcion secutus

46 additis ad crimen augmentis **P1γ**

47 inpudentius ceteris et abruptius**Ton. Äqu. 4δε/***

48 in deum patrem creatorem **TTγ/1β**

49 blasphemare instituit **Tγ**

50 et haereticum furorem **TTδ**

51 sacrilegis armis contra ecclesiam rebellantem **Vδ**

52 sceleratius et grauius armauit. **TTδ**

1 **III** 1 Quod si haereses constat postmodum plures ac peiores extitisse **TTγ**

2 et si retro nusquam omnino praeceptum est neque conscriptum, **P1γ**

3 ut haeretico manus tantum in paenitentiam inponatur **Vδ**

4 et sic ei communicetur, **Ditr.**

5 et si baptisma non nisi unum est *

6 quod apud nos est et intus est **Tβγδζ**

7 et soli ecclesiae **Tγ**

8 de diuina dignatione concessum est, **T2γζ**

9 quae ista obstinatio est

10 quaeue praesumptio **T2γ**

11 humanam traditionem diuinae dispositioni anteponere *

12 nec animaduertere **T**

13 indignari et irasci deum,

14 quotiens diuina praecepta soluit et praeterit **T2γδ**

15 humana traditio, **Tγ**

16 sicut per Esaiam prophetam clamat et dicit: **P1γδ**

*populus iste labiis honorificant me, cor uero eorum longe separatum est a me. Sine causa autem colunt me mandata et doctrinas hominum docentes.* [Is. 29, 13.]

17 2 Item dominus in euangelio increpans similiter et obiurgans **Vδε**

18 ponit et dicit: **P1γδ**

*reicitis mandatum dei ut traditionem uestram statuatis.* [Marc. 7, 13.]

19 Cuius praecepti memor

20 beatus apostolus Paulus commonet ipse quoque **gl. Akzentfolge**

21 et instruit dicens: **P1δ**

*si quis aliter docet et non adquiescit sanis uerbis domini nostri Iesu Christi et doctrinae eius, stupore elatus et nihil sciens, discede ab huiusmodi.* [I Tim. 6, 3-5.]

1 **IV** 1 Praeclara plane ac legitima traditio

2 Stephano fratre nostro docente proponitur, **T2γ**

3 quae auctoritatem nobis idoneam prabeat. **T2δ**

4 Nam in eodem loco epistulae suae **Pδ**

5 addidit et adiecit: **Vδε**

6 „cum ipsi haeretici proprie alterutrum ad se uenientes non baptizent, sed communicent tantum.“

7 Ad hoc enim malorum deuoluta est ecclesia dei et sponsa Christi, **Ditr.**

8 ut haereticorum exempla sectetur, **P1γ**

9 ut ad celebranda sacramenta caelestia **T2γ**

10 disciplinam lux de tenebris mutuetur **Vδ**

11 et id faciant christiani **Vδ**

12 quod antichristi faciunt. *

13 2 Quae uero est animi caecitas, **Tδ**

14 quae prauitas,
15 fidei unitatem **Vδ**
16 de deo patre
17 et de Iesu Christi domini et dei nostri traditione uenientem **TT1$^2$γ**
18 nolle cognoscere? **T2γ**
19 Nam si idcirco apud haereticos ecclesia non est, **Pδε**
20 quia una est
21 et diuidi non potest, **Pγδ**
22 et si ideo illic sanctus spiritus non est, **P1δε**
23 quia unus est
24 et esse apud profanos et extrarios non potest, **TTδε**
25 utique et baptisma **Vδε**
26 quod in eadem unitate consistit esse **Ditr.**
27 apud haereticos non potest, **TTδε**
28 quia separari neque ab ecclesia neque a sancto spiritu potest. **Pδ**

1 **V** 1 Aut si effectum baptismi **Pγ**
2 maiestati nominis tribuunt, **Tδ**
3 ut qui in nomine Iesu Christi **Vδζ**
4 ubicumque et quomodocumque baptizantur **TTγ**
5 innouati et sanctificati iudicentur, **TTγ**
6 in eiusdem Christi nomine *
7 illic et manus baptizato inponitur **Tγ**
8 ad accipiendum spiritum sanctum, **P1δ**
9 cur non eadem maiestas nominis *
10 praeualeat in manus inpositione **TT**
11 quam ualuisse contendunt in baptismi sanctificatione?
12 2 Nam si potest quis extra ecclesiam natus templum dei fieri, *
13 cur non possit super templum et spiritus sanctus infundi? **P1γ**
14 Qui enim peccatis in baptismo expositis **Tγ**
15 sanctificatus est **Tζ**
16 et in nouum hominem *
17 spiritaliter reformatus, **Vδ**
18 ad accipiendum spiritum sanctum **P1δ**
19 idoneus factus est, **T2δζ**
20 quando apostolus dicat: **P1δ**
*quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.*
21 3 Qui potest apud haereticos baptizatus Christum induere, **Tγ**
22 multo magis potest spiritum sanctum quem Christus misit accipere. **Tγ**
23 Ceterum maior erit mittente qui missus est, **T2γδζ**
24 ut incipiat foris baptizatus Christum quidem induisse, **TTγ**
25 sed sanctum spiritum non potuisse percipere, **Tγ**
26 quasi possit aut sine spiritu Christus indui *
27 aut a Christo spiritus separari. **V3δ**
28 4 Illud quoque ineptum, **Pγ**
29 ut cum natiuitas secunda spiritalis sit, *
30 qua in Christo per lauacrum regenerationis nascimur, *
31 dicant quod possit quis apud haereticos spiritaliter nasci, **P1δ**
32 ubi spiritum negent esse. **Vδζ**
33 Peccata enim purgare **Pγ**
34 et hominem sanctificare **P**
35 aqua sola non potest, **Pγδ**
36 nisi habeat et spiritum sanctum. **P1δ**
37 Quare aut et spiritum necesse est
38 ut concedant esse illic **TTγ/Ditr.**
39 ubi baptisma esse dicunt, **TTγε**
40 aut nec baptisma est
41 ubi spiritus non est, **P1δε**
42 quia baptisma esse sine spiritu non potest. **TTδε/2βδ**

1 **VI** 1 Quale est autem adserere et contendere
2 quod esse possint filii dei **Pδ**
3 qui non sint in ecclesia nati? **P1δ**
4 Baptisma enim esse **TT1$^2$γε**
5 in quo homo uetus moritur *
6 et nouus nascitur **gl. Akzentfolge**
7 manifestat et probat beatus apostolus dicens: **P1δ**
*seruauit nos per lauacrum regenerationis* [Tit. 3, 5].
8 2 Si autem in lauacro **TTγδ**
9 id est
10 in baptismo
11 est regeneratio, **T**
12 quomodo generare filios deo haeresis per Christum potest
13 quae Christi sponsa non est? **Ditr.**
14 Ecclesia est enim sola **gl. Akzentfolge**
15 quae Christo coniuncta et adunata **Vγδ**
16 spiritaliter filios generat, **Tδ**
17 eodem apostolo rursus dicente: **Pγ**
*Christus dilexit ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea ut eam sanctificaret, purgans eam lauacro aquae* [Eph. 5, 25-26].
18 Si igitur haec est dilecta et sponsa **P1γδ**
19 quae sola a Christo sanctificatur **P**
20 et lauacro eius sola purgatur, **P1γ**
21 manifestum est
22 haeresim,
23 quae sponsa Christi non sit
24 nec purgari nec sanctificari lauacro eius possit, **TTγε**

25 filios deo generare non posse. **P1γδ**

1 **VII** 1 Porro autem non per manus inpositionem quis nascitur **Tγδ**
2 quando accipit spiritum sanctum, **P1δ**
3 sed in baptismo, **Pβγ**
4 ut spiritum iam natus accipiat, **Tγ**
5 sicut in primo homine Adam factum est. *
6 Ante eum deus plasmauit, **Pγ**
7 tunc insufflauit in faciem eius **Pδ**
8 flatum uitae.
9 2 Nec enim potest accipi spiritus, **T2δ**
10 nisi prius fuerit qui accipiat. **Ton. Äqu. 4δε/***
11 Cum autem natiuitas christianorum in baptismo sit, *
12 baptismi autem generatio et sanctificatio **T**
13 apud solam sponsam Christi sit, *
14 quae parere spiritaliter et generare filios deo possit, **Vδζ**
15 ubi et ex qua et cui natus est *
16 qui filius ecclesiae non est? **P1δε**
17 Vt habere quis possit deum patrem, **TTγε**
18 habeat ante ecclesiam matrem. **P1δ**
19 3 Cum uero nulla omnino haeresis, *
20 sed neque aliquod schisma **Pδ**
21 habere salutaris baptismi sanctificationem foris possit, **TTγε**
22 in tantum Stephani fratris nostri obstinatio dura prorupit, **P1γ**
23 ut etiam de Marcionis baptismo, **Pγ**
24 item Valentini et Appelletis
25 et ceterorum blasphemantium in deum patrem **Pβδ**
26 contendat filios nasci, **P1δ**
27 et illic in nomine Iesu Christi dicat **TTγε**
28 remissionem peccatorum dari
29 ubi blasphematur in patrem et dominum et deum Christum. **(P)1βδ**

1 **VIII** 1 Quo in loco considerandum est, **Tζ**
2 frater carissime,
3 pro fide et religione sacerdotalis loci quo fungimur, **Tγδ**
4 an constare sacerdoti dei ratio in die iudicii possit **Pδ**
5 adserenti et probanti et in acceptum referenti **TTγ**
6 blasphemantium baptismata,
7 cum dominus comminetur et dicat: **P1γδ**
*et nunc praeceptum hoc ad uos est, o sacerdotes, si non audieritis et si non posueritis in corde uestro ut detis honorem nomini meo, dicit dominus omnipotens, inmittam in uos maledictionem, et maledicam benedictionem uestram* [Matt. 2, 1. 2].
8 2 Dat honorem deo **TTβε**
9 qui Marcionis baptismo communicat? **Tγ**
10 Dat honorem deo **TTβε**
11 qui apud eos
12 qui in deum blasphemant **Pγ**
13 remissionem peccatorum dari iudicat? *
14 Dat honorem deo **TTβδ**
15 qui foris de adultera et fornicaria nasci dei filios adseuerat? **V3δ**
16 Dat honorem deo **TTβδ**
17 qui unitatem et ueritatem de diuina lege uenientem non tenens **Pγδ**
18 haereses contra ecclesiam uindicat? **T2δ**
19 Dat honorem deo **TTβδ**
20 qui haereticorum amicus **Pγ**
21 et inimicus christianorum **P1**
22 sacerdotes dei
23 ueritatem Christi et ecclesiae unitatem tuentes **Pγ**
24 abstinendos putat?
25 3 Si sic honor deo datur, **TTγε**
26 si sic a cultoribus eius et sacerdotibus **2β**
27 timor dei et disciplina seruatur, **P1γ**
28 abiciamus arma, **Ditr.**
29 manus demus in captiuitatem, **P**
30 tradamus diabolo ordinationem euangelii, *
31 dispositionem Christi,
32 maiestatem dei, **gl. Akzentfolge**
33 diuinae militiae sacramenta soluantur, **P1γ**
34 castrorum caelestium signa dedantur, **P1γ**
35 succumbat et cedat ecclesia haereticis,
36 lux tenebris,
37 fides perfidiae, **Tγ**
38 spes desperationi, **TT**
39 ratio errori, **TTδ**
40 immortalitatis morti,
41 caritas odio, **Tδ**
42 ueritas mendacio,
43 Christus antichristo. **TTγ**
44 4 Merito et sic in dies singulos **2βδ/***
45 schismata et haereses surgunt, **P1δ**
46 crebrius atque uberius excrescunt, **TTδ**
47 ut serpentinis crinibus pullulantes **V3δ**
48 aduersus ecclesiam dei **Pδ**
49 maioribus uiribus **T2δ**
50 uenenorum suorum uirus expromunt, **P1γ**
51 dum illis aduocatione quorundam et auctoritas praestatur et firmitas, **T2γδ**
52 dum baptisma eorum defenditur, **Tγ**
53 dum fides, dum ueritas proditur, **T2δ**

54 dum id
55 quod contra ecclesiam foris geritur *
56 intus in ipsa ecclesia uindicatur. **V3δ**

1 **IX** 1 Quod si est apud nos, **Ditr.**
2 frater dilectissime, **Tγ**
3 dei timor,
4 si tenor praeualet fidei, **Tδ**
5 si custodimus Christi praecepta, **Pγ**
6 si incorruptam atque inuiolatam sponsae eius sanctitatem tuemur, **Pγ**
7 si haerent sensibus et cordibus nostris **P1δ**
8 uerba domini dicentis: **TTδ**
*putas cum uenerit filius hominis, inueniet fidem in terra?* [Luc. 18-8.],
9 qua fideles dei milites
10 qui deo fide et religione sincera militamus **TTγ**
11 commissa nobis diuinitus castra **Pδ**
12 fideli uirtute seruemus. **P1γ**
13 2 Nec consuetudo **P1**
14 quae apud quosdam obrepserat **Tγ**
15 impedire debet **Ditr.**
16 quominus ueritas praeualeat et uincat. **TTδε**
17 Nam consuetudo sine ueritate uetustas erroris est. **Tγζ**
18 Propter quod relicto errore **Pγ**
19 sequamur ueritatem **TTγ/Ditr.**
20 scientes
21 quia et apud Hesdram ueritas uicit, **P1δ**
22 sicut scriptum est: *
*ueritas manet et inualescit in aeternum et uiuit et optinet in saecula saeculorum. Nec est apud eam accipere personam nec differentias, sed quae sunt iusta facit, nec est in iudicio eius iniquum, et fortitudo et regnum et maiestas et potestas omnium saeculorum. Benedictus deus ueritatis.* [I Esr. 4, 38-40.]
23 Quam ueritatem nobis Christus ostendens **P1γ**
24 in euangelio suo dicit: **Vδζ**
*ego sum ueritas* [Ioan, 14, 6].
25 Propter quod si in Christo sumus
26 et Christum in nobis habemus **Pγ**
27 et si manemus in ueritate **Ditr.**
28 et ueritas in nobis manet, **gl. Akzentfolge**
29 ea quae sunt uera teneamus. **TT1**$^2$**γ**

1 **X** 1 Fit autem studio praesumptionis et contumaciae
2 ut quis magis sua praua et falsa defendat **P1γ**
3 quam ad alterius recta et uera consentiat. **T2γ**
4 Cui rei prospiciens **Tγ**
5 beatus apostolus Paulus ad Timotheum scribit
6 et monet episcopum non litigiosum nec contentiosum, **Ditr.**
7 sed mitem et docibilem esse debere. **P1γ**
8 Docibilis autem ille est
9 qui est ad discendi patientiam *
10 lenis et mitis. **Pγδ**
11 Oportet enim episcopos **Tγ**
12 non tantum docere, **Pγ**
13 sed et discere,
14 quia et ille melius docet **Pδ**
15 qui cotidie crescit **P1δ**
16 et proficit discendo meliora. **TTγ**
17 2 Quod ipsum quoque idem apostolus Paulus docet **Vδζ**
18 praemonens,
19 ut
20 si alii sedenti melius reuelatum fuerit *
21 prior taceat.
22 In conpendio est autem **TTδε**
23 apud religiosas et simplices mentes **P1δ**
24 et errorem deponere **Tγ**
25 et inuenire atque eruere ueritatem. **Vδ/Ditr.**
26 Nam si ad diuinae traditionis caput et originem reuertamur, **Vδ**
27 cessat error humanus **P1γ**
28 et sacramentorum caelestium ratione perspecta **P1γ**
29 quidquid sub caligine ac nube tenebrarum obscurum latebat **Pγ**
30 in lucem ueritatis aperitur. **TT1**$^2$**γ**
31 Vt si carnalis aquam ducens **TT1**$^2$**γε**
32 qui copiose prius et largiter profluebat **V3δ**
33 subito deficiat,
34 nonne ad fontem pergitur, *
35 ut illic defectionis ratio noscatur, **TTδ**
36 utrumne arescentibus uenis **P1δ**
37 in capite unda siccauerit **T2γ**
38 an uero integra inde et plena procurrens **P1γ**
39 in medio itinere destiterit,
40 ut
41 si uitio interrupti aut bibuli canalis effectum est **T2γζ**
42 quominus aqua continua perseueranter ac iugiter flueret, **Tδ**
43 refecto et confirmato canali **Pγ**
44 ad usum atque ad potum ciuitatis aqua collecta
45 eadem ubertate atque integritate repraesentetur **P**
46 qua de fonte proficiscitur? *
47 3 Quod et nunc facere oportet dei sacerdotes **TTγ**
48 praecepta diuina seruantes, **P1γ**
49 ut si in aliquo nutauerit et uacillauerit ueritas, **T2δ**

50 ad originem dominicam
51 et ad euangelicam atque apostolicam traditionem reuertamur **TTγ**
52 et inde surgat actus nostri ratio *
53 unde et ordo et origo surrexit. **Pγ**

1 **XI** 1 Traditum est enim nobis **(P)1βδ**
2 quod sit unus deus et Christus unus **Ditr.**
3 et una spes et fides una et una ecclesia **T2γ**
4 et baptisma unum **Ditr.**
5 non nisi in una ecclesia constitutum, **V3δ**
6 a qua unitate quisque discesserit **T2γ**
7 cum haereticis necesse est inueniatur, **P**
8 quos dum contra ecclesiam uindicat, **T2δ**
9 sacramentum diuinae traditionis inpugnat. **P1γ**
10 2 Cuius unitatis sacramentum **TTγ**
11 expressum uidemus etiam in cantico canticorum **V3δ**
12 ex persona Christi dicentis: **Pγ**
*hortus conclusus, soror mea, sponsa, fons signatus, puteus aquae uiuae, paradisus cum fructu pomorum.* [Cant. 4, 12, 13]
13 Si autem ecclesia eius hortus conclusus est **T2γζ**
14 et fons signatus,
15 quomodo in eundem hortum introire **TTγ**
16 aut bibere de fonte eius potest **TTγε**
17 qui in ecclesia non est? **P1δε**
18 3 Item Petrus ipse quoque demonstrans et uindicans unitatem **V3δ**
19 mandauit et monuit **Tγδ**
20 per unum solum baptisma unius ecclesiae **T2γ**
21 saluari nos posse. **Pγδ**
*In arca,*
22 inquit,
*Noe pauci, id est octo animae hominum saluae factae sunt per aquam, quod et uos similiter saluos faciet baptisma* [I Petr. 3, 20. 21].
23 Quo breui et spiritali conpendio **Tγ**
24 unitatis sacramentum manifestauit. **P1**
25 Nam ut in illo mundi baptismo **Pγ**
26 quo iniquitas antiqua purgata est, **T2γζ**
27 qui in arca Noe non fuit **Pγδ**
28 non potuit per aquam saluus fieri, *
29 ita nec nunc potest per baptismum saluatus uideri **Pγ**
30 qui baptizatus in ecclesia non est, **P1δε**
31 quae ad arcae unius sacramentum **TTγ**
32 dominica unitate fundata est. **T2γζ**

1 **XII** Obseruatur itaque a nobis et tenetur, **Ditr.**
2 frater carissime, **Tγ**
3 explorata et perspecta ueritate **TTγ**
4 ut omnes
5 qui ex quacumque haeresi
6 ad ecclesiam conuertuntur **Vδ**
7 ecclesiae unico et legitimo baptismo baptizentur,
8 exceptis his
9 qui baptizati in ecclesia prius fuerant **Ton. Äqu. 4δζ/***
10 et sic ad haereticos transierant.
11 Hos enim oportet cum redeunt **Tγδ**
12 acta paenitentia *
13 per manus inpositionem solam recipi *
14 et in ouile
15 unde errauerant **T2γ**
16 a pastore restitui. **Tγ**
17 Opto te,
18 frater carissime, **Tγ**
19 semper bene ualere. **Pγ**

## 2.57 Epistel 76

Cyprianus Nemesiano Felici Lucio alteri Felici Litteo Poliano Victori Iaderi Datiuo coepiscopis, item compresbyteris et diaconibus et ceteris fratribus in Metallo constitutis martyribus dei patris omnipotentis et Iesu Christi domini nostri et dei conseruatoris nostri aeternam s.

1 **I** 1 Gloria quidem uestra poscebat, **P1γ**
2 beatissimi ac dilectissimi fratres, **Tγ**
3 ut ad conspectum atque ad complexum uestrum
4 uenire ipse deberem, **P1γ**
5 nisi me quoque ob confessionem nominis relegatum **Vδ**
6 praefiniti loci termini coercerent. **Vδ**
7 Sed quomodo possum **Pδ**
8 repraesento me uobis **Pγδ**
9 et ad uos etiamsi corpore et gressu uenire non datur, **Pγδ**
10 dilectione tamen et spiritu uenio, **Tδ**
11 exprimens litteris animum meum **Pδ**
12 quo in istis uirtutibus **Tγ**
13 et laudibus uestris **P1δ**
14 laetus exulto, **P1γ**
15 participem me conputans uobis, **P1δ**
16 etsi non passione corporis *
17 consortio caritatis. **V3δ**
18 2 An ego possim tacere **Pγ/Ditr.**
19 et uocem meam silentio premere, **Tδ**
20 cum de carissimis meis **Pδ**
21 tam multa et gloriosa cognoscam, **P1γ**
22 quibus uos diuina dignatio honorauit, **Vδ/1β**

| | | |
|---|---|---|
| 23 | ut ex uobis pars | |
| 24 | iam martyrii sui consummatione praecesserit | **T2γ** |
| 25 | meritorum suorum coronam | **Pγ/Ditr.** |
| 26 | de domino receptura, | **Vδ** |
| 27 | pars adhuc in carcerum claustris | **P1δ** |
| 28 | siue in metallis et uinculis demoretur, | **V3δ** |
| 29 | exhibens per ipsas suppliciorum moras | |
| 30 | corrobandis fratribus et armandis | **Vδε** |
| 31 | maiora documenta, | **TT1$^{2}$γ** |
| 32 | ad meritorum titulos ampliores | **Vδ/Ditr.** |
| 33 | tormentorum tarditate proficiens, | **Tγ** |
| 34 | habitura tot mercedes in caelestibus praemiis | **T2δ** |
| 35 | quot nunc dies numerat in poenis? | **TTδε** |
| 36 | 3 Quae quidem uobis, | **P1βδ** |
| 37 | fortissimi ac beatissimi fratres, | **Pδ** |
| 38 | pro merito religionis ac fidei uestrae | **Pδ** |
| 39 | accidisse non miror, | **P1γδ** |
| 40 | ut uos sic dominus ad gloriarum sublime fastigium | **T2γ** |
| 41 | clarificationis suae honore prouexerit, | **T2γ** |
| 42 | qui semper in ecclesia eius | **P1δ** |
| 43 | custoditae fidei tenore uiguistis, | **TT1$^{2}$γ** |
| 44 | conseruantes firmiter dominica mandata, | **TTδ** |
| 45 | in simplicitate innocentiam, | * |
| 46 | in caritate concordiam, | **T2γ** |
| 47 | modestiam in humilitate, | **P** |
| 48 | diligentiam in administratione, | **Ditr.** |
| 49 | uigilantiam in adiuuandis laborantibus, | * |
| 50 | misericordiam in fouendis pauperibus, | **Tγ** |
| 51 | in defendenda ueritate constantiam, | **T2γ** |
| 52 | in disciplinae seueritate censuram. | **P1γ** |
| 53 | 4 Ac ne aliquid ad exemplum bonorum factorum | **Pγ** |
| 54 | deesset in uobis, | **P1γδ** |
| 55 | etiam in confessione nunc uocis | **P1γδ** |
| 56 | et passione corporis | * |
| 57 | fratrum mentes ad diuina martyria prouocatis | **Vδ** |
| 58 | duces uos exhibendo uirtutibus, | **Tγ** |
| 59 | ut dum grex pastores suos sequitur | **Ton. Äqu. 4δζ/*** |
| 60 | et quod fieri a praepositis cernit imitatur, | **TT1$^{2}$γ** |
| 61 | paribus obsequiorum meritis | * |
| 62 | a domino coronetur. | **Vδ** |
| 1 | **II** 1 Quod autem fustibus caesi prius grauiter et adflicti | **Vδε** |
| 2 | per eiusmodi poenas | **P1δ** |
| 3 | initiastis confessionis uestrae religiosa primordia, | **T2γ** |
| 4 | execranda nobis ista res non est. | **(P)1γδε** |
| 5 | Neque enim ad fustes christianum corpus expauit, | **P1γ** |
| 6 | cuius est spes omnis in ligno. | **P1γδ** |
| 7 | Sacramentum salutis suae | |
| 8 | Christi seruus agnouit, | **P1γ** |
| 9 | redemptus ligno uitam aeternam | **P1γ** |
| 10 | ligno prouectus est ad coronam. | **V3γδε** |
| 11 | 2 Quid uero mirum | **Pβδ** |
| 12 | si uasa aurea et argentea | **Ton. Äqu. 4δε/*** |
| 13 | in metallum, | |
| 14 | id est | |
| 15 | auri et argenti domicilium, | * |
| 16 | dati estis, | |
| 17 | nisi quod nunc metallorum natura conuersa est: | **T2γζ** |
| 18 | loca | |
| 19 | quae aurum et argentum dare ante consueuerant | * |
| 20 | accipere coeperunt. | **TTδ** |
| 21 | 3 Inposuerunt quoque conpedes pedibus uestris | **Pδ** |
| 22 | et membra felicia ac dei templa | **(P)1βδ** |
| 23 | infamibus uinculis ligauerunt, | **Vδ** |
| 24 | quasi cum corpore ligetur et spiritus | **T2γδ** |
| 25 | aut aurum uestrum ferri contagione maculetur. | **TT1$^{2}$γ** |
| 26 | Dicatis deo hominibus | **Tγ** |
| 27 | et fidem suam religiosa uirtute testantibus | **T2γ** |
| 28 | ornamenta sunt ista, non uincula, | **T2γδ** |
| 29 | nec christianorum pedes ad infamiam copulant | **T2δ** |
| 30 | sed clarificant ad coronam. | **Vδε** |
| 31 | O pedes feliciter uincti, | **P1δ** |
| 32 | qui non a fabro | |
| 33 | sed a domino resoluuntur. | **Vδ** |
| 34 | O pedes in saeculo ad praesens ligati, | **Pγ** |
| 35 | ut sint semper apud deum liberi. | * |
| 36 | O pedes conpedibus et trauersariis interim cunctabundi | **Vδ** |
| 37 | sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri. | **TTδ** |
| 38 | Quantum uult hic uel inuida crudelitas uel maligna | **V3δε** |
| 39 | nexibus uos suis et uinculis teneat, | **Tδ** |
| 40 | cito a terris et poenis istis | |
| 41 | ad caelorum regna uenietis. | **TTγ** |
| 42 | 4 Non fouetur in metallis lecto et culcitis corpus, | **P1δ** |
| 43 | sed refrigerio et solacio Christi fouetur. | **Pγ** |
| 44 | Humi iacent fessa laboribus uiscera, | **T2δ** |
| 45 | sed poena non est | **Ditr.** |
| 46 | cum Christo iacere. | **Pγ/Ditr.** |
| 47 | Squalent sine balneis membra | **P1δ** |
| 48 | situ et sorde deformia, | **T2γ** |

49 sed spiritalter intus abluitur **Tγ**

50 quod foris carnaliter sordidatur. **V3δ**

51 Panis illic exiguus, **Tγ**

52 at

*non in pane solo uiuit homo,*
*sed in sermone dei.* [Luc. 4, 4.]

53 Vestis algentibus deest, **P1δ**

54 sed qui Christum induit *****

55 et uestitus abundanter et cultus est. **T2γδζ**

56 Semitonsi capitis capillus horrescit, **P1γ**

57 sed cum sit caput uiri Christus, **TTγε**

58 qualecumque illud caput deceat *****

59 necesse est

60 quod ob domini nomen insigne est. **T2γζ**

61 6 Omnis ista deformitas detestabilis et taetra gentilibus **T2γ**

62 quali splendore pensabitur. **T2γ**

63 Saecularis haec et breuis poena **(P)1βδ**

64 quam clari et aeterni honoris mercede mutabitur, **T2γ**

65 cum secundum beati apostoli uocem **P1δ**

66 transformauerit dominus

*corpus humilitatis nostrae conformatum*
*corpori claritatis suae.* [Phil. 3, 21.]

1 **III** 1 Sed nec in illo,

2 fratres dilectissimi, *****

3 aliqua potest aut religionis aut fidei iactura sentiri **P1γ**

4 quod illic nunc sacerdotibus dei facultas non datur **Pγδ**

5 offerendi et celebrandi sacrificia diuina. **TTδ**

6 Celebratis immo atque offertis **P1γ**

7 sacrificium deo **Pδ**

8 et pretiosum pariter et gloriosum **Ditr.**

9 et plurimum uobis ad retributionem praemiorum caelestium profuturum, **V3δ**

10 cum scriptura diuina loquatur et dicat: **P1γδ**

*sacrificium deo spiritus contribulatus,*
*cor contritum et humiliatum*
*deus non despicit.* [Ps. 50, 19.]

11 2 Hoc uos sacrificium deo offertis, **Pγ**

12 hoc sacrificium sine intermissione die ac nocte celebratis, **TT1**$^{2}$**γ**

13 hostiae facti deo **Vδζ**

14 et uosmet ipsos sanctas atque inmaculatas uictimas exhibentes, **V3δ**

15 sicut apostolus adhortatur et dicit: **P1γδ**

*oro ergo uos, fratres, per misericordiam dei ut constituatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, placentem deo, nec configuremini saeculo huic, sed transformemini in renouatione sensus ad probandum quae sit uoluntas dei bona et placens et perfecta.* [Rom. 12, 1. 2.]

1 **IV** 1 Hoc est enim

2 quod praecipue deo placeat, **Ton. Äqu. 4δζ/***

3 hoc est

4 in quo maioribus meritis **Tδ**

5 ad promerendam uoluntatem dei

6 opera nostra proueniant, **Tγ**

7 hoc est

8 quod solum domino *****

9 de beneficiis eius grandibus et salutaribus **(T)2β/***

10 fidei ac deuotionis nostrae obsequia retribuant,

11 praedicante in psalmis et contestante spiritu sancto: **P1δ**

*quid retribuam,*

12 inquit,

*domino de omnibus quae mihi tribuit? Calicem salutaris accipiam, et nomen domini inuocabo. Pretiosa in conspectu domini mors iustorum eius.* [Ps. 115, 12. 13. 15.]

13 2 Quis non libenter et prompte calicem salutis accipiat, **Tγ**

14 quis non adpetat gaudibundus et laetus **P1γδ**

15 in quo aliquid et ipse domino suo retribuat,

16 quis non pretiosam in conspectu dei mortem **TTγε**

17 fortiter et constanter excipiat **Tγ**

18 placiturus eius oculis *****

19 qui nos in congressione nominis sui desuper spectans **P1δ**

20 uolentes conprobat, *****

21 adiuuat dimicantes, **V3δ**

22 uincentes coronat, **Pγ**

23 retributione bonitatis ac pietatis paternae **Pγ**

24 remunerans in nobis **TTδε**

25 quicquid ipse praestitit

26 et honorans

27 quod ipse perfecit? **P1γ**

1 **V** 1 Ipsius enim esse quod uincimus **T2γδ**

2 et quod ad maximi certaminis palmam **P1δ**

3 subacto aduersario peruenimus

4 declarat et docet dominus in euangelio suo dicens: **Vδζ**

*cum autem uos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.* [Matt. 10, 19. 20.]

5 Et iterum:

*ponite in cordibus uestris non praemeditari excusare. Ego enim dabo uobis os et*

*sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarii uestri.* [Luc. 21, 14. 15.]

6 2 In quo quidem et credentium magna fiducia est
7 et culpa grauissima perfidorum **Vδ**
8 non credere ei **Pδ**
9 qui se opem suam daturum confitentibus pollicetur **V3δ**
10 nec rursus eundem timere **Pγ**
11 qui aeternam poenam negantibus conminatur. **V3δ**

1 **VI** Quae uos omnia,
2 fortissimi ac fidelissimi milites Christi, **P1δ**
3 insinuatis fratribus nostris, **P1δ**
4 conplentes factis
5 quod uerbis ante docuistis, **TT1$^2$γ**
6 futuri maximi in regno caelorum pollicente domino et dicente: **Vδε**

*qui fecerit et sic docuerit maximus uocabitur in regno caelorum.* [Matt. 5, 19.]

7 Denique exemplum uestrum secuta **Pγ**
8 multiplex plebis portio **Ton. Äqu. 4δζ/***
9 confessa est uobiscum pariter *
10 et pariter coronata est, **Ton. Äqu. 4δθ/***
11 conexa uobis uinculo fortissimae caritatis **V3δ**
12 et a praepositis suis nec carcere nec metallis separata. **TTγ**
13 Cuius numero nec uirgines desunt, **P1δ**
14 quibus ad sexagenarium fructum **P1δ**
15 centenus accessit **P1γ**
16 quasque ad caelestem coronam **Pγ/Ditr.**
17 gloria gemina prouexit. **TTδ**
18 In pueris quoque uirtus maior aetate **P1γ**
19 annos suos confessionis laude transcendit, **P1γ**
20 ut martyrii uestri beatum gregem
21 et sexus et aetas omnis ornaret. **P1γ**

1 **VII** 1 Qui nunc uobis,
2 dilectissimi fratres, **P1δ**
3 conscientiae uictricis uigor,
4 quae sublimitas animi, **Tδ**
5 quae in sensu exultantia, *
6 qui triumphus in pectore, **T2γδ**
7 unumquemque uestrum stare ad promissum dei praemium, *
8 de iudicii die esse securum, **P1γ**
9 ambulare in metallo captiuo quidem corpore *
10 sed corde regnante, **P1γ**
11 scire Christum secum esse praesentem **P1γ**
12 gaudentem tolerantiam seruorum suorum **Pγ**
13 per uestigia et uias suas
14 ad regna aeterna gradientium! *
15 2 Expectatis cotidie laeti **P1δ**
16 profectionis uestrae salutarem diem
17 et iam iamque de saeculo recessuri **Vδ**
18 ad martyrum munera **T2δ**
19 et domicilia diuina properatis, **TT1$^2$γ**
20 post has mundi tenebras *
21 uisuri candidissimam lucem **P1δ**
22 et accepturi maiorem passionibus omnibus e conflictationibus claritatem, **V3δ**
23 apostolo contestante et dicente: **TTγδ**

*non sunt condignae passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quae reuelabitur in nobis.* [Rom. 8, 18.]

24 3 Plane quia nunc uobis in precibus efficacior sermo est **Tδζ**
25 et ad inpetrandum **Ditr.**
26 quod in pressuris petitur *
27 facilior oratio est,
28 petite inpensius et rogate **Vδε**
29 ut confessionem omnium nostrum **P1δ**
30 dignatio diuina consummet, **P1γ**
31 ut de istis tenebris et laqueis mundi **Pδ**
32 nos quoque uobiscum integros et gloriosos deus liberet, *
33 ut qui hic caritatis et pacis uinculo copulati **V3δ**
34 contra haereticorum iniurias **T2γ**
35 et pressuras gentilium **Tγ**
36 simul stetimus *
37 pariter in regnis caelestibus gaudeamus. **V3δ**
38 Opto uos,
39 beatissimi ac dilectissimi fratres **P1δ**
40 in domino bene ualere **Pγ**
41 et nostri semper et ubique meminisse. **TT1$^2$γ**

## 2.58 Epistel 80

Cyprianus Successo fratri s.

1 **I** 1 Vt non uobis in continenti scriberem, *
2 frater carissime, **Tγ**
3 illa res fecit **P1γδ**
4 quod uniuersi clerici *
5 sub ictu agonis constituti **TTγ**
6 recedere istinc omnino non poterant, **Tγδ**
7 parati omnes pro animi sui deuotione **P/Ditr.**
8 ad diuinam et caelestem coronam. **Pγ**
9 Sciatis autem **Ditr.**
10 eos uenisse **Pγ**
11 quos ad urbem propter hoc miseram, **Tγδ**
12 ut quomodocumque de nobis rescriptum fuisset, **Pγ**
13 exploratam ueritatem ad nos perferrent.

14 Multa enim uaria et incerta opinionibus uentilantur. **V3δ**
15 2 Quae autem sunt in uero **TTγδε**
16 ita se habent, **Pγδ**
17 rescripsisse Valerianum ad senatum **TTγδ**
18 ut episcopi et presbyteri et diacones in continenti animaduertantur, **TT**
19 senatores uero
20 et egregii uiri **Pδ**
21 et equites Romani **TTδ**
22 dignitate amissa **P1γ**
23 etiam bonis spolientur **TTγ**
24 et si ademptis facultatibus *
25 christiani esse perseuerauerint, **T2**
26 capite quoque multentur, **Pγ**
27 matronae ademptis bonis
28 in exilium relegentur, **Vδ**
29 Caesariani autem
30 quicumque uel prius confessi fuerant *
31 uel nunc confessi fuerint *
32 confiscentur
33 et uincti in Caesarianas possessiones descriptis mittantur. **Pγ**
34 3 Subiecit etiam Valerianus imperator **TTγ/Ditr.**
35 orationi suae
36 exemplum litterarum **TTγ**
37 quas ad praesides prouinciarum de nobis fecit,
38 quas litteras cotidie speramus uenire, **Pγ**
39 stantes secundum fidei firmitatem **Vδ**
40 ad passionis tolerantiam *
41 et expectantes de ope et indulgentia domini **Tδ**
42 uitae aeternae coronam. **Pγ**
43 4 Xistum autem in cimiterio animaduersum sciatis octauo iduum augustarum die
44 et cum eo diacones quattuor. **T2δ**
45 Sed et huic persecutioni cotidie insistunt praefecti in urbe, **Pγδ**
46 ut
47 si qui sibi oblati fuerint *
48 animaduertantur **TT**
49 et bona eorum fisco uindicentur. **TTγ**

1 **II** Haec peto per uos et ceteris collegis nostris innotescant, **TTγ**
2 ut ubique hortatu eorum possit fraternitas corroborari **P/Ditr.**
3 et ad agonem spiritalem praeparari, **TTγ**
4 ut singuli ex nostris non magis mortem cogitent *
5 quam inmortalitatem **TT/Ditr.**
6 et plena fide
7 ac tota uirtute **Pγ**
8 domino dicati **TTδ**
9 gaudeant magis quam timeant in hac confessione,
10 in qua sciunt dei et Christi milites non perimi sed coronari. **(P)1β**
11 Opto te,
12 frater carissime, **Tγ**
13 semper in domino bene ualere. **Pγ**

## 2.59 Epistel 81

Cyprianus presbyteris et diaconis et plebi uniuersae s.

1 **1** Cum perlatum ad nos fuisset,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 frumentarios esse missos **V3δζ**
4 qui me Vticam perducerent
5 et consilio carissimorum persuasum esset **Ditr.**
6 ut de hortis nostris interim secederem,
7 iusta interueniente causa consensi, **Pγ**
8 eo quod congruat
9 episcopum in ea ciuitate **TTγ/Ditr.**
10 in qua ecclesiae dominicae praeest **Pδ**
11 illic dominum confiteri **Vδ**
12 et plebem uniuersam praepositi praesentis confessione clarificari. **P**

1 **2** Quodcumque enim sub ipso confessionis momento **Pγ**
2 confessor episcopus loquitur **Tδ**
3 aspirante deo
4 ore omnium loquitur. **Tδ**
5 Ceterum mutilabitur honor ecclesiae nostrae tam gloriosae, **Pβ/Ditr.**
6 si ego episcopus alterius ecclesiae praepositus
7 accepta apud Vticam super confessione sententia, **T2γ**
8 exinde martyr ad dominum proficiscar, **Vδ**
9 quandoquidem ego et pro me et pro uobis **Pβγδ**
10 apud uos confiteri
11 et ibi pati
12 et exinde ad dominum proficisci **Vδ**
13 orationibus continuis deprecer **Tδ**
14 et uotis omnibus exoptem et debeam. **T2γδ**

1 **3** Expectamus ergo hic
2 in secessu abdito constituti **V3δ**
3 aduentum proconsulis Carthaginem redeuntis, **Vδ**
4 audituri ab eo **Pγδ**
5 quid imperatores super christianorum laicorum et episcoporum nomine mandauerint
6 et dicturi
7 quod ad horam dominus dici uoluerit. **Tγ**

1 **4** Vos autem,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 pro disciplina
4 quam de mandatis dominicis a me semper accepistis **TTγ**
5 et secundum quod me tractante saepissime didicistis, **Vδ**
6 quietem et tranquillitatem tenete, **Pγ**
7 nec quisquam uestrum aliquem tumultum fratribus moueat **Tδ**
8 aut ultro se gentilibus offerat. **Tδ**
9 Apprehensus enim et traditus loqui debet, **Vδζ**
10 siquidem deus in nobis positus illa hora loquatur, **Pγ**
11 qui nos confiteri magis uoluit quam profiteri.

1 **5** Quid autem de cetero nos obseruare conueniat **Tγ**
2 antequam in me super confessione nominis dei **Pδ**
3 proconsul sententiam ferat, **Pδ**
4 instruente domino, *****
5 in comminus disponemus. **Vδ**
6 Incolumes uos,
7 fratres carissimi, **Tγ**
8 dominus Iesus in ecclesia sua permanere faciat *****
9 et conseruare dignetur. **P1γ**

# 3 Pseudocyprianische Schriften

## 3.1 Ad Nouatianum

1 **1** Cogitanti mihi
2 et intolerabiliter animo aestuanti **Vδ**
3 quidnam agere deberem **TTδ**
4 de miserandis fratribus *
5 qui uulnerati non propria uoluntate **Vδ**
6 sed diaboli saeuientis inruptione **P**
7 adhuc usque,
8 hoc est
9 per longam temporum seriem agentes **TTδ**
10 poenas darent,
11 ecce ex aduerso obortus est alius hostis **Pδ**
12 et ipsius paternae pietatis aduersarius *
13 haereticus Nouatianus:
14 qui non tantum,
15 ut in euangelio significatum est, **Tζ**
16 sicut sacerdos uel leuites **TTγδ**
17 iacentem uulneratum praeteriret, **TTγ**
18 sed ingeniosa ac noua crudelitate **Ditr.**
19 sauciatum potius occideret
20 adimendo spem salutis, **TTγε**
21 denegando misericordiam patris, **Pδ**
22 respuendo paenitentiam fratris. **P1δ**
23 Mirum quot acerba, **TTγδ**
24 quot aspera,
25 quot peruersa sunt.
26 Sed facilius quis in alieno oculo festucam prospicit*
27 quam in suo trabem.
28 Nos autem,
29 fratres dilectissimi, *
30 non moueat aut turbet **TTδε**
31 haeretici istius perfidi *
32 abrupta dementia, **T2γ**
33 qui [cum] tam in ingenti dissensionis et schismatis crimine constitutus **Vδ**
34 et ab ecclesia separatus **V3δ**
35 sacrilega temeritate non dubitet **Tγδ**
36 in nos sua crimina retorquere. **Vδ**
37 Cum sit enim a semet ipso nunc factus immundus **P1γ**
38 sordibus sacrilegis inquinatus, **Vδ**
39 hoc nunc nos esse contendit. **P1γ**
40 Et cum scriptum sit
41 canes foras remansuros **TTγ**
42 et apostolus hos eosdem canes docuerit esse uitandos, **P1γ**
43 sicut legimus, *
44 ait enim:
*uidete canes, uidete malos operarios,* [Phil. 3, 2]
45 rabiem suam non cessat latratibus excitare, **Vδ**
46 luporum more
47 tenebrosam caliginem optare, **TTδ**
48 qua facile possit **Pδ**
49 ferina sua crudelitate **P**
50 oues a pastore direptas **P1γ**
51 spelunca tenebrosa laniare. **TTγ**
52 Aurum certe se suosque quos colligit esse pronuntiat **T2γ**
53 nec nos dubitamus
54 desertores ecclesiae, **Tγ**
55 apostatas factos, **P1δ**
56 in aurum nunc facile potuisse conuerti, **P1γ**
57 sed illud aurum **Ditr.**
58 in quo prima delicta populi israel denotata sunt.
59 Ceterum uasa aurea et argentea**Ton. Äqu. 4δε/***
60 quae ab aegyptiis excussa sint
61 in dominica potestate, **Vδ**
62 id est
63 christi ecclesia perseuerant; **V3δ**
64 in qua domo si perseuerasses, **P1**
65 Nouatiane,
66 uas forsitan et pretiosum fuisses, **Pγ**
67 qui nunc te in paleas et in stipulam conuersum**TTδ**
68 nec intellegis nec plangis. **TTδε**

1 **2** Quid igitur uanis rebus extolleris? **T2γ**
2 damna potius quam lucra consequeris. **Tγ**
3 Quid te
4 ex quo pauperior factus es **Tδζ**
5 diuitem credis? **P1δ**
6 audi in apocalypsi dominicam uocem **Pδ**
7 iustis te obiurgationibus increpantem **Vδ**
*Dicis,*
8 inquit,
*diues sum et ditatus sum et nullius rei egeo, et nescis quoniam tu es miser et miserabilis et caecus et pauper et nudus.* [Apoc. 3, 17]
9 Has opes,
10 has diuitias paupertatis **Vδ**
11 pro certo possidere se credat, **P1γδ**

12 quisque
13 christi ecclesia derelicta **V3δ**
14 ratione caeca **Ditr.**
15 apud temerarios illos schismatum duces **P1δ**
16 et dissensionis auctores **P1γ**
17 conuerti non trepidat, **Tγδ**
18 quos iohannes antichristos appellat, **Pγ**
19 quos euangelista paleis similat, **Tδ**
20 quos dominus christus fures et latrones designat, **Pγ**
21 sicut ipse in euangelio declarat dicens
*quia qui non introiit per ostium in chortem ouium, sed descendit per alteram partem, ille fur et latro est.* [Joh. 10, 1]
22 Item in eodem quoque ait: **TTγε**
*omnes qui uenerunt fures sunt et latrones.* [Joh. 10, 8]
23 Qui isti sunt,
24 nisi desertores fidei
25 et transgressores ecclesiae dei, **Pδ**
26 qui contra ordinationem dei nituntur? **Pγ**
27 quos merito spirtus sanctus per prophetam increpat dicens: **P1δ**
*fecistis consilium non per me, et cogitationem non per spiritum meum, adicere peccata super peccata.*
28 Quid ad ista respondeant peruersissimi isti Nouatiani
29 uel nunc infelicissimi pauci, **P1δ**
30 qui ad tantam furoris dementiam proruperunt, **Vδ**
31 ut nec deo nec homini reuerentiam habuerint?
32 illic impudenter **TTγ/Ditr.**
33 et sine ulla ordinationis lege
34 episcopatus appetitur, **Tγ**
35 hic autem propriis sedibus **Tδ**
36 et cathedrae sibi traditae a deo renuntiatur. **P**
37 Illic ueritas: *
*aspernantur me, ut sacrificent mihi nec offerunt oblationes sanctas filiorum israel nec accedunt offerre sancta sanctorum, sed accipient ignominiam suam in errore quo errauerunt.* [Vgl. Ezech. 44, 10. 13]
38 Satis sit
39 paucis probasse
40 quidnam sint.
41 Audite igitur,
42 Nouatiani,
43 apud quos scripturae caelestes leguntur **Pγ**
44 potius quam intelleguntur, **P**
45 palam etiam ** si non interpolentur.
46 Sunt enim uestrae praeclusae aures
47 et corda caecata, **P1γ**
48 qui nullum de spiritalibus ac salubribus monitis lumen admittitis, **T2γ**
49 sicut Esaias ait:
*excaecati sunt serui dei.* [Vgl. Jes. 42, 19]
50 Et merito excaecati, **Vδ**
51 quia uoluntas schismaticorum non est in dei lege **TTβγε**
52 quae lex unam nobis et singularem designat ecclesiam, **T2γ**
53 in illa scilicet *
54 quae sub noe
55 ante diluuium **Tγ**
56 dei prouidentia fabricata est arca, **P1γδ**
57 in qua non tantum munda animalia, *
58 sed et immunda, **Pβγ**
59 ut tibi cito respondeatur, **P**
60 Nouatiane,
61 inuenimus esse reclusa. **Pγ**
62 Quae arca sola cum his
63 quae se cum fuerant *
64 liberata est in aqua, **TTγδε**
65 at cetera
66 quae in ea inuenta non sunt **Ditr.**
67 diluuio perierunt. **Vδ**
68 Ex illa igitur arca **Pδ**
69 remittuntur duae aues **TTγε**
70 corax et columba. **TTγδ**
71 Qui corax uere hominum immundorum **Vδ**
72 et in tenebris perpetuis futurorum **Vδ**
73 per saeculi latam uiam et immunda uescentium apostatarum futurorum
74 et ad ecclesiam se amplius non uertentium figuram portabat, **Pγ**
75 quem sicut legentes inuenimus emissum **P1γ**
76 et non amplius reuersum. **TTδ**
77 Huic ergo aui
78 id est
79 immundo spiritui,
80 quique fuerint similes inuenti **TTδ**
81 ad ecclesiam amplius reuerti non poterunt; **Tγδ**
82 qui et si uoluerint
83 dominus prohibebit **Vδ**
84 qui Moysi praecepit dicens:
*omne uarium et immundum eice foras extra castra.* [Vgl. Num. 5, 2]
85 Columbam autem **Ditr.**
86 emissam in continenti **Ditr.**
87 significatur reuersam eo
88 quod requiem non haberet pedibus suis; **Pδ**
89 quam Noe recepit in arcam **Pγδ**
90 et post septimum diem **Pδ**

91 iterato emissam **Pγ**
92 recepit eam
93 portantem suo ore oliuae folium. *

1 **3** Et ego quidem,
2 fratres dilectissimi, *
3 non temere ista cogitans *
4 nec humana sapientia conspirans, **TTδ**
5 sed ut caelesti domini dignatione **P**
6 necessarie et pertinenter **Ditr.**
7 mentibus nostris concipere permittitur,
8 dico illam,
9 id est columbam,
10 duplicem nobis per semet ipsam significare figuram. **Pγ**
11 Primam quidem et principalem suam,
12 hoc est spiritalem,
13 olim,
14 id est
15 ab initio diuinae administrationis
16 insistit
17 et sacramentum baptismatis, **Tγ**
18 quod in salutem generis humani prouisum est **Tγζ**
19 soli ecclesiae catholicae
20 caelesti ratione celebrare, **TT1$^2$γ**
21 per os suum praeostendit. **TTγ**
22 Ter enim praemissa ex arca **P1γδ**
23 uolitans per aerem super aquam **TTγε**
24 significabat iam tunc ecclesiae nostrae sacramenta. **TTγ**
25 Vnde et dominus Christus Petro, **Vδζ**
26 sed et ceteris discipulis suis **Pδ**
27 mandat dicens:
*euntes euangelizate gentibus, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti,* [Matth. 28, 19.]
28 hoc est,
29 ut trinitas illa, **P1δ**
30 quae sub noe per columbam figuraliter operata est, **Ton. Äqu. 4δθ/***
31 haec nunc in ecclesia per nos spiritaliter operetur. **Vδ**

1 **4** Sumamus iam nunc
2 et secundum personam columbae **Pγ/Ditr.**
3 ex arca emissae **Pγ**
4 diluii scilicet tempore, **T2δ**
5 quando omnes abyssi proruperunt, **TTγ**
6 quando cataractae caeli patefactae sunt *
7 propter facinora hominum **Tδ**
8 quae cotidie excercebant coram domino, *
9 sicut Moyses dicit: **TTγε**
*et uidit dominus deus redundasse nequitias hominum super terram et quod omnes in malum recordarentur a principio dierum suorum, et dixit: perdam hominem quem feci a facie terrae, ab homine usque ad pecus, et a reptilibus usque ad uolatilia caeli.* [Gen. 6, 5-7]
10 Emittitur ergo tempore cataclysmi **Vδ**
11 columba ex arca **P1γδ**
12 aquis uiolenter toto orbe terram infestantibus. *

1 **5** Illa arca figuram ecclesiae, **T2γ**
2 sicut superius ediximus,
3 portabat,
4 quae uerberabatur hinc atque inde **Pβγδ/Ditr.**
5 aquis insurgentibus tantum. **P1δ**
6 Cataclysmus ergo ille, **TTγε**
7 qui sub noe factus est *
8 figuram persecutionis **TT**
9 quae per totum orbem nunc nuper supereffusa est ostendit. **TTγδ**
10 Aquis autem diruptis **Pγ**
11 cataractis undique conuenientibus et excrescentibus *
12 significabantur gentes
13 quae ad uastandam ecclesiam excreuerunt, **Vδ**
14 sicut apocalypsis docet dicens: **TTγε**
*aquas quas uidisti populi sunt et gentes et regna.* [Apoc. 17, 15]
15 Columba autem illa, **TTγε**
16 quae pedibus suis requiem habere non poterat,**Tγδ**
17 lapsorum imaginem portabat, **TTδ**
18 qui immemores diuinarum praedicationum **TT**
19 uel simpliciter ignorantes **Vδ**
20 uel audaciter dissimulantes ceciderunt, **TTγ**
21 quorum ruinam dominus in euangelio futuram his uerbis significauerat dicens: **P1δ**
*qui audit uerba mea et non facit ea similabo illum uiro stulto qui aedificauit domum suam super arenam: uenerunt tempestates et impegerunt in domum illam, et cecidit et facta est ruina eius magna.* [Matth. 7, 26. 27]
22 Et ne temere comparasse uideamur **TT1$^2$γ**
23 columbam illam lapsorum imaginem portare, **TTδ**
24 sic propheta et ciuitatem ut columbam, **TTγδ**
25 hoc est lapsorum personam **Pγ**
26 increpat dicens: **P1δ**
*columba non exaudit uocem, id est praeclara et redempta ciuitas non recipit doctrinam, et in dominum fidens non fuit.*

1 **6** Quod autem requiem pedibus columba illa,**Ditr.**
2 sicut superius diximus, **Tδ**

3 inuenire non poterat, **Tγδ**
4 hoc significabat uestigia negantium
5 hoc est sacrificatorum, **TT**
6 lubrici ueneno serpentis sauciata **TTγ**
7 in lapsum conuersa, **Pγ**
8 quae ulterius non possent super aspidem et basiliscum conscendere **Tγ**
9 et draconem et leonem calcare, **Pγ**
10 quam potestatem tradidit dominus discipulis suis, **Pδ**
11 sicut in euangelio ait: **Pδ**
*ecce do uobis potestatem calcandi super omnem uirtutem inimici et super serpentes et scorpiones, et non nocebunt uos.* [Luc. 10, 19.]
12 istis ergo tot et tantis malignis spiritibus infestantibus **Ton. Äqu. 4δ/***
13 et in lapsorum necem insurgentibus *
14 prouisa est uulneratis salutis uia
15 ut quibuscumque uiribus possent **P1δ**
16 toto se corpore protrahere,
17 castris suis recipere, **Tγ**
18 quibus recepti **Pγ**
19 non possent medellis spiritalibus uulnera sua curare. **Pγ**
20 Recepta igitur columba **TTδ**
21 paucis etiam diebus interiectis **TTγ**
22 iterato emittitur ex arca, **TTδε**
23 quae reuersa non tantum firma uestigia, **T2γ**
24 sed et insignia suae pacis atque uictoriae **T2γ**
25 per illa oleae folia **Tδ**
26 quae suo ore portabat ostendit. **P1γ**
27 Duplex ergo illa emissio **T2γ**
28 duplicem nobis persecutionis temptationem ostendit: **P1γ**
29 prima in qua qui lapsi sunt uicit ceciderunt, **TTγ**
30 secunda in qua hi ipsi qui ceciderunt **Vγδ**
31 uictores extiterunt. **TTγ**
32 Nulli enim nostrum, **TTγδ**
33 dubium uel incertum est, **Ton. Äqu. 4δεθ/***
34 fratres dilectissimi, *
35 illos
36 qui prima acie, *
37 id est
38 Deciana persecutione **TT**
39 uulnerati fuerunt **Pγ**
40 hos postea
41 id est
42 secundo proelio *
43 ita fortiter perseuerasse, **P1**
44 ut contemnentes edicta saecularium principum **T2δ**
45 hoc inuictum haberent, **Pγ**
46 quod et metuerunt **TTβγ**
47 exemplo boni pastoris **Pγ**
48 animam suam tradere, **2βδ/Ton. Äqu. 4δζ/***
49 sanguinem fundere **T2δ**
50 et nullam insanae mentis tyranni saeuitiem recusare. **Vδ**

1 **7** Ecce quam gloriosos, **Ditr.**
2 quam domino caros **Pδ**
3 schismatici isti **Pδ**
4 ligna, faenum, stipulam appellare non dubitant; **Tγδ**
5 quorum pares,
6 hoc est
7 in eodem crimine lapsus sui **Vδζ**
8 adhuc usque constitutos, **TTγ**
9 nec ad paenitentiam admittendos esse praesumunt **P1γ**
10 ex illa domini pronuntiatione qua ait: **Pγδ**
*qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo qui est in caelis.* [Matth. 10, 33]
11 Pro dolor!
12 quid contra dominica praecepta contendunt, **P1γ**
13 ut ea
14 quae christus iudicii sui tempore sit acturus, **Vδε**
15 haec +nunc stirpe +Nouatiani
16 patris sui diaboli exemplum secuti **Pγ**
17 nunc exercere conentur
18 dicente scriptura: **P1γ**
*mihi uindictam, et ego retribuam, dicit dominus.* [Hebr. 10, 30]

1 **8** Respondebimus eis **Pδ**
2 et ad istam pronuntiationem domini *
3 quam male intellegunt **Pγ**
4 et male sibi interpretantur. **P**
5 Quod enim ait:
*qui me negauerit coram hominibus, et ego negabo eum coram patre meo qui est in caelis,* [Matth. 10, 33.]
6 utique futuri temporis significatio est,
7 quo tempore incipiet dominus **Tδ**
8 secreta hominum iudicare, **Vδ**
9 quo tempore
10 tribunali christi
11 omnes nos oportet adstare, **P1γ**
12 quo tempore
13 multi incipient dicere: **Tδ**
*domine domine, nonne in tuo nomine prophetauimus et in tuo nomine daemonia exclusimus, et in tuo nomine uirtutes multas fecimus?* [Matth. 7, 22]

14 et tunc audient uocem domini dicentis: **TTδ**
*discedite a me omnes qui operati estis iniquitatem, non noui uos.* [Matth. 7, 23]
15 Ibi adimplebitur quod ait: **TTδε**
*negabo et ego illos.*
16 Quos autem maxime negabit dominus christus, **Pδ**
17 nisi uos omnes haereticos et schismaticos **Ton. Äqu. 4δε/***
18 et nominis sui alienos? **TTγ**
19 qui enim aliquando Christiani **TTγ/Ditr.**
20 nunc Nouatiani
21 iam non Christiani **Ditr.**
22 primam fidem uestram **TTγε/1βδ**
23 perfidia posteriore
24 per nominis appellationem mutastis, **Pγ**
25 uelim nunc propositioni uestrae respondeatis.
26 Legite et docete **Vδε**
27 quem dominus de his
28 qui se dereliquerant uel negauerant, **Ton. Äqu. 4δε/***
29 cum adhuc ipse hic esset, negauit: **Pγ**
30 Atqui et ceteris **Tγδ**
31 qui se cum remanserant **Tγ**
32 de discipulis ait: **Pδ**
*numquid et uos uultis ire?* [Joh. 6, 67]
33 petrum etiam
34 quem negaturum ante praedixerat, **T2γ**
35 cum negasset, **Ditr.**
36 ipse non negauit, **TTγδ**
37 sed sustinuit, *****
38 et amare illum **Ditr.**
39 suam negationem flentem
40 ipse postmodum lenit. **P1δ**

1 **9** Quaenam est tua, **Pδε**
2 Nouatiane,
3 dementia,
4 ut illa
5 quae ad exitium salutis pertineant **Tγ**
6 tantum legas
7 et quae ad misericordiam praetereas
8 clamante scriptura et dicente: **TTγδ**
*paenitentiam agite qui erratis, conuertimini corde,* [Ezech. 18, 30]
9 et eadem quoque propheta **Pγ**
10 similiter exhortante et dicente: **TTγδ**
*conuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio et ploratione et planctu et scindite corda uestra et non uestimenta; conuertimini ad dominum deum uestrum, quoniam misericors est et miserator et multae miserationis?* [Joel 2, 12. 13]

1 **10** adeo quia <quam> multae miserationis est dominus audiuimus,
2 audiamus **Ditr.**
3 quid per dauid contestatur spiritus sanctus: **P1δ**
*si dereliquerint filii eius legem meam et in mandatis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint et praecepta mea non custodierint, uisitabo in uirga facinora eorum et in flagellis delicta eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eis.* [Ps. 89, 31-34.]
4 His similia et per Ezechielem legimus dixisse dominum: *****
5 fili hominis, domus israel habitauit super terram suam, et coinquinauerunt eam facinoribus suis. Sicut mulieris menstruatae facta est immunditia eorum ante faciem meam. Effudi iram meam super eos et disseminaui eos inter gentes et secundum peccata eorum indicaui eos, qui coinquinauerunt sanctum nomen meum. Et quia dictum est de his: hic est populus domini, peperci eis propter sanctum nomen meum
*quod spreuit domus israel inter gentes.* [Vgl. Ezech. 36, 17-23]
6 Et coniungens ait:
*propterea dic populo israel: haec dicit dominus: non uobis parco, domus israel, sed propter sanctum nomen meum parcam, quod coinquinastis inter gentes; et scietis quia ego dominus, cum sanctificabor in uobis.*
7 item dominus ad eundem: **Vδε**
8 fili hominis, dic populo israel: quare locuti estis dicentes: erroribus nostris contabescimus, et quomodo salui esse poterimus? dic eis: uiuo ego, dicit dominus, quia non desidero mortem peccatoris, sicut desidero ut auertatur peccator a uia sua pessima et uiuat. Redite ergo a uia uestra pessima.
*Quid morti uos traditis, domus israel?* [Ezech. 33, 10. 11]
9 sic et per esaiam prophetam: **Pγ**
*non in aeternum indignabor uobis neque semper non defendam uos.* [Jes. 57, 16]
10 Et quoniam hieremias propheta **Pγ**
11 in persona populi peccatoris **Vδ**
12 deprecatur dominum dicens: **Pδ**
*emenda nos, domine, sed in iudicio et non in ira, ne paucos facias nos,* [Jer. 10, 24.]
13 adiecit et dixit esaias:
*propter peccatum modice contristaui eum, et percussi eum et auerti faciem meam ab eo, et contristatus est et abiit tristis in uiis suis,*
14 et quia operatur, **TTγ**
15 adiecit et dixit: **P1γδ**

*uias eius uidi et curaui eum et dedi ei exhortationem ueram, pacem super pacem*
16 paenitentibus, deprecantibus et operantibus restitui posse, **Pδ**
17 quam male perdiderint **Tγ**
18 quique a christo declinauerint.

1 **11** Denique hoc in euangelio comprobatur, **Vδ**
2 ubi illa mulier peccatrix describitur, **Tγ**
3 quae uenit ad domum cuiusdam pharisaei, **TTγ**
4 ubi erat dominus uocatus cum discipulis, *****
5 portans uas unguenti;
6 quae stetit ad pedes domini *****
7 et lacrimis suis lauit et pedes eius **Vγδζ**
8 et capillis extersit **Pγ**
9 et oscula infixit, **TTδ**
10 ut excitaretur ille phariseus et diceret: **Tγδ**
*hic si esset propheta, sciret quae et qualis esset ista mulier quae eum tangit, quia peccatrix est.* [Luc. 7, 39-47]
11 Vnde in continenti dominus *****
12 peccatorum remissor **Pγ**
13 et paenitentium receptor, ait: **Ditr.**
*petre, habeo tibi aliquid dicere. At ille respondit dicens: magister, dic.*
14 Et dominus:
*duo debitores fuerunt cuidam feneratori, unus qui ei debebat denarios quingentos et alius quinquaginta; et cum non haberent unde soluerent, ambobus donauit.*
15 Et interrogauit: **P**
*quid eorum plus diligit. Et respondit petrus: utique ille cui plus donauit.*
16 Et adiecit dicens:
*uides istam mulierem? introiui in domum tuam, osculum mihi non dedisti; haec autem non cessauit osculando pedes meos. Pedes meos non lauasti; haec autem lacrimis suis lauit et capillis extersit. Oleo pedes meos non unxisti; haec autem unxit. Proper quod dico tibi, petre, quia remittuntur illi peccata eius.*
17 Ecce dominus utrisque debitoribus larga sua pietate debitum concedit, **TTδ**
18 ecce delicta donantem, **P1γ**
19 ecce mulierem peccatricem **TTγ**
20 paenitentem, flentem, deprecantem **TTγ**
21 et remissam peccatorum accipientem. **P**

1 **12** erubesce iam nunc, **Ditr.**
2 si fieri potest, **Pδ**
3 Nouatiane,
4 desine argumentis tuis impiis *****
5 incautos decipere, **Tγ**
6 desine unius capituli praescriptione terrere. **P1γ**
7 Legimus et adoramus
8 nec praetermittimus **Tβ**
9 caelestem domini sententiam
10 qua ait
11 negaturum se negantem. **TTγδ**
12 Numquid et paenitentem? **V3γδ**
13 et quid ego tamdiu de miserationibus
14 probare singula gestiam, **Tδ**
15 quandoquidem Niniuitis allophylis
16 et longe a lege hominibus constitutis **Vδ**
17 propter ciuitatis suae adnuntiatam euersionem **Ditr.**
18 deprecantibus *****
19 misericordia dei non denegatur? **Ditr.**
20 ipsi illi pharaoni
21 sacrilega temeritate repugnanti, **TTγ**
22 cum quando caelestibus plagis uerberaretur **P1**
23 et conuersus moysi et fratri eius dixisset: **Pγ**
*orate pro me ad dominum, quia peccaui,* [Vgl. Exod. 9, 27. 28]
24 in continenti ab eo suspendebatur ira dei. **TTγε**
25 Et tu iam,
26 Nouatiane,
27 iudicas
28 et nullam spem pacis ac misericordiae habere lapsos praedicas *****
29 nec increpanti te apostolo
30 aurem accommodas dicenti: **TTδ**
*tu quis es qui iudicas seruum alienum? domino suo stat aut cadit. Stabit autem, potens est dominus stabilire illum.* [Vgl. Rom. 14, 4]
31 Vnde pertinenter et necessarie **Ton. Äqu. 4γδ/***
32 ex persona eorundem lapsorum **Pγ**
33 increpat uos spiritus sanctus dum dicit: **Pγδ**
*noli gratulari, inimica mea, mihi, quoniam si cecidi, et exsurgam; et si in tenebris ambulauero, dominus lumen est mihi. iram domini tolerabo, quoniam peccaui illi, usque dum iustificet causam meam et faciat iustitiam et iudicium et producat me ad lucem. Videbo iustitiam illius et uidebit me inimica mea et cooperiet se confusione.* [Mich. 7, 8-10]

1 **13** Oro, non legisti:
*nolite gloriari et nolite loqui excelsa, et ne exeat magniloquentia ex ore uestro, quoniam erigit a terra pauperem et ab sterquilinio erigit inopem et sedere facit eum cum potentibus populi?* [1 Sam. 2, 3. 8]
2 non legisti:
*tu, qui stas, uide ne cadas?* [1 Cor. 10, 12]
3 non legisti

*quia dominus superbis contrasistit, humilibus autem dat gratiam?* [1 Petr. 5, 5]

4 non legisti:

*qui se extollit humiliabitur?* [Matth. 23, 12]

5 non legisti

*quia deus perdidit memoriam superborum et non relinquit memoriam humilium?* [Vgl. Ps. 34, 17]

6 non legisti

*quia quo iudicio quis iudicauerit, eum iudicari necesse est?* [Matth. 7, 2]

7 non legisti

*quia qui odit fratrem suum, in tenebris est et in tenebris ambulat et non scit quo eat, quia tenebrae excaecauerunt oculos eius?* [1 Joh. 2, 11]

8 unde igitur [et] tam sceleratus,
9 tam perditus,
10 tam discordiae furore uesanus **P1γ**
11 extiterit iste Nouatianus,
12 inuenire non possum, **P1γδ**
13 qui semper in domo una,
14 id est christi ecclesia, **Tγ**
15 proximorum delicta ut propria fleuerit, **Tδ**
16 onera fratrum, **Pδ**
17 sicut apostolos hortatur, **TTδ**
18 sustinuerit, *
19 lubricos in fide caelesti allocutione corroborauerit. **T**
20 At nunc ex quo cainam illam haeresim, *
21 quae non nisi tantum occidere gestit, **Pδ**
22 exercere coepit, **Ditr.**
23 nec sibi nouissime parcit. **P1δ**
24 Ceterum si legisset, **Vδε**
25 quia

*iustitia iusti non liberabit eum in die qua errauerit et iniquitas impii non nocebit eum ex qua die conuersus fuerit,* [Ezech. 33, 12]

26 iam olim in cinere paeniteretur, **P1**
27 ille
28 qui semper paenitentibus aduersatur, **Vδ**
29 qui in ruina facilius aedificatorum stantium operatur **TTδ**
30 quam in structione iacentium ruinarum, **TTδ**
31 qui multos ex fratribus nostris miserrimos **Tγ**
32 falsis suis aduersationibus perterritos
33 iterum fecit ethnicos **Ton. Äqu. 4δζ/***
34 dicendo quod paenitentia lapsorum sit uana **Pγδ**
35 nec possit eis proficere ad salutem, **Vδε**
36 clamante scriptura et dicente: **TTγδ**

*memento unde excideris et age paenitentiam; si quo minus, ueniam tibi, nisi paenitentiam egeris.* [Apoc. 2, 5]

37 Et quidem ad septem ecclesias scribens **P1δ**
38 singulis sua quaeque facinora et delicta ingerens **Pγ**
39 'paenitemini' dicebat. **TTδ**
40 Quibus,
41 nisi illis scilicet *
42 quos pretio magno sui sanguinis redemerat?

1 **14** o te impium scelestum que, **Vδ**
2 haeretice Nouatiane,
3 qui post tot et tanta
4 in ecclesia a quibusdam retro uoluntarie commissa crimina, *
5 quae et tu ipse in domo dei
6 priusquam apostata esses cognoueras **Tγ**
7 et haec posse aboleri de memoria
8 succedente <bono>
9 utique docueras,
10 secundum fidem scripturae dicentis **Pγ**

*quia si conuersus fuerit facinorosus ab omnibus facinoribus suis quae commisit et iustitiam fuerit secutus, uita aeterna uiuet et non morietur in facinore suo* [Ezech. 18, 21]

11 -delicta enim quae commisit, **TTγδ**
12 abolebuntur de memoria
13 succedentibus bonis factis -, **Vδζ**
14 tu hodie retractas **TTδ**
15 an debeant lapsorum curari uulnera, *
16 qui nudati diabolo ceciderunt, **Vδ**

*uiolentia aquae quam suo ore serpens emisit post mulierem.* [Apoc. 12, 15]

17 Sed quid dicam?
18 ait apostolus: **Tγ**

*laudo uos? non laudo: quia non in melius, sed in peius uenistis; ubi enim sunt aemulationes et dissensiones in uobis, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis?* [1 Cor. 11, 22; 1 Cor. 3, 3]

19 nec nos quidem mirari oportet, **Pγ**
20 cur iste Nouatianus
21 tam nefanda,
22 tam grauia
23 in persona lapsorum exercere nunc audeat, **T2γδ**
24 quandoquidem habemus exempla praeuaricantis istius praecedentia. *
25 Saul ille bonus **Pβδ**
26 praeter cetera postea liuore euertitur **T2γ**
27 et contra dauid
28 omnia aduersa et inimica agere molitur. **TTδ**
29 Iudas ille inter apostolos electus, **TTδ**
30 qui semper in domo unanimis et fidelis,
31 ipse postmodum deum prodidit. **Ton. Äqu. 4δζ/***
32 Praedixerat quidem et dominus **Tγδ**
33 multos esse uenturos **P1γ**

34 sub pellibus ouium rapaces lupos.
35 Qui sunt isti rapaces lupi, **gl. Akzentfolge**
36 nisi sensu subdolo conspirantes **Vδ**
37 ad infestandum gregem christi, **TTγε**
38 sicut legimus apud Zachariam positum:
*ecce ego suscito pastorem in terra, qui quod auersum est non uisitabit et carnes electorum manducabit et talos illorum torquebit?*
39 similiter et per ezechielem increpat huiusmodi pastores, **TTδ**
40 scilicet praedones et laniones **Vγδ**
41 (dicam ut aestimauerat), *
42 dicens:
*o pastores, quare lac ebibitis, et coagulatum comeditis et forte ad nihilum perduxistis et infirmum non uisitastis et claudicantem non curastis et errantem non reuocastis et remisistis populum meum errare inter spinas et tribulos? propterea haec dicit dominus: ecce ego ueniam aduersus pastores et exquiram oues meas de manibus eorum, et repellam eos, ut non pascant oues meas, et non erunt eis amplius oues meae in deuorationem; et exquiram eas, sicut pastor gregem suum in die qua fuerit caligo et nebula, sic exquiram oues meas et exquiram eas de omni loco quocumque dispersae sunt; et quod perierat requiram et quod errauerat reuocabo et quod claudicauerat curabo et quod infirmum est custodibo et pascam oues meas cum iudicio.* [Vgl. Ezech. 34]

1 **15** Quis ita loquitur? *
2 utique ille **Pδ**
3 qui
4 relictis nonaginta nouem ouibus *
5 quaesiuit illam **Ditr**
6 quae de suo errauerat grege, **Pδ**
7 sicut dauid dicit: **TTγε**
*erraui uelut ouis quae perit,* [Ps. 119, 176.]
8 quam inuentam redit
9 umero suo portans peccatricem delicatam; **TTγ**
10 qui gaudens et exultans **TTγδ**
11 uocatis amicis et domesticis ait: **P1δ**
*conlaetamini mihi, quoniam inuenta est ouis mea quae perierat. Dico,*
12 inquit,
*uobis quia tale gaudium erit in caelo super peccatorem paenitentiam agentem.*
13 Et subiungens ait:
*aut quae mulier habens denarios decem et cum perdiderit ex eis unum, non accendit lucernam et tota die domum suam emundat quaerens donec inueniat? et cum inuenerit, conuocat amicas et uicinas suas dicens: gratulamini mihi, quoniam inueni denarium quem perdideram. Dico uobis quia tale gaudium erit in conspectu angelorum dei super uno peccatore paenitentiam agente.* [Luc. 15, 6-10.]
14 E contrario autem **P1δ**
15 non agentes facinorum suorum paenitentiam, *
16 quae eos maneant *
17 ex ipsius domini responso cognoscant. **Pγ**
18 Legimus enim in euangelio *
19 quod
*quidam uenerint de galilaeis ad dominum, adnuntiantes ei de eis quorum sanguinem miscuit pilatus cum sacrificiis ipsorum; quibus respondit dominus dicens: putatis quia illi galilaei super ceteros galilaeos peccatores fuerant, quia passi sunt talia? non. Dico enim uobis,*
20 inquit,
*quia nisi paenitentiam egeritis, omnes similiter perietis. Aut illi decem et octo, super quos cecidit turris in siloa, putatis quia debitores fuerunt morti super omnes homines qui habitabant in hierusalem? non, dico uobis,*
21 inquit,
*quia nisi paenitentiam egeritis, omnes similiter perietis.* [Luc. 13, 1-5]

1 **16** Excitemus itaque nos
2 quantum possumus, *
3 fratres dilectissimi, *
4 et abrupto inertiae et securitatis somno
5 ad obseruanda domini praecepta uigilemus. **TT1**$^{2}$**γ**
6 Quaeramus tota mente **TTγε**
7 quod perdidimus, *
8 ut inuenire possimus, **P1γ**
*quia quaerenti,*
9 ait scriptura, **Pγ**
*dabitur et pulsanti aperietur.* [Luc. 11, 10]
10 Mundemus domum nostram **TTγε**
11 munditia spiritali, **Vδ**
12 ut secreta quaeque et abdita pectoris nostri **P1δ**
13 uero euangelii lumine radiata dicant: **Ditr.**
*tibi soli deliqui et nequissimum in conspectu tuo feci,* [Ps. 51, 6]
*quia mors peccatorum mala et apud inferos paenitentia nulla,*
14 habentes in contemplatione maxime diem iudicii et retributionis **TT**
15 et,
16 quod ab omnibus nobis credendum **Pγ**
17 et firmiter est tenendum, **Vδε**
*quia acceptio personarum non est apud deum,* [Rom. 2, 11]
18 cum praeceperit in deuteronomio

19 non accipiendam esse personam in iudicio. *

*Non accipies,*

20 ait,

*personam nec secundum minimum et secundum maximum iudicabis.* [Vgl. Deut. 1, 17 und 16, 19]

21 His similia et per Ezechielem dixit:

*omnes,*

22 inquit,

*animae meae sunt; sicut anima patris et anima filii. Anima quae peccauerit, ipsa morietur.* [Ezech. 18, 4]

23 Hic erit igitur a nobis uenerandus, **TTγ**

24 hic tenendus, **Ditr.**

25 hic per plenam et dignam nostram confessionem **Ditr.**

26 propitiandus, **P**

27 qui habet potestatem **TTγ/1β**

*animam et corpus mittendi in gehennam ignis,* [Matth. 10, 28]

28 sicut scriptum est: *

*ecce uenit cum multis milibus nuntiorum suorum facere iudicium de omnibus et perdere omnes impios et arguere carnem de omnibus factis impiorum quae fecerunt impie et de omnibus uerbis impiis quae de deo locuti sunt peccatores.* [Iud. 14, 15]

1 **17** His similia et Daniel,

*uidi,*

2 inquit,

*thronum positum, et uetustus dierum sedebat super eum, et uestitus eius erat tamquam nix et capilli capitis illius tamquam lana alba; thronus illius flamma ignis, rotae illius ignis ardens. Flumen ignis prodiebat ante eum, milia milium seruiebant ei et milium milia adsistebant illi; ad iudicium sedit et libri aperti sunt.* [Dan. 7, 9. 10]

3 Iohannes autem manifestius *

4 et de die iudicii **Tγ**

5 et de consummatione saeculi *

6 declarat dicens:

*et cum aperuisset,*

7 inquit,

*sigillum sextum, ecce terrae motus factus est magnus et sol factus est niger ut saccus cilicinus, et luna tota sanguinea facta est, et stellae ceciderunt in terram, quomodo ficus a uento magno agitata mittit grossos suos, et caelum recessit ut liber cum inuoluitur et omnis mons et insulae de locis suis motae sunt; et reges terrae et maximi quique et tribuni et diuites et fortes et omnis seruus et liber absconderunt se in speluncis petrarum et in cauernis montium dicentes montibus et petris: cadite super nos et absconDite nos a conspectu patris sedentis super thronum et ab ira agni, quoniam uenit dies interitionis, et quis poterit stare?* [Apoc. 6, 12-17]

8 item in eadem apocalypsi

9 hoc quoque Iohannes dicit

10 sibi reuelatum: **TTγ**

*uidi,*

11 inquit,

*thronum magnum et candidum sedentem super eum, a cuius facie fugit caelum et terra, et locus eorum inuentus non est; et uidi mortuos magnos et pusillos stantes ante conspectum throni domini, et libri aperti sunt. Et alius liber apertus est qui est uitae; et iudicati sunt singuli secundum ea quae scripta erant in libro secundum facta ipsorum.* [Apoc. 20, 11-13]

12 Sed et apostolus bonum consulens *

13 sic nos hortatur dicens: **Pγδ**

*nemo uos decipiat inanibus uerbis; propterea enim uenit ira dei super filios contumaciae. Nolite esse participes eorum.* [Eph. 5, 6. 7]

1 **18** Demus igitur totis uiribus *

2 fidei nostrae deo laudem, **TTγε**

3 demus plenam confessionem, **P**

4 quandoquidem super paenitentia uestra **P1δ**

5 gaudeant caelorumm uirtutes, **Pγ**

6 gaudeant angeli omnes, **P1δ**

7 gaudeat et christus, **TTδε**

8 qui uos denuo peccatis oneratos **TTγ**

9 delictis obrutos *

10 plena et clementi moderatione **Ditr.**

11 cessare a facinore hortatur dicens:

*conuertite uos et redite ab impietatibus uestris, et non erunt uobis iniquitates uestrae ad poenam. Proicite a uobis omnes impietates uestras quas fecistis aduersum me et facite uobis cor nouum et spiritum nouum. Et ut quid uos morti traditis domus israel? non enim desidero mortem peccatoris. Ego sum, ego sum, qui deleo facinora tua et non commemorabor te; tu autem in mente habe, et iudicemur: dic tu facinora tua prius, ut iustificeris.* [Ezech. 18, 30-32.]

12 Dum patet,

13 fratres,

14 indulgentiae aditus, **Tδ**

15 deum plenis satisfactionibus deprecemur. **V3δ**

16 Humiliemus nos

17 ut exaltari possimus. **Pγ**

18 Acquiescamus diuinae exhortationi **TT**

19 qua euadere liceat diem domini et iram. **TTδε**

20 Dicit enim sic: *

*respice, fili, nationes hominum et scito: quis sperauit in domino et confusus est? permansit in*

*mandatis illius et derelictus est? aut inuocauit eum et despexit illum? quoniam pius et misericors dominus et remittens in tempore tribulationis peccata omnibus inquirentibus se in ueritate.* [Eccli. II, 11-13]

21 Ait ergo:

*dic tu facinora tua prius, ut iustificeris. Prae manu sit uobis oratio illa exhomologeseos plena.*

## 3.2 Ad Siluanum

Ciprianus dominis meis fratribus sanctissimis atque dilectissimis incomparabili caritate et mutua dilectione connexis Siluano Regino Donatiano in Domino salutem.

1 Inter maximam laetitiam uotorum meorum **Pγ/Ditr.**
2 de uestris incolumitatibus perceptam: **TTδ**
3 ut de inconcussa fidei uestrae uirtute **Pγ**
4 quam habetis in Christo Iesu,
5 per quam sentio
6 etiam mihi delictis multis obnoxio **Tγ**
7 tam multum prodesse sanctis atque immaculatis uestris precibus, *****
8 pro me ad deum emissis, **Pγ**
9 ueniam delictorum mihi a domino esse tributam. **Pγ**
10 In tanta igitur exultatione **Ditr.**
11 qua de nobis glorior, *****
12 quod dignum <me> memoriae orationum uestrarum habere dignemini, **T2γ**
13 in una tantummodo parte contristor, **P1γ**
14 quod litteris uestris aspernamini *****
15 pusilitatem meam resalutare **P**
16 de quibus spero
17 semper fomenta spiritualia recipere,
18 quotiens dignum iudicaueritis scripto uestro **TTγε**
19 plenam mihi repraesentare affectionem. **Ditr.**
20 Ego enim non praetermittam ullam occasionem scribendi uobis,
21 quominus assiduitate ipsa commoneam uos ad scribendum, **Pβγ**
22 unde et utilitatis et salutis perfruar emolumentum. **P**
23 Salutate sanctissimas sorores nostras benedictas **TTγ**
24 Metucosam et Valeriam,
25 quas uobis cum in cursu et stadio sanctitatis **Vδ**
26 deus custodiat **Tγ**
27 et ad effectum laudis gloriae perducat, **TTδ**
28 ut uestris precibus possimus condonari, **TTγ**
29 cum coeperit in uobis uirginitas honorari. **1β**
30 Opto
31 uos bene ualere **Pγ**
32 et mei meminisse. **TTγ**
33 Valete.

## 3.3 Aduersus Iudaeos

1 **1** Attendite sensum **Pδ**
2 et intellegentiam uestram **P1δ**
3 in spiritu sancto, **P1δ**
4 ut non tantum auribus audiatis, **Vδ**
5 sed etiam oculis cernatis **TTδ**
6 diuinum christi sacramentum. **TTγ**
7 Cernitis autem per fidem uestram; **(P)1βδ**
8 audire enim necessitatis est, **Tζ**
9 credere sollicitudinis. **T**
10 Aurium officium est
11 indifferenter pariter uana atque utilia percipere,
12 fidei autem **Tδ**
13 nisi quae probauerit credere. **T2δ**
14 Nec enim cuiquam prodest libenter audire, **P1γ**
15 nisi credulitas auditum confirmet. **Pγ**
16 Fidei oculi sunt spiritus
17 per quem uidentur spiritalia. *****
18 Si ergo uos estis spiritales, **TTγ**
19 intellegite caelestia.
20 Similes enim similia sui recognoscunt. **TTγ**
21 Etiam muta animalia *****
22 de uocis sono
23 inuicem se intellegunt, **Ton. Äqu. 4δε/***
24 leones fremitum, *****
25 tauri mugitum **Pγ**
26 et miles tubae +.
27 Qanto ergo uerius spiritales spiritalia intellegunt,
28 caelestes et heredes patris sui praecepta **Pγ**
29 et ea
30 quae testamento patris sui cauta sunt? *****
31 uos ergo
32 cum sitis christi heredes, **Pγ**
33 intellegite testamentum eius. **Ditr.**
34 Quodsi quis per aetatem
35 minus docibilis est ad intellegendum, **P**
36 habet spiritum sanctum interpretem: **Tγ**
37 illum sequatur, **Pγ**
38 illo duce et magistro **TT1**$^{2}$**γδ**
39 facillime poterit **Tδ**
40 noui testamenti iura uirtutemque cognoscere, **T2γ**
41 quod hereditas gentibus contributa est hoc modo. **TTγδε**

1 **2** Dominus et pater **TTδε**

2 in principio fecit hominem sua manu Vδζ
3 eumque posuit in paradiso
4 data certa condicione praeceptorum uitae,
legis et testamenti. Vγδ
5 Ille autem Ditr.
6 contemptis patris praeceptis Pγ
7 expulsus est de paradiso
8 in suam terrigenam natiuitatem, P
9 in qua etiam defunctus est.
10 Sed dominus suscitauit genus iustum TTδε
11 de semine Adae, Pδ
12 quod semen conseruauit in populum Tγδ
13 super flumen et heredes eius.
14 Ex illo genere *
15 inuenit hominem iustum, Pδ
16 cui imperauit
17 ut faceret fabricam Tδ
18 in modum machinae 2βδ/*
19 capacitatis certae
20 mensurarum compaginibus, *
21 ut
22 illa conditus
23 cum suis fratribus noe seruaretur [per illud genus].
24 Sed iusserat deus Pδ
25 propter iniustitiam hominum Tδ
26 orbem terrae aquis inundantibus deperire. V3δ
27 igitur postea saluus factus est cum suis Noe.
28 et constituit ei deus praecepti
sui testificationem dicens:
*omnis res cibus uobis, quasi pabulum olerum*
*excepta carne cum sanguine uitae,* [Gen. 9, 3. 4]
29 et posuit huius testificationis signum in arcu. Pγδ
30 Post haec rursus
31 dominus deus testificatus est Abrahae in Isaac
32 hoc modo dicens: (P)1βδ
33 tibi dabo hanc terram et semini tuo, Pδ
34 et faciam te patrem multarum gentium. *
35 Et exinde increuit semen
36 in multitudinem populi, Tδ
37 et diuisum est in duodecim patriarchas.
38 Sed etiam illis quoque
39 dominus testificationem posuit *
40 in montem Choreb per Moysen, TTγδ
41 de quo loco expulsis gentibus *
42 constituit illic populum, *
43 quem accepit et possedit
promissam sibi hereditatem;
44 quibus etiam pleraque signa et miracula
45 ostendit deus
46 quasi carissimo filio. T2δ
47 Sed idem populus *
48 perceptis tot tantis que beneficiis *
49 aduersatus est patrem Pγδ
50 et dereliquit deum uiuum. TTγε
51 Dereliquit enim Israel dominum Tδ
52 ostendens ei terga et non faciem;
53 nam faciem suam conuertit ad idola, TTγδ
54 et interficiendo missos ad se prophetas,
55 qui de christo praedicabant, TTγ
56 exinde consueuit Israel persequi Christum P1δ
57 non tantum in corpore aduenientem, P
58 sed etiam cum a prophetis adnuntiaretur. P1
59 Vniuersos etenim uates persecuti sunt [eum], **
60 ex quibus quosdam lapidibus insectati, Vδ
61 alios indigne excruciando peremerunt, TTγ
62 non tam ipsos
63 quam per eos dominum christum. Pδ
64 Quae enim huius probatio? Tγ
65 scilicet quod insimulatos [et infidos] [TTγδ]
66 et perfidos et mendaces Vδε
67 et contrarios christi susceperint, Tγ
68 ueros autem et fidei plenos Pδ
69 inpugnauerint. *
70 Moysen maledicabant, P
71 quoniam Christum praedicabat: TTγ
72 Dathan amabant, Pγ
73 quoniam Christum non praedicabat. Ditr./Pβ
74 Aaron repudiabant in sacerdotio, *
75 quoniam Christi similitudinem praeferebat; V3δ
76 Abiron constituebant, P
77 quoniam Christum contradicebat: P
78 Dauid oderant, *
79 quoniam Christum canebat; Pγ
80 Saul extollebant, Pβ
81 quoniam christum non loquebatur; (P)1β
82 Cham seruabant,
83 nihil enim de Christo loquebatur. TTγ
84 Hieremiam lapidabant
85 Christum uaticinantem; P
86 Ananiam diligebant
87 Christum aduersantem. TTγ
88 Esaiam secabant
89 Christum uociferantem; P
90 Manassen magnificabant P
91 Christum persequentem. TTγ
92 Iohannem interimebant P
93 Christum demonstrantem; TTγ
94 +Zachariam trucidabant
95 Christum diligentem; TTγ
96 Iudam diligebant TTγ
97 Christum tradentem. Pγ

1 **3** Videtis
2 quemadmodum christum qui diligunt odiuntur, **Vδ**
3 <qui odiunt>
4 amore flagrant
5 apud indignam plebem. **gl. Akzentfolge**
6 O pertinaciam persecutionis indignam **P1γ**
7 usque ad mortis exterminationem; **TT**
8 non enim tantummodo testes domini inpugnauerunt, **P**
9 sed et ipsum dominum *****
10 perfidi coloni, **TTδ**
11 contumeliam fecerunt patri in filio. **Tγδ**
12 Quid igitur digni fuerunt pati
13 ob hoc admissum? **gl. Akzentfolge**
14 scilicet fugari de regno, **Pγδ**
15 abdicari hereditatem.
16 Et ita factum est
17 et ita euenit, **Pγ**
18 digna dignis optigerunt. **TTγ**
19 Pater enim contumelias passus in filio, **T2γδ**
20 filius perpessus in prophetis **TTγδ**
21 tempore quo moriebatur, **P**
22 in suo tempore **2βδ/***
23 coactus est indignatione **TT**
24 scribere nouum testamentum **TTγ**
25 adhibitis testibus caelo et terra **Pγδ**
26 et angelo de templo adsistentibus moyse et helia.
27 Hos enim testes adhibuit, **Tγ**
28 cum pateretur in israel. **Tγδ**
29 Haec ita facta praedixit per prophetas his uerbis: **Pγδ**

*audi, caelum, et praebe aurem, terra, quoniam dominus locutus est: filios genui et exaltaui, ipsi autem me repudiauerunt.* [Jes. 1, 2]

1 **4** Has uoces effudit dominus in israel uociferans dicens: **Pδ**

*uos noluistis, alii me recipient qui nondum nec mentionem mei audierunt. Vos nuptias meas spreuistis, alii ibunt qui non sunt uocati. Vos meum rus et uineam colere recusastis, unde fructus iustitiae proueniunt, alii colent et fructus capient in deo.*

2 Quae est ista tam dira mens
3 et execranda cogitatio?
4 interficere ergo potuistis regem et sponsum? **P1γδ**
5 propter hoc testis est caelum et terra **P1γδ**
6 et quae in illis sunt elementa, **Vγδ**
7 insuper et omnis creatura testis est *****
8 in mortem christi.
9 O nouam crudelitatem. **P**
10 Conmota est omnis natiuitas **Tγ**
11 in domini passione, **Vδ**
12 populus mansit inmobilis sine trepidatione. **TT**
13 Angelus in paenitentiam conscisso uelamine refugit, **TT1$^{2}$γ**
14 plebs autem sine pauore integra ueste permansit. **P1γ**
15 Conuersa sunt elementa et confusa, **TTγδ**
16 israel securus durauit. **Pγ**
17 O duritia noua, **Pδ**
18 o audacia singularis, **Vδ**
19 o perfidia cruenta. **TTδ**
20 Pilatus
21 exterae gentis **P1δ**
22 iudex saecularis **TTγ/Ditr.**
23 potestate temporalis **TTγ/Ditr.**
24 purificauit manus **gl. Akzentfolge**
25 et abluit scelus necessitatis
26 dicens:

*immunis et innocens sum ab huius sanguine.* [Matth. 27, 24]

27 Plebs autem nec alienum nec exterum imitata est, **Ton. Äqu. 4δθ/***
28 sed insuper adclamabat: **Vδ**

*tolle, adfige in cruce; sanguis huius in nobis et in filiis nostris.* [Vgl. Matth. 27, 25]

29 Violenta crudelitas, inexplebilis, inhumana **Vδ**
30 et corda optusa **P1γ**
31 et oculi reclusi: **TTδ**
32 interfecerunt bene merentem suum
33 nec lacrimas profuderunt. **Vδ**
34 Lugebant apostoli, **Tγ**
35 et populus gloriabatur; **P1**
36 tremebat terra,
37 et plebs laetabatur;
38 iudicabatur dominus, *****
39 et israel exultabat. **Vδ**
40 Patiebatur christus,
41 et impii exclamabant; **Vδ**
42 cruciabatur <dominus>, *****
43 et plebs laetabatur;
44 sepeliebatur dominus, *****
45 et plebs epulabatur; **P**
46 ignominiosa sua sollemnitate **Ditr.**
47 iniqua consignauerunt delicta crudelitatemque suam. **gl. Akzentfolge**

1 **5** Dic mihi et loquere, **Tγδ**
2 impie israel, **Tδ**
3 talem hostiam optulisti patri
4 immolando filium suum? **Pδ**

5 talia profudisti libamina **Tγ**
6 sanguine pigneris **Tδ**
7 acceptissimo deo? **Pδ**
8 ducebas choreas, hierusalem,
9 cum interficeretur christus;
10 faustis uocibus cantus dabas, cum diceres: **Tγδ**
*adfige, suspende.*
11 Propter hoc in fame et in aegritate, **Ditr.**
12 popule israel,
13 queritur de te dominus,
*neomenias,*
14 ait,
*et sabbatum et diem magnum non patior: ferias et ieiunium execratur anima mea.* [Jes. 1, 13]
15 Nec inmerito dominus odiuit caerimonias uestras, **P1δ**
16 in quibus unicum et primarium filium eius peremistis. **TTγ**
17 O diem durum **(P)1βδ**
18 et horam flebilem *****
19 et sollemnitatem lugubrem *****
20 et terram infaustam **P1γ**
21 et ciuitatem profanam **Pγ**
22 et populum domini nece cruentum; **Pγ**
23 interfecerunt enim dominum *****
24 et latronem liberauerunt. **P1**
25 Ob hanc ergo causam **Pγδ**
26 coactus est dominus **Tγδ**
27 facere nouum testamentum **TTγ**
28 consignantibus septem spiritibus
29 teste moyse et helia in montem,
30 ubi praecepit **Pγ**
31 ne patefieret scripturae sacramentum, **TTγ**
32 nisi filius hominis resurrexisset de mortuis. **Tγδ**
33 Sed mox surrexit dominus tertio die, **Pδ**
34 aperuit testamentum nouum,
35 testamentum uitale **Pγ**
36 atque ita dixit: **TT1$^2$γε**
*uenite, exterae gentes, heredes mei; israel enim non obaudiuit. Quapropter ite, discipuli, in ultimam usque terram et praedicate per orbem his uerbis: uenite undique, patriae gentium, introite in aeternam hereditatem; israel enim noluit. Ne dubitetis: nulla hic exceptio est nec ingenuitatis nec dignitatis nec condicionis nec positionis nec formae nec aetatis. Licet dignitate magnifici, licet ignobiles, licet senes, licet iuuenes, pauperes, diuites, boni mali que, domini atque serui, indifferenter aequaliter introite in hereditatem. Etsi pedibus captus es et corpore deformis, etsi maculis turpis et capite defectus, etsi oculis uiduatus, uniuersis libere licet discumbere in conuiuio et epulari nuptias sponsi.*

1 **6** Ne hominem pudeat **Tδ**
2 nec aetatis
3 nec humilitatis **P**
4 nec ualetudinis *****
5 nec condicionis; **P**
6 consueuit enim dominus *****
7 huiusmodi homines sustinere. **Vδ**
8 Nam et caecis oculos restituit
9 et clodos ambulare fecit **Ditr.**
10 et mutis sermonem reddidit *****
11 et maculosos emundauit **TTγ**
12 et mortuos suscitauit. **V3δ**
13 Nec timeatis qui peccastis, **TTγδ**
14 priores ad uitam uenite, **Pγ**
15 nec
16 qui homicidium fecerat **T2δ**
17 paueat quia fecerat, *****
18 nec furatus aliena desperet, **P1γ**
19 quia inuiolauerat,
20 nec publicanus timeat *****
21 quia concusserat. **Tγ**
22 Omnibus enim remissio peccatorum statuta est. **Tγζ**
23 Et tales dominus desiderat:
24 humilitate abiectos **P1γ**
25 et specie indecoros **Vδ**
26 et ualetudine fractos **P1δ**
27 et seruitute depressos. **P1γ**
28 Beati enim et gloriosi et magnifici *****
29 et potentes et diuites et fortes **TTδε**
30 noluerunt adquiescere domino **Tδ**
31 neque introire in nuptias **T2γδ**
32 sponsum insuper indignissime peremerunt. **Vδ**
33 Propterea factus est altissimus
34 quisque eorum humilissimus
35 et fortissimus inualidus
36 et prudens stultus **(Pβδ)**
37 et nobilis <ignobilis>
38 et diues pauperrimus **Tγ**
39 et heres abdicatus. **TTγ**
40 Quoniam quidem ipsi abdicauerunt regem modestissimum et benignissimum *****
41 dicentes
*'ignoramus quis sit hic, non enim est rex noster: habemus alium regem caesarem.'* [Vgl. Joh. 19, 15]
42 Propterea habeant **Tδ**
43 quem petiuerunt. **1β**
44 Tunc completa est prophetiae uox **Ditr.**
45 quae praedixit illis: **Ditr.**

*uos noluistis aquam siloam quae uadit silentio, sed magis uoluistis aquam raassom. Quapropter induco uobis regem assyriorum qui montes uestros in planum dabit et introibit terras uestras.* [Jes. 8, 6. 7]

46 Atque ita factum est, *
47 et repudiatus enim christus populo misit tyrannum quem uoluerunt,
48 qui ciuitates eorum diruit *
49 et plebem captiuitatis eorum damnauit **Pγ**
50 et spolia cepit **Pδ**
51 et ad solitudinem sodomae **Tδ**
52 patriam eorum redegit. **Pγ**

*Nam dominus ex indignatione abstulit ab hierusalem uirtutem panis et aquae, fortem, gigantem, hominem bellatorem, iudicem, prophetam, destinatorem et senem, laudabilem consiliatorem et peritum architectum et prudentem adiutorem.* [Jes. 3, 1-3]

53 Haec omnia auxilia, munitiones, propugnacula *
54 transtulit ad gentes **TTδε**
55 et omne regnum suum **TTγε**
56 infixo signo:
57 inhabitauit in illis **Pγδ**
58 et castra metatus est in illis **TTγδε**
59 et ibi constituit uirtutis exercitum **T2γ**
60 ibique regnauit. **P1γδ**

1 **7** Non est iam regnum in hierusalem, sed in nobis: **TTγδε**
2 hic castra,
3 hic exercitus, *
4 hic dux,
5 hic uirtus,
6 hic sponsus,
7 hic nuptiae,
8 hic rex,
9 hic christus,
10 hic uita,
11 hic suscitatio, *
12 hic aeternitas. *
13 Hic est
14 qui ab initio figuratus est **Ton. Äqu. 4δθ/***
15 et a prophetis honoratus est *
16 et in uisceribus corporatus **Vδ**
17 et iordane tinctus **Ditr.**
18 et a populo contemptus **TTδ**
19 et in ligno suspensus **Pγ**
20 et in terra sepultus. **Pγ gl. Quantitätenfolge**
21 Hic est
22 qui rupit uetus suum testamentum **TTγ**
23 et scripsit nouum,
24 quo gentes ad possessionem bonorum suorum uocauit. **Pγ**
25 Ideo que nos gentes **P1γδ**
26 humeris nostris **Pδ**
27 crucem domini nostri gestamus, **Pγ**
28 crucem quam confessus est israel dominus, **Tδ**
29 qui eis placide adloquebatur his uerbis: **P1γδ**

*uenite ad me omnes qui sub onera laboratis, et ego uos reficiam: est enim iugum meum placidum et onus leuissimum.* [Matth. 11, 28. 30]

30 Et responderunt:

*'non audiuimus'.*

31 Sed gentes exaudierunt
32 et crediderunt uerbo salutari **TTγ**
33 quo patefactae sunt aures surdorum **Pγ**
34 et oculi inluminati caecorum **Pγ**
35 et elocutae linguae inpeditorum, **P**
36 clodi prosilierunt **P**
37 uelut fera lasciuiens. **Tγ**
38 Et christus enim cum suo regno
39 sedem posuit illis. **Pδ**
40 Plebs autem derelicta, nuda, deserta, uiduata regno caelesti adque terrestri; **P1γ**
41 nam caelesti abiecti sunt **Tγζ**
42 +consecuti atque omnia instrumenta
43 atque +possederunt lychnum septem luminum *
44 et machinam testamenti **Vδ**
45 et uasa hieracia et tubas **TTδε**
46 et patriam de caelo et terram sanctam
47 lacte et melle profluentem, **TTγ**
48 hac hereditate priuatus est israel. **T2γδ**
49 Et nunc derelictus in omni tua terra **TTγε**
50 sine alimento, **TTγ**
51 sine luminis auxilio.
52 Auxilium enim et praesidium interemisti **P1**
53 et lumen persecutus es *
54 et protectorem repulisti **TTγ**
55 et sponsum adfixisti **TTγ**
56 et regem suspendisti: **TTγ**
57 propterea exul es de patria tua, **Pδ**
58 oberras circum gentium flumina, **T2δ**
59 uoce supplici ac prece flebili dicens: **P1δ**

*'expulsus sum miser de propriis sedibus meis, hospes et aduena factum sum alienae possessionis sine domo, sine tecto: miserere deserto et impio et indigne uicto.'*

1 **8** Haec poena in israel est
2 et condicio in hierusalem;
3 et nisi conuerterint mentes et dixerint **TTγδ**

*'uiuit dominus in saecula',*

4 non poterunt introire in domini uitam. **Pδ**
5 Viuit etenim *
6 et uiuunt hereditates eius
7 ut uiuit quem interfecistis, **P**
8 impia hierusalem,
9 et tamen non in totum spem denegauit dominus; *
10 dedit enim ueniam paenitentiae, **Ton. Äqu. 4δ/***
11 si quo modo possis paeniteri. **TTγ**
12 Quis tam bonus,
13 quis tam pius, **gl. Akzentfolge**
14 tam misericors? *
*'accipe',*
15 inquit,
*'salutem, licet me occideris; heres esto cum uirgine, licet non merearis. Ignosco, si paenites'.*
16 ergo si fas est, **Pγδε**
17 capite mentem bonam, **Vδζ**
18 uel sero uel tarde **Pγδ**
19 intellegite testamentum nouum.
20 Ago uos,
21 gentes,
22 absoluite illis scripturas suas
23 et dicite:
*'adorate dominum pro meritis suis' Quod manus eius extenderis, licet exaggeres orationem tuam, non exaudit; manus enim tuae plenae sunt sanguine. Lauamini, mundi estote, et uenite conloquamur, dicit dominus deus: Elue sanguinem ex uobis et emundabit corda uestra super niuem et animas uestras super lactem.* [Vgl. Jes. 1, 15-16]

1 **9** Accedite hoc,
2 scripturis credite, *
3 hic est salus.
*De sion dei exiet lex et uerbum de hierusalem, et iudicabit in medio gentium et corripiet plebem multam; concident gladios suos in aratra et frameas suas in falcibus commutant. Non sumet gens supra gentem gladium, desinent belligerare. Et tu, domus Iacob, uenite, eamus in lumine domini; remisit enim plebem suam. Conpleta est regio tua praesagiis alienis, et filii alienati sunt.* [Jes. 2, 3-5]
4 Tua enim ipsa terra est, *
5 et exteri facti sunt genus domini. *
6 Veni ergo, **Ditr.**
7 intrate,
8 et esto quasi una gens. *
9 Miserere errantibus. **T2γ**
10 Aequum est
11 honorificari sententiam dei, **Pδ**
12 qualiter magnifici prostrati sunt
13 et humiles adleuati, **Vδ**
14 fortes debilitati, **P**
15 infirmes confirmati, **TTγ**
16 diuites ad paupertatem redacti, **Pγ**
17 pauperes hereditati,
18 dominantes [serui],
19 dominati [regnantes], **Pγ**
20 subiecti ad regnum uocati, **[Pγ]**
21 uidentes orbati, **Pγ**
22 orbi inluminati, **TTγ**
23 prudentes ad stultitiam,
24 stulti ad prudentiam conuersi. **TTδ**

1 **10** Etenim qui quondam uecordes et indocti spiritu, *
2 nunc scripturas docent et sciunt et intellegunt,
3 qui autem ab initio docti et periti **TTγδ/Ditr.**
4 et legis disciplinam scientes, **Pγ**
5 [nesciunt legere] **Tδ**
6 nec intellegunt spiritalia, **Ton. Äqu. 4δ/***
7 et qui ex illis prudentibus **Tγ**
8 cupiens uidere uenit, intellegit. **Tγ**
9 Rogat puerum paruulum **Tδ**
10 aut anum aut uiduum aut rusticum dicens: **P1δ**
*'uiuere cupio, dux esto mihi in sion. Enarra mihi nouum testamentum, reconcilia me domino. Ecce trado me tibi discipulum, interpretare mihi legem, quae acta est in choreb, dissere praecepta quae in sion et in lege'.*
11 Sine litteris *
12 disserit scripturas eis
13 et puer edocet senem **Pδ**
14 et anus persuadet diserto. **Pγ**
15 Correptus ergo israel sequitur **Tδ**
16 iniecta manu ad lauacrum **TTγδ**
17 et ibi testificatur quod credidit, **Tγδ**
18 et accepto signo
19 purificatus per spiritum **Tγδ**
20 rogat accipere uitam **Pδ**
21 per cibum gratiae panis **P1δ**
22 qui est a benedictione **TT**
23 et fit mirum spectaculum. **Tγ**
24 Et quia Leuitae offerebant **TTγ**
25 et sacerdotes immolantes **TTγ**
26 et summi antistites libantes **TTδ**
27 adsistunt puero offerenti, **Vδ**
28 discunt qui olim docebant **Pγ**
29 et iubentur qui praecipiebant **P**
30 et intinguntur qui baptizabant **Ditr.**
31 et circumciduntur qui circumcidebant. **P**
32 Sic dominus florere uoluit gentes. **Pδ**

33 Videtis
34 quemadmodum uos christus dilexit. **Pγ**

## 3.4 Ad Vigilium

1 **1** Etsi plurimos gentilium scio, **Pδ**
2 Vigili sanctissime, **Tγ**
3 ab ordine atque ratione ueritatis auersos, **P1γ**
4 quominus Dominum noscant, **Pδ**
5 caecitate mentis errare, **P1γ**
6 tamen magis Iudaicae plebis insaniam noui **P1δ**
7 aduersus nomen Domini *****
8 pertinaci etiam nunc duritia cordis **Pδ**
9 ingenita patrum iniquitate perstare, **P1γ**
10 auersantes ueram salutem **Pγ**
11 nec inquirentes aeternae uitae datorem, **Pγ**
12 ut qui
13 delictis stirpis antiquae **P1γ**
14 sint pari merito nequitiae genitalis obnoxii, **T2γ**
15 saltim uel sero credentes possint
16 conuerso ad Deum timore **Pγ**
17 satisfactione omni paenitentiae *****
18 ab iniquitatibus liberari. **V3δ**
19 sed perstat et durat adhuc
20 et semper puto durabit **Pγ**
21 ad usque progeniem succidaneam **Ton. Äqu. 4δ/***
22 innata patrum inreligiosa perfidia, **Tγ**
23 quae aduersus odium nominis Domini **Tδ**
24 incredulitatis insania roborata **V3δ**
25 nec ad noscendam ueritatem **TTγ/Ditr.**
26 potest corrigi *****
27 nec ad timorem Dei
28 ipsius monitis *****
29 doceri atque suaderi. **P1γ**
30 cum autem doceat Dominus et ostendat dicens:
*ego sum lumen saeculi: et qui me secutus fuerit non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitae,* [Joh. 8, 12]
31 quam malum ratio est
32 ostensum diuinitus uitae lumen omittere **Tγ**
33 et mentis caecitatem malle,
34 tenebras mortis eligere, **Tγ**
35 ut ostendant damnationis suae propriae uoluntatis libera et licita perditione **P**
36 contra Deum
37 etiam illa nolle quae prosunt? **P1γδ**
38 secundum quod et per Domini uocem **Pδ**
39 increpatam Hierusalem,
40 quod colligi noluerit Deo **Pδ**
41 illam uolente colligere, **Tγ**
42 loquitur spiritus sanctus **P1δ**
43 et bonitatem Dei manifestat **TTγ**
44 peccatoribus subuenire iugiter uelle: **P1δ**
*Hierusalem Hierusalem, quae interficis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt, quotiens uolui colligere filios tuos, sicut gallina colligit filios suos sub ascellas suas, et noluisti?* [Matth. 23, 37]
45 adeo Dei uoce
46 manifeste perfidi populi contumacia denotatur, **Vδ**
47 ut etiam salutem propriam suam **Pδ**
48 semper aduersus clementem misericordiam Domini **Tδ**
49 spreuisse doceatur. **TT1$^{2}$γ**
50 propheta item alius *****
51 beniuolentiam Dei **Pδ**
52 exhortatione praedicationis offerens et insinuans
53 proclamat et suadet dicens:
*reuertimini ad me, et ego reuertar ad uos, dicit Dominus.* [Mal. 3, 7]
54 alius uero similiter: **Tγ**
55 misericordiam suam Deus sempiternam manere demonstrans **P1γ**
56 addidit dicens: **P1δ**
*nolo mortem morientis, quantum ut reuertatur et uiuat, dicit Dominus.* [Ezech. 33, 11]

1 **2** Quid est ergo reuerti, **Pγ**
2 quam in Christum credendo **Pγ**
3 per eum
4 qui est uia ueniendi ad patrem **Pγδ**
5 Deo reconciliatum posse saluari? **P1γ**
6 quomodo autem reuerti ad Deum possunt **(P)1βδ**
7 qui ei
8 per quem est agnitio et reuersio ad Deum **TTδε**
9 uoluntatem Dei praedicanti **TTγ**
10 credere noluerunt? **Vδ**
11 aut quomodo Deum satisfactione placare potuerunt, **TT1$^{2}$γ**
12 qui eum
13 qui est satisfactio et placatio pro nobis apud patrem **TTγε**
14 sacrilega impugnatione
15 persequi maluerunt? **V3δ**
*si enim aduocatum Christum habemus apud Deum patrem,* [Vgl. 1 Joh. 2, 1]
16 initiare utique ea **Pδ**
17 quae nos docuit et monuit
18 quaeque apud patrem locuturus est *****
19 sollicito timore **TTδ**
20 facere debemus. **TTδ**
21 igitur nos
22 qui mente in Domini metum prona **Vδζ**
23 mandatorum eius monitis insistimus

24 et religiosi ac uenerabilis cordis fide **Vδζ**
25 credulitatem de eius timore concepimus, **T2γ**
26 quid aliud sequi, **Pδ**
27 quid cupere,
28 quid magis uelle ac tenere debemus, **P1γ**
29 quam ut omni a nobis mentis antiquae nocte discussa **P1γ**
30 et caligine uitae prioris abstersa **P1γ**
31 mandatorum Domini salutarium memores **Tδ**
32 ac uitae aeternae promissa retinentes **TT1$^2$γ**
33 ad eius monita uertamur **TTδ**
34 et in ipsis lumine quod ostendit **Vδε**
35 firmata credulitate gradiamur: **TT1$^2$γ**
36 ut qui ignari aliquando salutis futurae **Pγ**
37 in erroribus implicati uitae prioris ac tenebris oberrauimus **Ton. Äqu. 4δ/***
38 inluminati nunc eius ueri luminis claritate **V3δ**
39 et ostenso nobis atque patefacto melioris uiae limite *
40 Domini mandata sequenda et gerenda teneamus. **TT1$^2$γ**

1 **3** Hoc lumen nobis uitae salutaris exortum, **P1γ**
2 hoc in reparationem hominis natum **Pδ**
3 de Dei patris procuratione ac miseratione praesidium. **Tγ**
4 magi primi ab orientali parte uenientes **TT1$^2$γ**
5 et stella eius duce **TTγε**
6 Iudaeorum regem palam **TTγε**
7 praescia praedicatione quaerentes, **P1γ**
8 adferentes etiam munera testificata omnibus inquisitione monstrarunt. **P1γ**
9 et ne aliquibus quis ille esset absconsum, **P1γ**
10 inuentum puerum procidentes **Vδ**
11 genibus adorarunt, **Vδ**
12 sicut testificatur euangelium dicens: **Pδ**
*cum autem Iesus natus esset in Bethleem Iudae in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente uenerunt in Hierosolymam dicentes: ubi est qui natus est rex Iudaeorum. uidimus enim stellam eius in orientem et uenimus adorare eum.* [Matth. 2, 1-2]
13 testificantes scilicet *
14 ueritatem de eo **Pγδ**
15 etiam stellam sibi signum atque indicium natiuitatis ipsius esse monstratam, **P1γ**
16 qua indice natum illum **Vδζ**
17 magis praedicantibus et adfirmantibus *
18 et Hierosolymis crederetur. **Vδ**
19 Simeon quoque iustus
20 qui
21 in caecitate constitutus **TTγ/Ditr.**
22 diuino monitu audierat
23 se non ante moriturum **TT1$^2$γ**
24 quam uidisset Christum,
25 cum in templum omni populo praesente **TTδ**
26 infantem secum mater inferret, **P1γ**
27 in spiritu Christum natum esse sensit, **Ditr.**
28 acceptum in manus puerum uidit **Pδ**
29 et benedicens Deum
30 in conspectu et auditu omnium dixit: **P1δ**
*nunc dimittis seruum tuum Domine secundum uerbum tuum in pace quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum.* [Luc. 2, 29-30]
31 Simeon quod caecus audierat
32 euidenti ueritate perfectum est, **T2γζ**
33 et ueritatem
34 quam accepto lumine uiderat **Tδ**
35 benedicendo palam Deum **TTγε**
36 populo praedicabat. **Vδ**
37 ad hoc enim uiderat, *
38 ut referret,
39 ut reuelatione sua
40 quod Christus natus fuisset ostenderet **T2γ**
41 et perfidi populi initia prima incredulitatis instrueret. **Tγ**

1 **4** Nec hoc solum testimonium de eo **TTδε**
2 scripturarum caelestium ueritas perhibet, **Tδ**
3 uerum et per prophetas ante
4 spiritus sanctus **P1δ**
5 aduentum eius in hunc mundum futurum palam
6 mente omnium conscia praedicauit, **V3δ**
7 ne esset obtentus excusationis incredulis **T2γ**
8 uel ignorasse Dei filium Christum **P1δ**
9 uel nescisse futurum saluatoris aduentum, **P1γ**
10 sicut Dauid manifestat dicens:
*dies diei eructat uerbum et nox nocti indicat scientiam: non sunt sermones nec uerba, quorum non audiantur uoces eorum. in omnem terram exiit sonus eorum et trans fines terrae uerba eorum. in sole posuit tabernaculum suum.* [Ps. 19, 3-5]
11 id est in manifesto in luce **Pγδ**
12 palam se ipsum uenisse monstrauit **P1γ**
13 et praedicationem per prophetas sui ostensione **Ditr.**
14 quodammodo omnibus suae praesentiae conprobauit. **V3δ**
15 hoc etiam Esaias,
16 per quem Dominus ipse praesentiam suam **Pδ**
17 clara adnuntiationis manifestatione monstrauit, **P1γ**
18 prophetat et dicit: **P1γδ**

*ipse qui loquebar ueni,*
19 id est,
20 qui per prophetas ante aduentus mei futuri praeloquens fueram, **Tδ**
21 is propria nunc atque praeclara uoce
22 praesentiam meam testis mei ipse manifesto. **TT1$^2$γ**
23 quid euidentius,
24 quid luce praeclarius, **T2γ**
25 quid uerius potest dici? **Vδζ**
26 ut oculis quodammodo perspectus esset uenisse, **Pγ**
27 ipse qui fuerat uenturus, **TTδ**
28 antequam ueniret ostendit, **P1γ**
29 et incredulitate mentes populi perfidi obstruente **V3δ**
30 uenientem nemo cognouit. **P1γ**
31 sicut idem Esaias in prima increpatione populi *
32 proclamat dicens:
*cognouit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui, Israel autem me nesciuit et plebs me non intellexit.* [Jes. 1, 3]
33 palam cunctis sicut ipse praedixit apparuit **T2γ**
34 et sedentibus in tenebris
35 manifestum uitae lumen effulsit, **P1γ**
36 et iniustitia perfidorum pectus obsessum **P1γ**
37 postposita propria ac reiecta salute **Pγ**
38 tenebras potius caecitate cordis elegit. **P1γ**

1 **5** Frequentat ubique atque manifestat **TT1$^2$γ**
2 prophetatio cunctorum, **TTδ**
3 qui sancto spiritu praemonente aduentus Domini *
4 metatores esse sortiti sunt. **Tγζ**
5 hunc lumen saeculo datum **Pδ**
6 et diem nobis salutis exortum **P1γ**
7 uiuificandis quoque in eum credentibus destinatum **V3δ**
8 docet hoc in psalmis spritus sanctus **P1δ**
9 et ostendit dicens:
*lapsis quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli: a Domino factus est iste, et adest mirabilis in oculis nostris. iste dies est quem fecit Dominus, ambulemus et iocundemur in eo.* [Ps. 118, 22-24]
10 in hoc die nos ambulare **Ditr.**
11 Paulus quoque apostolus praecipiens et docens ac praemonens dicit: **P1δ**
*nunc enim propius est nobis salus quam cum credidimus. nox praecessit, dies autem adpropinquauit. abiciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus.* [Rom. 13, 11-13]
12 id est
13 in Christo et mandatis eius,
14 cuius lumine ac monitis luminati **Vδ**
15 et in claritate diei eius inuenti **P1γ**
16 proximam nobis salutem credulitatis in eum mente conspicimus. **Tγ**

1 **6** Solem quoque esse Christum **TTγε**
2 cunctis timentibus eum **Pδ**
3 Malachias propheta testatur et promittit dicens:
*uobis autem timentibus meum nomen orietur sol iustitiae, et sanitas in alis eius,* [Mal. 3, 20]
4 ostendens ex nullo nobis salutem posse conferri, **P1γ**
5 nisi in passionem crucis eius, **TTγε**
6 qua
7 extendens manus
8 cuncta saeculi saluaturus amplexus est, **T2γζ**
9 conuerso ad eum timore credamus **P1γ**
10 et ad aeternitatem uitae
11 spe futuri regni eius animemur. **TT1$^2$γ**
12 quis ergo tam stolidus ac demens, **TTδε**
13 quis sic ab intellectu suae salutis alienus, **TT1$^2$γ**
14 qui in tot et tantis testimoniis ueritatis incredulus **T2γ**
15 non aduersus sinceram fidem obduratum pectus
16 intellectu ueritatis emolliat **T2γ**
17 et e tenebris uitae quondam mortalis exutus **P1γ**
18 in lumine praeceptorum caelestium **Tγ**
19 gradiens ad diuina monita *
20 et Domini salutaria gerenda mandata **P1γ**
21 inluminato corde
22 tota mentis credulitate conuertat, **P1γ**
23 ut quem prophetae praedicauerunt Dominum noscat, **Pδ**
24 ut Christum qui se mundo palam uenisse mostrauit intellegat, **T2γ**
25 ut scripturis diuinitus testificantibus Dei filium et Deum credat. **(P)1βδ**
26 sicut ipse
27 quae sit uita aeterna **P1γ**
28 manifestat dicens:
*haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum et uerum Deum et quem misisti Iesum Christum,* [Joh. 17, 3]
29 docens atque ostendens **P1γ**
30 nihil aliud esse Deum nosse quam credere **T2γδ**
31 et oculos cordis **Pδ**
32 in Dominum prona et immutata pectoris fide deuotae mentis aperire. **TT1$^2$γ**
33 inde iam fit **Ditr.**
34 ut credendo intellegas, **Tγ**
35 intellegendo quod credis **Pγδ**

36 in sensu Deum illuminato corde conspicias, **Tγ**

37 sicut idem ipse Dominus et per Esaiam ante monet dicens: **TTγε**

*si non credideritis, nec intellegetis.*

38 tam facilis et praestans et larga est atque abundans **Pγ**

39 de Domini pietate clementia, **T2γ**

40 ut si quis semel sese in eum toto timore conuerterit **T2γ**

41 ad caeleste munus admissus **P1γ**

42 statim iam eius non nisi ad diuina mens pateat **Tγδ**

43 et ad caelum ac superna **TTγδ**

44 oculos cordis attollens **P1γ**

45 Christi lumen partae iam salutis aspiciat. **Tγ**

1 **7** Exemplum ac documentum nostri timoris et fidei **Tγδ**

2 ex ipsius Abrahae patriarchae fideli credulitate monstratur, **P1γδ**

3 qui repromissioni Dei

4 mente simplici *****

5 statim credidit **gl. Akzentfolge**

6 et ideo ad iustitiam deputari ei condigna remuneratione commeruit. **Tγ**

7 hoc Deus diligit, **(T)2βδ/***

8 hoc adpetit,

9 hoc in seruis suis

10 benignus remunerat et honorat, **Vδε**

11 simplicitatem mundi cordis **TTγε**

12 quo Deum cernimus, **(T)2βδ**

13 timorem dilectionis Domini quo probamur, **Vδε**

14 credulam fidem mentis **Vδζ**

15 qua iustitiae deputamur. **Vδ**

16 hanc fidem sequi,

17 hunc Dei timorem seruare nos conuenit, **T2γδ**

18 qui custodientes uerba caelestia **T2γ**

19 et sperantes promissa diuina **P1γ**

20 filii Abrahae meruimus nuncupari. **Vδ**

21 quod apostoli Pauli **P1δ**

22 qui Dei uoce uas electionis est dictus **P1γδ**

23 contestatione firmatur dicentis: **Pγ**

*sicut Abraham credidit Deo, et accepto latum est ei ad iustitiam. cognoscite ergo quoniam qui ex fide sunt hi sunt filii Abrahae.* [Gal. 3, 6. 7]

24 hoc Iudaicus populus, **Tδ**

25 cui a primordio legis monita loquebantur, **Vδ**

26 incredulae mentis duritia **Tγ**

27 et perfidi cordis insania **T2γ**

28 seruare noluit,

29 et ideo pro diffidentiae merito **Tδ**

30 filiorum nomen amisit. **P1γ**

31 non tamen omnium perfidae gentis aduersus nomen Domini, *****

32 quominus intellegerent ueritatem, **Vδ**

33 odio durata mens est.

34 etiam que spiritus sanctus **P1δ**

35 id est

36 Christus Dominus noster **Pδ**

37 qui profectus ex Deo patre

38 uenit ut saluum faceret *****

39 quod perierat Israelis:

40 qui maior ac fortior **T2γδ**

41 ad subigenda contumacium colla **P1δ**

42 in timorem sui nominis et potestatem **(P)1β**

43 eos qui aduersus sui luminationis claritatem **TTγ**

44 obstinata etiam tunc mentis caecitate durabant **P1γ**

45 ad notitiam claritatis et gloriae suae **Pδ**

46 tam facile conuertit, **TTδ**

47 quam

48 ut omnes saluos faceret *****

49 prouidentia diuinae misericordiae suae dignatus aduenit. **Pγ**

1 **8** Nam ut duri cordis tunc et impiae plebis ad Domini metum **Pδ**

2 ipso Domino euangelizante **TT**

3 conuersas mentes sileam, *****

4 ut apostolorum eius praedicatione multiplicatum **P**

5 in orbe toto **Ditr.**

6 et refersum credentium populum conticiscam: **Vδ**

7 illud praeclarum atque memorabile gloriosumque **P1**

8 Iasonis Hebraei Christiani **TTγ/Ditr.**

9 et Papisci Alexandrini Iudaei **Pγ**

10 disceptationis occurrit, **P1γ**

11 Iudaici cordis obstinatam duritiam **Tγ**

12 Hebraei admonitione ac leni increpatione mollitam, **P1γ**

13 uictricem in Papisci corde

14 Iasonis de spiritus sancti infusione doctrinam, **P1γ**

15 qua Papiscus

16 ad intellectum ueritatis admissus **Pγ**

17 et ad timorem Domini *****

18 ipso Domino miserante formatus **P1γ**

19 et Iesum Christum Dei filium credidit **T2δ**

20 et ut signaculum sumeret **T2δ**

21 deprecatus Iasonem postulauit. **TTγ**

22 probat hoc scriptura concertationis ipsorum, **P1γ**

23 quae collidentium inter se **Tδζ**

24 Papisci aduersantis ueritati **TTγ**

25 et Iasonis adserentis et uindicantis dispositionem et plenitudinem Christi **P1δ**
26 Graeci sermonis opere signata est:
27 ad cuius translationem in intellectum Latinum **Pγ**
28 animante Domini ope **Pδ**
29 et uiuentis fidei firmitate seruata **P1γ**
30 uerborum proprietate **P**
31 intrepidus accessi: **TTδ**
32 et his
33 qui ab intellectu Graecae docilitatis alieni sunt *
34 interpretata integra significatione uerborum **P1γ**
35 et intellectus omnis ac ueritatis manifestatione patefacta **TT1$^2$γ**
36 Romani sermonis ratione discussa disserui. **Tγ**
37 cuius laboris probationem tibi,
38 carissime, **Tγ**
39 qui utriusque linguae instructione fundatus es, **T2γζ**
40 impensa petitione committo: **P1γ**
41 ut
42 qui sancti spiritus ueneratione uerecundus es *
43 conlata utriusque operis lectione **Tδ**
44 audaciam uerecundae temeritatis explores **P1γ**
45 et examine iudicii tui **Pδ**
46 quae minus a nobis uel improrie forte digesta sunt **T2γζ**
47 auctoritate spiritus sancti, **P1δ**
48 qui in pectus tuum
49 inundatione gratiae caelestis influxit, **P1γ**
50 comprobes et emendes: **Vδε**
51 sitque ad te **Ditr.**
52 de ista lectione **TTγ/Ditr.**
53 ab humilitate nostra **Ditr.**
54 mandata legatio **T2γ**
55 et insinuanda tibi in nos prima dilectionis petitio, **Tγ**
56 ut paruitatem fidei meae **Pδ**
57 cum discipulorum tuorum instructione atque eruditione coniungas **P1γ**
58 et me,
59 quem in alia parte huius prouinciae constitutum **V3δ**
60 propter uisendos uultus tuos **TTγε**
61 non itineris longinquitas terruit **T2δ**
62 nec senium ac difficultas fatigati ac fessi iam corporis redarguit,
63 sed animante stimulatu Domini et urgente festinato cupiditate properandi, **TT1$^2$γ**
64 contempta quoque omni tribulatione inopiae atque penuriae **T2γ**
65 quantacumque uirium facultate ueniendi, **TT1$^2$γ**
66 sanctimoniae tuae celebris huc fama perduxit, **P1γ**
67 ad promixtum dilectus tui caritate cum unanimitate fraternitatis admittas **Pγ**
68 et amori tuo
69 quem discipulis suis Dominus hereditatis titulo reliquit **TTδ**
70 coniungas pariter et adsciscas, **Vδε**
71 exspectem cum fratribus pariter in apertione oris tui **TTγε**
72 splendorem gratiae luminis Christi, **P1δ**
73 sequar in tractatibus tuis lumen **Vδζ**
74 quod Dominus ostendit, **TTδ**
75 quod Christus adueniens aeternam uitam esse monstrauit. **P1γ**

1 **9** Certe quam mihi laeta illa, **Ditr.**
2 quam exoptabilis dies est, **Tδζ**
3 cum misericordiae Domini fauore **TTδ**
4 arcessitione dilata **P1γ**
5 senectam istam meam proferre contigerit, **T2γ**
6 ut et orationibus sanctorum **TTδ**
7 impense et iugiter deprecantium Dominum **Tδ**
8 Christi martyrem uideam, **Tδ**
9 ut coronam iustitiae **Tγ**
10 quae tibi penes Dominum deposita est
11 portare conspiciam. **Tγ**
12 nec putaueris autem **Pδ**
13 martyrii tibi secundum praesens uotum desiderii nostri gloriam tribui. **Tδ**
14 tunc inde felicitatis huius conlata dignatio est,
15 tunc iudicio suo iusto **Vδζ**
16 Dominus elegit destinatum martyrem, *
17 cum te
18 exemptum de iustorum grege atque adsumptum **P1γ**
19 sibi de inopinato constituit altario sacerdotem. **Vδ**
20 praeclara prorsus et gloriosa uocationis electio **T2γ**
21 et de Domini dignatione
22 noua atque inaudita et mira felicitas **T2γ**
23 transmarinae peregrinationis necessitatibus occupatum **Vδ**
24 ad destinatum tibi munus **TTγ**
25 ignarum ac nescium repente uenisse **P1γ**
26 atque ita regressus tui tempus **TTγε**
27 ad hoc esse libratum, **P1γ**
28 ut insperata celeritate ueniendi **TT1$^2$γ**
29 intellegeres atque dinosceres **T2γ**
30 honorem sacerdotii caelestis **TTδ**
31 inter ceteros tibi potissimum destinatum **V3δ**
32 et quod iussione Domini *
33 exspectatus uenires **Pγ**

34 atque occurreres reseruatum. **Vδ**
35 ut ecclesiae suae Dominus tota miserationis pietate consuleret, **Tγ**
36 dimicationis plebis mora **TTγε**
37 quem potius eligeret episcopum
38 te quaerenti populo suo Christus inopinatum repente obtulit *
39 et complacitum sibi **Pδ**
40 caelestis prouidentia *
41 manifeste aduentus tui improuisa occursione monstrauit: **P1γ**
42 documentum repentini ac pernicis occursus **P1γ**
43 procurationem Dei uoluntatis ostendit, **P1γ**
44 ut
45 quod difficili expeditione **TT/Ditr.**
46 uix potuisset occurrere **T2γ**
47 celeritate facili perfectum sit
48 urguentis Domini iussione **Vδ**
49 et ut prius te in ecclesia Dei episcopum stare **P1δ**
50 conspiceres et stuperes
51 quam uenisse dinosceres. **T2γ**

1 **10** Inde dilectionem iam te cum suam
2 Dominus initiata caritate firmauit, **P1γ**
3 inde amicitiam te cum **Pδ**
4 quam discipulis suis **Pδ**
5 sub triumpho crucis suae **TTγε**
6 tradidit dedicauitque dicens: **Ditr.**
*si feceritis quae mando uobis, iam non dicam seruos uos sed amicos,* [Joh. 15, 14]
7 inde martyrium, **Tγ**
8 inde sacerdotii electionem signauit. **Pγ**
9 amicitia est,
10 per quam ad Christi uultus admitteris, **Tγ**
11 extraordinaria hostia peruenire. **Vδ**
12 sic eliguntur iusti,
13 sic probantur religiosi ac simplices
14 in Christi timore electi, **P1γ**
15 ut a te remunerationi fidei destineris, **Vδ**
16 ante praemio deuotae mentis
17 in Domino dignus habearis, **TT1$^2$γ**
18 quam uenerit hora decreti, **P1γ**
19 quam exceperis sententiam Christi, **P1δ**
20 probatam te et paratam hostiam *
21 electio caelestis inueniat. **Tγ**
22 etenim ille te
23 qui non mendax est Deus, **Pγδ**
24 qui episcopum plebi suae de improuiso constituit, **Tγ**
25 ille plena dilectione suae uoluntatis te coronabit. **Vγδ**
26 tantum tunc
27 ut nostri memineris **Tγ**
28 petimus et oramus, **Vδε**
29 cum pudicitia + adlectionis Domini probata atque immaculata hostia *
30 ante Christi tribunal adstiteris, **Tγ**
31 cum gloriam gratiae Dei **Pδ**
32 praemio deuotae mentis
33 ac remunerationem exceperis, **T2γ**
34 memoriter haereat **Tδ**
35 et tenaciter sensibus tuis maneat **Ton. Äqu. 4δζ/***
36 quam nobis impertire dignaris dilectio caritatis: **V3δ**
37 ut orationibus tuis
38 peccata nostra uel ueniam consequantur, **Vδ**
39 ut meritis iustitiae tuae **Pδ**
40 uitae nostra delicta purgentur. **P1γ**
41 etenim martyrii instar esse confido, **P1γ**
42 peccatorem iusti martyris petitione meruisse saluari, **P1γ**
43 et ut cum ipse pro te promouere **Ditr.**
44 quid precibus tuis minus possis **TTγε**
45 martyris meritis libereris. **Vδ**
46 sic Iob iustus
47 pro amicorum trium peccatis **Pγ**
48 a Deo rogaturus et impetraturus ostenditur, **T2γ**
49 et probatio timoris eius et fidei **Tγδ**
50 Domini uoce teste signatur. **P1γ**
51 cum ergo in die liberationis tuae,
52 carissime,
53 repraesentare te Christi uultibus coeperis, **T2δ**
54 cum in aeternitatem perpetuitatemque uiuendi **P1γ**
55 regnare cum Christo **P1γδ**
56 felici sorte successeris, **T2γ**
57 pro Domini misericordia **T**
58 in mente me habe Celsum **(P)1βδ**
59 puerum tuum, **Pδ**
60 sanctissime.

## 3.5 De aleatoribus

1 **1** —magna nobis ob uniuersam fraternitatem cura est, *
2 fideles,
3 maxime et rea perditorum omnium audacia est aleatorum, **P1**
4 animos ad nequitiam
5 +se +in lacum mortis emergunt. **P1γ**
6 et quoniam in nobis diuina et paterna pietas *
7 apostolatus ducatum contulit *
8 et uicariam Domini sedem **Pδ**

9 caelesti dignatione ordinauit **TTγ**
10 et originem authentici apostolatus
11 super quem Christus fundauit ecclesiam **T2γ**
12 in superiore nostro portamus, **Pγ**
13 accepta simul potestate soluendi ac ligandi **TTγδ**
14 et curatione peccata dimittendi: **TTγ**
15 salutari doctrina admonemur, **TTγ**
16 ne dum delinquentibus adsidue ignoscimus,
17 ipsi cum eis pariter torqueamur. **Vδ**

1 **2** Et ideo sal terrae dicimur, *
2 ut ex nobis omnis fraternitas **Tγ**
3 caelesti sapientia saliatur. **Vδ**
4 nam cum dicat:
*sal autem si infatuatum fuerit, nihilo ualebit, nisi ut proiciatur foras et conculcetur ab hominibus,* [Matth. 5, 13]
5 hoc ueremur et timemus, **TTγδ**
6 ne cum in ecclesia securi **TTδ**
7 quod nobis sacerdotalis dignitas *
8 a Domino tradita est neglegentiae—, *
9 iuxta quosdam fratres inertes repperiamur, **P**
10 aut dum falsam communicationem damus,
11 id
12 quod cum honore de Dei dignatione percipimus, **Tγ**
13 indignante Domino *
14 ex propria actione amittamus. **TTγ**
15 dicit enim scriptura diuina: **P1γ**
*uae erit pastoribus.* [Jer. 23, 1]
16 quod si ipsi pastores neglegentes reperti fuerint, *
17 quid respondebunt Domino pro pecoribus,
18 quid dicent?
19 a pecoribus se esse uexatos? **P1γ**
20 non creditur illis: **Pδ**
21 incredibilis res est **Pδε**
22 pastorem aliquid posse pati a pecore, **Tγδ**
23 magis punietur propter mendacium suum. **Pδ**
24 et alia scriptura dicit: **Ditr.**
*rectorem te petierunt, noli extolli. esto illis quasi unus ex ipsis: curam illorum habe et sic conside.* [Eccl. 32]
25 et iterum:
*aestimate sacerdotem esse cultorem et omnes esse apud eum delicias, granaria plena, de quo quidquid desiderauerit populus meus saturetur.*
26 iam ut constet
27 nos
28 id est
29 episcopos
30 pastores ouium esse spiritalium *
31 hoc est hominum fidelium **gl. Akzentfolge**
32 qui
33 sub cura nostri constituti, **TTγ**
34 nullum in eis scabies uitium repperiatur. **P**
35 quo magis a nobis cotidie perscrutentur, **Vδ**
36 ut
37 medicamine caelesti adhibito **Tγ**
38 uellera eis florida crescant **Pδ**
39 qui ad nitorem uestis caelestis proficiant. **Tγ**

1 **3** In euangelio Dominus ad Petrum dixit:
*Petre,*
2 inquit,
*amas me?*
3 et Petrus respondit: **Pγ**
*etiam Domine, tu scis quoniam amo te.*
4 et dixit:
*pasce oues meas.*
5 et sollicite mandans tertio confirmauit dicendo: **Pγ**
*pasce oues meas.* [Joh. 21, 15]
6 et quoniam episcopium *
7 id est
8 spiritum sanctum **P1δ**
9 per inpositionem manus
10 cordis excepimus hospitio,
11 cohabitatori nostro nullam maestitiam proponamus. **Vδ**
12 monet dominus et dicit. **TTδε**
*nolite contristare spiritum sanctum qui in uobis est, et, nolite exstinguere lumen, quod in uobis effulsit.* [Eph. 4, 30]
13 quanta autem **Ditr.**
14 episcopo bene agente **Pγ**
15 et salubriter admonente **Vδ**
16 sine tribulatione corporis *
17 condigna sint martyria,
18 tanta et episcopo neglegente **Vδ**
19 et nulla de scripturis sanctis documenta promente **P1γ**
20 cumulentur tormenta. **Pγ**
21 apostolus nos excitat Paulus **P1δ**
22 et condigna status sui
23 —episcopos procuratores euangelicae doctrinae **TTδ**
24 ponit et dicit: **P1γδ**
*quamdiu heres infans, sub procuratores et actores est:* [Gal. 4, 1]
25 at cum creuerit, tunc hereditatem suam expetit. *
26 nos etiam sumus dispensatores et procuratores euangelii: *
27 hic quoque inter dispensatores et procuratores quaeritur, *

28 ut quis fidelis et iustus inueniatur. **P**

1 **4** Si ergo apud dispensatores et procuratores quaeritur *
2 ut quis fidelis et iustus inueniatur, **P**
3 quid si omnes delinquant **Pγ**
4 et delinquentibus dispensatores ignoscant? **Pγ**
5 nonne ipsi delinquentium se pondere onerant? **Tδ**
6 apostolus idem Paulus commemorat, **Tγ**
7 quando ad Timotheum docendum et corroborandum **Ditr.**
8 in fidei firmitate **Vδ**
9 ne quid Deum fallat **(P)1βδ**
10 et ne malignum orationibus sanctorum intercedat, **TTγ**
11 —prouidus et sollicitus dicens: **Pδ**

*o Timothee fili commendatum serua: noli spernere donum quod in te est per inpositionem manuum seniorum: accingere fortiter et uiriliter age ministerium tuum, cum integritate persupple: esto ceteris in bonis exemplum. nemo tibi contradicat, nemo iuuentutem tuam contemnat: peccantem coram multis argue, ut et ceteri metum habeant et ne communicaueris peccatis alienis.*

et iterum: [Vgl. 1 Tim. 4, 12. 14]

*si frater fornicarius dicitur aut idolorum cultor aut auarus aut raptor siue iniustus, cum eiusmodi quidem nec cibum capere.* [1 Cor. 5, 11]

12 et alia loco: **Pδ**

*quicumque frater more alienigenarum uiuit et admittit res similes factis eorum, desine in conuiuium eius esse: quod nisi feceris, et tu particeps eius eris.*

13 et in doctrinis apostolorum:

*si quis frater delinquit in ecclesia et non paret legi, hic nec colligatur, donec paenitentiam agat, et non recipiatur, ne inquinetur et inpediatur oratio uestra.* [Cf. Did. 4, 14; 14, 2; 15, 3]

14 et apostolus iterum dicit: **Pδ**

*eximite malos e medio uestro.* [Vgl. 1 Cor. 5, 13]

15 quod si <per> multorum testium unitatem et consonantem monitionem docemur **Pγ**
16 nec cum delinquentibus fratribus **T2δ**
17 —nec cibum quidem uesci, **TTγε**
18 quanto magis debeat et ab sacrificio Christi arceri? **Pγ**

1 **5** Quam magna et larga pietas Domini fidelium,
2 quod in futurum praescius nobis consulat, *
3 ne quis frater incautus **P1γ**
4 denuo laqueis diaboli capiatur. **Vδ**
5 sollicitos esse iussit **Vδζ**
6 et prouidos adque eruditos, **TTγ**
7 quoniam hostis ille antiquus circuit *
8 pulsans Dei seruos
9 non uno genere temptans. **Pδ**
10 multae enim sunt temptationes eius
11 quarum primordia sunt:
12 idolatria **P**
13 moechiae
14 furta
15 rapinae
16 auaritia *
17 fraus
18 ebrietas
19 inpatientia **T**
20 adulteria *
21 homicidia *
22 zelus
23 perfidia
24 falsa testimonia *
25 eloquium falsum **Pδ**
26 inuidia
27 extollentia *
28 maledictum
29 error,
30 et si qua sunt similia **Tβγ**
31 quae his congruunt,
32 ex quibus est aleae tabula. **Tδ**
33 praeest diaboli laqueus manifestus, **Vδ**
34 uenenum portans letalem serpentis **Pγ**
35 et inductio corrumpens: **TTδ**
36 quae cum uidetur nihil esse, **TTγε**
37 magna amplectentibus operatur deiectio.
38 quid illud est
39 quaeso uos,
40 fideles,
41 ut manus
42 quae iam ab iniuriis humanis expiata est
43 et ad sacrificium dominicum admissa **TTδ**
44 et quod ad salutem totius hominis pertinet **Tδ**
45 ipsa de <Dei> dignatione suscipit, *
46 ipsa ad laudem Domini *
47 in oraculo exurgit, **TTδ**
48 ipsa
49 per quod tuemur Christi signum **TTγε**
50 in frontibus notat, **Pδ**
51 ipsa diuina sacramenta consummat: **P1γ**
52 quid est
53 ut iterum laqueis diaboli unde exuta est inplicetur? **V3γδ**
54 aleatricem manum dico,

55 quae se ipsa perdit et damnat, **P1γδ**
56 manum
57 quae libidinoso studio consueuit **Vδ**
58 id est aleae tabula, **Tδ**
59 quod est diaboli uenabulum
60 et delicti uulnus insanabile. *

1 **6** Aleae tabula, **Tδ**
2 dico,
3 ubi diabolus praesto est ad capiendum summissus **Pγ**
4 et cum ceperit de captiuo triumphus <suus>
5 perfidia,
6 falsa testimonia.
7 tabula aleae, **Tδ**
8 dico,
9 ubi dementis furia
10 et uenale periurium **T2γ**
11 et conloquium serpentinum. **Vδ**
12 illic rabiosa amicitia,
13 illic atrocissimi sceleris inmanitas,
14 illic fraternitas discordans, **TTδ**
15 illic conuicia et audacia saeua **Pδ**
16 et mens insana
17 et fera inpatientia. **T**
18 aleae tabula, **Tδ**
19 dico,
20 ubi possessionum amissio **T2γ**
21 et pecuniarum ingentium perditus **T2δ**
22 et demonstrans litigiosum et furax dementia. **Tγ**
23 o aleatorum noxia,
24 sedentaria et pigra nequitia: **Tγ**
25 o manus crudeles **Pγ**
26 et ad periculum sui armatae, **Pγ**
27 quae bona paterna **Pγ**
28 et opes auorum sudoribus quaesitas **TTδ**
29 ignominioso studio dilapidant.
30 manus trux, noxia et insomnis, **Vδε**
31 nocte dieque **Pγ**
32 continuis instrumentorum suorum armigera, **Tγ**
33 quae peccatis se ipsa damnauit **P1γ**
34 et post peccatum non desinit. **Tγδ**
35 o nequam manus
36 in perniciem Domini sui armata, **Pγ**
37 quae sordidissimis aeris **P1δ**
38 totam substantiam perdit **P1δ**
39 et cum tot essent augendae rei familiaris et multae abundantiae opes, **Pδ**
40 modo inops et pauper est. **Tγδζ**
41 alea est
42 quam lex odit,
43 alea est
44 quam insequitur crimen ignobile, **T2γ**
45 ubi manifesta temptatio et poena occulta. **P1γ**
46 alueus laqueus est ille mali
47 et supplanatio inimici, **Vδ**
48 qui nec lucrum confert
49 sed totum consumit. **Pγ**
50 hinc deinde pauperes fiunt, **P1δ**
51 hinc opes suas perdunt, **TTγε**
52 hinc
53 iam consumptis omnibus rebus suis **Vδζ**
54 mutuis pecuniis se obruunt,
55 hinc patrimonium sine ulla fori calumnia amittunt. **TTδ**
56 quales sunt,
57 fideles,
58 ut quos nemo persequitur **Tγ**
59 se ipsos inuidia persequantur, **Vδ**
60 ut paternas suas hereditates **P**
61 sub ossuorum multiformi numero disperdant? **TTδ**
62 est et quando ipsi aleatores **P1**
63 cum prostitutis mulieribus
64 penes auctorem suum
65 nocturnas uigilias **Tγ**
66 clausis foribus celebrant: **Tδ**
67 armantur aduersum se miseri **Tγδ**
68 spiritu diaboli repleti. **TTδ**
69 et illic duplicem ac geminum crimen admittunt. **Pγ**
70 hic concrepat aleae sonus, **Pδ**
71 illac silentio operatur incestus: **P1γ**
72 hic sine ullo dignitatis suae respectu **Pγ**
73 sine ulla excusatione **TT/Ditr.**
74 pestifero studio **Tδ**
75 cedere bonis suis coguntur, **Pγ**
76 illic secreto mortale uenenum bibitur.

1 **7** Vnde haec sacrilega meditatio, **Ton. Äqu. 4δ**
2 unde hoc crimen, **P1γδ**
3 auctorum testimonio conprobamus. **V3δ**
4 cum enim quidam studio litterarum bene eruditus **TTγ**
5 multum meditando **TTγ**
6 hoc malum et tam perniciosum studium adinuenit, **Vδ**
7 instinctu —diaboli **Pγ**
8 qui eum artibus suis repleuerat: **Tγ**
9 hanc ergo artem ostendit **P1γ**
10 quam et colendam sculpturis cum sua imagine fabricauit. **Vδ**
11 statuit itaque imaginem speciei suae **TTε**

12 cum nominis sui subscriptione **Ditr.**
13 suggerente sibi inimico, **TTγ**
14 qui
15 ut hanc artem excogitaret **P**
16 in pectore subiecit. **TTδ**
17 sic ergo se in imagine perniciosa demonstrans **Pγ**
18 alto se quodam loco condidit,
19 in sinus suos
20 hanc aleae tabulam gestans, **Pδ**
21 ut quasi ipse lusor et adinuentor huius malitiae appareret, **Vδ**
22 cuius nomen a Dei seruis nominari non debet **Pγδ**
23 (sic enim in nomine turpis est **Tδζ**
24 quomodo in factis iniquus), **Pγ**
25 et quisque Dei seruus **TTγε**
26 aleae tabulam amplectitur
27 auctoris nomine uocaretur. **Vδ**
28 ille enim
29 cum se in statunculis et simulacris formaret, **Pγ**
30 aliud crimen adinuenit, **Tγ**
31 quo se ab imitatoribus suis colendum diceret,
32 sacrificandi sibi legem terminauit, **TTγ**
33 ita ut qui uellet studio eius adhaerere **TTγ**
34 non ante manum in tabulam porrigeret,
35 nisi auctori eius prius sacrificasset. **P**
36 inde factum est,
37 ut olim qui homo fuerat
38 et facinoris admissionis adulter, **Pγ**
39 post mortem
40 a profanis et errantibus
41 sub fictioso nomine deitatis **Vδ**
42 coli meruerit. **Tγ**

1 **8** Aleae tabula qui ludet, **TTδε**
2 et maleficium nosse debet, **Ditr.**
3 quod a Dei seruos longe sit
4 scientes
5 quoniam furor iste maleficus et uenenarius est,
6 sed iterum
7 in iudicii die **Pδ**
8 igne rotante torquebitur. **T2γ**
9 aleae tabula qui ludet **TTδε**
10 prius auctori eius sacrificare debet, **Ditr.**
11 quod Christianis non licet **Pγδ**
12 dicente Domino:
*sacrificans diis eradicabitur,*
*nisi Domino soli,* [Exod. 22, 20]
13 et iterum:
*nolite sacrificare diis alienis, ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos.* [Cf. 1 Cor. 11, 27]

14 christianus quicumque es **Tγζ**
15 et aleae tabula ludes, **Pδ**
16 licet non sacrifices,
17 lege huius facinoris particeps es.
18 et utique Dominus occurrit et dicit: **P1γδ**
*exite de ea populus meus, ne particeps sis delictorum eius.* [Apoc. 18, 4]
19 et iterum:
*discedite, discedite inde, exite e medio eius qui fertis uasa Domini et inmundum ne tetigeritis.* [Jes. 52, 11]
20 christianus quicumque es **Tγζ**
21 et alea ludes, **Pδ**
22 hoc primo in loco scire debes **Ditr.**
23 quia non es christianus **TTβγ**
24 sed ethnicum tibi nomen est **Ton. Äqu. 4δζτη**
25 et illud
26 quod ad sacrificium dominicum pertinet **Tδ**
27 in uacuum sumis. **Pδ**
28 sic enim Dominus dicit: **Pδ**
*omnis inmundus non tanget sacrificii sancti.*
29 et iterum:
*omnis uir manducans carnem sacrificii, et inmunditia eius super ipsum: peribit anima illa de populo meo.* [Leu. 7, 20]
30 aleator quicumque es **Tγζ**
31 Christianum te dicis, **Pγδ**
32 quod non es eo
33 quod saeculo particeps es.
34 nec amicitiam cum Christo habere potes
35 qui Christi inimico amicus es. **Tγζ**

1 **9** Certe qualis dementia aleatorum fidelium, **Tγ**
2 ubi insaniunt **Tγ**
3 et furacissimis uocibus perierant,
4 et deorbati diaboli caligine
5 inuicem sibi manus inferunt,
6 maledicunt,
7 se deuouunt,
8 parentorum originem **Tγ**
9 turbis praesentibus dehonorant. **Vδ**
10 sonat publice aleae strepitus, **Tδ**
11 festinant ad necem hereditatis suae manus, **TTγε**
12 nec intellegit miser **Pδ**
13 quod sibi noceat, **Tβδ**
14 quando se aleae auctorat. **TTδ**
15 et qui iam saepius uincitur **T2δ**
16 rursus ad nocentiorem studium
17 diabolo suadente animatur. **TT1$^2$γ**
18 o ars infesta studentibus **Tγ**
19 et studium libidinosum, **P**

20 qui non diuitias
21 sed nuditatem et inopiam praestat. **Pδ**
22 manus carnifex,
23 manus noxia,
24 qui nec post lucra desinit, **Pγ**
25 sed adhuc post damna ludit, **Ditr.**
26 christianus qui alea ludet **P1δ**
27 ad sacrificium diaboli inmolantibus penes auctorem **Pγ**
28 manus polluit.
29 et idcirco Dominus ad hoc indignari se dicit: **Pγδ**
*nolite,*
30 inquit,
*extendere manus uestras iniuste, ne exarcebetis me, et non sinam uos diu permanere super terram,*
31 et iterum:
*abstinete manus uestras ab iniusto, et ne feceritis quicquam mali.*
32 et apostolus beatissimus Paulus **P1δ**
33 similiter dicit: **Pδ**
*uidete fratres, ne configuremini huic saeculo et pompis et deliciis et uoluptatibus eius, sed continete uos ab omni iniustitia saeculi.* [Vgl. Rom. 12, 2]

1 **10** Nam quod delicti in Deum nulla fit excusatio **Ton. Äqu. 4γδ**
2 nec indulgentia ulla **Pδ**
3 et nemini uenia datur, **Pδ**
4 in euangelio Dominus dicit, **Pδ**
*si qui,*
5 inquit,
*dixerit blasphemiam in filium hominis, dimittetur ei: qui autem peccauerit in spiritum sanctum, non dimittetur illi, nec hic nec in futuro saeculo.* [Matth. 12, 31]
6 et iterum per prophetam: **Vδε**
*si delinquendo peccauerit uir aduersus uirum, orabitur pro eo ad Dominum: si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo?* [1 Sam. 2, 25]
7 et beatus apostolus **Tγ**
8 procurator et uicarius Christi **P1δ**
9 ecclesiasticam curam agens
10 ponit et dicit: **P1γδ**
*uos estis templum Dei, et in uobis Christus habitat: si quis templum Dei uiolauerit, perdit illum Deus.* [1 Cor. 3, 16. 17]
11 et Dominus iterum in euangelio negat peccatores **TTγ**
12 et exprobrat dicens: **P1δ**
*recedite a me omnes qui operamini iniustitiam: nescio uos.* [Vgl. Luc. 13, 27]
13 et Iohannes apostolus dicit: **P1δ**
*omnis qui peccat, non est de Deo, sed de diabolo est: et scitis quoniam ideo uenturus est filius Dei, ut perdat filios diaboli.* [Vgl. 1 Joh. 3, 8]
14 si quis Christianus aleator es, *
15 tuus et hereditatis tuae inimicus es. *
16 quicumque es
17 desine ab illa dementia tua miser. **Vδζ**
18 quid te in laqueum mortis cum diabolo ultro praecipitas? **Tγ**
19 quid opes et diuitias tuas sordidissimis aeris amittis? **P1γ**
20 quid te laqueis saecularibus inuoluis **TTδ**
21 ut cum saeculo iudiceris? **V3δ**
22 quid inimicum tuum fauoribus laudando delinquis, **Pγ**
23 cum quo necesse est ut puniaris? **Ditr.**

1 **11** Esto potius non aleator sed christianus, **Vγδ**
2 pecuniam tuam **Pδ**
3 adsidente Christo **Ditr.**
4 spectantibus angelis **Tδ**
5 et martyribus praesentibus
6 super mensam dominicam sparge, **Pδ**
7 patrimonium tuum **Pδ**
8 quod forsitan saeuo studio perditurus eras
9 pauperibus diuide, **Tδ**
10 diuitias tuas Christo uincenti committe, **Pγ**
11 seruus cum Domino tuo auocare, **TTγ**
12 studio deifico obsequere,
13 artem Domini imitare **Vδ**
14 quae non perdet
15 sed potius acquiret. **TTδ**
16 desine ab illos tuos furacissimos mores, **P1δ**
17 cohibe praecipitem nequitiam tuam: **Pδ**
18 sit tibi cum pauperibus cotidianus lusus,
19 sit tibi cum uiduis frequens operatio: *
20 censum et adparatus tuos omnes **TTγε/1βδ**
21 ad studium ecclesiae distrahe, **T2δ**
22 aurum tuum et argentum et pecunias tuas **Pδ**
23 in thesauris caelestibus repone, **TTδ**
24 fundos et uillas tuas
25 iusta operatione ad paradisum remoue, *
26 ut peccata tua donentur tibi eleemosynis, **TT**
27 et operationibus continuis incumbe. **TTδ**
28 alea ne luseris,
29 ubi lusus nociuus est **Tγζ**
30 et crimen mortale, **Pγ**
31 ubi dementia sine consideratione, **Ditr.**
32 ubi nulla ueritas, *
33 sed mendaciorum mandra.
34 abscide inde manum tuam **TTγε/gl. Akzentfolge**

35 et auerte inde cor tuum: **Pγδ**
36 extrahe caliginem inimici **Vδ**
37 ab oculis tuis **Pδ**
38 et purifica manum tuam **Vδζ**
39 a sacrificiis diaboli:
40 abice abs te furaces mores,
41 esto patiens et christianus,
42 esto tibi et uitae tuae in operationibus iustus et prouidus, **T2γδ**
43 fuge diabolum persequentem **Vδ**
44 et fuge aleam inimicam operum tuorum: **TTδ**
45 studium sit tibi sapientiae, *
46 euangelicis monitis erudire, **Vδ**
47 puras manus ad Christum extendere, **T2γ**
48 ut promereri Dominum possis. **Pδ**
49 aleam noli respicere. **Tγ**
50 amen.

## 3.6 De bono pudicitiae

1 **1** Et ipsi uos scitis **Pγδ**
2 numquam me,
3 cum apud uos praesens essem,
4 aliquas officiorum meorum partes praeterisse, **TTγ**
5 dum semper enitor **P1γ**
6 uel maxime cotidianis euangeliorum tractatibus, **Tγ**
7 aliquando uobis fidei et scientiae per dominum incrementa praestare. **P1γ**
8 Quid enim aliud in ecclesia domini utilius geri, **Pδ**
9 quid accomodatius officiis episcopi potest inueniri, **TTγ**
10 quam ut doctrina dominicorum per ipsum insinuata collataque uerborum **P1γδ**
11 possint credentes ad repromissum regnum peruenire caelorum? **P1γ**
12 hoc certe mei et operis et muneris
13 cotidianum uotiuum negotium, **Tγ**
14 absens licet,
15 obtinere conitor **P1γ**
16 et praesentiam mei **Pδ**
17 uobis reddere per litteras conor. **P1δ**
18 Dum uos
19 solito more **Pδ**
20 allocutionibus missis **P1δ**
21 in fide interpello, **TTγ**
22 ideo conuenio,
23 ut euangelicae radicis firmitate solidati **TT1$^2$γ**
24 aduersus omnia diaboli proelia **Tδ**
25 stetis semper armati. **P1γ**
26 Absentem me non credam,
27 si fuero securus. **TTδ**
28 Verumtamen omnia **Tδ**
29 quae utiliter proferuntur **Vδ**
30 et aeternae uitae statum **TTγε**
31 tractatibus uel definiunt uel promittunt **Vδε**
32 ita demum fructuosa sunt, *
33 si ad emolumentum operis *
34 diuinae indulgentiae uiribus adiuuentur. **Vδ**
35 Non solum uerba proferimus **Tγ**
36 quae de scripturarum sacris fontibus ueniunt, **Tδ**
37 sed cum ipsis uerbis
38 preces ad dominum et uota sociamus, **TT1$^2$γ**
39 ut tam nobis quam uobis **Pγδ**
40 et sacramentorum suorum thesauros aperiat **Tγ**
41 et uires ad implenda quaeque cognoscimus tribuat. **Tδ**
42 Periculum enim maius **Vδζ**
43 et uoluntatem domini cognouisse **Vδ**
44 et in dei uoluntatis opere cessasse. **TTδ**

1 **2** Quamuis ergo ad multa uos negotia *
2 [ad] diuinae admonitionis [praecepta] **[Pγ]**
3 semper, ut scitis, exhorter – **P1γ**
4 quid enim mihi aliud uotiuum aut maius potest esse **TTγε**
5 quam ut per omnia perfecti stetis in deo –, **Pγδ**
6 tamen praecipue pudicitiae claustra teneatis, **TT1$^2$γ**
7 quod et facitis, *
8 admoneo,
9 scientes templum esse uos domini,
10 membra christi, **Ditr.**
11 habitationem spiritus sancti, **P1δ**
12 electos ad spem,
13 consecratos ad fidem, **Pγδ**
14 destinatos ad salutem, **TTγδ**
15 filios dei, **Pδ**
16 fratres christi,
17 consortes spiritus sancti, **P1δ**
18 nihil iam carni debentes **Pγ**
19 qua renatos ex aqua. **Pγδ**
20 Et pudicitia *
21 praeter uoluntatem, **TTγ/1β**
22 quam uelle debemus **P1γ**
23 ut nostra sit,
24 praestetur etiam propter redemptionem,
25 ut corrumpi non possit **Pγδ**
26 quae a christo consecrata sit. *
27 Nam si apostolus ecclesiam sponsam christi pronuntiat, **Tγ**
28 oro uos,
29 quanta pudicitia exigitur,

| | | |
|---|---|---|
| 30 | ubi ecclesia inter matrimonia sponsa uirgo praestetur? | **Pγ** |
| 31 | et ego quidem, | |
| 32 | nisi quod breuiter uos admonere proposui, | **Tγ** |
| 33 | latissimas satis puto et locupletes pudicitiae laudes | **Pδ** |
| 34 | proferre potui, | * |
| 35 | sed superuacuum duxi | **Pδ** |
| 36 | laudare eam diutius apud colentes. | **Pγ** |
| 37 | Vos enim illam ornatis | **P1γ** |
| 38 | dum geritis | |
| 39 | et plures eius laudes exercendo profertis, | **Pγ** |
| 40 | facti eius ornamentum, | **TTγ** |
| 41 | dum et illa uestrum est, | * |
| 42 | mutuo decore inuicem fenerandum. | **V3δ** |
| 43 | illa uobis disciplinam bonorum suggerit morum, | **P1δ** |
| 44 | uos illi ministerium praestatis operum sanctorum. | **TTδ** |
| 45 | nam et illa quantum et quid posset, | |
| 46 | per uos apparuit, | * |
| 47 | et quid uos uelitis, | * |
| 48 | ipsa demonstrauit et docuit, | **Tγδ** |
| 49 | copulatis in unum duobus bonis | |
| 50 | mandatorum et rerum, | **Pγδ** |
| 51 | ne quid mutilum uideretur, | **Vδ** |
| 52 | si aut praecepta ministeriis | * |
| 53 | aut praeceptis ministeria defuissent. | **Vδ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **3** Pudicitiae est honor corporum, | * |
| 2 | ornamentum morum, | |
| 3 | sanctitas sexuum, | **T2δ** |
| 4 | uinculum matrimoniorum, | **TT** |
| 5 | fides generis, | * |
| 6 | propugnaculum pudoris, | **TTδ** |
| 7 | fons castitatis, | **Ditr.** |
| 8 | pax domus, | |
| 9 | concordiae caput. | **Pδ** |
| 10 | Pudicitia sollicita est | |
| 11 | ne cui placeat nisi sibi. | **Vδζ** |
| 12 | Pudicitia semper uerecunda, | **TTγ** |
| 13 | dum innocentiae mater est. | **T2δζ** |
| 14 | Pudicitia semper ornatur solo pudore, | **Pγ** |
| 15 | bene sibi tunc conscia de pulchritudine, | * |
| 16 | si improbis displicet. | **T2δ** |
| 17 | Pudicitia nihil ornamentorum quaerit, | |
| 18 | decus suum ipsa est. | * |
| 19 | Haec nos conmendat domino, | * |
| 20 | conectit christo, | |
| 21 | haec expugnat omnia de membris illicita desideriorum proelia, | * |
| 22 | pacem nostris corporibus inducit, | **TTδ** |
| 23 | beata ipsa | **Ditr.** |
| 24 | et beatos efficiens | **Tγ** |
| 25 | apud quoscumque habitare dignatur, | **P1γ** |
| 26 | quam numquam accusare possunt | **Ditr.** |
| 27 | nec qui eam non habent: | **Pγδ** |
| 28 | uenerabilis etiam hostibus suis, | **Pδ** |
| 29 | dum illam multo magis mirantur | **Pγ** |
| 30 | qui expugnare non possunt. | **P1γδ** |
| 31 | Sed ut uirtus ista et in uiris probata semper | **Ditr.** |
| 32 | et a feminis appetenda, | **V3δ** |
| 33 | sic inimica eius impudicitia | **T** |
| 34 | semper est detestanda, | **Vγδ** |
| 35 | obscenum ludibrium reddens ministros suos | |
| 36 | nec corporibus parcens nec animis. | **Tγδ** |
| 37 | Debellatis enim propriis moribus | **Tδ** |
| 38 | totum hominem suum | **Pδ** |
| 39 | sub triumphum libidinis mittit, | **P1δ** |
| 40 | blanda prius, | |
| 41 | ut plus noceat dum placet, | **TTδε** |
| 42 | exhauriens rem cum pudore, | **Ditr.** |
| 43 | hostis continentiae, | * |
| 44 | frequenter perueniens ad sanguinem | |
| 45 | cupiditatum infesta rabies, | * |
| 46 | incendium conscientiae bonae, | **Pδ** |
| 47 | mater impaenitentiae, | **T** |
| 48 | ruina melioris aetatis, | **P1γ** |
| 49 | contumelia generis, | **Tδ** |
| 50 | expugnans sanguinis et familiae fidem, | **Pδ** |
| 51 | alienis affectibus suos inserens filios, | **T2δ** |
| 52 | in aliena testamenta | **TTγ** |
| 53 | sobolem ignoti et corrupti generis inducens. | **TTδ** |
| 54 | Quae plerumque extra sexum ardens, | **Ditr.** |
| 55 | dum se non continet intra concessa, | **Pγ** |
| 56 | parum sibi putat satisfactum, | **TTγ** |
| 57 | nisi in uirorum quoque corporibus | **Tγ** |
| 58 | non uoluptatem nouam quaerat, | |
| 59 | sed extraordinaria et portentuosa | **P** |
| 60 | contra ipsam naturam | **Pγ** |
| 61 | ex uiris per uiros monstra conquirat. | **P1γ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **4** Sed enim pudicitia locum primum in uirginibus tenet, | **Pδ** |
| 2 | secundum in continentibus, | * |
| 3 | tertium in matrimoniis, | **gl. Akzentfolge** |
| 4 | uerum in omnibus gloriosa est | **4δθ/*** |
| 5 | cum gradibus suis | **Pδ** |
| 6 | nam et matrimoniorum fidem tenere laus est | **Ditr.** |
| 7 | inter tot corporis bella | **P1δ** |
| 8 | et matrimonio de continentia modum statuisse | **TTγ** |

9 maioris uirtutis est, **Pγε**
10 dum etiam licita reiciuntur. **P**
11 Certe ex utero sanctitatem custodisse **TTγ**
12 et infantem se usque in senectutem **Vγδ/1β**
13 in sua tota aetate tenuisse **TT1$^2$γ**
14 admirandae utique potentiae est, **Ditr.**
15 nisi quos blandas corporis leges non nosse **Pγδ**
16 magis felicitatis est,
17 notas iam uicisse uirtutis est, **T2γζ**
18 sic tamen ut et uirtus ista de dono dei ueniat, *
19 licet se in membris hominibus ostendat. **TTδ**

1 **5** Pudicitiae, *
2 fratres,
3 antiqua praecepta sunt. **T2γζ**
4 Quare antiqua dico? **Ditr.**
5 quia cum ipsis
hominibus instituta sunt. **Ton. Äqu. 4δθ/***
6 Nam ideo ex uiro suo et femina est,
7 ut praeter eundem alterum nesciat, **T2δ**
8 et ideo uiro reddita est mulier,
9 ut suppleto
10 quod fuerat ei ereptum **Pγ**
11 nihil requirat alienum. **TT1$^2$γ**
*Sic et duo*
12 inquit
*erunt in carne una,* [Matth. XIX, 6]
13 ut in unum redeat *
14 quod unum fuerat, *
15 ne separatio sine reditu *
16 occasionem praestet alterius. **Tγ**
17 Inde et apostolus caput
mulieris pronuntiauit uirum,
18 ut coniunctione duorum **Pγ**
19 pudicitiam probaret. **TTδ**
20 Nam ut alterius caput
21 membris <non> suis aptum
non potest esse, **(P)1βδ**
22 ita et alieno capiti
23 membra non sua; **Pγδ**
24 caput enim suis conuenit membris **Pδ**
25 et membra capiti suo, **Pδ**
26 utraque naturali fibula *
27 in concordia mutua conserente, **V3δ**
28 ne qua oriente discordia **T2γ**
29 de diuisione membrorum **P1γ**
30 pactum diuini foederis rumperetur. **V3δ**
31 Addit tamen et dicit **Pγδ**
*quoniam qui uxorem suam diligit,*
*se ipsum diligit.* [Ephes. V, 23]
32 Nemo enim carnem suam odio habet, **Pδ**
33 sed nutrit et fouet eam, **(Pβδ)**
34 sicut et christus ecclesiam. **T2γ**
35 Caritatis cum pudicitia ex hoc
magna praescriptio, **T2γ**
36 si uxores diligendae sunt a uiris suis,
37 sicut christus dilexit ecclesiam, **T2γ**
38 et ita uxores maritos debent diligere, **Tγ**
39 ut ecclesia diligit christum. **P1δ**

1 **6** Hinc [sententiam]
2 christus
3 quando uxorem dimitti non nisi ob
adulterium dixit **Pδ**
4 interrogatus **Ditr.**
5 tantum honorem pudicitiae dedit. **Pδ**
6 Hinc nata est illa sententia: **T2γ**
*adulteras non sinetis uiuere.* [Leuit. XX, 10]
7 Hinc apostolus dicit: **P1δ**
*haec est uoluntas dei ut abstineatis*
*uos a fornicatione.* [I Thessal. IV, 3]
8 Hinc et illud dicit:
*membra christi membris meretricis*
*non esse iungenda.* [I Cor. VI, 9, 15]
9 Hinc traditur satanae in interitum carnis **Pδ**
10 qui
11 proculcato iure pudicitiae *
12 uitia carnis exercet. **P1γ**
13 Hinc merito regnum caelorum non
tenent adulteri, **Tγ**
14 hinc est
15 quod omne peccatum extra corpus dicit esse, **Ditr.**
16 solum adulterium peccare in suum corpus, **(P)1βδ**
17 hinc ceterae praeceptorum auctoritates **P**
18 quas nunc recolere omnes
non est necesse apud uos
19 praesertim
20 qui illas nostis frequenter et facitis. **Tγδ**
21 Quae licet destrictae sint, **Tγζ**
22 querela tamen de illis non potest esse. **(P)1βδ**
23 Adulter enim non habet excusationem; **TT**
24 aut habet aut habere potuit, *
25 quia ducere licebat, uxorem. **P1γ**

1 **7** Sed sicut matronis iura praescripta sunt **T2γζ**
2 quae ita sunt nexae, **Pγδ**
3 ut diuelli inde non possint, **P1γδ**
4 uirginitas uero et continentia *
5 extra omne ius sunt; **Ditr.**
6 nihil ad uirginitatem de matrimoniorum
legibus pertinet, **T2δ**
7 altitudine sua transcendit omnes, **Ditr.**

| | | |
|---|---|---|
| 8 | si ulla praua hominum | * |
| 9 | leges ausa supergredi conantur. | **TTδ** |
| 10 | Virginitas aequat se angelis; | **Tγδ** |
| 11 | si uero exquiramus, | |
| 12 | etiam excedit, | **TTδ** |
| 13 | dum in carne luctata | **P1γ** |
| 14 | uictoriam etiam contra naturam refert | |
| 15 | quam non habent angeli. | **T2βδ** |
| 16 | Virginitas quid aliud est | |
| 17 | quam futurae uitae gloriosa meditatio? | * |
| 18 | uirginitas neutri est sexus, | **Pγδ** |
| 19 | uirginitas est perseuerans infantia, | |
| 20 | uirginitas est uoluptatum triumphus, | **Pγ** |
| 21 | uirginitas filios non habet, | **TTδε** |
| 22 | sed quod plus est | |
| 23 | filiorum contemptum habet, | |
| 24 | non habet fecunditatem | **P** |
| 25 | sed non habet orbitatem, | **TTγ/Vβδ** |
| 26 | felix | |
| 27 | quod est extra partus dolorem | **Pγ** |
| 28 | felicior est autem extra funerum filiorum calamitatem. | **P** |
| 29 | Virginitas quid aliud est | |
| 30 | quam sola libertas? | **P1γ** |
| 31 | maritum non habet dominum. | **Tβδ** |
| 32 | Virginitas affectionibus omnibus soluta est, | |
| 33 | non matrimoniis est dicata, | **V3δε** |
| 34 | non saeculo, | |
| 35 | non liberis. | **gl. Akzentfolge** |
| 36 | Persecutionem non potest timere, | **Pγ** |
| 37 | dum illam de securitate potest prouocare. | **TTγ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **8** Sed quia pudicitiae uobis breuiter sunt exposita praecepta, | **TTδ** |
| 2 | iam pudicitiae ponamus exemplum. | **P1γ** |
| 3 | Plus enim proficitur, | **Pγ** |
| 4 | cum in rem praesentem uenitur, | **Pγ** |
| 5 | nec de uirtute dubitatur, | **TT1$^2$γ** |
| 6 | quando | |
| 7 | quod praecipitur | * |
| 8 | etiam exemplis sancitur. | **Pγ** |
| 9 | Exemplum pudicitiae a Ioseph coepit. | |
| 10 | Adolescens hebraeus | **Pγ** |
| 11 | generosus de patre, | **Pγδ** |
| 12 | generosior de innocentia, | * |
| 13 | ob inuidiam reuelationum | **Ditr.** |
| 14 | distractus a fratribus Ismaelitis | |
| 15 | in domum deuenerat hominis Aegyptii. | |
| 16 | Obsequio et innocentia | * |
| 17 | et tota seruitutis fide | |
| 18 | facilem et beniuolum in se animum | |
| 19 | sui prouocauerat domini, | **Tδ** |
| 20 | cuius facies etiam seruo liberalis, | **TTγ** |
| 21 | quam aetas omnibus commendauerat | **Ton. Äqu. 4δ/*** |
| 22 | sed ipsa generositas, | * |
| 23 | ab uxore domini sui | **Pδ** |
| 24 | aliter quam decebat aspecta est: | **T2γζ** |
| 25 | In domus parte secreta | **P1γ** |
| 26 | et sine arbitris | * |
| 27 | latebra facinori accommodata | |
| 28 | putauit | |
| 29 | se pudicitiam adolescentis incontinens mulier impudica | **Vδ** |
| 30 | nunc promissis nunc minis | **Pγδ** |
| 31 | posse superare. | **TT1$^2$γ** |
| 32 | Sed cum retentus ex uestibus eo | **Pδ** |
| 33 | quod moliretur fugam | |
| 34 | propter tanti facinoris audaciam | |
| 35 | ipsas uestes reliquisset, | **TTγ** |
| 36 | corporis nudi sinceritatem | **Ditr.** |
| 37 | habiturus innocentiae testem | **P1δ** |
| 38 | ad crimen impudicitiae suae | **Pδ** |
| 39 | impudens mulier adicere non dubitauit calumniae. | **Tγ** |
| 40 | Et ceteris et marito | **Vδε** |
| 41 | calida et feruens | **TTδε** |
| 42 | spreto desiderio suo | **Pδ** |
| 43 | conquesta est | **Tγζ** |
| 44 | dolore simulato, | **TT1$^2$γ** |
| 45 | quod Hebraeus adolescens | **TT1$^2$γ** |
| 46 | uim sibi molitus fuisset inferre | **P1γ** |
| 47 | quam ipsa conata fuerat irrogare. | **Vδ** |
| 48 | Maritalis ardor | **Ditr.** |
| 49 | rerum inscius | * |
| 50 | et uxoris accusatione grauiter inflammatus incenditur, | **T2γ** |
| 51 | pudicus uero iuuenis | * |
| 52 | quia delicto conscientiam non miscuit, | |
| 53 | in ima carceris truditur. | **T2δ** |
| 54 | Sed sola non est in carcere pudicitia; | **Ton. Äqu. 4δ/*** |
| 55 | nam est cum Ioseph deus | |
| 56 | et nocentes dantur sub manu eius, | |
| 57 | quia ipse innocens fuerat. | **Tδ** |
| 58 | Somniorum praeterea obscura dissoluit, | **P1γ** |
| 59 | quia spiritus in temptatione uigilabat, | **TT1$^2$γ** |
| 60 | et per dominum liberatur a uinculis, | **T2γδ** |
| 61 | qui in domo minore cum periculo seruierat, | |
| 62 | regiae domus sine periculo dominus effectus est. | |
| 63 | Generositati suae redditus | * |

64 fructum pudicitiae et innocentiae *
65 deo iudice
66 quem meruerat accepit. **TTδ**

1 **9** Sed non minus ex parte diuersa **P1γ**
2 aliud nobis pudicitiae simile **Tδ**
3 de continentia feminarum **V3δ**
4 exoritur exemplum. **P1γ**
5 Fuit,
6 ut legimus,
7 Susanna
8 filia Helciae,
9 uxor Ioachim
10 pulcherrima facie, **Tδ**
11 pulchrior moribus. **T2δ**
12 Hanc nullum ad decorem commendabat species: *
13 simplex enim erat. **TTγε**
14 Excoluerat pudicitia **Ton. Äqu. 4δ/***
15 et cum pudicitia sola natura. **P1γ**
16 Hanc ex senioribus duo coeperant deperire, **V3δ**
17 nihil memores *
18 nec diuini timoris, **Pγ**
19 sed nec suae annis iam marcescentis aetatis; **P1γ**
20 ita illos in fraglantia transactae iuuentutis incendia **T2γ**
21 recidiuae libidinis flamma reuocabat. **TT1$^2$γ**
22 Pudicitiae latrones amorem confitentur, sed oderunt. **Tγδ**
23 Resistenti minantur calumnias, **Tγ**
24 adulterii se dicunt accusatores
25 uoto adulteri. **Pγ**
26 Inter duos libidinis scopulos **Tδ**
27 auxilium de domino petebat, **TTδ**
28 quia uiribus corporis repugnare non ualebat. **TTγδ**
29 Et exaudiuit de caelo clamantem ad se pudicitiam dominus **Tδ**
30 et cum iniquitate oppressa duceretur ad poenam, **P1γδ**
31 uidit inimicorum liberata uindictam. **P1γ**
32 Bis uictrix
33 et in periculo suo **Pδ**
34 tam funeste totiens consaepta **TTδ**
35 et libidinem euasit et mortem. **P1γδ**
36 Infinitum erit
37 si exempla prosequar plura. **P1δ**
38 His duobus contentus sum, **Tγζ**
39 praesertim cum omnibus sit uiribus
40 per istos pudicitia defensata. **Vδ**

1 **10** Non illos emollire potuit *
2 inuita generosi sanguinis memoria,
3 quae in quibusdam licentiam lasciuiae ministrat, **TTδ**
4 non decor corporis *
5 et apte positorum figura membrorum **P1γ**
6 quae suggerit plerumque, **TTδ**
7 ut quasi flos quidam properantis uelociter transiturus aetatis **Pγ**
8 porrectae uoluptatis occasione pascatur, **P1γ**
9 non anni primi uirentis et melioris aetatis, **P1γ**
10 cum rudis adhuc sanguis aestuans **T2δ**
11 naturae flammas accendit **Pγ**
12 et in medullis caeca uersat incendia **T2γ**
13 ad remedium suum **Pδ**
14 etiam per periculum pudoris itura, **Pγ**
15 non ulla latebrarum et sine ullo conscio, *
16 ut a quibusdam putatur, **Pγ**
17 occasio,
18 quae maxima uis est admittendi sceleris, *
19 dum liberationibus occurrit impunitas, **T2γ**
20 non imposita necessitas de auctoritate iubentium **T2γ**
21 et in temeritate participum atque sociorum, **TT1$^2$γ**
22 quo genere franguntur etiam recta saepe consilia, **Tγ**
23 non praemia ipsa, **Pδ**
24 quibus adquiescunt saepe et boni, **Pγδ**
25 non accusationes,
26 non minae,
27 non poenae,
28 non mortes.
29 Nihil tam saeuum, **Pγδ**
30 tam durum,
31 tam triste,
32 quam cecidisse de alto pudicitiae gradu. **Pδ**
33 Digni tanto diuini iudicii praemio,
34 quorum alter regio paene throno illustraretur, **P**
35 altera
36 concordia mariti dotata **Pγ**
37 inimicorum mortibus redimeretur. **P**
38 Haec sunt et his similia *
39 semper nobis ante oculos exempla ponenda, **P1γ**
40 his paria diebus noctibusque meditanda. **TT1$^2$γ**

1 **11** Nihil animum fidelem sic delectat **TTγδ**
2 quam integra immaculati pudoris conscientia. *
3 Voluptatem uicisse **Pγ**
4 uoluptas est maxima **Tγδ**
5 nec ulla maior est uictoria quam ea **TTδε**
6 quae de cupiditatibus refertur. **TTδ**
7 Qui hostem uicit,

8 fortior fuit, sed altero; **Tγδ**
9 qui libidinem repressit, **TTδ**
10 se ipso fortior fuit. **Pδ**
11 Qui inimicum prostrauit **Pγ**
12 externum hostem percussit; **Pγ**
13 qui cupiditatem depressit **Pγ**
14 hostem domesticum superauit. **Vδ**
15 Malum omne facilius uincitur quam uoluptas, **V3δε**
16 quia illud
17 quidquid est
18 horridum est,
19 hoc blandum est.
20 Nihil tam difficile opprimitur
21 quam quod per illud amatur quod nocet. **Pγδ**
22 Qui cupiditates tollit,
23 et metus sustulit; *
24 nam ex cupiditatibus metus ueniunt. *
25 Qui cupiditates uicit
26 de peccato triumphauit, **TTγ**
27 qui cupiditates uicit,
28 mundo ipso superior fuit, **Pδ**
29 qui <cupiditates uicit>,
30 uerum se discipulum christi probauit, **Pγ**
31 qui <cupiditates uicit>,
32 antiquum malum generis humani **TTδ**
33 sub pedibus suis iacere ostendit, **P1γ**
34 qui cupiditates uicit,
35 pacem sibi perpetuam dedit, **Pδ**
36 qui cupiditates uicit,
37 libertatem sibi,
38 quod est etiam ingenuis difficillimum, reddidit. **T2δ**
39 Meditanda est ergo nobis, **Vγδζ**
40 fratres,
41 ut res docent,
42 semper pudicitia, *
43 quae quo facilior sit,
44 nullis artibus constat. **P1δ**
45 Quae enim illam consummat uoluntas est, **Tγζ**
46 quae nec impediretur, **P1**
47 si longe esset,
48 nostra est.
49 Ita non est adquirenda, **TTβδ**
50 sed fruenda quae nostra est. **T2γδζ**

1 **12** Quid est enim aliud pudicitia **Ton. Äqu. 4δ/***
2 quam mens honesta
3 ad custodiam corporis data, **Pδ**
4 ut sexibus debitus pudor **Pδ**
5 seueritate signatus **P1γ**
6 fidem generis de incorrupta sobole seruaret? **TTδ**
7 pudicitiae autem, **Pδ**
8 fratres,
9 competunt et cognata sunt in primis
10 diuinus timor
11 et praeceptorum sancta meditatio *
12 et animus propensus ad fidem **Pγδ**
13 et mens attonita ad sacram religionem, **P**
14 deinde uidere, **Pγ**
15 ne quid in se sit ultra modum excultum, **Pγ**
16 ultra honestatem productum, **Pγ**
17 ne quid prodigum,
18 ne quid arte fucatum, **P1γ**
19 ne quid ad irritandos aut detinendos oculos *
20 lenocinatum. **P**
21 Non est pudica **Ditr.**
22 quae affectat animum alterius mouere **Pγ**
23 etiam salua corporis castitate. **V3δ**
24 Longe absint
25 quibus pulchritudo non ornatur, **TTγδ**
26 sed prostituitur. *
27 Nam sollicitudo de pulchritudine *
28 et malae mentis indicium et deformitatis est.
29 Sit natura corporum libera **T2δ**
30 nec diuinis operibus inferatur uis. **gl. Akzentfolge**
31 Semper est misera **Tγδ**
32 quae sibi non placet qualis est. *
33 Quid capillorum mutatur color?
34 quid oculorum extremitates infuscantur? **TTγ**
35 quid facies artibus in diuersam formam conuertitur? **Tγ**
36 quid postremo speculum consulitur,
37 nisi quia ne ipsa sit timetur? **TTγδ**
38 cultus etiam mulieris pudicae pudicus sit; **Tγζ**
39 adulterium fidelis nec in coloribus nouerit. **T2δ**
40 Vestibus aurum intexere **Tγ**
41 quasi pretio est uestes corrumpere. **Tγ**
42 Quid inter fila staminum delicata **V3δ**
43 rigida faciunt metalla, **TTδ**
44 nisi ut fluentes humeros premant **Pδ**
45 et luxuriam infeliciter se animi iactantis ostendant? **P1γ**
46 quid cum ceruices peregrinis lapidibus **Tγ**
47 urgentur et absconduntur, **Vγδ**
48 quorum pretia *
49 etiam sine artibus *
50 kalendarium cuiusuis excedunt? **Pγ**
51 non ornatur mulier, *
52 sed uitia mulieris ostenduntur. **TTγ**
53 Quid cum digiti,
54 quid cum tali auro onerati **TTγ**

| | | |
|---|---|---|
| 55 | nec intrare possunt nec egredi? | **Tγδ** |
| 56 | utrum usus exposcit | **P1γ** |
| 57 | an patrimoniorum inanis pompa monstratur? | **P1γ** |
| 58 | mirum negotium! | **Tγ** |
| 59 | mulieres | |
| 60 | ad omnia delicatae | **Vδ** |
| 61 | ad uitiorum sarcinas | * |
| 62 | fortiores sunt uiris! | **Pγδ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **13** sed ut repetam quae coeperam, | |
| 2 | colenda semper est pudicitia | **Ton. Äqu. 4γδ/*** |
| 3 | et uiris et feminis, | **Tγδ** |
| 4 | omni custodia seruanda est | |
| 5 | intra limites suos. | **Pδ** |
| 6 | Cito de natura corporis | * |
| 7 | periclitatur in corpore, | **T2γδ** |
| 8 | dum rapit illam secum caro | **TTγε** |
| 9 | quae semper in lapsu est. | **Tγδζ** |
| 10 | Sub praetexto quippe naturae, | **P1γ** |
| 11 | quae homines semper urget ad affectus, | **TTγδ** |
| 12 | quibus ruinae collapsi generis resarciuntur, | **P** |
| 13 | blandimento uoluptatis fallens | |
| 14 | non ducit ad continuandam legitimae coniunctionis sobolem, | * |
| 15 | sed iactat in crimen. | **P1γδ** |
| 16 | Ergo contra has carnis insidias, | **Tγ** |
| 17 | quibus se diabolus et socium inserit et ducem, | **TTδε** |
| 18 | obluctandum est | * |
| 19 | omni genere uirtutis. | **TTδ** |
| 20 | Assumantur secundum apostolum christi opera | **Ton. Äqu. 4δζ/*** |
| 21 | et a consortio carnis | **P1δ** |
| 22 | in quantum potest | |
| 23 | animus colligatur, | **Vδ** |
| 24 | separetur omnis sensus a corpore, | **T2γδ** |
| 25 | uitia semper castigentur ut odiantur, | **Vγδ** |
| 26 | ante oculos obuersetur deformis iste atque deiectus peccati pudor, | |
| 27 | paenitentia ipsa cum luctibus suis | **Pδ** |
| 28 | quae commissorum criminum inhonesta contestatio est. | |
| 29 | Nihil consideretur curiose | **TTγ/Ditr.** |
| 30 | in alienis uultibus. | * |
| 31 | Sermo et breuis sit | **Tγδζ** |
| 32 | et sobrius risus, | **P1δ** |
| 33 | signum est enim animi facilis et remissi. | **Vδε** |
| 34 | Nam contactus recedat etiam honestus. | **TTδ** |
| 35 | Nihil corpori liceat, | **Tδ** |
| 36 | ubi quid uitandum est corporis uitium. | **Tδ** |
| 37 | Cogitetur | |
| 38 | quam honestum sit | * |
| 39 | uicisse dedecus, | * |
| 40 | quam inhonestum | |
| 41 | uictum esse dedecore. | **Tγ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **14** Dicendum etiam | * |
| 2 | quod adulterium uoluptas non est, | |
| 3 | sed mutua contumelia | **Ton. Äqu. 4δ/*** |
| 4 | nec delectare potest | |
| 5 | quod et animam interficiat et pudorem. | **Vδε** |
| 6 | Coerceat animus stimulos carnis, | **Pδ** |
| 7 | refrenet impetum corporis. | **T2δ** |
| 8 | Accepit enim hanc potestatem, | **(P)1β** |
| 9 | ut illi ad imperium eius membra seruirent, | **P1γ** |
| 10 | et quasi legitimus ac perfectus auriga | **P1γ** |
| 11 | ultra concessas corporis metas | **P1δ** |
| 12 | extollentes se carnis impetus | * |
| 13 | caelestium praeceptorum habenis reflectat, | **Pγ** |
| 14 | ne ultra terminos suos | **Pδ** |
| 15 | currus iste corporis raptus | **P1δ** |
| 16 | in periculum suum | **Pδ** |
| 17 | se cum et ipsum rapiat aurigam. | **TTδ** |
| 18 | Sed inter haec, | |
| 19 | immo et ante haec, | **gl. Akzentfolge** |
| 20 | contra turbas et uitia omnia | **Tδ** |
| 21 | de diuinis castris auxilium petendum est; | |
| 22 | solus est enim potens deus | **TTγε** |
| 23 | qui homines dignatus est facere | **Tγδ** |
| 24 | et plena hominibus auxilia praestare. | **TTδ** |
| 25 | Ego pauca dictaui, | **P1γ** |
| 26 | quoniam non est propositum | **Tβγ** |
| 27 | uolumina scribere, | **T2δ** |
| 28 | sed allocutionem transmittere. | **Tγ** |
| 29 | Vos scripturas aspicite, | **Tγ** |
| 30 | exempla uobis de ipsis praeceptis | **Pγ** |
| 31 | huius rei maiora conquirite. | **T2γ** |
| 32 | Fratres carissimi, | **Tγ** |
| 33 | bene ualete. | **Pγ** |

## 3.7 De centesima, sexagesima, tricesima

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **1** Quaeso nunc igitur | **Tγδ** |
| 2 | omnibus praemiis | **T2δ** |
| 3 | uos adquiescere, | * |
| 4 | fratres dilectissimi, | * |
| 5 | ut nihil sit aliud magis cogitandum | **TTγ** |
| 6 | quam sincero corde, | |
| 7 | pura fide, | **gl. Akzentfolge** |
| 8 | stabili timore | **TTγ** |
| 9 | per omnia deuotum esse atque dicatum, | **Pγ** |

10 sinceriter legi insistere **Tγ**
11 et praeceptum dei patris tolerare, **TTγ**
12 ut,
13 qui in lege domini Christi **Pδ**
14 praecepta diuinitus atque praemia salutaria <accepimus>
15 atque perpetuatis aeternae conscientia *
16 conuersari coepimus, *
17 per omnia et in omnibus **Ton. Äqu. 4δεζ/***
18 deo patri placeamus, **TTγ**
19 nec desistere animus atque actus noster uideatur, **TTγ**
20 ut,
21 qui in dei praemia et praecepta ingredimur, **Tγ**
22 et conscientiam maximae spei **Pδ**
23 et conuersationis futurae nuncupemus. **TTγ**

1 **2** consideremus igitur, *
2 fratres dilectissimi, *
3 quam magna,
4 quam praeclara sanctimonio praemia **T2δ**
5 deus disposuit **Tγ**
6 et in dispositione sua
7 ipse prior mandauit **Pγ**
8 martyrium uero praedicauit centesimae mercedis deuotio<ne>. **Ditr.**
9 *quod si facilius a nobis tanta spes fidei ac salutis aeternae . . . conamine uerius inquiratur.* **Vδ**
10 *et praeceptis atque <promissis> diuinis animus recordetur,* **TTδ**
11 non solum hoc loco **P1γδ**
12 praeceptum martyribus posuit: **Tδ**
13 et<iam> sine praecepto **Pγ**
14 ipse prior martyrium demonstrauit **Vδ**
15 crucem passus
16 dei filius, *
17 ut passionis gloriam *
18 per suum sanguinem seminaret, **V3δ**
19 ut
20 hoc ante oculos habentes **TTδ**
21 fidelius atque robustius **T2γ**
22 in gloriam Christi **P1δ**
23 reformati omnes credamus **Pγ**
24 et,
25 qui ante limosi et ueteres fuimus, **Tδ**
26 renouati per lauacrum uitale **Pγ**
27 et delicto primae natiuitatis purgati uiuamus. **Pγ**
28 et pro eo,
29 qui nos passione redemit, **Pγ**
30 nos pati non cupimus? **Tγδ**

1 **3** qui instruxit per diuinam lectionem dicens:
*Si quis non dimiserit patrem aut matrem aut omnia quae possidet, et secutus me fuerit, non est me dignus.* [Vgl. Luc. 14, 26]
2 ante omnia unitatis magister, **Pγ**
3 diuinae conuersationis agnitor atque doctor **Vδζ**
4 dignos sibi nos uocat. **Pγδ**
5 nam qui saeculo magis intentus est quam Christo, **TTγδε**
6 qui
7 in deliciis atque conuersationibus mundi huius occupatus **TTγ**
8 et obsidione perniciosa diaboli inlaqueatus, **P**
9 regnum perpetuitatis aeternae adipisci non potest. **Pγδ**
10 quasi [quid] aliud quid in saeculo bonum aut placitum oculis supernae [conuersationis inlicitae] maiestatis prouideat **Tγ**
11 et ob mundi delicias speret quid utile. **Tγδ**
12 quid putat uero iuge, **TTγε**
13 quid perenne **Ditr.**
14 quam quod a deo nobis, **1βδ**
15 qui perennis est.
16 promittitur,
17 quod diuinitus beneficio per instructionem **Ditr.**
18 nobis credentibus demonstratur? **Vδ**

1 **4** quasi perenne sciamus **Pγ**
2 quod ab hoc mundo factum recognoscimus, **2β/***
3 quem transire cum deliciis suis uel desideriis *
4 creduli Christo non dubie sciamus. **TTδ**
5 *quae ad tempus proficit ista desiderantium poena,* **P1δ**
6 *quae*
7 *cum saeculi fruuntur,* **TTδ**
8 *ab illa aeternitate Christi perfidi priuantur,* **TTδ**
9 *uel etiam fugata mente inquieta libido exter<n>ata ambitio [Christi] saeculi a<u>cta atque cumulata lasciuia inlecebrauit iis operantes saeculum perfrui putarint.* **TTδ**
10 quae dum operantibus id ipsum **TT1$^{2}$γδε**
11 increpat dominus et obiurgat, **Vδε**
12 per scriptionem admonet *
13 et transire cuncta testatur dicens:
*Et mundus transiet et concupiscentia eius. qui autem fecerit uoluntatem dei, manet in aeternum.* [1 Joh. 2, 17]
14 et alio loco,
15 ut aeterna aeternis promitteret, ait: **Pδ**
*Omnis caro foenum et omnis gloria eius ut flos foeni. et foenum aruit, flos decidit, sermo autem domini manet in aeternum.* [Vgl. Jes. 40, 6-8]

1 **5** uigilandum est itaque, **Tγδ**
2 fratres dilectissimi, *****
3 atque elaborandum, **P1**
4 ut <in> sermone dei,
5 quem in aeternum manere cognoscimus, **T2γ**
6 in ipso ergo, qui aeternus est, maneamus. **Vγδ**
7 manendum est in aeternis sedibus, *****
8 non <in> istis mundi turbinibus **Tγ**
9 diutius stare **P1δ**
10 et deliciis eius atque delictis inlaqueari <debemus>, **Pγ**
11 cum scriptum sit:
*Omnia ista in saeculo nata*
*et hic cum saeculo remansura.*
12 illa cecinit remansura in saeculo, **T2γδ**
13 quae saeculi bona comprehenduntur, **P1**
14 et illud semper manere atque praeualere, **TTγ**
15 quod a deo nobis per sanctum spiritum reuelatur. **Vδ**

1 **6** in quo idem dominus praecepto adiecit dicens:
*Non descendi de caelo, ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui me misit.* [Joh. 6, 38]
2 si Christus,
3 cum sit dei filius **2βδ/***
4 atque diuino ore creatus, **Pγ**
5 uoluntatem suam non disposuit facere, sed patris, **TTδε**
6 cuius ipse uerbum et uoluntas est,
7 quanto magis nos, *****
8 qui deum patrem uocamus, **Pγ**
9 et uoluntatem eius **Ditr.**
10 non quae sunt saeculi, facere debemus, **TTδ**
11 quia et ipsi uoluntas eius sumus. **TTγε**
12 in uoluntate enim formauit cuncta,
13 sequenti et hominem, **Tγδ**
14 et cum consilio dedit spiritum. *****

1 **7** ergo qui spiritum domini dei percepimus, **Tγ**
2 illi, qui spiritalis est, placeamus. **Vγδ**
3 qui posuit et dixit: **TTδε**
*primus homo de terrae limo, secundus de caelo. qualis de limo, tales et qui de limo, et qualis caelestis, tales et caelestes.* [Vgl. 1 Cor. 15, 47. 48]
4 si caelestes esse iam coepimus, **T2γδ**
5 in uoluntate eius, **Ditr.**
6 qui de caelo est,
7 . . . placeamus,
8 qui pronuntiauit dicens:
*Si quis audit uerba mea et faciet ea, ostendam uobis, cui similis est. similabo illum homini aedificanti domum super petram. tempestate autem facta et flumina impleuerunt illam domum et non potuerunt eam mouere; fundata est enim super petram. nam qui audit uerba mea et non facit ea, similabo illum uiro stulto, qui aedificauit domum suam super harenam. tempestate autem facta et flumina impleuerunt domum illam et cecidit et facta est domus illius ruina magna, quia* [sine Christo erat et in saeculo] <in> harenoso loco fundata fuit. [Luc. 6, 47-49]

1 **8** fundamentum autem Christi **TTγε**
2 saxea mole spiritaliter solidatum **Vδ**
3 *petram robustam conuersationis maiestate maximae uoluntatis* intellegere debemus, **TTδ**
4 fratres dilectissimi, *****
5 super quam martyres aedificant,
6 sanctimonia adolescunt, **Vδ**
7 promissa instruuntur **TTγ**
8 et fit domus adunata atque perfecta, **P1γ**
9 quod est ecclesia.
10 in qua [ecclesia]
11 si qui uoluntate dei
12 per omnia consummatus erit,
13 illud est uoluntatem dei facere *****
14 operibus, non uocibus,
15 sicut scriptum est quia
*Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui me misit.* [Vgl. Matth. 7, 21]
16 si quis autem hanc uoluntatem fecerit, *****
17 maximus uocabitur in regno **TTδε**
18 et in lumine adornatus erit patris, **TTγε**
19 qui est in caelis.
20 qui per filium suum posuit et dixit: **TTγδ**
*Qui uoluerit sequi uestigia mea, abneget se ipsum sibi et tollat crucem suam et sequatur me. si quis perdiderit animam suam propter me, saluabit illam.* [Vgl. Matth. 10, 38; 16, 24; Luc. 17, 33]

1 **9** consulendum est ergo nobis, **Vγδζ**
2 fratres dilectissimi, *****
3 et uera congressione nitendum est, **T2γζ**
4 ut uestigiis paribus **Tδ**
5 deum inquiramus **TTγ**
6 et diuina praecepta salutaria *****
7 cordi nostro ac pectori inseramus **V3δ**
8 et praemiis eius insistere **T2γ**
9 unitatis fide coniuncti **Pγ**
10 pro meritis recipiamus. **P**

11 ipse enim constituit praemia uincentibus
12 et dixit similitudinem **T**
13 sanctus Christus, **Vδζ**
14 <cum diuersam> grano copiam fecunditatis distribuit dicens: **Pδ**
*Exiit,*
15 inquit,
*seminans seminare. unum cecidit in uia, aliud inter spinas, aliud in petra, aliud uero in terram bonam. qui autem in uia cecidit, dum procederet, conculcatus est a transeuntibus, <prius>quam fructificaret. et alter inter spinas positus suffocatus est a cogitationibus iniustis. qui autem super petram cecidit, per tempus adolescebat uiridis et uiso radio solis aruit, quia non habuit lentorem salutis. qui autem in terram bonam cecidit, reddidit fructum cum centesima, sexagesima et tricesima.* [Vgl. Matth. 13, 3-8]
16 quare uerum gaudium
17 domino attulerunt. **Vδ**

1 **10** uidete efficaciam domini <in> his,
2 qui in terram bonam sunt seminati. **Vγδ**
3 quam uero ex uno iuuat centena colligere grana, **Pδ**
4 quam placet martyr in regno dei probatus, **Pγ**
5 quam laetum et optimum est deo **TTγδ**
6 super terram ruere *
7 et super petram aedificare, **P**
8 non super petram ruere *
9 et super terram aedificare! **P**
10 cuius <gaudium> *
11 centesima inquisita parte uerius recensere oportet **Pγ**
12 et non dubitatis testimoniis tandem exponere, **T2γ**
13 ita ut scriptum est:
*Quis,*
14 inquit,
*habens oues centum, si perdiderit unam ex illis, non derelinquit nonaginta et nouem in deserto et abit post unam, quae perierat, et cum inuenerit, conuocat amicos et uicinos dicens Congaudete mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram.* [Luc. 15, 4-6]
15 et adiecit dicens:
*Quale gaudium in caelo in uno peccatore poenitente quam in nonaginta et nouem iustis.* [Luc. 15, 7]

1 **11** scimus autem, **Ditr.**
2 fratres dilectissimi, *
3 efficacia domini **Tδ**
4 Adam esse passione ad superna reuocatum. **TT1$^2$γ**
5 <quod si de Adam pronuntiatum> est spiritaliter, *
6 et nobis proficiet ista pronuntiatio.
7 sic<ut> enim Christus Adam quasi perditum reuocauit, **Vδ**
8 ita ut passione liberaretur simul omnibus <iustis>, **P1δ**
9 sic et nos hanc similitudinem passionis prosequamur. **TTγ**
10 non uero de ouibus parabolam
11 aut de Adam
12 aut de primis iustis
13 Christus ponit,
14 sed et de praesentibus et futuris iustis.
15 numquid curae est deo **Pγδ**
16 peccatorem in caelo laudibus honorare, **Vδ**
17 cum scriptum sit:
*Si iustus uix saluabitur, impius et peccator ubi parebunt?* [1 Petr. 4, 18]

1 **12** sed potest uero laudem consequi in caelo peccator, **Pγ**
2 <si> in praecepto legis profecerit **Tγ**
3 et uerba decem in corde conscripserit **T2γ**
4 et fidem non corpori sed spiritu habuerit,
5 multiplicans decem uerba perfecta **P1γ**
6 *<decem> iustitiis in sequela.* **Vδε**
7 in utero autem martyrio destinatus **Vδ**
8 nonaginta et nouem iustitias **Tγ**
9 per decem uerba suppleuit **P1γ**
10 *et uno corporis uni cladem*
11 per lauacrum sui sanguinis *
12 de maledicto liberauit **TTγ**
13 et ideo gaudium in caelo omnibus protulit, **T2δ**
14 quod martyrio destinatus properauit. **TTγ**
15 nam et mandauit de dragma par<abolam dicens, **Pδ**
16 cum> mulier pro<pter> perditam scopis mundauerat aedem, **Pδ**
17 quae ecclesia est,
18 et ipsum protulit, *
19 ut Christum a se inuentum,
20 completorem uerborum decem,
21 manifestaret **P**
22 et uicinis laudem praemoneret dicens:
*Congaudete mihi, quia inueni dragmam.* [Luc. 15, 9]

1 **13** nunc ergo sequenti euangelistae studium noscere debemus **TTδ**
2 discentibus parabulam magnae inquisitionis praeponentis: **TTγ**
*Quidam,*
3 inquit,

*pater familias habuit duos seruos, quos peregrinans uocauit eisque decem minas singillatim tribuens ut superadderent merci legauit.* [Vgl. Luc. 19, 12]

4 qui acceptis singillatim mercium quantitatibus, 4δ/*
5 prout quis dominum placaret, **TTδ**
6 ad mensam protulit. *
7 alter ex ipsis <ad> acceptas <x> minas
8 alias x<c> adquisiuit,
9 quo decem uerba adcrescere per dena probauit. **Pγ**
10 sic omnes <gradus> gradiens *
11 et in decem uerba regalia proficiens
12 centum meritus adunauit. **Vδ**
13 nam es Isaias testatur dicens:

*Ubi arabunt decem iuga boum, illic facient amphoram unam.* [Jes. 5, 10]

1 **14** unum ergo ex decem uerbis proficiscere <colligimus> Christum. **P1δ**
2 multa enim uerba **TTγε**
3 per unum constat proficiscere, *
4 sicut multi per unum regnabimus **Tγ**
5 et unus ipse Christus in omnibus regnat. **P1δ**
6 sic et multa mandata **P1γ**
7 per unum uerbum consummantur, **TTγ**
8 sicut scriptum est, *
9 quia

*Sermonem breuiatum et consummatum faciet dominus super terram.* [Rom. 9, 28]

10 et alio in loco **TTδε**
11 scriptura haec testatur et admonet dicens: **P1δ**

*Si potes quidem, fili, omnia praecepta domini facere, eris consummatus; sin autem, uel duo praecepta, amare dominum ex totis praecordiis et similem tibi quasi <te ipsum>.* [Vgl. Mt. 22, 37]

1 **15** non ut haec sit consummatio *
2 <aut> in his duobus mandatis **Pγ**
3 omnia conclusa sint,
4 subtiliter deus delectans **Pγ**
5 et in uiam suos inducens **Pγ**
6 <haec ponit>,
7 ut credentes in regno atque praecepto diuino operis parcamus **TTδ**
8 [quasi non ita congruat *
9 „duobus istis uero testimoniis tota lex pendet“],
10 sed ut gradibus aeternae sublimitatis itinera <conficiamus>
11 et honorem gloriae perpetuitatis auxilio possideamus. **P**

1 **16** nos enim delubra atque templa maximae conuersationis esse coepimus, *
2 si <sumus> in eo,
3 qui in nobis manet
4 et nos in eo,
5 sicut scriptum est: *

*Vos estis templum dei et spiritus dei habitat in uobis. si quis templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. nam templum dei sanctum est.* [Vgl. 1 Cor. 3, 16. 17]

6 oremus ergo, **Ditr.**
7 fratres dilectissimi, *
8 ne offensus dominus *
9 sedem spiritalem derelinquat. **TTγ**
10 abiciamus a nobis **P1γδ**
11 zeli ac liuoris stimulum, *
12 ut spiritum sanctum in nobis non solum hospitem, *
13 sed et rectorem copulemus **TTγ**
14 et carnis opera abiciamus.
15 ista enim prima caro **TTγε**
16 <de> terrae limo
17 possidet animam inspiratam a deo; **Pγδ**
18 nam est spiritus <de> caelo. **TTδε**

1 **17** ergo intellegendum atque renoscendum <est>,
2 fratres dilectissimi, *
3 spiritum cotidie aduersus carnem conluctari. **TTγ**
4 spiritus enim *fortia* possidet, **Tδ**
5 caro autem sanguinem, *
6 spiritus concupiscit spiritaliter, *
7 caro autem, quae carnis sunt, quaerit. **Pγδ**
8 quam magnam, quam praeclaram, quam nobilem pugnam proferet, *
9 qui carnem reuincet **Pγ**
10 et corpus pro spiritu tradet. **P1δ**
11 hic est,
12 cui gaudium in caelo angeli et omnes iusti proferent, *
13 qui exemplo cruoris **Pγ**
14 uel cogitatione diminutionis uitae
15 carnem peccati reuincens **Pγ**
16 martyrium celebrare non desinit. **T2γδ**
17 illa est enim ouis,
18 quae a diabolo in deserto tenebatur, **TTγ**
19 corpus possessum a sanguine. **T2γδ**

1 **18** quo quisquam liberari cupiens martyrium <in>ducit. **TTδ**
2 non enim potest martyr coronari, **TTγ**
3 nisi sanguinem emiserit

4 et corpus per uirtutem passionis sanctificauerit. **T**
5 sanguinis enim <dum> multum possidet. *
6 leto patet,
7 omnia scrutat et redarguit;
8 inde zelus abundat, **Pγ**
9 peccata celebrantur, **TT1$^{2}$γ**
10 homicidia perficiuntur; **P**
11 omnia per carnem, **TTδε**
12 sed et sanguinem mala prodeunt. *
13 nam et Christus,
14 patri <cum> placeret, **TTγδ**
15 ut passionem perficeret, **Tγ**
16 sanguinem effudit, **TTδ**
17 sed sanctificatum, **P**
18 et semet ipsum in testimonium *perditum.*
19 et traditum nobis cruorem de ipso putamus expugnatorem **P**
20 contra illius diaboli iacula, **Tδ**
21 ut,
22 qui carnem peccati **Pγ**
23 per corpus et spiritum Christi uincimus, *
24 et sanguinem illum **Pδ**
25 per cruorem passionis minuamus. **TTγ**

1 **19** uideamus ergo, **Ditr.**
2 fratres dilectissimi, *
3 unum aduersus duo cotidie conserere pugnam, **Pδ**
4 sicut dominus in euangelio suo posuit dicens: **Pδ**
*Quis rex iussus committere bellum aduersus alterum regem non prius computabit, si poterit cum decem milibus obuiare ei, qui cum uiginti milibus uenerit aduersum se? alioquin legationem mittit rogans pacem.* [Luc. 14, 31]
5 ergo hunc dicit incipere pugnam, **Pδ**
6 qui ipse debilis procedit, **TTδ**
7 <sed> qui<a> fidus est in domino,
8 mentem Christi induit. *
9 ceterum illa est pugna uera **V3γδζ**
10 unum duo reuincere, **Tγ**
11 ut praeliator unus spiritus <haec duo> carnem et sanguinem **T2γδ**
12 repugnare et reuincere non desinat,
13 ut uictor in caelo laudem percipiat **Tγ**
14 <et>
15 centum consummatis [ac duo] iustitiis **Tγ**
16 unus in decem per denos conpletis <fructibus> *
17 proficiat martyr. **Pδ**

1 **20** nam et in psalmo loquitur spiritus sanctus **P1δ**
2 de uincentibus in hoc <certamine> *
3 dicens
4 quia
*Benedicentur in eo decem ciuitates dei.* [Vgl. Luc. 19, 17]
5 et alio in loco **TTδε**
6 de iustis in se gaudentibus atque uincentibus **T2γ**
7 sic ait:
*In psalterium decem cordarum psalmum dicite illi.* [Ps. 33, 2]
8 decem ergo ciuitates
9 et decem psalterii cordas **P1δ**
10 decem uerba sentire debemus, **P1γ**
11 fratres dilectissimi, *
12 per quae martyr proficit,
13 agonista contendit, **P1γ**
14 iusti gradiuntur. **TTγ**
15 quotquot enim ex praecepto tali proficiunt, **Tγ**
16 licet martyrio sint priuati, **Vδε**
17 martyri<i fruct>um possidebunt. **TTγ**

1 **21** Et de sexagesima mercede non conticisco **V3γδ**
2 et tam maximum nomen **P1δ**
3 fidelibus constanter expono. **P1γ**
4 ostendam
5 in quibus praeclarae conuersationis actus sinceros **Pγ**
6 incipiant morari. **TTδ**
7 uiderit etenim agonista, **Vδ**
8 quom circa placendi studium in dominum sincerum sese studeat praestare **TTδ**
9 et quasi grassato atque deuicto inimico corpori instante **TTδ**
10 cotidie repugnare et reuincere <satis> putarit, **Pγ**
11 quasi in hoc solum
12 sanctimonia compleantur, **Vδ**
13 quam non corpore tantum **Pδ**
14 sed et corde ac mente sincerum perstringat hominem Christus **Pδ**
15 et praemoneat esse et doceat per sanctum spiritum atque uas electionis suae dicens: **TTγε**
*Si corpore castus et mente corruptus <es>, nihil prodest*
16 et iterum:
*Qui continens est, in omnibus continens permaneat, non tantum corpore, sed spiritu,*
17 qui se concertatur angelis similare, **Vδ**
18 qui uestigiis eorum gradiens cupiet insistere,
19 qui sanctitatis eorum optat coheres esse.

1 **22** non uero illum imitari **TT1$^{2}$γ**
2 debeat agonista, **Vδ**
3 qui per zelum
4 angelicam potestatem perdidit; *

5 non enim in corpore tabido peccauit, **TTδ**
6 qui zelo,
7 non cupiditate carnis extinctus **P1γ**
8 et corde ac mente libato peremptus est. **Tγζ**
9 hunc ergo fugiat agonista, **Vδ**
10 ut
11 qui in corpore placet, **Pδ**
12 placeat spiritu, **Tδ**
13 placeat mente, **Pδ**
14 placeat simplici corde in omnibus. **Tγδ**
15 caelebs esse non desinat, **T2γδ**
16 <ne> adolescentis iniquitatis secta
17 laborem temporum praeteritorum **P**
18 et corpus expurgatum et integratum perdat.

1 **23** disce,
2 agonista,
3 et uiue, ut placeas. **Tγδ**
4 quid sub uestitu ouium *
5 lupi insaniam reuomis? **Tδ**
6 quid peccatis adolescentibus **T**
7 perpetuitatis et integritatis lumen extinguis? **T2γ**
8 quid
9 quasi parietem dealbatum <imitans sepulcrorum> **Vδ**
10 intus nequitiae plenus uideris? **Pγ**
11 quid
12 qui angelos imitaris, **Vδ**
13 nexum diaboli de corde producis? **P1γ**
14 expugna omnem infestationem mali,
15 cotidie reuince cogitationes iniustas, **Pγ**
16 qui corpus reuincis. **Pγ**
17 memento
18 in quo potueris perseuerare **P1**
19 et quid habeas possidere. **Vδ**
20 carnem portans carni et cogitationibus <carn>eorum alienus inueniaris, **P**
21 et quia sanguinis . . . est omnium radix. **P1δ**

1 **24** quapropter ora, ut careas, **Tγδ**
2 ingemesce, ut uincas, **P1γδ**
3 ut stabilitus in uno et perpetuo conamine permaneas,
4 non in atrum atque tenebrosum liuoris opus incurras. **Pγ**
5 non enim una est deceptio Christianis, **V3δ**
6 qua in blasphemia conuersantur. **Vδ**
7 ut in cupiditate adulterii *
8 non <in> membro mori dinoscitur, **Pγ**
9 sic etiam corde ac mente libatus **P1γ**
10 et dubius
11 et diuinae conuersationis <indignus> inuenitur. **TTγ**
12 talis quod tenebat <per> laborem corporis, perdit **P1δ**
13 et animam suam nescius interimit.

1 **25** nam audiat agonista, quid possideat; *
2 si ignorat,
3 ignorantiae suae modum imponat, **Pγ**
4 qui corpus et spiritum caelestium seruat. **P1δ**
5 angelos enim dominus cum ex igne principum numero vii
6 [creaturam filium dei dicit contra catholicam fidem] crearet, **Pγ**
7 ex his unum in filium sibi constituere,
8 quem Isaias dominum Sabaot [ut] praeconaret, disposuit. **Tγ**
9 remansisse ergo repperimus sex quidem angelos cum filio creatos, **TTδ**
10 quos agonista imitatur. **TT1$^{2}$γ**
11 cum sit corporalis homo,
12 spiritalem se esse profitetur, **TT1$^{2}$γ**
13 qui ab operibus carnis priuatur **Pγ**
14 et ideo sexagesimam sibi nuncupat tenere mercedem. **P1γ**

1 **26** nam et anterioris temporis initium cernamus, **TTδ**
2 fratres dilectissimi, *
3 in qua die peracta atque perfecta **P1γ**
4 dominus operando cessauerit. **Tγ**
5 qui dixit principium creaturae omnium dicens: **P1δ**
*Et consummatum est caelum et terra die quinto et sexto die requieuit ab operibus suis. et benedixit deus diem septimum, quem et sanctificauit et custodire constituit.* [Gen. 2, 1-3]
6 hunc ergo diem nescius imitatur agonista, **TTγ**
7 ut et ab operibus nequitiae,
8 qua ut carnem portans . . . ,
9 requiescat.
10 sic<ut> enim dominus sexto die ab operibus cessauit, **TTδ**
11 ita et is
12 qui sexagesimam cupiet tenere uel possidere, **V3γδ**
13 ut per illos <sex> proficiat in decem uerba,
14 ut <per> fecunditatem uerborum decem et angelorum sex,
15 id est
16 sex dierum, **Ditr.**
17 quos omnes idem imitatur, **TTγ**
18 superaddita et timoris copia
19 et sinceritatis adfluentia, *

20 sexagena possideat. **Tγ**

1 **27** nam et per Iohannem reuelatorem sui atque mundi contestatur dicens: *Et uidi,*
2 inquid, *quattuor animalia habentia alas senas et figuram alterum ab altero dissimilem habentia. primum animal ut leo, secundum ut homo, tertium ut uitulius, quartum ut aquila uolans.* [Apoc. 4, 6. 7]
3 nec ignorandum est igitur **Tγδ**
4 de hoc titulo,
5 quod Christiani animalibus insistent, **TTδ**
6 propter quod et alas senas possident; *
7 quibus in medio dei filius graditur. **Tδ**
8 sex uero istos *paulatim* ante in lege conscripsit **P1γ**
9 et per prophetam testatus est dicens: **P1γδ** *Qui seminauerit artabas sex, faciet mensuras tres.*
10 utique qui se disposuerit *
11 ad persequendum opus illorum angelorum sex,
12 percipiet fructus tam praeclaros tres,
13 patrem et filium et spiritum sanctum. **P1δ**

1 **28** nam et remeanti de agro Moab Ruth legimus
2 cum in agro propinquantis deuerteret **Tγ**
3 et messem celebrantibus in adiutorium deueniret, **V3δ**
4 ut sibi de satis parentum ad uictum perferret, **Pγ**
5 ob laboris honorem **Pγ**
6 metebantur de gremiis mensuras sex.
7 iam consummato laboris die
8 ad solis occasum **P1γδ**
9 mercedem perficiamus. **P**
10 sic et omnis
11 qui in praeceptis altissimi permanserit,
12 in nouissimo die **Pδ**
13 partem pro meritis percipiet agonista **Vδ**
14 non tantum modo corporis, **2βδ/***
15 sed et spiritus,
16 multum uero probatus plurimum. *
17 actus spadonem probant, non membra. **Pγδ**

1 **29** aut si membro deuicto sit magis gloriandum quam mente, **Pγδ**
2 potest ago<nista> ab illo euentu uideri spado ab hominibus factus. **Pδ**
3 <spiri>talibus enim necessitas contigit spadonum non propter uoluntatem hominum. *
4 non glorietur de sinceritate **Ditr.**
5 qui nec libidinem timet, **Pδ**
6 sed glorietur **Ditr.**
7 <qui> spiritu consentiat corpori deuicto. **TTδ**
8 nam si spadonum membra possidet *
9 et ob iniquitatem mens fecunda et nubilo inimici obuoluta est, *
10 nullum magis quam sui corporis laborem *damnum* passus est. *
11 sine hoste
12 miles numquam proficit; *
13 candida <et> palma est ei **Pγδ**
14 qui hoste depresso gloriatur; **TTγ**
15 ubi enim hostis non est, **TTγεζ**
16 nec pugna prospicitur. **Tγ**
17 nam hi
18 qui corpus imbecille possident, **T2δ**
19 agonistico more non coronantur. **Vγδ**

1 **30** <Quo>niam et tertio sequentis mercedem studio, *
2 quod in tricesima quasi parua perspicua merces est, **Tδζ**
3 cum sit maxima, *
4 nimium est cauendum, **Vδε**
5 et hanc utique reuelare oporet, **Pγ**
6 fratres dilectissimi, *
7 ut non *quasi* dum quisquam speret,
8 se minorem partem tenere, **Pγ**
9 deliciis atque libidinibus supplex ante qui fuerat **Tγδ**
10 et nunc baptismum iam sanctificatus, **P**
11 hoc iterum repetendo mortem sibi adquirat, **Pγ**
12 quod
13 in illo ueteri peccato **TTδ**
14 augmentum magis non timere instituat. **Tγ**
15 *consideret se talis* in renouatione sui illud utitur, *
16 quod tunc utebatur; **P**
17 <supp>lex enim fuerat in corpore.

1 **31** nomen ad infantiam dedisti **TTγ**
2 gratiam consecuturus, **P1**
3 renatus ex aqua et spiritu **Tγδ**
4 eras a natiuitate purgatus. **P1γ**
5 si infantiae nomine fotus gratiam portas, **P1δ**
6 quid illam grandissimam aetatis quasi uoluptatem repetes? *
7 si ex spiritu sancto **P1δ**
8 denuo es reformatus, **1β**
9 si corde circumcisus **TTγ**
10 et corpore lotus, **Pδ**
11 si nouus homo factus, **TTγε**
12 quid uetustatem quaeris?
13 si renuntiasti diabolo et operibus eius, **Pδ**
14 quid eum lasciue uiuendo repetis? *

15 omnibus enim renuntiasti

16 cum infantiae nouitate indue<ba>ris. **P1**

1 **32** memor <sis> scripturae diuinae et <in>structionis, **Ditr.**

2 quemadmodum diceret renatos sibi ex aqua et spiritu sancto dicens: **Vδζ**

*Sancti estote, quia et ergo sanctus sum* [Leu. 11, 45]

3 et iterum:

*Felices, qui habent uxores tamquam non habentes.* [Vgl. 1 Cor. 7, 29]

4 felicitas ergo illa non uos praetereat, *

5 ut ad promissa caelestia uenire contingat. **P1γ**

6 nam cum dominus a se saluatum hominem cohiberet peccare, **Pγ**

7 sic ait:

*Ecce,*

8 inquid,

*sanus es factus: noli iam peccare, ne quid tibi deterius fiat.* [Joh. 5, 14]

9 et apostoli praeceptum recense, **Pγ**

10 quem uas electionis sibi dominus instituit:

11 ad deprimendam libidinis aciem **Tδ**

12 praedixit dicens:

*Vtatur unus quisque suum uas in sanctimonio et honore, non in passione concupiscentiae sicut et gentes, quae ignorant deum.*

1 **33** qui ergo deum per sanctimonium accipiendum didicisti, **TTγ**

2 et promissum eius obserua, qui dixit: **Pγδ**

*Si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum.* [Joh. 3, 5]

3 qui ergo in regnum caelorum cupies peruenire, **Vδ**

4 illum spiritum renouationis tuae

5 lasciue uiuendo noli expellere. **Tγ**

6 ipse est enim gradus ascensionis in caelum, **P1γδ**

7 ipse est [enim] porta,

8 ipse introitus ultae, **Pδ**

9 a quo in redemptione tua

10 a mundi contagione **Ditr.**

11 tribus testimoniis spiritaliter sis <re>ligatus.

12 trinitas ergo ista **Vδζ**

13 per decem uerba adolescit, **TT1$^2$γ**

14 ut trecesima merces compleatur. **TTγ**

1 **34** quanto minorem te putas partem tenere, **Pγ**

2 tanto in maiore gloria atque sufferentia corporis inueniaris. **P**

3 proficiat tibi spiritaliter praenuntiatio Salomonis dicentis: **P1γ**

*Felix uir,*

4 inquid,

*qui post aurum non abiit, qui potuit transgredi et non est transgressus et facere male et non fecit. quis est hic, ai, et conlaudabimus eum.* [Eccl. 31, 8]

5 quanta tibi permanet laus, **Ditr.**

6 si in praecepto tali profeceris! **Tγ**

1 **35** putas tibi licere quod facis, **Pγδ**

2 quod ab initio in hoc sis intentus? **(Pβγ)**

3 primo dominus generandi praeceptum posuit, *

4 sequenti uero sanctimoniam demonstrauit. **Vδ**

5 cum enim per sanctum spiritum sis renatus, **V3δε**

6 cur non intellegis **Tβγ**

7 ad sanctimoniam te esse reformatum? **TTγ**

8 qui cotidianam sanctificationem petis,

9 <cur> per cogitationes iniustas minueris? **Tγ**

10 qui corpus Christi sanctum **TTγε**

11 sine intermissione diei suscipis,

12 cur ut inlibatus ad medelam talem uenire prouocaris? **TTγ/Ditr.**

1 **36** si quae concupiueris, et uteris,

2 lege contraria insistis. **TTδ**

3 alia est enim lex mentis deuotae, **Pγ**

4 alia corporis, **Tδ**

5 sicut scriptura diuina dicit: **Ditr.**

*Video autem aliam legem,*

6 inquid,

*in membris meis expugnantem legem mentis meae et captiuitatem.* [Rom. 7, 23]

7 captiuitas enim de corpore prodit, **P1δ**

8 spes uero de spiritu. **Tγδ**

9 non quod corpus uult, faciendum est,

10 sed quod spiritus,

11 sicut scriptura dicit: **Ditr.**

*Si quod nolo, hoc facio,* [non] consentio legi. [Rom. 7, 16]

*Omnia enim tradita sunt sub potestatem hominis, sed <non> idcirco <ut> utilia sunt percipienda. omnia enim licent, sed non omnia aedificant.*

1 **37** abutenda sunt,

2 fratres dilectissimi, *

3 quae ad interitum ducunt, **Pδ**

4 et illa sunt potius requirenda, **Vδ**

5 quae ad aedificationem uitae proficiunt. **Tγ**

6 qui resurrectionem credis futuram, **Pγ**

7 cur non inter sanctos resurgere inuitaris? **Vδ**

8 qui spem promissam speras,

9 hortare

10 ut in eadem socius inueniaris. **P**
11 non sit incredula fides. **Pδ**
12 praemia quaere **Pδ**
13 et prosequere spem in caelo. **Vδεζ**
14 renosce,
15 cum habes diem operari; **TTγ**
16 nox enim finit operationem; **TT/Ditr.**
17 ne poenitentiam aliquam in nocte geras,
18 cum in die operandi fuerit potestas. **TTδ**

1 **38** si ab opere iniusto **TTδ**
2 per lauacrum uitale renouatus es, *
3 cur non et a libidine? **Tβγ**
4 memento
5 quia diaboli est adquisitionis prima deceptio. **T2γ**
6 nec ultra enim fuerat uocatio Adae, **Pδ**
7 dominus cum replendam terram praeciperet. **Tγ**
8 ceterum domini uocem inquire dicentis: **P1γ**
*<Ede> de omni ligno, quod est in paradiso dei, de ligno autem scientiae boni et mali non edes ex eo. qua die autem ederis, morte morieris.* [Gen. 2, 16. 17]

1 **39** inquire,
2 per quem mors regnauerit, *
3 per quem peccata celebrentur. **TT1$^{2}$γ**
4 liberatus es ab illa pristina morte
5 et in gratiam uitae **P1δ**
6 per Iesum Christum deuotus **Pγ**
7 et uitam aeternam consecutus. **TTγ**
8 quid illam diaboli mortem requires? **Pγ**
9 quid adinuentionibus eius, **Pδ**
10 non maximo praecepto insistes? **Pγ**
11 quasi et tu ipse potiora sentias promissa diaboli dicentis: **TTδ**
*Ede de ligno scientiae boni et mali, et aperientur oculi tui.* [Vgl. Gen. 3, 4]
12 scito
13 quia Adam hoc audiens deceptus est
14 et ob honorem sui passione Christi est liberatus, **Vγδ**
15 per quam et nos in gratiam dei uocati esse cognoscimus. aut si uincendam putas domini tui uocem,
16 quae resurrectionem maximam praesignificauit, **P**
17 quam te credidisse speras? **Ditr.**

1 **40** cum Thomas a Iudaeis lege Moysi urgeretur **TTγ**
2 proponeretque <domino> quaestionem, **Vδ**
3 negantibus futuram ressurectionem dominus ita dixit: **Vδζ**
*Filii aeui huius <nubunt et> nubuntur; filii autem illius aeui, qui digni habentur esse resurrectione a mortuis, neque nubunt neque nubuntur, sed erunt similes angelis dei, quia filii sunt resurrectionis.* [Vgl. Matth. 22, 30]

1 **41** qui ergo in illa resurrectione **Ditr.**
2 socium te futurum speras,
3 scruta et resurgentium itinera.
4 iustorum est enim resurrectio, *
5 non impiorum, **Ditr.**
6 sicut Dauid dicit **TTγε**
7 quia
*Non resurgent impii in iudicio neque peccatores in consilio iustorum; quoniam scit dominus uiam iustorum, et iter impiorum peribit.* [Ps. 1, 5. 6]
8 obsecro ergo uos,
9 fratres dilectissimi, *
10 iustorum imitatores fieri, *
11 ut et resurrectionis eorum socii sitis. **Pδ**

1 **42** mementote Pauli adlocutionem, **TT/Ditr.**
2 qui excellente uoce hortatur dicens:
*Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* [1 Cor. 11, 1]
3 si furantem tibi prohibes,
4 cur alienum furaris? **Pγ**
5 si iniuriam corporis pati uetas, **Vδζ**
6 cur eandem alii imputas? **Tδ**
7 quod tibi fieri non uis,
8 alii ne feceris.
9 noli membra Christi fornicariis subiungere,
10 sicut scriptum est: *
*Tollentes membra Christi, facientes membra meretricis.*
11 scito
12 quia hoc deus culpat, **1βδ**
13 hoc uetat,
14 <hos> a se recessuros pronuntiat. **Tγ**

1 **43** deus enim diligit eos, **Pδ**
2 qui cum sapientia sunt, **Ditr.**
3 qui castitatem post lauacrum custodiunt. **Tγ**
4 hoc est praeceptis adquiescere, *
5 hoc est deum timere. **Pγ**
*Describe,*
6 inquid,
*legem in latitudinem cordis tui. dic sapientiam sororem tuam esse, ut te liberet a muliere compta et ornata.* [Prou. Salomonis 3]
7 si enim pollicationem resurrectionis intendas, **P1γ**
8 minus est

9 quod in hoc mundo laborem adsumas. **P1γ**

1 **44** lex enim domini dura est et amara, **Vγδε**
2 <sed> amaritudinem facit, **Pδ**
3 ut dulcedinem ostendat. **TTδ**
4 nam et per Iohannem demonstrauit, **TTγ**
5 cum spiritus librum angelo sigilla soluenti traderet dicens: **P1δ**

*Accipe librum et deuora eum et amaritudinem faciet uentri tuo, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel.* [Apoc. 10, 9]

6 hoc est per os trium testium probari, **TTδ**
7 id est
8 per os patris et filii et spiritus sancti confiteri, **TTγ**
9 quod mel tribus litteris constat scribi; **Vδζ**
10 nam et fel quidem legimus tribus litteris statui. **Tδ**
11 haec est amaritudo, **P**
12 quam uentri angelus sentiebat. **V3δ**

1 **45** nam cum Tobias per angelum Sarram liberaret **TTγ**
2 et patrem ab squalido contactu inluminaret **Ditr.**
3 <et cum cetum> ad similitudinem Christi **P1δ**
4 piscis spiritaliter prosilientem reuinceret, **Tγ**
5 cuius carnem ad uictum in Christi imagine sustulerunt, **Vδ**
6 et fel ad inluminandum Tobias acciperet,
7 haec lex ostensa,
8 quae <cum> inluminat credentes, **TTδ**
9 amaritudinem facit, **Pδ**
10 sed dulcedine sanat. **Pδ**

1 **46** hortor et uos **Ditr.**
2 in illa adquiescere dulcedine,
3 fratres dilectissimi, *
4 nam et anteriori populo lac et mel ad cibum tradebatur, **TTγ**
5 quo gratia per Christi aduentum futura demonstraretur. **P**
6 qui ergo per illius gratiae dulcedinem
7 spiritum sanctum percepimus, **Tγ**
8 per ipsum spiritum et placeamus. **(Pβ)**
9 non sit post lauacrum uitale dubia fides, **Pδ**
10 sed oratio sincera et iugis; **P1γδ**
11 cotidie ad dominum ascendant petitiones, **Ditr.**
12 ut uitae . . . permaneant.

1 **47** non se dicant aliqui martyrio alienos fuisse, **Pγ**
2 cum et hoc petendi potestas data sit. *
3 dicit enim scriptura diuina **P1γ**
4 quaerentibus regnum dicens: **Vδζ**

*Petite et accipietis, pulsate et aperietur uobis, quaerite et inuenietis. omnis enim qui petit, accipit et qui quaerit, inuenit, et pulsanti aperietur.* [Matth. 7, 7. 8]

5 cum ergo data sit talis potestas, **Pγ**
6 etiamsi iam quisquam a regno uel praemio alienatus **P**
7 sperat se martyrio exterum uel alienum,
8 per orationem martyrio promptus <sit>.

1 **48** si sanctimoniam iam sequi non potuisti, **Pβ**
2 conubio ante ligatus, **Pγ**
3 uel post lauacrum uitale **Pγ**
4 redemptionem agonista imitare. **TT1$^{2}$γ**
5 si regnum tibi uenire optas, **Ditr.**
6 cur regnum refugis? *
7 si a gentilibus atque barbaris, **Ton. Äqu. 4δζ/***
8 dicam et tenebrosis uoluptatibus *
9 per passionem es redemptus, **TTγδ**
10 cur non in obsidionem diaboli **Tγ**
11 in acie sanctorum **TTδ**
12 spiritalis inueniris? **TTγ/Ditr.**
13 si Christianus iam factus <es>,
14 cur saeculi delicias atque concupiscentiam repetis? **Tδ**

1 **49** memento Pauli praedictum atque conuersationem, **Ditr./TT**
2 ut qui ante persecutor bonorum aderat, *
3 sequenti uero doctrinam spiritalem **TTγ/Ditr.**
4 demonstrat dicens:

*Et ego super modum persequebar ecclesiam dei et expugnabam. sed post<quam> placuit ei, qui in me contulit donum spiritale, continuo non consensi carni et sanguini.* [Vgl. Gal. 1, 13]

1 **50** tale opus initiatur, **P**
2 fratres dilectissimi, *
3 qui ostendit electorum itinera, **Tγ**
4 qui ducit per martyrum uiam, **Pδ**
5 de quibus locutus est spiritus sanctus **P1δ**
6 per os Dauid dicens:

*Beati inmaculati, qui in uia ambulant et in lege domini,* [Ps. 119, 1]

7 et alio loco Iohannes testatur dicens:

Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. uirgines enim sunt. hi secuntur agnum, quocumque ierit. [Apoc. 14, 4]

1 **51** hos imitemur, **Pβ**
2 qui ob sanctitatem suam
3 Christo placuerunt. **TTγ**

4 induamus charismata meliora, **Vδ**
5 religemus in nobis iustitiae sapientiam. **Vδ**
6 edentes eam adhuc esurientes inueniamur, **P**
7 potantes eam in poculis adhuc sitientes denotemur. **TTγ**
*Diligite,*
8 inquid,
*sapientiam, ut in perpetuum regnetis. quia dignos se ipsa quaerens circuit et ostendit se illis largiter et per omnem prouidentiam occurrit illis. qui uigilauerit ad illam, non laborabit. adsidentem enim illam inueniet sedibus suis. clara est enim atque numquam marcescit sapientia.* [Sap. 6, 22]
9 haec est concordatio amicorum dei,
10 haec est uictrix expugnator<is> in Christo,
11 haec est murus
12 contra bellum diaboli, **Tγ**
13 haec est scutum
14 contra ensem inimici, **TT1$^2$γ**
15 haec est introitus **Tβγ**
16 in regnum caeleste, **Pγ**
17 haec est confirmatio *
18 in sedibus electorum dei.

1 **52** audite itaque, *
2 fratres dilectissimi, *
3 et doctrinae mementote. **TTγ**
4 qui scutum spiritale portas, **Ditr.**
5 ad bellum stabilis procede, **TTδ**
6 qui arma Christi geris, **TTγε**
7 ad deprimendum hostem ingredere, **Tγ**
8 qui regnum caeleste speras, **Ditr.**
9 dum tempus est,
10 ora
11 ut in promissa dei peruenias, **Tγ**
12 qui praemia praedicta credis, **Ditr.**
13 ora,
14 ut in participationem martyrum reciteris.
15 procedite fratres, **P1δ**
16 agonistae procedite, **Tγ**
17 peruenite ad gloriam domini. **Tδ**
18 tempus est capiendi <praemia>:
19 peruenite ad deum pariter coronati. **Vδ**
20 tantum mementote tunc nostri, **P1γδ**
21 cum incipient in uos caelestia praemia declarari. **Vδ**

## 3.8 De duobus montibus/De montibus Sina et Sion

1 **I** 1 Probatio capitulorum: **P**
2 quae in scripturis deificis continentur **Vδ**
3 quae in vetere testamento **Vδ**
4 figuraliter scripta sunt **T2δζ**
5 per novum testamentum **TTγ**
6 spiritaliter intellegenda sunt, **Tζ**
7 quae per Christum in veritate adimpleta sunt. *
8 Nobis enim per Iesum Christum **Pδ**
9 spiritalis intellectus datus est *
10 ipso Iesu dicente: **Pγ**
*vobis quidem datum est intellegere sacramenta Dei, aliis autem in similitudinibus;*
11 invenimus in evangelio cata Iohannem scriptum:
*lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est.* [Joh. 1, 17]
12 Quae lex Moysi in monte Sina data est. *
13 2 Verum iterum invenimus scriptum:
*de Sion enim exiet lex, et verbum domini ab Hierusalem.* [Jes. 2, 3]
14 Quatenus hoc intellegere debemus? **TTδ**
15 utrum Sina mons
16 ubi a Deo Moysi lex data est
17 et Sion mons
18 unde lex exivit **TTγε**
19 an unum sint
20 an vero alter sit Sina mons **Tγδζ**
21 et alter sit Sion mons. **Tγδζ**
22 Invenimus enim
23 haec nomina duorum montium esse hebreice,
24 vero latina interpretatio nominum **T2δ**
25 differentiam ab invicem **Tγδ**
26 ostendens aliud esse Sina montem **TTγε**
27 et aliud montem Sion. **Vδζ**

1 **II** 1 Haec est interpretatio de hebreica in latina. **V3δε**
2 Sina mons interpretatur temptatio aeterna et odium, **Tγδ**
3 aeque et Sion interpretatur temptatio exacerbationis et speculatio. *
4 Vides ergo
5 in hebreica interpretatione
6 non sibi similare, **TTγ**
7 sed neque esse unum montem, **TTγε**
8 sed potius duo
9 invicem a se differentes **Ditr.**
10 gratia et honore, **Vδε**
11 propterea cum dicat David propheta **Pγ**
12 in psalmo primo:
*ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius adnuntians imperium eius.* [Psal. 2, 6]

13 2 Ecce quatinus montem Sion sanctum designat, **Pγ**

14 unde manifestum est *

15 montem Sion esse caelestem et spiritalem **V3γδ**

16 et Sina esse terrenum. **P1γ**

17 Nihil enim potest

18 quod in terra est *

19 esse sanctum, **Ditr.**

20 cum totus mundus

21 facta mala a diabolo sit maculatus,

22 dicente Iesum: **Pγ**

*odit me saeculum quia et ego illum, quia mala facta sunt facta illius.* [Joh. 7, 7]

23 Ex qua re

24 quicquid est in hoc saeculo terreno **TTδ**

25 sanctum esse non potest. **Pγδ**

1 **III** 1 Sion autem montem **TTγε**

2 ex prophetico dicto **P1δ**

3 constat esse sanctum et spiritalem; **Ditr.**

4 in quo monte

5 spiritus sanctus **P1δ**

6 filius Dei **Pδ**

7 rex constitutus est

8 adnuntians voluntatem et imperium Dei et patris sui; **(Pβδ)**

9 et Sina montem esse terrenum **P1γ**

10 in arida terra constitutum, **TTγ**

11 qui est in Syriam Palestinam, **Vδ**

12 ubi est terra Iudaea: **P1γ**

13 ibi est et civitas illa **P1δ**

14 interfectrix prophetarum, **TTδ**

15 ante cuius portas

16 Christus a iudaeis crucifixus est in horto, **TTγδε**

17 quae civitas dicitur Hierusalem,

18 per Esaiam prophetam **Pγ**

19 spiritali verbo execrata et derelicta **V3γδ**

20 nec inmerito. *

21 2 Et Deus ex eodem monte Sina terreno **Pγ**

22 per Moysen

23 adhuc in carne terrena primi hominis positum **Tδ**

24 populo iudaeorum **Vδ**

25 terreno et carnali **TTγδ**

26 legem a Deo accipit illis tradendam, **Pγ**

27 digitis sacris scriptam **Vδζ/1βδ**

28 in duabus tabulis lapideis

29 licet digitis sacris **Pδ**

30 tamen digitis in figura carnis,

31 quasi populo carnali et durissimo

32 sicut fuerunt tabulae lapideae durissimae

33 in quibus tabulis legem acceperunt. **TTγ**

34 3 Ideo in duabus:

35 significans ex unitatem populi dividi duas partes, **Vδζ**

36 partem quae salvatur **TTγδ**

37 et pars incredula *

38 quae perit

39 dicentem angelum ad Rebeccam **Vδε**

40 uxorem Isaac: *

*duae gentes in utero tuo sunt et duo populi de ventre tuo dividentur et populus populum superabit et maior serviet minori.* [Gen. 25, 23]

41 Vero Rebecca figuram portat ecclesiae, **T2γ**

42 sicut Isaac *

43 vir eius

44 typum in se portabat Christi.

45 Ergo cum dicit **Pγδ**

*duae gentes in utero tuo sunt,*

46 quia et de gentibus duas partes futuras designabat, **TTγ**

47 partem idolatrem perditam

48 et partem incredulam **T2γ**

49 viventem per fidem, **Pγδ**

50 hanc unam partem gentium designat **TTδ**

51 in utero ecclesiae permanere **V3δ**

52 generationem in aeternum **TTγδ**

53 in figura Rebeccae **Pγ/Ditr.**

54 et partem populi infideli iudaeorum **TTγ**

55 a ventre Rebeccae **Pγ**

56 dividi et separari **Ditr.**

57 a nativitatem ecclesia. **T2γ**

58 4 Haec fuit praefiguratio in Geneseos

59 per angelo spiritaliter adnuntiata; **Ditr.**

60 haec vero nomina eorum montium *

61 talem habent interpretationem **Ditr.**

62 in lingua latina, **TTδ**

63 demonstrans veritatem **TTγ**

64 qui sint hi duo montes Sina vel nunc Sion,

65 quod quidem post paulum dicturi sumus.

66 Ita enim hanc veritatis interpretationem probavimus **Tγ**

67 de principio generis humani venientem. **TTγ**

68 Ita enim Deus omnipotens **Tγ**

69 ab initio mundi et deinceps **TTγδ/Ditr.**

70 omni homini nascenti **Pδ**

71 de tempus et factum **P1γδ**

72 nomina a parentibus suis accipiebant; **P**

73 non quidem ex se,

74 sed a Deo mente inpulebantur, **P1**

75 qui

76 antequam fiant **P1δ**

77 quaedam praescius est futurorum,

78 quales post crementum aetatis suae
79 futuri essent
80 posteriore tempore vegeti **Tδ**
81 in nominibus hebreicis designarentur, **P**
82 quid singulis futurum esset, **Ditr.**
83 interpretatio nominum designabat veritatem; **TTγ**
84 sicuti tunc temporis in patriarchis conpletum est, **Tγζ**
85 secundum primi hominis carnem **Pδ**
86 e terrae limo esse **TTγε**
87 ex ipso protoplausto **TTγ**
88 probamus veritatem. **TTγ**

1 **IV** 1 Nomen accepit a Deo; **Pγδ**
2 hebreicum Adam in latino interpretatur **P/Ditr.**
3 terra caro facta, **TTγε**
4 eo quod ex quattuor cardinibus orbis terrarum
5 pugno conprehendit, **TTγ**
6 sicut scriptum est: *
*palmo mensus sum caelum et pugno conprehendi terram et finxi hominem ex omni limo terrae; ad imaginem Dei fecit illum.*
7 2 Oportuit
8 illum ex his quattuor cardinibus orbis terrae **Vδζ**
9 nomen ipse portare Adam.
10 Invenimus in scripturis **TTγδ**
11 per singulos cardines orbis terrae **Vδζ**
12 esse a conditore mundi **Ditr.**
13 quattuor stellas constitutas **TTγ**
14 in singulis cardinibus:
15 prima stella orientalis dicitur Anatole,
16 secunda occidentalis Dysis,
17 tertia stella aquilonis Artus, **Ditr.**
18 quarta stella meridiana dicitur Mesembrion.
19 Ex nominibus stellarum numero quattuor **Tδ**
20 de singulis stellarum nominibus **Tγ**
21 tolle singulas litteras principales, **V3δ**
22 de stella Anatole *A*,
23 de stella Dysis *D*,
24 de stella Artus *A*,
25 de stella Mesembrion *M*:
26 in his quattuor litteris cardinalibus *
27 habes nomen *ADAM*.
28 Nam et in numero certo **Pδ**
29 per quattuor litteras graecas **P1δ**
30 nomen designat αδαμ:
31 ita α *mia*,
32 δ *tessara*,
33 α *mia*,
34 μ *tessaraconta*
35 facet in numerum XLVI.
36 3 Hic numerus XLVI passionem carnis Adae designat: **Pγ**
37 Adae carnem in se figuralem Christus portabit **Pγ**
38 et eam in ligno suspendit; **Pγ**
39 quae caro dominica **Tγ**
40 a Deo patre Iesum vocita est:
41 spiritus sanctus **P1δ**
42 qui de caelo descendit Christus
43 id est
44 unctus Dei vivi **TTγε/1βδ**
45 Deo vocitus est,
46 spiritus carnis mixtus Iesus Christus. **TTγε**
47 Hic ergo numerus XLVI passionem declarat, **Pγ**
48 eo quod sexto millesimo anno **P1δ**
49 hora sexta passus, **TTγε**
50 resurgens a mortuis **Tγδ**
51 quadragesimo die in caelis ascendit; **Pγ**
52 vel quia Salomon XLVI annis templum Deo fabricaverit, *
53 in cuius templi similitudinem **T**
54 Iesus carnem suam esse dixit, **Ditr.**
55 dicentem pharisaeis: **TTγ**
*destringite fanum istud et ego in tribus diebus excitabo illum. Et pharisaei dicebant: XLVI annis aedificatum est fanum istud et hic in tribus diebus suscitabit illum? Dicebat autem Iesus fanum de corpore suo.* [Joh. 2, 19-21]

1 **V** Deinde Abel
2 filius Adae
3 nomen accepit hebreicum, **Tγ**
4 designans fratris interfectionem **TT/Ditr.**
5 et parentorum luctum.
6 Item Enoch
7 qui ante dilvuium Deo iustus conplacuit **Tγ**
8 et ideo de isto mundo
9 in carnis suae nativitate **Ditr.**
10 vivus translatus est **Tγζ**
11 in loco ubi Deus scit. *
12 Ex quo loco
13 consummationem mundi
14 innovari habet in hoc mundo, **TTγδε**
15 unde et translatus est
16 ad confundendum et revincendum antechristo: **TTγ**
17 a quo interfecti martyria sua conplebunt, **Pγ**
18 viventes in aeternum **TTγδ**
19 in saecula saeculorum. **Vδ**
20 Et ideo Enoch interpretatur innovatus. **TTγ**
21 Deinde Iob iustus,
22 qui ante diem iudicii
23 meruit voce iudicis laudari, **TTδ**

24 et ideo devicto diabolo et superato **Pβ**
25 Iob interpretatue carissimus Dei. **Pδ**
26 Atque et Abraham
27 in suam nativitatem **P**
28 a parentibus suis **Pδ**
29 Abram vocitatus est: *
30 temptatus vero a Deo, **Pγδ**
31 fidelis inventus est **T2γζ**
32 et a Deo benedictus **TTγ**
33 pater multarum gentium constitutus est. **Ton. Äqu. 4δθ/***
34 Et ideo inmutato a Deo nomine **2βδ/***
35 Abraham vocatus est:
36 interpretatur pater multorum populorum. **TTγ**

1 **VI** 1 Ecce interim de multis probationibus
2 pauca diximus, *
3 ut ad duorum montium nomina pervenientes **P**
4 interpretationes eorum montium nomina probemus **TTδ**
5 qualiter designat ad nostram instructionem, **P/Ditr.**
6 ut ex hac interpretatione nominum intellegamus **P/Ditr.**
7 montem Sina esse terrenum **P1γ**
8 et montem Sion esse caelestem; **P1γ**
9 spiritaliter interpretatur Sina temptatio aeterna et odium **Tγδ**
10 et mons Sion temptatio exacerbationis et speculatio. *
11 Ita intellegitur *
12 cum dicit
13 monte Sina temptatio aeterna et odium **Tγδ**
14 eo quod ex eo monte Moyses legem acceperit **T2γ**
15 populo durissimo et contumaci. **Ditr.**
16 Per quam legem
17 temptati a Deo aeterno **Pγ**
18 et inventi sunt
19 non posse eandem legem sustinere in perpetuum,
20 exinde Deo in odio conversi sunt.
21 Ideo in nomine montis Sina **Vδζ**
22 unde legem acceperant **T2γ**
23 interpretatio nominis designavit **Vδ**
24 populum temptatum a Deo **Pγδ**
25 et in aeterno odio esse conversos. **P1γ**
26 Ideo dicit Sina temptatio aeterna et odium. **Tγδ**
27 Invenimus enim in scripturis **TTγδ**
28 eos esse a Deo temptatos **Pγ**
29 ita positum dicente domino ad Moysen: **TTδε**
*exeat populus iste et colligant sibi diurnum in diem et temptabo eos an possint legem meam sustinere an non.*
30 Et temptati a Deo per legem **Pγδ**
31 inventi sunt ab ea lege alieni. **TT1$^{2}$γ**
32 Exinde Deo in odio aeterno conversi sunt **Tγζ**
33 et conpleta est interpretatio Sina manifesta. **TTγ**
34 2 Vero et Moysen
35 per quo eos Deus per legem temptavit, **Pγ**
36 in latino ita interpretatur similiter, **Tγ**
37 Moyses temptatio Dei et inventio, *
38 per quo temptati a Deo **Pγδ**
39 inventi sunt alieni a legis observatione, **TT**
40 ideo in aeternum Deo in odio conversi sunt.
41 Hunc odium
42 in ipso genere iudaeorum scriptum invenimus **TTγ**
43 dicente Isac de duobus filiis suis **Pδ**
44 Esau maiore et Iacob minore dicens: **Ditr.**
*Iacob dilexi, Esau autem odio habui;* [Mal. 1, 2]
*Esau vero maior pilosus fuit totus,* [Vgl. Gen. 27, 11]
45 inquit,
*quasi corium pilosum,*
46 in figura populi maioris **TTδ**
47 impietate delictorum suorum constitutus. **TTγ**
*Et Iacob fuit lenis et minor,* [Mal. 1]
48 in figura populi novellioris **P**
49 qui ex dictoaudientiam *
50 per credulitatis fidem
51 ex aspredinem saeculi **Tδ**
52 in lenitatem conversus est **Tγζ**
53 ad Christum dominum *
54 et Dei filium. **(T)2βδ/***

1 **VII** 1 Ecce probavimus per scripturarum fidem
2 maiorem populum et vetustiorem **Ditr.**
3 esse Deo in odio conversos **TTδ**
4 secundum interpretationem montis Sina dicentis *
5 temptatio aeterna et odium. **Tγδ**
6 Aeque et Sion mons ita interpretatur **P/Ditr.**
7 temptatio exacerbationis et speculatio; *
8 haec vero interpretatio latina **TTδ**
9 ligni sacri passionem designat **Pγ**
10 dicentem Salomonem **TTγ**
11 de ipsam passionem dominicam: **Tγ**
*contumelia et tormento interrogemus illum ut sciamus reverentiam illius et probemus patientiam ipsius et temptemus quae eventura sunt illi. Si enim vere filius Dei est, suscipiet illum et liberavit illum de manibus contrariorum: morte turpissima condemnemus illum. Haec cogitaverunt et erraverunt; excaecavit illos malitia ipsorum et non intellexerunt sacramentum Dei.* [Sap. 2, 19-22]

12 2 Ecce temptatores iudaeos; **Pγ**
13 item scriptum est: *
*et temptaverunt dominum in loco aquoso.*
14 Speculum vero altitudinem ligni declarat **Pγ**
15 dicentem Salomonem: **TTγ**
*posuerunt me velut custodiam pomarii,* [Sal. 2, 7]
16 eo quod in horto in ligno confixus **Pγ**
17 inter duos latrones pependit. **Pγ**
18 et de altitudine ligni **Pδ**
19 ambos speculabatur **P**
20 in figura duorum populorum malefactorum, **P**
21 gentes in saeculi mala facta iacentes **Pγ**
22 et iudaeos interfectores prophetarum. **TTγ**
23 Hi sunt duo populi malefactores **P**
24 quorum figuram in se portabant duo latrones **Pγ**
25 inter quibus pependit innocens: *
26 unus blasphemabat, **TTγ**
27 alius vero confessus est **Tγζ**
28 quia innocens iniuriam patitur. **Tδ**
29 Iesus autem ambos speculabatur **P**
30 de ligno speculatorio **T**
31 blasphemum et confessorem: **Vγδ**
32 confessorem salvauit **Pγ**
33 et blasphemum perdidit *
34 sicuti de duos populos fecit. **Pδ**

1 **VIII** 1 Persecutores derelicti **TTγ**
2 qui in aeternae mortis sententiis **Tγ**
3 sibi non crediderint, *
4 et sic de saeculo exierint, perient; **Tδ**
5 gentes vero ad se conversas
6 fidem sibi habentes **Pγ**
7 quia filius Dei est, **Tγζ**
8 salvati vivebunt **Pγ**
9 in aeterna saecula saeculorum **Vδ**
10 cum imperatorem et regem suum. **Pβδ**
11 2 Vero <in> ipsam passionem pendens in ligno **Pγδ**
12 duas partes populi prospiciens
13 speculabatur de alto ligno:
14 partem populi *
15 qui viderant virtutes eius
mirabiles et deificas, **Ton. Äqu. 4δε/***
16 patientem illum iniuriam
17 dolentes plorabant; **Pγ**
18 alii vero iudaei inridentes **TTγ**
19 de harundinem caput ei quassabant, **Pγ**
20 blasphemantes et dicentes: **TTγδ**
*ave rex iudaeorum, ubi est pater tuus? Veniat et liberet te de cruce.* [Vgl. Matth. 27, 43]
21 Exinde exacerbatus pater
22 fecit caelum patefactum, **TTγ**
23 et tonitrua facta sunt insustinibiles,
24 terra commota, **P1γ**
25 patefacta sunt sepulcra **TTγδ**
26 et corpora foras se misit, **Pγδ**
27 velum templi scissum est *
28 et a tanto fragore caeli et terrae motus
29 omnes qui stabant ante lignum **Vδζ**
30 alii dolentes
31 alii vero blasphemantes inludentes **TTγ**
32 prostrati in faciem iacuerunt **Vδ**
33 trementes tamquam mortui. *
34 3 Tunc iudaei intellexerunt **P**
35 se offendisse dominum *
36 et in luctum conversi sunt, **Tγζ**
37 et fuit exacerbatio. **T2**
38 Eo enim tempore *
39 quo in ligno confixus pependit **Pγ**
40 dies fuerunt azimorum, **TTγ**
41 qui sunt dies festi iudaeorum; **TTγ**
42 eo die metuentes **TTγ**
43 factum esse terrae motum et caeli fragorem **Pγ**
44 prostrati facie in terra **TTγδ**
45 plangentes in luctum conversi sunt **Tγζ**
46 et in ipsam suam passionem
47 conplevit propheticum dictum: **P1δ**
*et convertam dies festos eorum in luctum et cantica eorum in lamentationem.* [Amos 8, 10]
48 Ante enim cum captivi detenti essent a babylones, **Vγδ**
49 dicebant illis babylones: **TTγ**
*cantate nobis canticos de canticis Sion,* [Psal. 137, 3]
50 et iudaei
51 lamentantes captivitatem suam
52 dicebant ad babylones
53 ut diximus
54 lamentantes se:
*quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?* [Psal. 137, 4]

1 **IX** 1 Ecce quatenus completa est interpretatio montis Sion **Vδζ**
2 temptatio exacerbationis et speculatio. *
3 Unde manifestum est *
4 Sion montem ligni sacri regnum **TTγε**
5 in sanctitate iustificatum **P**
6 dicente David:
*adnuntiate regnum Dei in gentibus quia dominus regnavit de ligno* [Psal. 96, 10]
7 et transivit in gentibus; **Tγδ**

8 de quo regno ligni regalis **Pγ**

9 isdem propheta dicit: **Ditr.**

*ego autem dico vobis: constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius adnuntians imperium eius.* [Ps. 2, 6]

10 2 Quem dictum propheticum **Tγ**

11 per Pontio Pilato **TTδ**

12 in suam passionem **Ditr.**

13 pendens in ligno conplevit. **Pγ**

14 Pontius Pilatus **TTδ**

15 impulsa mente a Deo **Pγδ**

16 accepit tabulam et titulum

17 et scripsit tribus linguis **TTγε**

18 hebreicae graecae et latinae: **TTγδ**

*Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum* [Joh. 19, 19]

19 et in capite ligni **Pδ**

20 clavis tabulam cum nomen regis iudaeorum confixit **Pγ**

21 et manifestavit propheticum dictum **P1δ**

22 eo

23 quod spiritaliter mons Sion crux est

24 quae est virtus Dei **TTγδζ**

25 apostolo Paulo dicentem: **Pγ**

*crux Christi non credentibus stultitia est, credentibus autem crux virtus Dei est;* [1 Cor. 1, 18]

26 et iterum dicit: **Pδ**

*nos autem adnuntiamus vobis Christum et hunc crucifixum; iudaeis quidem scandalum gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocitis iudaeis et graecis Dei virtus et Dei sapientia.* [1 Cor. 1, 23. 24]

27 3 Verum et alius propheta declarat **P1γ**

28 lignum passionis dominicae **Tγ**

29 esse montem Sion sanctum; **TTγε**

30 in spiritu ita dicit: **Vδζ**

*quis ascendet in montem domini, et quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundo corde;* [Psal. 24, 3. 4]

31 dextra laevaque extensis clavis fixis innocentiam demonstrans,

32 ideo dicit

*innocens manibus et mundus corde. Qui non accepit in vano animam suam et non iuravit subdole proximo suo, hic accipiet benedictionem a domino et misericordiam a Deo salutare suo.* [Psal. 23, 4-6]

33 4 Omnis passio hominum in terra cadet,

34 haec sola passio crucis stantem demonstrat: **Pγ**

35 unde verum dicimus *

36 montem sanctum lignum esse passionis. **TTγ**

37 Inde

*innocens manibus et mundus corde.*

38 Hoc dicto prophetico iudaeos redarguebat **P**

39 qui Moysen praeponent Christo domino illius, **TTδ**

40 eo

41 quod Moyses

42 cum in montem Sina ascendisset **TTγ**

43 ut legem iudaeis acciperet, **Tγ**

44 innocens manibus non fuit

45 nec ore enim mundus **TTγε**

46 sed nec corde eo

47 quod aegyptium calcem percusserit in Aegyptum **Vδε**

48 et mortiferatum manibus suis eum in arena obruerit. **Tγ**

49 5 Christus autem in montem sanctum ascendit **P1γ**

50 lignum regni sui **TTγε**

51 ut moreretur a iudaeis, **TTγδ**

52 quam quod ipse aliquem hominum mortiferaret, **P**

53 nisi solum diabolum **Tγ**

54 inimicum generi humano. **TTδ**

55 Exinde ascendens in montem **Pγδ**

56 innocens et mundus corde

57 et ideo propheta dicit: **Ditr.**

*quis ascendet in montem domini et quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundus corde*

58 et cetera,

59 et declaravit

60 montem Sion sanctum esse crucem sanctam **TTγε**

61 dicente aeque propheta: **Pγ**

*de Sion exiet lex et verbum domini ab Hierusalem.* [Jes. 2, 3]

62 6 Lex christianorum **P1**

63 crux est sancta Christi filii Dei vivi **Vδζ**

64 dicente aeque propheta: **Pγ**

*lex tua in medio ventris mei.* [Ps. 40, 9]

65 Percussus in lateris ventre, **Pδ**

66 de latere sanguinis et aquam mixtus profusus afluebat, **TTγ**

67 unde sibi ecclesiam sanctam fabricavit, **TTγ**

68 in quam legem passionis suae consecrabat **TTγ**

69 dicente ipso: **Ditr.**

*qui sitit veniat et bibat; qui credit in me flumina de ventre eius fluent et erit velut lignum quod plantatum est iuxta tractus aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo.* [Vgl. Joh. 7, 37. 38]

70 Ecce verbum propheticum **Tγ**

71 fructum resurrectionis

72 die tertio spiritaliter intellegendum dicentis: **Pγ**

*de Sion enim exiet lex,*

73 hoc est
74 de ligno regali, **Pγ**
*et verbum domini ab Hierusalem* [Jes. 2, 3]
75 quae est ecclesia. **Tβγ**

1 **X** Caro ligno confixa emisit verbum dominicum dicens: **Pδ**
*Heli, heli* [Matth. 27, 46]
2 et adinpletum est propheticum spiritale ante dictum: **Ditr.**
*de Sion exiet lex et verbum domini ab Hierusalem;* [Jes. 2, 3]
3 de caelo descendentem **TTγ**
4 novam civitatem, **TTγ**
5 quadratam per quattuor evangelia, **Ton. Äqu. 4δ/***
6 habens duodecim fundamenta duodecim prophetarum **Vδ**
7 et duodecim portas duodecim apostolorum: **Ditr.**
8 per quorum adnuntiationem
9 Christi in hanc civitatem sanctam et novam introierunt, **P**
10 quae spiritalis est ecclesia.

1 **XI** Ecce probavimus **Tγ**
2 per omnium scripturarum deificarum fidem
3 duo montes Sina in terra et Sion in caelo
4 duorum testamentorum portare figuram, **Pγ**
5 veteris Sina et novi Sion;
6 ex quibus duobus montibus *
7 vide et duobus testamentis **TTγ**
8 posteriori tempore *
9 demonstratos et depalatos duos populos, **gl. Akzentfolge**
10 veterem et priorem iudaeorum **TTγ**
11 et novum et posteriorem populum christianorum;
12 iudaeos terrenos **Pγ**
13 quibus terra promissa a Deo **Pγδ**
14 acceperunt carnales **Pγ**
15 et christianos caelestes **Pγ**
16 quibus regna caelorum a Deo promissa **Pγ**
17 accepturi sunt in futuro saeculo. *
18 Caro enim christianorum spiritalis et inmortalis erit.

1 **XII** Aliam probationem veritatis scripturis positam, *
2 ex eam veritatem caelestem spiritalem **TTγ**
3 facimus figuratam comparationem **TT**
4 de huius mundi conversus. **Pγ**
5 Diximus enim
6 montis sancti Sion
7 quod lignum regalem et sacrum
8 habere interpretationem
9 de hebreico in graeco vel latino **Ditr.**
10 temptatio exacerbationis et speculatio *
11 eo
12 quod de ligno speculabatur **P**
13 ante se stantes bonos et malos. **Pγδ**

1 **XIII** Ita invenimus **TTγ**
2 ipsum salvatorem **TTγ**
3 per Salomonem speculum immaculatum patris esse dictum **TTγε/Ditr.**
4 eo
5 quod sanctus spiritus *
6 Dei filius *
7 geminatum se videat, **Tγδ**
8 pater in filio **Tγδ**
9 et filius in patre **TTδε**
10 utrosque se in se videt,
11 ideo speculus immaculatus. **P**
12 Nam et nos
13 qui illi credimus *
14 Christum in nobis tamquam in speculo videmus **TTδ**
15 ipso nos instruente et monente **TT1**$^2$**γδ**
16 in epistula Iohannis discipuli sui ad Paulum **Pγδ**
*ita me in vobis videte, quomodo quis vestrum se videt in aquam aut speculo*
17 et confirmavit salomonicum dictum **P1δ**
18 de se dicentem:
*quis est speculus immaculatus patris.* [Vgl. Sap. 7, 26]

1 **XIV** 1 Vero etiam et vitem veram se esse dixit, **Ditr.**
2 patrem suum agricolam; **Tγ**
3 si ergo Christus vitis vera, **TTγε**
4 utique constat **Pδ**
5 quia et nos
6 qui in illo credimus *
7 et ipsum induimus **Tγ**
8 sumus vitis vera **TTγε**
9 quae est vinea dominica,
10 et Christus custos vineae suae **Pδ**
11 dicentem Salomonem: **TT1**$^2$**γ**
*posuerunt me custodem in vineam.* [Cant. 1]
12 2 Invenimus vero
13 in conversus huius mundi **TTγε**
14 in similitudinem spiritalem **V3δ**
15 figuraliter esse vineam *
16 habentem dominum et possessorem suum.

17 Vero tempore maturo **TTδ**
18 prope dies vindemiarum **P**
19 ponunt in vineam **Tδ**
20 custodem puerum *
21 in alto ligno mediam vineam confixo **TTδ**
22 et in eo ligno
23 faciunt speculum quadratum **TTδ**
24 de harundinibus quassatis **TTδ**
25 et per singula latera quadraturae speculi *
26 facit caverna terna **Ditr.**
27 quae fiunt caverna duodecim; **Tγ**
28 per quam quadraturam cavernorum **TTγ/1β**
29 custos puer omnem vineam perspiciens
30 custodiat cantans **P1δ**
31 ne viator ingrediens **Tγ**
32 vineam dominicam sibi adsignatam vexet
33 vel fures uvam vineam vestigent, **TTδ**
34 quod si inportunus fur egens
35 in vineam voluerit introire **Vδ**
36 et uvam demere, *
37 illic puer sollicitus de vinea sua deintus **Pγ**
38 de speculo dat vocem **TTγε**
39 maledicens et comminans,
40 ne in vinea viator fur audeat accedere
41 dicens: **Pδ**
42 rectum ambula. *
43 Fur autem
44 timens vocem pueri *
45 sibi comminantis **TTγ/Ditr.**
46 refugit de vinea,
47 speculum videt, **Pδ**
48 vocem audit, **Ditr.**
49 puerum intus in speculo **Tγδ**
50 sibi comminantem non videt, **Pγδ**
51 timens post viam suam vadit. **TTγε**

1 **XV** 1 Hic conversus saecularis similat gratiae spiritali. **V3δ**
2 Ita est enim et in populo deifico,
3 sicut in vineam terrenam. **TTδ**
4 Vinea dominica et spiritalis plebs est christianorum **P1**
5 quae custoditur iusso Dei patris **TTγε**
6 a puero Christo
7 in ligni speculum exaltatum; **Vδ**
8 quod si viator diabolus **Tγ**
9 perambulans viam saecularem **TTγ**
10 si ausus fuerit *
11 de vinea spiritale
12 hominem
13 de plebe dominica
14 separare et vexare, **TTγδ**
15 statim a puero caeleste correptus **P1γ**
16 et spiritalibus flagris emendatus **Vδ**
17 exululans ad centesimum effugit **TTδ**
18 in locis aridis et desertis. **Vδε**
19 2 Hic est custos puer filius dominicus
20 qui vineam suam
21 sibi a patre commendatam
22 salvandam manet et reservandam.
23 De quo Esaias propheta canuit dicens: **Pδ**

*ecce puer meus filius meus dilectissimus, ponam super eum spiritum meum et iudicium gentibus nuntiabit: non clamabit neque contendet. Harundinem quassatam non confringet et lignum fumigans non conlocabit, quoadusque expellat in contentione iudicium et in nomine eius gentes credant.* [Jes. 42, 1-4]

## 3.9 De duodecim abusiuis saeculi

Praefatio
1 Duodecim abusiua sunt saeculi. **T2γδ**
2 hoc est:
3 sapiens sine operibus, **Tγ**
4 senex sine religione,
5 adulescens sine oboedientia,
6 diues sine eleemosyna,
7 femina sine pudicitia, *
8 dominus sine uirtute, **Pγ**
9 christianus contentiosus, **P**
10 pauper superbus, **Pγ**
11 rex iniquus,
12 episcopus neglegens, **T2δ**
13 plebs sine disciplina, **TTγ**
14 populus sine lege. **Vδζ**
15 sic suffocatur iustitia: **Tγ**
16 haec sunt duodecim abusiua saeculi
17 per quae saeculi rota, **Pδ**
18 si in illo fuerint, *
19 decipitur
20 et ad tartari tenebras **Tδ**
21 nullo impediente iustitiae suffragio
22 per iustum Dei iudicium rotatur. **TTδ**
Sapiens sine operibus. Tg

1 **1** Primo
2 sine bonis operibus **Tγ**
3 sapiens et praedicator si fuerit, **Tγδ**
4 qui
5 quod sermone docet,

6 actibus explere neglegit. *
7 auditores enim doctrinae dicta contemnunt, **P1γ**
8 cum praedicatoris opera
9 a praedicationis uerbis discrepare conspiciunt: **Tγ**
10 numquam enim fit efficax
praedicantis auctoritas, **T2γ**
11 nisi eam effectu operis *
12 cordi adfixerit audientis, **Vδ**
13 praesertim cum et ipse doctor, **Ditr.**
14 si in uitiorum amorem delapsus fuerit, *
15 alterius doctoris medicamentum
16 suis uulneribus adhibere paruipendat. **TTγ**
17 unde et ipse Dominus in euangelio *
18 de doctrina pariter et bono opere *
19 discipulos instruere uolens **Pδ**
20 qualem in his cautelam haberent **Pγ**
21 ammonebat dicens:
*si sal euanuerit, in quo salietur?* [Matth. 5, 13]
22 hoc est,
23 si doctor errauerit, **T2γ**
24 a quo iterum doctore emendabitur? *
*et si lumen quod in te est tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt?* [Matth. 6, 23]
25 si namque oculus a uidendi officio desiuerit,
26 quis a manu aut pede **Pγδ**
27 uel reliquo corpore *
28 illud ministerium exiget? **Tδ**
29 quapropter doctores cogitent *
30 ne ampliori uindictae subiaceant, **Tγ**
31 si plurimorum perditionis occasionem **Ditr.**
32 abundantius praestent. **P1δ**
33 nam et Salomon
34 dum multae sapientiae
transgressionem incurrit, **P1γ**
35 totius Israeliticae plebis regni dispersionem **Ditr.**
36 solo suo merito praestitit. **Tδ**
37 quibus ergo committuntur multa,
38 maiora perdunt, **Ditr.**
39 si non recte dispensauerint rectoris sui
munera, **2βδ/***
40 quae perceperunt.
41 cui enim plus committitur,
42 plus ab eo exigitur. **Tγ**
*et seruus qui domini sui uoluntatem intellegens non facit, acrioribus et grauioribus flagris uindictae uapulabit. Luc. 7, 47]*
Senex sine religione.

1 **2** Secundus abusionis gradus est, *
2 si sine religione senex esse inueniatur, **P**
3 cui
4 cum membra exterioris hominis ueterescunt, **Vδ**
5 uires animi *
6 id est
7 interioris hominis membra **Pδ**
8 incrementa roboris non capiunt.
9 plus enim omnibus *
10 religioni operam dare senibus conuenit **Tδ**
11 quos praesentis saeculi florida aetas transacta
deserit. *
12 sicut namque in lignis ipsa
reproba arbor conparet **gl. Akzentfolge/Ton. Äqu. 4δζ/***
13 quae post flores fructus optimos cultori
suo non exhibet, **Tγδ**
14 sic et in hominibus ipse reprobus est
15 quem flos iuuentutis deserit *
16 et tamen in sui corporis senectute **Vδ**
17 bonorum operum maturos
fructus proferre paruipendit.
18 quid enim stolidius fieri potest, **Pδ**
19 si mens ad perfectionem
festinare non contendat, **TTγδ**
20 quando totius corporis habitus **Tδ**
21 senectute confectus **P1γ**
22 ad interitum properat? **Tδ**
23 dum oculi caliginant,
24 auris grauiter audit, **Pδ**
25 capilli fluunt,
26 facies in palore mutatur, **P1γ**
27 dentes lassi numero minuuntur, **Vδ**
28 cutis arescit, **Pγδ**
29 flatus non suauiter olet, **Pδ**
30 pectus suffocatur, **TTγ**
31 tussis cachinnat, **Pγ**
32 genua trepidant, **Tδ**
33 talos et pedes tumor inflat: **TTγε**
34 homo interior **Tγ**
35 qui non senescit **Ditr.**
36 his omnibus adgrauatur. **Vδ**
37 et haec omnia ruituram iam iamque domum
corporis cito praenuntiant. **Tγ**
38 quid ergo superest, **Tβδ**
39 nisi ut,
40 dum huius uitae defectus adpropiat, **Tγ**
41 nihil aliud cogitare **Vδ**
42 quam quomodo futurae
aditus prospere conprehendatur
43 quisque senex appetat? *
44 iuuenibus enim incertus huius uitae
terminus instat, **Pδ**
45 senibus uero cunctis **Vδζ**

46 maturior ex hac luce recessus **Pγ**
47 [breuiter concordat]. **[TTδ]**
48 cauendae sunt ergo homini duae particulae, **Tγ**
49 quae in illius carne non ueterescunt **Pβ**
50 et totum hominem ad peccandum pertrahunt, *
51 cor uidelicet et lingua:
52 quia cor nouas semper cogitationes machinari non desinit, **Tγδ**
53 lingua inpigre loquitur **Tδ**
54 quodcumque cor machinari senserit. *
55 caueat ergo senilis aetas, **Ditr.**
56 ne istae iuuenescentes particulae **Tγ**
57 totam sibi harmoniam decipiant
58 et per res ineptas **Ditr.**
59 reliqui corporis grauitatem inludant. **P1γ**
60 unicuique namque considerandum est **Tζ**
61 quid aetate eminenti iam dignum est, **Tγδζ**
62 ut hoc agat
63 quod nec uitam nec aetatem **TTγδ**
64 nec ministerium uile reddat. **Ditr.**
Adulescens sine oboedientia.

1 **3** Tertius deinde gradus est adulescens sine oboedientia, **T**
2 quo mundus a recto rationis ordine deprauatur. **Vδ**
3 qualiter namque in senectute **1β**
4 ministrari sibi ille sperabit, **Pγ**
5 qui in adulescentia
6 senioribus oboedientiam exhibere contemnit? **P1γ**
7 unde et in prouerbio apud ueteres habetur, **TTδ**
8 quod seruiri nequeat *
9 qui prius alicui seruitutem praebere denegat. *
10 propter quod et Dominus Iesus **Pδ**
11 in temporibus suae carnis, **Vδζ**
12 dum adhuc ad legitimam aetatem doctoris non peruenit, **Tγδ**
13 oboedienter ministrationem parentibus suis exhibuit. **Tγ**
14 sicut ergo in senibus **Tγδ**
15 sobrietas et morum perfectio requiritur,
16 ita in adulescentibus
17 obsequium et subiectio et oboedientia **T**
18 rite debetur. **P1γ**
19 quapropter et in mandatis legis
20 primum in his
21 quae ad homines pertinent **Tδ**
22 patris et matris honor imperatur, **TTγ**
23 quia quamuis carnalis pater non superuixerit *
24 aut indignus fuerit, *
25 alicui tamen patri digno et uiuenti **TTγδ**
26 paternus honor
27 usque ad dignam aetatem **P1γ**
28 a filiis praebendus esse ostenditur. **T2γ**
29 quattuor etenim modis **Pδ**
30 per scripturas diuinas **Pγ**
31 patres uocantur, **Pγ**
32 hoc est
33 natura gente admonitione aetate. **P1γ**
34 de patre namque naturali **TTγ**
35 Iacob ad Laban loquitur:
*nisi timor patris mei Isaac adfuisset, tulisses omnia quae mea sunt.* [Gen. 31, 42]
36 gente uero pater dicitur, *
37 quando Dominus ad Moysen de rubo loquebatur, **TTγ**
*ego sum,*
38 inquiens,
*Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob.* [Exod. 3, 6]
39 aetate autem pariter et admonitione **TT**
40 pater dicitur, *
41 cum Moyses in cantico Deuteronomii loquitur: **Tδ**
*interroga patrem tuum, et adnuntiabit tibi* [maiores tuos, et dicent tibi]. [Deut. 32, 7]
42 quod si ergo naturalis pater superstes non fuerit **Tγδ**
43 aut indignus fuerit, *
44 admonenti tamen aut seniori
45 ab adulescentibus oboedientia praebenda erit.
46 quomodo enim honoratus in senectute apparebit, **TTγ**
47 qui disciplinae laborem **Pγ**
48 in adulescentia non sustinuerit? *
49 quodcumque etenim homo laborauerit, *
50 hoc est metet.
*omnis namque disciplina in praesenti non uidetur esse gaudii sed maeroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatio per eam reddit iustitiae.* [Heb. 12, 11]
51 sicut ergo fructus non inuenitur in arbore **Tγδ**
52 in qua pampinus aut flos prius non apparuerit,
53 sic et in senectute **1β**
54 honorem legitimum consequi non poterit
55 qui in adulescentia disciplinae alicuius exercitationibus non laborauerit. **(T)2β**
56 disciplina igitur absque oboedientia **T**
57 qualiter fieri potest? **Pδ**
58 adulescens ergo sine oboedientia **T**
59 qualiter fieri potest? **Pδ**
60 adulescens ergo sine oboedientia **T**
61 adulescens sine disciplina est: *
62 quoniam in ipsa oboedientia **T**

63 quae omnium disciplinarum mater est *
64 magna exercitatione indiget,
65 ut sui normam studii Christo Domino exhibeat
66 qui oboediens patri usque ad mortem crucis
67 ignominiam libenter sustinuit. **Tγ**

Diues sine eleemosyna.

1 **4** Quartus abusionis gradus est diues sine eleemosyna, **TT**
2 qui superflua usus sui **Vδζ**
3 quae custodienda in posterum recondit **TTδ**
4 indigentibus et nihil habentibus non distribuit: **Ton. Äqu. 4δε/***
5 per quod efficitur, *
6 ut dum in terra quaesita diligenti cura custodit, **Pγ**
7 caelestis patriae perennem thesaurum amittat. **P1γ**
8 ad quem thesaurum
9 Dominus Iesus **Pδ**
10 adulescentem diuitem *
11 qui eum de perfectione interrogauerat **T**
12 ita respondens inuitauit: **TTγ**

*si uis perfectus esse, uade uende omnia quae habes et da pauperibus, et ueni sequere me, et habebis thesaurum in caelo.* [Matth. 19, 21]

13 quem thesaurum nullus umquam hominum habere potest,
14 nisi qui pauperibus solacia praestat **Pδ**
15 aut per semet ipsum pauper est. *
16 non ergo dormiat in thesauris tuis,
17 quod pauperi prodesse potest.
18 nam diues quae congregauerit, **Ton. Äqu. 4γδ/***
19 his frui solus nequaquam poterit *
20 [quia unius hominis natura **[TTδ]**
21 multis rebus non succurit]. **[TTγδ]**
22 quid ergo stultius est
23 quam
24 propter unius hominis uictum et uestitum **TTγδ**
25 totam regni caelestis perennem iocunditatem perdere *
26 et aeternos inferni cruciatus **TTγ**
27 absque consolationis praestolatione subire? **Pγ**
28 quod ergo aliquando per necessitatem amittendum est *
29 pro aeterna remuneratione **Ditr.**
30 sponte distribuendum est. **Tζ**

*omnia enim quae uidentur temporalia sunt: quae autem non uidentur aeterna.* [2 Cor. 5, 18]

31 quamdiu namque temporales sumus
32 temporalibus temporalia deseruiunt
33 et cum hinc transierimus, **P**
34 aeternis aeterna solacia praestabuntur. **Vδ**
35 idcirco diligere non debemus ea
36 quae non semper habebimus, **Tγ**
37 praesertim cum expertem rationis auarum diuitem thesauri sui et agri **Pγδ**
38 et omnia quae habet ostendant, **Pγ**
39 qui toto cordis intuitu **Tγ**
40 illa diligit
41 quae se numquam diligunt. *
42 si enim aurum et argentum **TTγδ**
43 agros et uestimenta **Vγδ**
44 cibos et metalla **TTγδ**
45 et bruta animalia quis dilexerit, **Ton. Äqu. 4δε/***
46 haec omnia uicem sibi amoris rependere non posse **TTδε**
47 ipsa rerum natura ostendit. **P1γ**
48 quid a ratione longius est
49 quam diligere
50 quot te redamare non ualet, **Pγδ**
51 et neglegere illum **Pδ**
52 qui tuae dictioni cum dilectione omnia praebet? **Pδ**
53 propter hoc igitur non diligi mundus **P1δ**
54 sed diligi proximus a Deo praecipitur, **Tγ**
55 quia proximus uicem sui amoris potest rependere, **Tγ**
56 quod mundus minime posse non dubitatur. **Vγδ/Pβ**
57 sic etenim inimicum esse diligendum **TTγ/Ditr.**
58 Dominus imperat, **Tδ**
59 ut illa dilectio amicum illum ex inimico efficiat. **Tγ**
60 quisque ergo diues cupidus *
61 si uult aeternas habere diuitias, **Tγ**
62 distribuendo egenis
63 perdat interim non mansuras. **Vδε**
64 si enim quod diligit non uendit, **TTδε**
65 nemo emere poterit quod cupit. **TTδε**
66 auari namque ideo in iudicio
67 a rectissimo iudice **T2δ**
68 nuncupantur maledicti, **TTγ**
69 quia
70 qui praeteribant eorum habitacula *
71 non dicebant:

*benedictio Domini super uos, benediximus uobis in nomine Domini. infelices ergo sunt auari diuites qui propter res transitorias in aeternam damnationem dilabuntur, et e contrario beati sunt misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* [Ps. 128, 8]

72 felix est misericors,
73 dum in hac uirtute
74 non substantiam sed affectum Deus requirit. **Pγ**

Femina sine pudicitia.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **5** Quintus abusionis gradus est femina sine pudicitia. | * |
| 2 | sicut enim omnes mores bonos | **TTγε** |
| 3 | procurat et custodit in uiris prudentia, | **Tγ** |
| 4 | sic in feminis cunctos honestos actus | |
| 5 | nutrit et fouet et habet pudicitia. | * |
| 6 | pudicitia namque castitatem custodit, | **Pγ** |
| 7 | auaritiam refrenat, | **TTδ** |
| 8 | lites deuitat, | **Pγ** |
| 9 | iras mitigat, | * |
| 10 | libidinem occupat, | **Tδ** |
| 11 | cupiditatem temperat, | * |
| 12 | lasciuiam castigat, | **TTδ** |
| 13 | ebrietatem cauet, | |
| 14 | uerba non multiplicat, | * |
| 15 | gulae concupiscentias propurgat, | **TTδ** |
| 16 | furtum omnino damnat. | |
| 17 | quid plura? | |
| 18 | omnia uitia restringit | **TTδ** |
| 19 | et omnes uirtutes | **Tγ** |
| 20 | et quicquid | |
| 21 | coram Deo et hominibus bonis | **Pδ** |
| 22 | laudabile est nutrit. | |
| 23 | inpudica uita nec laudem ab hominibus | |
| 24 | in praesenti saeculo | * |
| 25 | nec remunerationem a Deo | **Pγδ** |
| 26 | expectat in futuro: | **TTγδ** |
| 27 | pudica uero uita | **TTγε** |
| 28 | famam bonam inter homines possidet, | **Tδ** |
| 29 | de ope futurae beatitudinis gaudet. | **P1δ** |
| 30 | praesentibus semet ipsam imitabilem facit, | **Pδ** |
| 31 | posteris memoriam amabilem relinquit. | **TTγ** |
| 32 | bonis semper moribus delectatur et consentit | **TTγδ** |
| 33 | et adsiduis scripturarum meditationibus et eloquiis | |
| 34 | animam uegetat. | **Tδ** |
| 35 | bonorum praecedentium exempla custodit | **P1γ** |
| 36 | et inseparabilia perfectis contubernia nectit. | **Pδ** |
| 37 | duobus ergo modis | **TTγε** |
| 38 | constat uerae pudicitae exercitatio, | |
| 39 | id est | |
| 40 | corporis habitu et superficie | * |
| 41 | et animi affectu interno. | **Pγ** |
| 42 | per exteriorem | |
| 43 | iuxta apostolum coram hominibus exempla, | **TTδ** |
| 44 | per interiorem modum | |
| 45 | coram Deo prouidemus opera bona. | **Pδ** |
| 46 | pudicitia namque est | **Tδζ** |
| 47 | corporis alienas res non appetere, | * |
| 48 | omnem inmunditiam deuitare, | **Vδ** |
| 49 | ante horam congruam non gustare uelle, | **Ditr.** |
| 50 | risum non excitare, | **Vγδ** |
| 51 | uerba uana et falsa non loqui, | **Pγδ** |
| 52 | habitum per omnia ordinatum | **Vδ** |
| 53 | propositoque conuenientem | **P** |
| 54 | tam capillorum | |
| 55 | quam uestium | |
| 56 | sicut decet habere, | **Pγ** |
| 57 | cum indignis contubernia non inire, | **Vδε** |
| 58 | supercilioso intuitu | **Tγ** |
| 59 | neminem aspicere, | |
| 60 | uagari oculos non permittere, | **Ton. Äqu. 4δε/*** |
| 61 | pompatico et inlecebroso gressu non incedere, | * |
| 62 | nullo inferior in incepto bono opere apparere, | **Vδ** |
| 63 | nulli contumeliam aut ruborem incutere, | **Tγ** |
| 64 | neminem blasphemare, | **Vδ** |
| 65 | senes non inridere, | **Vγδ** |
| 66 | [bonis non inuidere] | [**Vγδ**] |
| 67 | meliori non controuersari, | **P** |
| 68 | de his quae ignoras non tractare, | **TTγδ** |
| 69 | etiam quae scis non omnia proferre. | **TTδ** |
| 70 | haec cum proximis amabilem hominem reddunt, | **Pδ** |
| 71 | et Deo acceptabilem faciunt. | **Tδ** |
| 72 | pudicitia uero animae est, | |
| 73 | plus propter Dei oculos quam hominis | |
| 74 | omnia bona facere, | **Ton. Äqu. 4δζ/*** |
| 75 | appetitiones turpium cogitationum compescere, | **Tγ** |
| 76 | omnes meliores esse se aestimare, | **V3γδ** |
| 77 | nemini inuidere, | **V3δ** |
| 78 | de semet ipso nihil confidere, | **Tγ** |
| 79 | Dei semper auxilio | **Tγ** |
| 80 | res omnes committere, | **Tγ** |
| 81 | ante Dei oculos | * |
| 82 | semet ipsum constituere, | * |
| 83 | haeretica prauitate | **Vδ** |
| 84 | sensum non maculare, | **Pβ** |
| 85 | catholicis per omnia consentire, | **Vδ** |
| 86 | Deo soli adhaerere, | **TTγ** |
| 87 | castitatem internae mentis | |
| 88 | Domino Iesu Christo offerre, | **Pγ** |
| 89 | omnia coepta bona opera | * |
| 90 | mortis tantum termino finire, | **TTδ** |
| 91 | praesentes tribulationes animi fortitudine paruipendere, | **Ton. Äqu. 4δ/*** |
| 92 | in terra praeter proximos nihil amare, | **Pγ** |
| 93 | cuncti amoris in caelo thesaurum constituere | * |
| 94 | et pro omni bono actu | **TTγε** |
| 95 | mercedem in caelestibus a Deo sperare. | **Pγ** |
| 96 | pudicitia ornamentum nobilium est, | |

97 exaltatio humilium,
98 nobilitas ignobilium, **Ton. Äqu. 4δ/***
99 pulcritudo uilium, *
100 prosperitas laborantium, **Ton. Äqu. 4δ/***
101 solamen maerentium, **Tγ**
102 augmentum omnis pulcritudinis, *
103 decus religionis, **P**
104 defensio criminum, **T2δ**
105 multiplicatio meritorum, **Vδ**
106 creatoris omnium Dei amicitia. *
Dominus sine uirtute.

1 **6** Sextus abusionis gradus
2 est dominus sine uirtute, **Pγ**
3 quia nihil proficit *
4 dominandi habere potestatem, **TTγ**
5 si dominus ipse non habeat et uirtutis rigorem. **Pγ**
6 sed hic uirtutis rigor
7 non tam exercitus fortitudine, **4δ/***
8 quae et ipsa saecularibus dominis necessaria est,
9 indiget
10 quam animi interiorem fortitudinem per bonos mores exercere debet. **Ditr.**
11 saepe enim dominandi uirtus
12 per animi neglegentiam perditur, **T2δ**
13 sicut in Heli sacerdote factum fuisse comprobatur. **TTγ**
14 qui
15 dum per seueritatem iudicii **Tγ**
16 peccantes filios non coercuit, **4δε/***
17 eorum uindictae **Pγ**
18 Dominus uelut consentienti non pepercit. **TTγδ**
19 tria ergo necessaria *
20 eos qui dominantur
21 habere oportet, **Pγ**
22 terrorem scilicet et ordinationem et amorem. **TT1$^2$γδ**
23 nisi enim ametur dominus et metuatur,
24 ordinatio illius constare minime poterit. **Tδ**
25 per beneficia ergo et affabilitatem procuret **Pγ**
26 ut diligatur, **Ditr.**
27 et per iustas uindictas **Pγ**
28 non propriae iniuriae,
29 sed legis Dei
30 studeat ut metuatur.
31 propterea quoque
32 dum multi pendent in eo, **Pγδ**
33 ipse Deo adhaerere debet **Ditr.**
34 qui illum in ducatum constituit, **Tγ**
35 qui ad portanda multorum onera
36 ipsum ueluti fortiorem solidauit. **TTγ**
37 paxillus enim
38 nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhaereat, **Tγ**
39 omne quod in eo pendet
40 cito labitur *
41 et ipse solutus a rigore suae firmitatis **Ditr.**
42 cum oneribus ad terram delabitur: **Tγ**
43 sic et princeps
44 nisi suo conditori pertinaciter adhaeserit,
45 et ipse
46 et omnis qui ei consentit **Pγ**
47 cito deperit.
48 quidam namque per dominandi officium **Tγ**
49 solidius Deo adpropinquant, **TTγ**
50 quidam
51 inposito sibi dignitatis honore **Pγ**
52 deteriores fiunt.
53 Moyses enim
54 accepto ducatu **Pγ**
55 familiarius Dei locutionibus utebatur: **Vδ**
56 Saul uero
57 filius Cis **Ditr.**
58 postquam sceptra regni suscepit, **Pγ**
59 per inoboedientiae superbiam
60 Deum offendit. **Pγ**
61 rex Salomon
62 postquam patris sui Dauid sedem optinuit, **Tγ**
63 Deus illum
64 ultra omnes mortales **Pγ**
65 uelut ad innumerosi populi gubernationem **TT**
66 sapientiae munere donauit: **TTδ**
67 e contrario uero Hieroboam
68 seruus Salomonis, **TTγ**
69 postquam regni domus Dauid partem accepit, **P1γ**
70 ad idolorum cultum
71 decem tribus Israel
72 quae erant in parte Samariae **TTγ**
73 adtraxit.
74 per quae exempla euidenter ostenditur **T2γ**
75 quosdam in sublimiori statu
76 ad maiorem perfectionem crescere, *
77 quosdam uero per supercilium dominationis **Ditr.**
78 ad deteriora defluere. **Tγ**
79 per quod utrumque intellegitur *
80 eos
81 qui ad meliora conscendunt **P1γ**
82 per uirtutem animi *
83 et Dei auxilium **Tγ**
84 posse id facere **Tγδ**
85 et eos
86 qui ad deteriora deuertunt **P1γ**

87 per mentis inbecillitatem pariter et neglegentiam errare. **TTδ**
88 unde dominus absque uirtute fieri non debet, **TTδε**
89 quam uirtutem sine Dei auxilio nullatenus habet. **Pδ**
90 qui etenim multa tuetur, **Pγ**
91 si non habet fortitudinem, *****
92 non ualet id agere, **Tγδ**
93 quoniam magna magnis infestationibus et aduersitatibus solent laborare. **TTγ**
94 omnis igitur qui praeest **TTδε**
95 hoc primitus animi tota intentione procuret, **P1γ**
96 ut per omnia
97 de Domini adiutorio **Ton. Äqu. 4δ/***
98 omnino non dubitet. **Tγδ**
99 si namque coeperit *****
100 in actibus suis **Pδ**
101 auxiliatorem habere dominum dominorum, **Vδ**
102 nullus hominum *****
103 contemptui habere poterit eius dominatum. **TTγ**
*non est enim potestas nisi a Deo.* [Rom. 13]
104 ipse eleuat de stercore egenum **TTδ**
105 et sedere facit
106 cum principibus populi sui, **Pδ**
107 deponit potentes de sede **Pγδ**
108 et exaltat humiles, *****
109 ut subditus fiat omnis mundus Deo **TTγε**
110 et egeat gloria Dei. **Pδ**
Christianus contentiosus.

1 **7** Septimus abusionis gradus
2 est Christianus contentiosus, **Ditr.**
3 qui cum participationem nominis Christi **P1δ**
4 per fidem et baptismum suscepit, **Pγ**
5 contra Christi dicta et propositum
6 mundi caduca delectamenta diligit. *****
7 omne enim quod contenditur *****
8 aut propter propriam eius rei dilectionem **P**
9 de qua agitur
10 aut propter alterius amorem **Pγ**
11 quae sub odiosa specie latet appetitur. **Tγ**
12 quemadmodum uerbi gratia bellum animoso conpugnantium conflictu **TTδ**
13 cum odiosa res sit, **Ditr.**
14 propter amorem uictoriae et libertatis peragitur, **Tγ**
15 et multae aliae dilectae species *****
16 sub odioso labore uel formidine
17 satis contentiose expetuntur. **TTγ**
18 unde patenter intellegitur *****
19 nihil contendi, **Pγ**
20 nisi propter dilectionem subsequentem **TTγ**
21 scilicet amabilem remunerationem.
22 qui igitur mundum praesentem ex quacumque causa contendit, **Pγ**
23 perspicue ostenditur mundum diligere, **Tγ**
24 quod per Iohannem
25 spiritus sancti sermones interdicunt, **TTγ**
26 quibus ait:
*nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt?* [1 Joh. 2, 15]
27 mundi enim amor et Dei **Pγδ**
28 pariter in uno corde cohabitare non possunt, **P1γδ**
29 quemadmodum oculi caelum pariter et terram **TTδε**
30 nequaquam conspiciunt. **Tγ**
31 sed requirendum est, *****
32 si uere in mundo aliquid sit
33 quod amari debeat *****
34 et quis sit ille mundus **Ditr.**
35 quem diligi diuina eloquia uetant. **Pδ**
36 terra ergo **Ditr.**
37 cum nascentibus ex ea et metallis et animantibus *****
38 et pulcritudine uestium **Tδ**
39 et oblectationibus ciborum **TTδ**
40 et his
41 quae ad haec pertinent
42 non diligi praecipitur, **Tγ**
43 sed proximus
44 propter quem haec omnia facta sunt **Tδζ**
45 amari iubetur. **Pγ**
46 haec enim omnia praedicta **TTδ**
47 uelut non mansuri regis coheredes **TTγ**
48 semet ipsos licenter inuicem diligunt. **T2δ**
49 quod ergo semper in mundo non manet **Pγδ**
50 et cum mundo pariter deficiet
51 et ipse mundus non amari imperatur: **TTγ**
52 proximus autem **Pδ**
53 qui est pars regni caelestis in terra **P1γδ**
54 interim a regni caelorum appetitoribus **T**
55 non incongrue amatur, **TTδ**
56 dum in summa illa patria *****
57 in aeternum coheres habebitur. **Tγ**
58 propterea uero mundus praesens non diligi imperatur, **V3δ**
59 ne a Dei dilectione alienus **TT1**$^{2}$**γ**
60 saeculi dilector quisque efficiatur. **P**
61 non ergo debet contendi **Pγ**
62 quod non licet amari. **Pγ**
63 igitur Christianus **Vδ**
64 qui nominis Christi similitudinem tenet **Pδ**
65 morum quoque similitudinem habere debet. **Ditr.**

66 Christianus enim recte nemo dicitur, *
67 nisi qui Christo moribus coaequatur. **Vδ**
68 de Christo uero per prophetam ita describitur: **Tγ**
*ecce puer meus quem elegi, electus meus,*
*conplacuit sibi in illo anima mea:*
*ponam spiritum meum super eum. non*
*contendet neque clamabit neque audiet*
*aliquis in plateis uocem eius.* [Is. 42, 1]
69 ecce Christus non contendit **TTγδ**
70 neque clamauit: **Pγ**
*et tu si morum Christi similitudinem*
*retinere cupis, ne contendas,*
71 ne abusiuus in ecclesia Christianus existas. **P1γ**
72 suis enim sectatoribus Christus praecepit: **Pγ**
*nolite uocari Rabbi: unus est enim magister*
*uester, qui est Christus: et patrem nolite*
*uocare super terram: unus est enim*
*pater uester qui in caelis est. omnes*
*enim uos fratres estis.* [Matth. 23, 8]
73 quibus ad supplicandum imperauit dicere:
*pater noster qui in caelis es*
*sanctificetur nomen tuum.* [Matth. 6, 9]
74 frustra ergo patrem contendit in terra **P1γδ**
75 qui patrem et patriam profitetur
habere se in caelo: **TTγδε**
76 cuius possessor nemo efficitur, **Tγ**
77 nisi qui de terrenae patriae contentione **Ditr.**
78 securus habetur. **Pγ**
Pauper superbus.

1 **8** Octauus abusionis gradus
2 est pauper superbus, **Pγ**
3 qui
4 nihil habens
5 in superbiam extollitur,
6 cum e contrario diuitibus saeculi **Tδ**
7 non superbe sapere per apostolum imperetur. **Vδ**
8 quid ergo stolidius fieri potest **Pδ**
9 quam illum
10 qui per infimam miseriam
11 uelut in terram abiectus **P1γ**
12 extremus et humilis **Tγδ**
13 incedere et contristari debuerat **Tγ**
14 supercilioso superbiae tumore inflatam mentem
15 contra Deum erigere? **Tγ**
16 per quod uitium lapsi corruerunt **TTγ**
17 qui summo caeli
conditi erant culmine. **Ton. Äqu. 4δζ/***
18 quid ergo uult quasi potens in terra superbire, **TTγ**
19 qui prae omnibus hominibus
20 debuerat humilis apparere? **Vδ**
21 sed ne de paupertate sua tristitiam habeant, **Tδ**
22 quid a Deo accepturi sunt
23 pauperes adtendant: **TTδ**
24 ipse etenim inquit: **Pδ**
*beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est*
*regnum caelorum.* [Matth. 5, 5]
25 recta namque dispensatione **Ditr.**
26 misericors caeli regnum illis committit **Pγ**
27 quibus regni terrarum participationem **Ditr.**
28 [inter mortales] abstulit,
29 ut ipse diues in caeli sede appareat **T2γ**
30 qui in terra penitus nihil procurat. **Pγ**
31 cauendum uero pauperibus est,
32 ne
33 dum per necessitatem
terrae regnum perdunt, **TTγε**
34 per mentis imprudentiam *
35 etiam caelorum regna amittant. **P1γ**
36 cum enim Dei dispensatione **Ditr.**
37 paupertatem necessariam acceperint,
38 in ipsorum arbitrio pendet **Pδ**
39 utrum pauperes spiritu sint. **Ditr.**
40 non enim quibuscumque pauperibus **Tγ**
41 caeli regna promittuntur, **TTγ**
42 sed his tantummodo
43 quibus diuitiarum inopiam **Tγ**
44 animorum humilitas comitatur. **Vδ**
45 pauper enim humilis *
46 pauper spiritu appellatur, **Vδ**
47 qui cum egenus foris cernitur, *
48 numquam in superbiam eleuatur: **Vδ**
49 quoniam ad petenda regna caelorum **P1γ**
50 plus ualet mentis humilitas **Tγ**
51 quam praesentium diuitiarum
temporalis paupertas. **Pγ**
52 etenim humiles **Tδ**
53 qui bene diuitias possessas habent
54 possunt pauperes spiritu appellari, **Vδ**
55 et superbos nihil habentes **Pγ**
56 haud dubium est
57 beatitudine paupertatis priuari. **Pγ**
58 de quibus utrisque sancta scriptura ita loquitur: *
*est quasi diues, cum nihil habeat et est quasi*
*pauper, cum in multis diuitiis sit.* [Prou. 13, 7]
59 quasi diues est pauper **P1γδ**
60 superbus mentis affectu **P1γ**
61 et quasi pauper est diues **P1γδ**
62 mentis humilitate. **P**
63 diues ergo inopia est mentis humilitas **Tγ**
64 et ineptae diuitiae sunt animorum inormitas. **Tγ**
65 prouidendum ergo est pauperibus,
66 ut semet ipsos quales sint intellegant

67 et

68 quod rebus consequi non ualent **(T)2δε**

69 mentis tumore superbire desistant. **P1γ**

Rex iniquus.

1 **9** Nonus abusionis gradus est rex iniquus. **Vγδε**

2 etenim regem non iniquum **TTγδ**

3 sed correctorem iniquorum esse oportet. **Pγ**

4 unde in semet ipso nominis sui dignitatem custodire debet: **Ditr.**

5 nomen enim regis intellectualiter hoc retinet,

6 ut subiectis omnibus rectoris officium procuret. **TTδ**

7 sed qualiter alios corrigere poterit **Tδ**

8 qui proprios mores

9 ne iniqui sint

10 non corrigit?

11 quoniam iustitia regis exaltatur solium *

12 et ueritate solidantur gubernacula populorum. **Vδ**

13 iustitia uero regis est *

14 neminem iniuste per potentiam opprimere,

15 sine acceptione personarum **TTγ**

16 inter uirum et proximum suum iudicare, **TTγ**

17 aduenis et pupillis et uiduis defensorem esse, **Ditr.**

18 furta cohibere, **TT1$^2$γ**

19 adulteria punire, **TTδ**

20 iniquos non exaltare,

21 inpudicos et histriones non nutrire, **TTγδ**

22 impios de terra perdere, *

23 parricidas et periurantes uiuere non sinere,

24 ecclesias defendere,

25 pauperes eleemosynis alere, **Tδ**

26 iustos super regni negotia constituere, **Ton. Äqu. 4δ/***

27 senes et sapientes et sobrios consiliarios habere, **TTδ**

28 magorum et ariolorum pythoniassarumque superstitionibus non intendere, **Ton. Äqu. 4δε/***

29 iracundiam differre, **TTδ**

30 patriam fortiter et iuste contra aduersarios defendere,

31 per omnia in Deo uiuere, **(T)2βδ/***

32 prosperitatibus non eleuare animum, *

33 cuncta aduersa patienter ferre

34 fidem catholicam in Deum habere, **Pγ**

35 filios suos non sinere impie agere, **Tδ**

36 certis horis orationibus insistere,

37 ante hostes congruas non gustare cibum.

*uae enim terrae, cuius rex est puer et cuius principes mane comedunt.* [Eccle. 10, 10]

38 haec regni prosperitatem in praesenti faciunt *

39 et regem ad caelestia regna meliora perducunt. **P1γ**

40 qui uero regnum secundum hanc legem non dispensat, **TTγδ**

41 multas nimirum aduersitates imperii tolerat. **Tδ**

42 idcirco enim saepe pax populorum rumpitur

43 et offendicula etiam de regno suscitantur, **TTγ**

44 terrarum quoque fructus diminuuntur **P**

45 et seruitia populorum praepediuntur, **P**

46 multi etiam dolores **TTδ**

47 prosperitatem regni inficiunt, **Tγ**

48 carorum et liberorum mortes

49 tristitiam conferunt, **Tδ**

50 hostium incursus **TTδ**

51 prouincias undique uastant, **Pδ**

52 bestiae armentorum et pecorum greges dilacerant, **Tγ**

53 tempestates ueris et hiemis **Tγδ**

54 terrarum fecunditatem et maris ministeria prohibent, **Tδ**

55 et aliquando fulminum ictus **Pδ**

56 segetes et arborum flores et pampinos exurunt. **TTδ**

57 super omnia uero **Pδ**

58 regis iniustitia non solum praesentis imperii faciem fuscat **Pδ**

59 sed etiam filios suos et nepotes, **TTγδ**

60 ne post se regni hereditatem teneant, obscurat. **TTδ**

61 propter piaculum enim Salomonis **TTγ**

62 regnum domus Israel *

63 Dominus de manibus filiorum eius dispersit. **Pγ**

64 et propter iustitiam Dauid regis **Vδζ**

65 lucernam de semine eius semper in Hierusalem reliquit.

66 ecce quantum iustitia regis saeculo ualeat, **Tδ**

67 intuentibus perspicue patet. **Pδ**

68 pax populorum est,

69 tutamentum patriae,

70 inmunitas plebis, **P1δ**

71 munimentum gentis,

72 cura languorum, **TTγ/Ditr.**

73 gaudium hominum, **Tδ**

74 temperies aeris, **Pδ**

75 serenitas maris, **Pδ**

76 terrae fecunditas, **Tγ**

77 solacium pauperum, **T2δ**

78 hereditas filiorum **V3δ**

79 et sibimet ipsi spes futurae beatitudinis.

80 attamen sciat **Pδ**

81 quod sicut throno hominum *

82 primus constitutus est, *

83 sic et in poenis, **P1βγδ**

84 si iustitiam non fecerit,
85 primatum habiturus est. *
86 omnes namque quoscumque peccatores **TTγ**
87 sub se in praesenti habuit, *
88 supra se modo plagali in illa poena habebit. **Pγ**
Episcopus neglegens.

1 **10** Decimus abusionis gradus
2 est episcopus neglegens, **Tδ**
3 qui gradus sui honorem **Pγ/Ditr.**
4 inter homines requirit, **TTδ**
5 sed ministerii sui dignitatem coram Deo, **TTγε**
6 pro quo legationem fungitur, non custodit. **Vδε**
7 primum namque ab episcopo
8 quid sui nominis dignitas tenet inquiratur: **TTγ**
9 quoniam episcopus
10 cum Graecum nomen sit, *
11 speculator interpretatur. **P/Ditr.**
12 quare uero speculator ponitur *
13 et quid a speculatore requiritur **Tγ**
14 Dominus ipse denudat, **P1γ**
15 cum sub Ezechielis prophetae persona **Pγ**
16 episcopo officii sui rationem denuntiat, **Tγ**
17 ita inquiens:
*speculatorem dedi te domui Israel. audiens ergo ex ore meo sermonem adnuntiabis eis ex me. si autem uideris gladium uenientem et tu non adnuntiaueris ut reuertatur impius a uia sua, ipse quidem impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. si autem tu adnuntiaueris et ille non fuerit reuersus, ipse quidem in iniquitate morietur, sed tu animam tuam liberasti.* [Ezech. 3, 17]
18 decet ergo episcopum **Tγ**
19 qui ominum speculator positus est
20 peccata diligenter intendere **T2γ**
21 et postquam adtenderit, **T2γ**
22 sermone si poterit et actu corrigere **Tγ**
23 et si non poterit
24 iuxta euangelii regulam **Tδ**
25 scelerum operarios declinare: **Vδ**
*si enim,*
26 inquit in euangelio,
*peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te et ipsum solum. si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos testes, ut in ore duorum testium uel trium stet omne uerbum: si illos non audierit, dic ecclesiae: si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* [Matth. 18, 15]
27 tali ordine expellendus est **Ton. Äqu. 4δθ/***
28 qui cuicumque doctori uel episcopo adhaerere noluerit. **Tγ**
29 et qui tali ordine expulsus fuerit *
30 ab alio aliquo doctore siue episcopo **Tγ**
31 recipi non debet. **TTδε**
32 de sacerdote in lege scribitur: *
*uiduam aut repudiatam non accipiet uxorem.* [Leuit. 21, 7]
33 qui ergo excommunicatum a catholico illo non permittente recipit *
34 contra scripturae statuta agit
35 ac iura sancti sacerdotii, *
36 in quod Christianorum genus electum est, excedit. **TTγδ**
37 hac ratione
38 episcopum ad eos **TTδε**
39 quibus in speculatione positus est
40 esse oportet. **Pγ**
41 ceterum uero **P1δ**
42 qualis in semet ipso esse debeat *
43 Paulus apostolus exponit, **TTδ**
44 ut ad gradum episcopi ueniens **Tδ**
45 sit sobrius prudens castus sapiens modestus hospitalis, **TTγ**
46 filios habens subditos *
47 cum omni castitate, **TTγ**
48 testimonium habens bonum ab his
49 qui foris sunt,
50 praeferens doctrinarum fidelem sermonem, **Pγ**
51 ante episcopatum non plus quam unam habens uxorem. **Pγ**
52 non percussor,
53 non bilinguis,
54 non ebriosus, **Ditr.**
55 non neophytus,
56 ut per haec ipse prius ostendat in opere **Tγδ**
57 quod alios docet in sermone doctrinae. **P1γ**
58 caueant ergo neglegentes episcopi, **Tγ**
59 quod in tempore uindictae Dominus per prophetam conqueritur: **Tγ**
*pastores muti demoliti sunt populum meum, et non pascebant pastores gregem meum, sed pascebant pastores semet ipsos,* [Ezech. 34, 8]
60 sed potius procurent hi
61 in quod eos constituit Dominus **Tδ**
62 supra familiam suam **Pδ**
63 dare illis cibum **TTγε**
64 in tempore suo **Pδ**
65 mensuram tritici, *
66 puram scilicet et probatam doctrinam, **Pγ**
67 quatenus ueniente Domino mereantur audire: **P1γ**
*euge serue bone et fidelis, quia supra pauca fidelis fuisti supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.* [Matth. 25, 23]

Plebs sine disciplina.

1 **11** Vndecimus abusionis gradus est plebs sine disciplina: **TTγ**
2 quae dum disciplinae exercitationibus non seruit, **TTδε**
3 communi se perditionis laqueo constringit: **TTδ**
4 iram etenim domini **Tδ**
5 absque disciplinae rigore non euadit. **TTγδ**
6 atque idcirco psalmistae uocibus *****
7 indisciplinatae plebi praedicatur: **TTγ**
*adprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus.* [Psal. 2, 12]
8 disciplina uero est morum ordinata correctio **T2γ**
9 et maiorum praecedentium regularum obseruatio. *****
10 de qua disciplina **Ditr.**
11 Paulus apostolus ita loquitur dicens: **Pδ**
*in disciplina perseuerate: tamquam filiis uobis offert se Deus. quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri et non filii estis.* [Hebr. 12, 8]
12 qui ergo adulteri et sine disciplina sunt,
13 et caelestis regni hereditatem non capiunt: **Tγδ**
14 filii autem paternae disciplinae correctiones ferunt
15 et hereditatem quandoque recipere posse non desperant. **TTγδ**
16 de qua etiam disciplina **Vδ/Ditr.**
17 Esaias eidem indisciplinatae plebi praedicat dicens: **P1δ**
*quiescite agere peruerse, discite bene facere.* [Isa. 1, 16]
18 et ad eandem psalmista **Pγ**
19 consona uoce **P1δ**
20 compsallit dicens:
*declina a malo et fac bonum.* [Psal. 23, 15]
21 infelix ergo est
22 qui abicit disciplinam. **Vδ**
23 audet enim extra milites aliquid, **Tδ**
24 qui
25 Dominum crucifigentes **P**
26 non consciderunt tunicam, *****
27 qui ecclesiae Christi scindit disciplinam. **TTγ**
28 sicut enim tunica totum corpus praeter caput tegitur, *****
29 ita disciplina omnibus in ecclesia est praeter Christum.
30 qui ergo ecclesiae sub disciplina est
31 protegitur et ornatur. **Vδε**
32 ipsa uero tunica contexta desuper fuerat per totum, **TTδε**
33 quia eadem ecclesiae disciplina **V3δ**
34 a Domino de caelo tribuitur et integratur. **Ditr.**
35 de qua Dominus
36 cum ad patrem ascendisset, **TTγ**
37 postquam resurrexit a mortuis, **T2γδ**
38 ad apostolos suos loquebatur: **TTγ/1β**
*uos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini uirtute ab excelso.* [Luc. 24, 49]
39 tunica ergo corporis Christi
40 disciplina ecclesiae est: **Ditr.**
41 qui autem extra disciplinam est
42 alienus est a corpore Christi. **Pδ**
*non scindamus igitur illam, sed sortiamur de illa,* [Joh. 19, 24]
43 non soluamus quicquam de mandatis Christi,
44 sed unusquisque
45 in quo uocatus est
46 in eo permaneat apud Deum. **Vδζ**
Populus sine lege.

1 **12** Duodecimus abusionis gradus
2 est populus sine lege, **Vδζ**
3 qui
4 dum Dei dicta et legum scita contemnit **P1γ**
5 per diuersas errorum uias
6 eundem perditionis laqueum incurrit. **TTδ**
7 de quibus uiis
8 sub persona praeuaricatoris populi *****
9 humanum genus propheta ita deplangit: **Pγ**
*nos autem sicut oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit.* [Isa. 53, 6]
10 de quibus etiam eadem sapientia loquitur per Salomonem:
*multae uiae uidentur hominibus rectae, et nouissimae earum ducunt ad mortem.* [Prou. 14, 12]
11 quae utique multae perditionis uiae tunc inceduntur,
12 cum una regalis uia
13 lex Dei uidelicet, **Tγ**
14 quae neque ad dexteram neque ad sinistram declinat, **Pγ**
15 per neglegentiam deseritur.
16 de qua scilicet uia **Pδ**
17 Dominus Christus **Pδ**
18 qui est finis legis **TTβγε**
19 ad iustitiam omni credenti denuntiat: **Tγ**
*ego sum uia et ueritas et uita: nemo uenit ad patrem nisi per me.* [Joh. 14, 6]
20 ad quam uiam
21 omnes homines communiter inuitat dicens:
*uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. quia non est personarum acceptio apud Deum.* [Matth. 11, 28]

22 ubi non est Iudaeus et Graecus, **P1γδ**
23 masculus et femina,
24 seruus et liber, **Pγδ**
25 barbarus et Scytha, **TTδε**
26 sed omnia in omnibus Christus: **P1δ**
27 omnes enim unum sunt in Christo Iesu. **Pγ**
28 dum ergo Christus finis est legis, **P1γδ**
29 qui sine lege sunt *
30 sine Christo fiunt. **TTγε**
31 igitur populus sine lege **Vδζ**
32 populus sine Christo est. *
33 abusiuum ergo in temporibus euangelii **Ton. Äqu. 4δ/***
34 populum fieri sine Christo, **Vδζ**
35 quando apostolis in cunctas gentes
36 licentia praedicationis data est, *
37 quando tonitruum euangelii **Ton. Äqu. 4δ/***
38 per cunctas saeculi partes intonuit, **Tγ**
39 quando gentes
40 quae non sectabantur iustitiam **Tγ**
41 adprehenderunt iustitiam, **Tγ**
42 quando
43 qui longe fuerunt **Pγ**
44 facti sunt prope in sanguine Christi, **Pδ**
45 qui aliquando non populus, **Tγδ**
46 nunc autem populus sanctus in Christo, **P1γδ**
47 quando est tempus acceptabile *
48 et dies salutis **Pγ**
49 et tempora refrigerii **Ton. Äqu. 4δ/***
50 in conspectu altissimi, **Tγ**
51 quando unaquaeque gens habet testem resurrectionis, **TT/Ditr.**
52 quando protestatur Dominus: *
*ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* [Matth. 28, 20]
53 non fiamus ergo sine Christo **TTγε**
54 in hoc tempore transitorio, **Ton. Äqu. 4δ/***
55 ne sine nobis Christus esse incipiat in futuro. **Vδε**

## 3.10 De duplici martyrio

1 **1** Multifariam multisque modis ago gratias, *
2 Fortunate mihi in Domino carissime,
3 diuinae benignitati, **TTγ**
4 quod et tuam pietatem excitauit **TTγ**
5 ad exstimulandum officium meum, **Pδ**
6 ut unico libello **TTδ/Ditr.**
7 commilitionibus nostris **P1δ**
8 materiam subministrarem, **P1**
9 unde sibi gratia spiritus opitulante **P**
10 munimenta telaque fabricarentur **P**
11 aduersus persecutionum incursus, **P1γ**
12 et mihi quod petebas conanti **Pγ**
13 non dedignata est adesse, **TTγδ**
14 et quod utriusque nostrum operam non passa est esse sterilem, **Ton. Äqu. 4γδζ/***
15 hoc est
16 quod mei Fortunati pium desiderium *
17 bene fortunauit, **TTγ**
18 et ministri sui officium **Tγ**
19 uoluit esse gregis sui beneficium. *
20 scribis enim
21 ex eo libro **gl. Akzentfolge**
22 multum roboris et alacritatis accessisse strenuis, *
23 timidioribus autem et infirmis **TTγδ**
24 tantum animorum esse additum, *
25 ut ex his quoque per Dei gratiam *
26 certam uictoriam nobis promittere debeamus. **Vδ**
27 eo que libentius obtemperaui posterioribus tuis litteris, **Ton. Äqu. 4δζ/***
28 quibus orat tua caritas, *
29 ut quoniam hoc auspiciis Domini nostri **Pδ**
30 Iesu Christi **Pδ**
31 bene successit, **Pγ**
32 addam uolumen alterum *
33 de duplici martyrii genere: **Tδ**
34 quorum unum exhibetur **TTγ**
35 cum saeuit tortorum immanitas, **T2γ**
36 alterum occultius quidem est, **Tδζ**
37 sed nihilominus fortem animum postulat **Tδ**
38 multaque diuinitus armatura communitum. **TTγ**
39 utinam et hoc munus Christi
40 spiritus per me fratribus et commilitonibus nostris **P1δ**
41 largiri dignetur **Pγ**
42 et quod dederit bene prosperare. **TTγ**
43 quemadmodum enim nihil sanctum **TTγε**
44 nisi illo sanctificante, **P**
45 nihil potens
46 nisi illo corroborante: **P**
47 ita nihil felix, **TTγε**
48 nihil auspicatum **TTγ**
49 nisi illo prosperante. **TTγ**
50 sane et uestris precibus *
51 et Domini bonitate fretus aggrediar. **Tγ**

1 **2** Martyr,
2 ut iis quoque notum est *
3 qui Graece nesciunt, **gl. Akzentfolge**
4 testem sonat.
5 quamquam autem **Ditr.**
6 post exortam euangelicae ueritatis lucem

7 ecclesiastica consuetudo **P1**
8 cognominis huius honorem **Pγ**
9 proprie tribueret iis **Pδ**
10 qui in tormentis usque ad mortem perdurarunt **TTγ**
11 in professione nominis Iesu Christi **Vδζ**
12 et euangelicum instrumentum **Vδ**
13 sanguine suo uelut obsignarunt
14 apud incredulos: **Tγ**
15 omnis tamen piorum uita
16 testimonium reddit Deo, **Vδζ**
17 non quod ille cuiusquam egeat testimonio, **Ton. Äqu. 4δ/***
18 qui ex se fons est aeternae gloriae, *
19 ut nec ullis hominum honoribus fieri possit honoratior *
20 nec ullis mortalium ignominiis obscurior:
21 sed tamen ita uisum est aeterno illius diuinoque consilio, **Tγ**
22 ut suam bonitatem sapientiam ac potentiam **4δε**
23 apud homines per homines uelit illustrari, **TTγ**
24 sicut mundum gubernari uoluit per angelos,
25 cum angelorum ministerio non egeat,
26 multa que hominibus per homines largiatur, **Vδ**
27 quae per se dare poterat, **(Tβδ)/***
28 qui quidquid uult nutu potest
29 et cui uoluisse fecisse est. **T2γζ**
30 et quamquam
31 ut dixi
32 ad illam ineffabilem maiestatem **Vδ**
33 nulla pertingit ignominia, *
34 tamen in scripturis ita loquitur, *
35 quasi per nos honoretur **(P)1β**
36 uel ignominia afficiatur. **P**
37 nam in Deuteronomio
38 cum Moyse expostulat,
39 quod apud populum *
40 ob laticis penuriam murmurantem **V3δ**
41 in Cades deserti Sin ad aquas contradictionis **TT**
42 non sanctificarit ipsum inter filios Israel, **T2δ**
43 et ob hanc offensam
44 non est illi nec Aaroni datum
45 ingredi terram promissam **Pγ**
46 ac tot annis exspectatam, **TTγ**
47 sed tantum e montis uertice procul aspicere licuit. **Tδ**

1 **3** Porro quod dictum est sanctificare pro glorificare,
2 qui litteras Hebraeorum callent,
3 affirmant esse sermonis illius proprietatem.
4 quod ipsum tamen ex aliis scripturarum locis
5 liquere potest,
6 si minus illorum testimonio fidimus, **T2δ**
7 quandoquidem et in oratione dominica **Tγ**
*sanctificetur nomen tuum* [Matth. 6, 9]
8 dictum est
9 pro glorificetur siue clarificetur nomen tuum. **TTγε**
10 sic et Corinthios exhortatur, **Vδ**
11 ut glorificent ac baiulent Deum in corpore suo. **Pδ**
12 sicut enim nomen Dei glorificatur uita piorum hominum, *
13 in quibus ipse per spiritum suum operatur **TTγ**
14 quidquid faciunt boni: **Pδ**
15 ita e diuerso polluitur et infamatur malefactis eorum **Pγ**
16 qui se Dei cultores profitentur. **TTγ**
17 quemadmodum et militis uirtus **P1δ**
18 aut serui probitas redundat **TTγ**
19 in gloriam ducis aut heri, **Pγδ**
20 ita militis ignauia
21 aut serui nequitia **Tγ**
22 dedecori est duci aut hero, **Pγδ**
23 propterea quod horum mores magna ex parte **Pγ**
24 pendent ab illorum moribus *
25 in quorum potestate sunt. **gl. Akzentfolge**
26 qui etiamsi prorsus absunt ab omni culpa,
27 tamen popularis existimatio solet **Pδ**
28 dominorum mores ex seruorum moribus aestimare. **Vδ**
29 unde etiam hic uidemus
30 diuinam scripturam frequenter iuxta mortalium affectus loquentem **Pγ**
31 uelut in Leuitico de eo
32 qui de semine suo dedisset idolo Moloch
33 dicit:
*quia polluit nomen sanctum meum.* [Leuit. 70, 3]
34 at quod ab hominibus sanctificatum est, **Tζ**
35 pollui potest: **Pδ**
36 Dei uero nomen in se semper est gloriosum, **V3γδ**
37 apud homines tantum contaminatur, **P**
38 quemadmodum mendax infamia **Tγ**
39 non polluit uirum integrum. *
40 sic et apud Ezechielem clamat
41 nomen suum fuisse pollutum inter gentes **TTγε**
42 impiis moribus Israelitarum.
43 quin et beatissimus Paulus **P1δ**
44 scribens Romanis **Pγ**
45 ex auctoritate prophetae dicit,
46 appellans Iudaeos legem profitentes, **TTγ**
47 sed ea quae lex uetat facientes: **TTγ**

*nomen Dei blasphematur inter gentes.* [Rom. 2, 24]
48 et in oratione dominica, **Tγ**
49 sicut attigi modum, **Pδ**
50 ex auctoritate redemptoris oramus **P1γ**
51 ut sanctificetur nomen Dei patris, **TTγε**
52 hoc est
53 ut inclarescat et illustretur
54 apud homines
55 utique per homines
56 uel potius in hominibus. **Ton. Äqu. 4δε/***
57 illustratur autem, **Ditr.**
58 si spiritus illius regnet in nobis **P1γδ**
59 et si illius uoluntati **TTγ/1β**
60 obtemperetur in terris, **P1γδ**
61 quemadmodum in caelis nulla est rebellio.
62 quoniam autem homines ex sese nihil habent uirtutis, **Pγ**
63 quidquid per nos recte geritur *
64 cedit in gloriam Dei **Pδ**
65 et ideo thesaurum diuinae potentiae **Tγ**
66 promit interdum ex uasis fictilibus, **Tγ**
67 ut sublimitas sit uirtutis Dei
68 et non ex nobis. **gl. Akzentfolge**

1 **4** Ergo quamquam omnis piorum uita
2 martyrio suo glorificat Deum **Pδ**
3 et Christum filium eius, **Pδ**
4 nullum tamen est illustrius testimonium apud homines **Ton. Äqu. 4δζ/***
5 quam sanguinis,
6 hoc est uitae propter Deum contemptae **Pγ**
7 et mortis fortiter toleratae. **Vδ**
8 reddiderunt et miracula testimonium diuinae potentiae, **Tγ**
9 praesertim apud incredulos, **Tγ**
10 nam his proprie data sunt signa **Pγδ**
11 quemadmodum scribit beatus apostolus: **Tγ**
12 sed semper efficacius fuit sanguinis profusi testimonium. *
13 quot morbos insanabiles uerbo sanarat Dominus, *
14 quot caecos illustrarat, **TTγ**
15 quot mancos paralyticos ac debiles restituerat, *
16 quot exanimes ad uitam reuocarat? **TTγ**
17 et tamen pauci credebant in eum,
18 et audiebat: **Ditr.**
*in Beelzebub eiecit daemonia.* [Luc. 11, 15]
19 ceterum ubi uentum est ad sanguinem,
20 ibi deiectum est satanae regnum, **Pδ**
21 ibi subactus est mundus. **P1γδ**
22 commemorat et Ioannes euangelista **P/Ditr.**
23 triplex in terra testimonium, *
24 spiritus aqua et sanguis, **Pγδ**
25 quod efficacissimum est postremo recens loco. **TTγε**
26 spiritum in columbae specie descendentem **Vδ**
27 super Iesum uidere **Pγ/Ditr.**
28 meruit Ioannes baptista, **Pγ**
29 an alii uiderint incertum. **TTδ**
30 certe hoc testimonium Ioanni datum est, *
31 quo desineret dubitare de Domino Iesu, **Pδ**
32 an ille esset **Ditr.**
33 qui baptizaret spiritu et igni. **TTδε**
34 aquae testimonium uidit Ioannes euangelista,
35 nec satis constat **1βδ**
36 solus ne uiderit an cum multis. **Vδε**
37 erat quidem hoc ingens mysterium sacri lauacri **Pγ**
38 quo delentur peccata: **Pγ**
39 sed uidit aquam simul effluere cum sanguine,
40 qui nisi adfuisset **TTγ**
41 inefficax erat aqua. **Vδζ**
42 quid enim prodest aboleri peccata, **Pγ**
43 nisi succedat uita iustitiae **Tγ**
44 quam confert sanguis? *
45 quamquam hi tres unum sunt:
46 unus enim Deus est, *
47 qui per spiritum aquam et sanguinem **Tγδ**
48 declarat hominum generi **Tδ**
49 uirtutem ac bonitatem suam:
50 aut ideo dicuntur unum esse, **Ditr./TTγε**
51 quoniam undique sibi constat testimonium *
52 nec ulla ex parte dissonat,
53 quemadmodum
54 quos artissima iungit amicitia *
55 propter summum animorum consensum **Pγ**
56 unus animus esse dicuntur. **P1γ**

1 **5** Ac iuxta sensum crassiorem **TTγ**
2 haec tria praecipua sunt in homine uitae argumenta **TTγ**
3 atque etiam instrumenta. **Vδ**
4 quamdiu enim pulmonis officio **Tγ**
5 attrahitur uicissim ac redditur halitus, **Tδ**
6 certum uitae indicium est:
7 unde loquendi consuetudine **T2**
8 spirare dicuntur qui uiuunt **Pγδ**
9 et exspirasse qui uitam finierunt. **TTγ**
10 quin et anima Latinis flatus dicitur *
11 ad Graecae uocis imitationem, **TT**
12 qui uentum ibygránemon uocant. **Pδ**
13 super haec sunt in ipso homine *

14 subtilissimi spiritus a corde **TTδ**
15 ubi fontem habent
16 sparsi per uniuersum corpus, **gl. Akzentfolge**
17 sed praecipue per arterias commeantes, **V3δ**
18 licet et aliis partibus omnibus mixti: **P1δ**
19 hi si subito euolent, **Tδ**
20 mortem praesentem afferunt: *
21 sin includantur,
22 lenta aegrotatione consumunt hominem. *
23 adest et humor quidam naturalis, **TTγ**
24 quem
25 ut arbitror
26 medici phlegma uocant,
27 sparsus et ipse per uniuersum corpus. **gl. Akzentfolge**
28 huius usum numquam sentimus euidentius *
29 quam in sensu gustus:
30 nisi enim hic admixtus sit
31 inter linguam et palatum, **Vδε**
32 nullum erit palati iudicium. **Tγ**
33 et tamen haec sic mixta sunt in homine,
34 ut non sit sanguis absque spiritu et phlegmate,
35 et pariter ad tuendam uitam
36 conferunt omnia. **T2δ**
37 uidemus quoduis animal mori **Pδ**
38 simulatque sanguis effluxerit, **T2γ**
39 et consumpto humore **Pγ**
40 quem medici radicalem uocant
41 non aliter moritur homo, **Pδ**
42 quam exstinguitur lucerna **TTδ**
43 consumpto oleo. *
44 sed nimium diu moramur **Pγ/Ditr.**
45 in contemplatione naturae, **P1γ**
46 quod tamen non inutiliter factum opinor a nobis, **P1γδ**
47 ut dilucidius fiat caritati uestrae mysterium, **Tγ**
48 in cuius contemplatione ideo uersamur lubentius **Tγ**
49 quia salubrius. **Tγ**
50 nam iuxta naturae considerationem **TT/Ditr.**
51 tunc ista magnam uim habent,
52 cum in uiuo corpore sua munia peragunt: **Tδ**
53 ac iuxta mysticam philosophiam **Ton. Äqu. 4δ/***
54 tunc demum plurimum ualent **Pδ**
55 cum corpus relinquunt. **Pγ**

1 **6** Nemo miratus est **T2γζ**
2 Dominum humano more spirantem ac respirantem, **Vγδ**
3 sed cum in cruce clamore ualido emisisset spiritum, *
4 simul intellectum est,
5 illum et uerum fuisse hominem
6 et uerum Deum: *
7 hominem quod iuxta naturae ordinem *
8 et ubi uitalem flatum emisisset, **TTγ**
9 desiit uiuere: **Tδ**
10 Deum, quod simul cum ingenti clamore mortuus est,
11 declarans
12 se uolentem ac spontaneum deponere uitam, **Pδ**
13 quod humanarum uirium nemo nescit non esse. **Pγδ**
14 sensit efficax testimonium spiritus uicinus centurio: **Tγ**
15 sic enim narrat beatus Marcus:
*uidens autem centurio qui ex aduerso stabat, quia sic exspirasset, ait: uere hic homo filius Dei erat.* [Marc. 15, 39]
16 quid morte abiectius iuxta carnem? **Vδζ**
17 sed nihil morte potentius iuxta spiritum. **Ton. Äqu. 4δζ/***
18 erat et illud praeter naturae cursum
19 quod e latere exanimati corporis sanguis et aqua profluit, *
20 ut absolueretur triplex testimonium. *
21 totum effudit spiritum *
22 ut nos respiraremus: **P**
23 quidquid erat humoris aquei reliquum,
24 expressit
25 ut nos ablueremur: **P**
26 quidquid resederat in corde sanguinis, *
27 emisit
28 ut nos confirmaremur. **P**
29 atque haud scio **Pγδ**
30 an perperam faciam **Tδ**
31 haec tria inter se conferens, **TTγδ**
32 cum sint unum non natura **TTγδ**
33 sed in mysterio. **Tγδ**
34 si qua tamen est discretio,
35 sanguis in testimoniorum ratione **TTγ**
36 potissimum celebratur, **Vδ**
37 quod in hoc scriptura testatur **P1γ**
38 esse uitam animantis, **TT1**$^{2}$**γ**
39 et ob id a cibis submouebatur edicto legis:
40 praeterea magis est expositus hominum oculis sanguis **Pδ**
41 quam spiritus aut aqua. **TTδε**

1 **7** Vita Domini,
2 qui summus fuit martyr **TTγε**
3 quique et hodie pugnat et uincit in martyribus,
4 plurimis fuit offendiculo. *

5 non iam loquor de Pharisaeis et scribis, **Pγδ**
6 ipsis etiam cognatis ac fratribus fuit detestabilis, *
7 cum dicerent illum in furorem uersum:
8 sed mors illius non solum piis, **(Pβδ)**
9 sed impiis etiam fuit admirabilis, *
10 nec alibi magis uerum fuit **TTγε**
11 quod
*Dei uirtus in infirmitate perficitur.* [2 Cor. 12, 9]
12 ibi fracta est satanae tyrannis, **TTδ**
13 ibi deuicti sunt inferi, **Tγδ**
14 ibi triumphatum est de diabolo, **Ton. Äqu. 4γδε**
15 ibi deiectus orcus, **Ditr.**
16 caelum apertum. **Pγ**
17 nimirum hoc erat
18 quod instante mortis tempore *
19 deprecabatur Dominus: *
*pater, clarifica filium tuum,*
*ut filius tuus clarificet te.* [Joh. 12, 1]
20 quid homine mortuo contemptius?
21 quis enim uel Caesarem mortuum metuat? **Tδ**
22 sed Christi morte quid efficacius? **(Tβ)**
23 uelum templi scissum est *
24 a summo usque ad imum. **Pγδ**
25 terra concussa est, **T2γζ**
26 saxa discissa sunt, **T2γζ**
27 aperta sunt monumenta, **Vγδ**
28 reuixerunt sepultorum corpora, *
29 sol medio die obtexit faciem suam. **Pδ**
30 numquam per omnem uitam
31 magis declarauit potentiam suam: **Pδ**
32 mox refractis omnibus mortis repagulis **Tγ**
33 uiuum se discipulis exhibuit.
34 nimirum hoc est efficax illud sacrosancti
sanguinis testimonium, **4δ/***
35 qui solus potuit dirimere maceriam,
36 quae Deum ab hominum genere separabat: **Vδ**
37 solus potuit unica litura **TTδ/Ditr.**
38 delere totum illud chirographum **Tγ**
39 quod erat contra nos, *
40 et satanae in nos ius uindicabat. **Ditr.**
41 neque enim sanguis hircorum aut uitulorum **Vγδ**
42 potuit abolere peccatum: **P1γ**
43 umbrae erant illa et typi futurorum. **TTγ**
44 nec ullius hominis sanguis **Pδ**
45 poterat tollere peccatum mundi
46 praeter unici illius agni sanguinem *
47 cui baptista tribuit testimonium dicens: **P1δ**
*ecce agnus Dei, ecce qui tollit*
*peccata mundi.* [Joh. 1, 29]

1 **8** Plus est tollere peccatum quam peccata **TTγδ**
2 et peccatum non huius aut illius sed mundi. **Pγδ**
3 corpus enim peccati mundum
uniuersum occuparat: **TTγ**
4 hoc per Christum esse sublatum **Pγ**
5 sanguis ipsius pro nobis effusus reddit
6 euidens testimonium, **Ton. Äqu. 4δ/***
7 melius pro nobis loquens,
8 ut inquit apostolus, **Tγ**
9 quam sanguis Abel.
10 siquidem ille clamans de terra
loquebatur uindictam: **Pγ**
11 at Christi sanguis
12 de cruce clamans
13 pacem loquitur et reconciliationem. **TT**
14 quin idem sanguis
15 quoniam a nobis bibitur,
16 si modo digne bibitur, **gl. Akz.**
17 clamat in cordibus nostris **P1δ**
18 uerba pacifica et solatii plena. **P1δ**
19 et illic triplex est testimonium, **Ton. Äqu. 4γδ/***
20 licet spiritali quodam modo. **TTγε**
21 clamat spiritus *
22 qui nobis arrhabonis loco datus est: *
*Abba pater, testificans quod*
*sumus filii Dei.* [Rom. 8, 16]
23 clamat aqua
24 per quam renati sumus,
25 quod condonata sunt nobis omnia peccata: **TTδ**
26 et si quis adhuc dubitat,
27 accedit sanguinis testimonium clamantis: **TTδ**
28 quid adhuc haesitas,
29 quid adhuc pauitas tyrannum satanan? *
30 ecce pretium *
31 quo te redimit Dei filius. *
32 nisi te saluum uoluisset Deus,
33 non tradidisset unigenitum suum in mortem. **Pγδ**
*9 Nemo maiorem caritatem habet, quam ut*
*animam suam ponat pro amicis suis.* [Joh. 15, 13]

1 si non est maius eximiae
beneuolentiae testimonium **4δ/***
2 quam si quis uitam impertiat amico, **TT1$^{2}$δ**
3 grauius est dominici sanguinis testimonium **4δ/***
4 qui pro inimicis effusus est. **Tγζ**
5 effusus pro inimicis **Ton. Äqu. 4γδ/***
6 fecit amicos ac filios Dei: **Pδ**
7 atque ut consideremus **Ditr.**
8 hanc fore perpetuam amicitiam, *
9 reliquit nobis edendam carnem suam, **TTγε**
10 reliquit bibendum sanguinem, **Tγ**
11 ut per eadem aleremur, **Vδ**

12 per quae sumus redempti. **Pγ**
13 sanguinis aspersione **Ditr.**
14 confirmatum est uetus testamentum, **TTγ**
15 quemadmodum
16 ad Hebraeos scribens
17 praeclare docet beatissimus Paulus: **P1δ**
18 Christi sanguine consignatum et corroboratum est nouum testamentum, **TTγ**
19 hoc est testamentum et pactum **P1γ**
20 gratiae et remissionis peccatorum **TTγ**
21 per sanguinem agni immaculati, **P**
22 qui in se recipere dignatus est totius mundi peccatum, **Pγ**
23 quod omnes ex Adam contrahunt
24 qui prodeunt in hanc uitam **Vδεζ**
25 et cuius contagio peccant **P1δ**
26 quicumque peccant. **Ditr.**
27 tanta autem est Christi sublimitas, **Tγ**
28 ut fortasse non oporteat *****
29 quemquam ceterorum hominum cum illo conferre, **Pγ**
30 nisi ipse nobis tantam fiduciam praebuisset, **V3δ**
31 qui non dedignatus sit *****
32 discipulos suos uocare amicos, **Pγ**
33 seruulos suos uocare fratres et coheredes. **Vγδ**
34 quemadmodum igitur ille suo mirabili testimonio **4δ/***
35 clarificauit patrem
36 in hoc mundo
37 atque etiam in caelis: **TTδε**
38 ita testimonium illius **TTδ**
39 quodammodo consummatur testimonio sanctorum, **TTδ**
40 quasi sit una passio Domini et seruorum. **Vδε**
41 id ne quis existimet parum religiose dictum,
42 beatus Paulus nobis patrocinatur **P**
43 ita scribens ad Colessenses: **Vγδ**

*qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, et adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.* [Coloss. 1, 24]

44 quis enim nescit, **Pβδ**
45 fratres,
46 quam uberem prouentum effudit ecclesiae seges, **Pδ**
47 apostolorum ac ceterorum martyrum sanguine irrigata? **Vδ**
48 quo plus sanguinis effusum est,
49 hoc magis effloruit multitudo fidelium, **Tγ**
50 hoc latius sparsit suas propagines **Tγ**
51 illa beata uitis **Ditr.**
52 a Christo stirpe surgens **Ditr.**
53 et occupans orbem uniuersum **TTγ**
54 quacumque patet ab oriente ad occidentem, **Ditr.**
55 ab aquilone usque ad austrum. **Pγδ**

1 **10** Ecce,
2 fratres dilectissimi, *****
3 a Domini redemptoris temporibus **Tγ**
4 anni fluxerunt plus minus ducenti quadraginta, **TTγ**
5 iam que huius uitis palmites paene latius se sparserunt **Vδε**
6 quam Romanum imperium, **Tγ**
7 efferas etiam nationes musto spiritus inebriantes **P**
8 et quos nulla ferri uis domare potuit, *****
9 emollit sanguis illius agni candidi. **gl. Akzentfolge**
10 qui naturae causas scrutantur, **Pγ**
11 narrant
12 adamentem nullae chalybis duritiei cedentem **Pγ**
13 hircino sanguine maceratum **Vδ**
14 ictu malleorum dissilire: **TTγ**
15 nullus autem adamas
16 corde saxeo peccatorum durior. *****
17 hoc igitur cor ferreum,
18 cor saxeum, **gl. Akzentfolge**
19 cor plus quam adamantinum *****
20 emollit sanguis Christi et huius martyrum, *****
21 qui supplerunt
22 quod illius passionibus deerat. **T2δ**
23 hoc argumento summus ille pastor **Ditr./TTγε**
24 et ut Petrus ait
25 princeps pastorum **Pγ**
26 testificatus est **Tζ**
27 se esse pastorem bonum,
28 quia animam suam posuit pro ouibus,
29 nobis exemplum praebens,
30 ut qui pro nostra qualicumque portione uices illius gerimus, *****
31 parati simus
32 et ipsi pro grege dominico sanguinem fundere, **T2δ**
33 nisi malumus uideri mercenarii quam pastores. **Vδε**
34 domini uerbis congruunt uerba discipuli. **Tγ**
35 cum enim dixisset **Pγ**
36 se gaudere in passionibus, **4γδ/***
37 quibus consummaret passiones Christi,
38 perpetiens et ipse pro corpore Christi, **Pδ**
39 quod est ecclesia, **Tβγ**
40 qualia passus erat Dominus, *****
41 causam adiecit **P1γ**
42 cur ea libenter pateretur. **TTγ**
*cuius,*
43 inquit,

*factus ego sum minister secundum dispensationem Dei, quae data est mihi in uobis, ut impleam uerbum Dei.* [Coloss. 1, 25]
44 et alio quodam in loco scribit **(P)1βδ**
45 se repleuisse euangelium. *
46 sicut ergo mortibus martyrum **T2δ**
47 consummantur passiones Christi,
48 ita sanguine pastorum **TTδ**
49 confirmantur promissa Christi. **Ditr./gl. Akzentfolge**
50 nullum enim instrumentum indubitabilius,
51 quam quod tot martyrum sanguine signatum est.
52 hoc nimirum est implere uerbum Dei, **TTγε**
53 hoc est replere euangelium. *

1 **11** Sed interim grauissimus dolor oboritur animo meo, **Pδ**
2 dilecti,
3 dum me cum reputo,
4 cum adhuc recens ille Christi sanguis
5 feruere debeat in cordibus fidelium,
6 tam multos esse
7 in quibus refrixit caritas, *
8 atque hoc grauius discrucior,
9 quod tales non paucos pastores habeat ecclesia, **gl. Akzentfolge**
10 qui non solum non opponunt corpora sua **Pδ**
11 aduersus luporum incursus, **P1γ**
12 uerum etiam ipsi lupos agunt, **TTγε**
13 dum mactant ac perdunt animas simplicium,
14 ipsi uentri suo, **TTγε**
15 quaestui et ambitioni seruientes, **TTγ**
16 adeoque non implent uerbum Dei, **TTγε**
17 ut illud cauponentur potius *
18 et impiis dogmatibus adulterent:
19 nec cogitant
20 quod ille pastorum princeps
21 seuerissimo iudicio reposcet singulas oues, **Pδ**
22 pro quibus redimendis **TTγ**
23 sanguinem suum fuderat, **Ton. Äqu. 4δζ/***
24 de manibus eorum. **TTδ**
25 sed illos suum manet supplicium: **Tγ**
26 nunc melius est
27 ut
28 omissis querelis **Pγ**
29 nos inuicem ad officium quod Christo debemus exhortemur. **TTγ**

1 **12** Triplex a Christo testimonium accepimus,
2 triplex illi testimonium reddamus oportet. **Pγ**
3 rudimenta fideliter tradamus baptizandis, **TTγ**
4 perfectiora baptizatis. **TTγ**
5 confirmemus illos fructibus spiritus ad caelestem uitam prouocantes, **TTγ**
6 et si res postulet,
7 libenter etiam uitam commisso nobis gregi impendamus **TTγ**
8 nostraque morte **Ditr.**
9 uicissim Deum clarificemus, **P**
10 et ne cui uideatur mirum
11 morte hominum glorificari Deum,
12 audi beatum Ioannem **Pγ**
13 in euangelio de Petro, **TTδε**
14 cui Dominus praedixerat
15 fore
16 ut
17 ubi senuisset, **TTγ**
18 ab alio cingeretur **Vδ**
19 et duceretur quo nollet, **Pγδ**
20 ita loquentem: **Pγ**
*significans qua morte esset glorificaturus Deum.*
21 quotquot igitur ab orbe condito *
22 propter Deum,
23 propter iustitiam ac pietatem mortui sunt, **Ditr.**
24 morte sua glorificauerunt Deum. **Pδ**
25 nam eleemosynas ieiunia precationes **Ditr.**
26 alia que pietatis exercitamenta **TT**
27 simulant etiam hypocritae:
28 mortem nemo suscepit alacriter, **Tγ**
29 nisi qui certo persuasum haberet, **Pγ**
30 nihil aduersi posse accidere iis **Pδ**
31 qui persistunt in caritate Dei.

1 **13** Neque tamen statim martyr est qui occiditur, **Ton. Äqu. 4γδε**
2 occiduntur et sicarii et piratae: **Vδε**
3 non supplicium facit martyrem sed causa. **TTδε**
4 quod si qui leguntur sibi fortiter consciuisse necem,
5 aut infirmitas erat **Pδ**
6 morte quaerens dolorum finem
7 aut ambitio aut dementia. **Ton. Äqu. 4δε/***
8 nec hoc est testimonium *
9 praebere Deo
10 id facere
11 quod et Deo displicet **2βδ/***
12 et gentium etiam legibus prohibetur. **Vδ**
13 plurimum interest **Tδ**
14 inter barbaricam immanitatem **P**
15 et martyrum modestissimam constantiam
16 in se imbecillem,
17 in Christo fortem.

18 sunt qui certis artibus corpus stupefaciunt, *
19 ne sentiant cruciatus: **Vδ**
20 hoc modo se quidem malefici muniunt **Tδ**
21 aduersus carnificum manus. **Pδ**
22 sunt et affectus impotentes **TTγ**
23 qui sensum adimunt animo, **Tδ**
24 ita ut uel mortem impauidi perferant. **Tδ**
25 sed placidum illud ac mansuetum, **Vγδ/Ditr.**
26 illud humiliter sublime **TTδ**
27 et sublimiter humile non uidemus **Vδε**
28 nisi in Christi martyribus. **Tγ**
29 non obtuentur trucibus oculis carnificem,
30 non minitantur tyranno: **Pγ**
31 magis dolent de illorum caecitate **TTγ**
32 quam de suis afflictionibus. **T**
33 scilicet clamat et in illis Christus:
*pater ignosce illis, quia nesciunt
quid faciunt.* [Luc. 23, 34]
34 non aliud spectant quam in caelum, **TTγδε**
35 ubi spem omnem habent repositam. **Tγ**
36 sic ipse Dominus uelut agnus **Vδζ**
37 sine uoce ad mactationem ductus est: *
38 et si quam edidit uocem, **P1δ**
39 ea magis declarauit animum
mitem ac placidum **Tγδ**
40 quam ullum potuisset silentium. **Tγ**
41 quam blanda oratione **Ditr.**
42 compellat Iudam proditorem, **TTγ**
43 quam placide respondit caesus alapa, *
44 quam nihil ferocius loquitur Annae et Caiphae,
45 quam tranquille respondit Pilato. **Pγ**
46 denique cum Pharisaei uelut uictores **Pγ**
47 mouerent capita sua **Pδ**
48 amarissimis conuiciis
49 in illum debacchantes, **TTγ**
50 ille mitissimus clamat: **P1δ**
*pater ignosce illis, quia nesciunt
quid faciunt.* [Luc. 23, 34]

1 **14** Non igitur mori per se testimonium est,
2 sed sic mori est testimonium praebere Deo.
3 Stephanus iuuenis inter homicidas **TT1**$^{2}$**γ**
4 agnus inter lupos stabat
5 placido angelicoque uultu **Ditr.**
6 et ad Domini exemplum orat pro lapidantibus *
7 nec alibi habet oculos quam in caelum. **Vδεζ**
8 illic uidere meruit, *
9 cuius praesidio superior erat persequentibus. *
10 qui uero timet Deum, **TTγε**
11 non metuit hominum saeuitias.
12 qui ex animo diligit uitam caelestem, **Pγ**
13 facile uilem habet animam *
14 atque illi cum beato Paulo
*uiuere Christus est, mori lucrum.* [Phil. 1, 21]
15 an non ingens lucrum est *
16 hanc et breuem et innumeris
malis contaminatam uitam
17 cum sempiterna felicitate commutare? **TTγ**
18 hic Dominus
19 quemadmodum et in ceteris omnibus **T2δ**
20 sese formam nobis exhibuit. **Tγ**
21 quum enim instaret extremus actus martyrii **Tγ**
22 quem aiunt in fabulis oportere esse optimum, *
23 secessit,
24 abiecit sese in terram, **Pγδ**
25 prolixe atque etiam frequenter ac sanguineo
sudore madescens **Pγ**
26 nostrae naturae in se expressit imbecillitatem, **TT**
27 ante testatus animi taedium **Tδ**
28 ac tristitiam usque ad mortem, **Pγδ**
29 ne nos in desperationem caderemus, **TTγ**
30 si
31 cum omnia mortem praesentem intentant, **P1γ**
32 horrorem naturae senserimus. **Tγ**
33 nisi enim adesset sensus dolorum, **Pγ**
34 nihil haberet admirabile martyrium,
35 sed superare dolorem **Pγ**
36 corona dignum est. *
37 horrere mortem **Ditr.**
38 naturae est,
39 uincere naturam animi fortitudine**Ton. Äqu. 4δ/***
40 gratiae est.
41 omnia potest Paulus, **Vδζ**
42 sed in eo
43 qui ipsum corroborat. **Tγ**
44 sed quibus praesidiis uincitur
naturae infirmitas? **Tγ**
45 si nos totos humi prosternamus, **TTγ**
46 hoc est
47 si nihil omnino tribuamus uiribus nostris, **P1δ**
48 si uigilemus et oremus instanter, **P1γ**
49 si nostram uoluntatem diuinae
uoluntati submittamus **TTγ**
50 dicamus que illa ex animo ex toto corde:
*transeat hic calix si fieri potest, sed fiat non sicut
ego uolo, sed sicut tu uis.* [Matth. 27, 7, 36]

1 **15** Noui ego ac fleui quosdam
2 magna animi fortitudine praeditos, **Tδ**
3 qui iam coronae proximi defecerunt **Vδ**
4 et quem diu professi fuerant abnegarunt. **Vδ**
5 quid fuit in causa? **Pγδ**

6 dimouerant oculos suos ab eo **Pγδ**
7 qui solus robur dat infirmis: **TTγδ**
8 intermiserant orationem **P**
9 ac coeperant ad humana praesidia respicere.
10 contemplabantur suae naturae uiriculas, **Tγ**
11 considerabant aculeos ungulas candentes laminas *****
12 ferrum et ignem **Pγδ**
13 reliquumque carnificinae apparatum **TTγ**
14 etiam aspectu horrendum,
15 et cruciatuum atrocitatem cum suis uiribus conferebant, **V3δ**
16 et ideo uictoriam amiserunt e manibus. **Tγδ**
17 ubi quis ita cogitat *****
18 „hoc possum,
19 illud perpeti non possum“, **TTδε**
20 numquam feliciter peraget martyrium.
21 sed qui se totum tradit diuinae uoluntati **TTγ/1β**
22 non alio spectans **Pδ**
23 quam ad illius opem,
24 is demum firmus est et inuictus. **Vγδε**
25 hoc autem fieri non potest, **TTδε**
26 nisi adsit uera ac uiuida fides, **Pδ**
27 nihil haesitans, *****
28 nihil disquirens: **Pγ**
29 ne cogitaueris **Tβ**
30 quanta sit tyranni saeuitia, **Tγ**
31 quanta hominis imbecillitas, **Ton. Äqu. 4δ***
32 sed quanta sit Domini uirtus, **Pδ**
33 qui certat ac uicit
34 in membris suis.

1 **16** Ergo ut a digressione reflectamus ad id
2 quod erat constitutum, **TTγ**
3 quemadmodum Domini mors potentior erat quam uita, **Pγδ**
4 ita uoluit *****
5 martyrum suorum mortem esse potentem. **Pγ**
6 quid enim infirmius **Tγ**
7 quam uinciri damnari caedi cruciari occidi **Pγ**
8 et ad carnificis arbitrium praebere corpus? **Ditr.**
9 haec species interdum misericordiam mouet **Pδ**
10 etiam saeuissimis tyrannis. **TTδ**
11 uerum ubi iam ad monumenta martyrum *****
12 pelluntur morbi,
13 rugiunt daemones, **Tδ**
14 terrentur monarchae, **Pγ**
15 coruscant miracula, **Tγ**
16 concidunt idola: **TTδ**
17 tum apparet
18 quam sit efficax ac potens martyrum sanguis. **P1δ**
*praesentia infirma, epistolae graues,* [2 Cor. 10, 10]
19 audiuit beatissimus doctor. **P1δ**
20 hoc et ad martyres recte accommodabitur: **T**
21 uita infirma et contempta, **TTγδ**
22 mors grauis ac potens. **Pγδ**
23 iam non est par omnium martyrum in tormentis alacritas, **Tγ**
24 quemadmodum nec omnes eodem genere mortis defunguntur. **TTγ**
25 tres illi beati pueri *****
26 in mediis flammis **Pδ**
27 inuenere refrigerium *****
28 et septi innocuo elemento **Vδ**
29 uelut in conclaui canebant hymnum Domino. *****
30 Daniel item citra noxam leonum sodalitio est usus. **TTδε**
31 beatus Andreas,
32 ut habet humana quidem historia, **Tγ**
33 sed satis probatae fidei, *****
34 gaudens sibi que gratulans ibat ad crucem. **Pγδ**
35 alii diutinis ac uariis cruciatibus **Ton. Äqu. 4δ/***
36 subinde moriuntur **TT1$^2$γ**
37 nec tamen morte datur finire dolorem. **Pγ**
38 est igitur et illud ueri martyris *****
39 hoc quoque totum arbitrio Dei committere. **Tγ**
40 nouit ille **Ditr.**
41 quid expediat nobis **Pδ**
42 et quid ad ipsius gloriam maxime conducibile sit.
43 tantum illud assidue cogitandum est: **Ton. Äqu. 4δθ/***
*siue uiuimus siue morimur, Domini sumus.* [Rom. 14, 8]
44 nec sibi quisquam displiceat, **Tγ**
45 si corpore pariter et animo
46 sentiat grauem ac diutinam molestiam,
47 tantum fidat ei cui certat. **TTγε**
*is non patietur quemquam tentari supra id quod potest, sed faciet etiam cum tentatione prouentum.* [1 Cor. 10, 13]
48 quosdam electos interdum patitur in tormentis deficere, **Tγ**
49 ut agnoscant imbecillitatem suam,
50 atque eosdem post fortissimos reddit in certamine.
51 hac dispensatione Petrus ter abnegauit Dominum, *****
52 ut edoctus
53 quam nihil posset suis uiribus **2βδ/***
54 confirmaret fratres suos. **TTγε**
55 quomodo autem confirmaret? **TTγ**
56 ut sibi diffisi **Pγ**
57 fiduciam omnem collocarent in Domino. **Tγδ**

1 **17** Sed iam tempus est,
2 ut de altero martyrii genere disseramus caritati tuae,
3 de quo etiam accuratius est disputandum, **Ditr.**
4 quod occultum sit *
5 et omnium temporum commune: **TTδ**
6 neque enim semper saeuiunt Nerones, **TTδ/Ditr.**
7 Diocletiani, **TT/Ditr.**
8 Decii ac Maximini:
9 numquam tamen cessat diabolus **Tγ**
10 exercere Christi militiam professos. **TTδ**
11 et fortassis erunt posthac donante Christo tempora, *
12 quibus nullae tyrannorum persecutiones **Ditr.**
13 affligent ecclesiam: **Tγ**
14 numquam tamen defutura sunt certamina,
15 numquam martyria **Tγ**
16 quibus homines pii glorificent Deum. **Pδ**
17 ecclesia quidem adhuc in hoc exsilio militans **Tδ**
18 peculiaribus gaudiis applaudit iis,
19 qui in professione nominis Iesu **P1δ**
20 animas suas fideliter deposuerunt,
21 et ad horum memorias **Tγ**
22 magna cum alacritate concurritur: **T2γ**
23 sed caeleste theatrum, **Pγ**
24 angelorum myriades **Tγ**
25 et iustorum cum Christo regnantium **Tγ**
26 innumerabilis populus **Tδ**
27 applaudunt omnibus, *
28 qui sinceram fidem
29 et caritatem inuictam **P1γ**
30 quam habent erga Dominum Iesum **Pδ**
31 integritate et innocentia uitae testificantur.

1 **18** Nec solum professione fidei, *
2 quae iuxta Paulum ore fit ad salutem, **Ditr.**
3 glorificatur Deus:
4 uerumetiam confessione commissorum. **TTγ**
5 haec ne temere ex nobis ipsis loqui uideamur, **TTγ**
6 adducenda sunt scripturarum testimonia. *
7 ergo nisi piorum uita cederet in gloriam Dei, **Pδ**
8 Christus non diceret in euangelio: *
*ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum qui in caelis est.* [Matth. 5, 16]
9 nec Paulus apostolus scriberet Galatis: **Tδ**
*et in me glorificabant Deum.* [1 Gal. 24]
10 confirmatur hoc et per repugnantiam *
11 ex his quae diximus. *
12 etenim si nomen Dei polluitur ac dehonestatur
13 impia uita sui populi, *
14 utique bona illius uita cohonestatur.
15 damnatur apud apostolum **Tγ**
16 et philosophorum impia sapientia, **Ton. Äqu. 4δ/***
*qui cum Deum cognouissent, non tamen eum ut Deum glorificauerunt.* [Rom. 1, 21]
17 sapientiam profitebantur
18 et summum exhibebant stultitiam. **Tγ**
19 itaque cum Deum esse profiterentur, **P**
20 tamen turpiter uiuentes **TTδ**
21 et idolis sacrificantes
22 falso testimonio quodammodo obscurabant Dei gloriam, *
23 quasi nec iustus esset nec uerax, **Pγδ**
24 aut quasi non unus esset sed multi, **Pγδ**
25 aut quasi saxis esset assimilis. **Tγ**
26 id autem euidentius etiam testatur beatissimus Paulus **P1δ**
27 scribens ad Corinthios,
*empti,*
28 inquit,
*estis pretio magno, glorificate et portate Deum in corpore uestro.* [1 Cor. 6, 20]
29 ideo Deus redemit nos
30 pretio sanguinis sui, **Pδ**
31 ut semel a peccatis expurgati **TTγ**
32 deinceps uitam ipso dignam ageremus. **TT1$^{2}$γ**

1 **19** Ac symbolum imperatoris **P1**
2 gestamus impressum frontibus nostris. **P1δ**
3 quid si gerens signum Christi **TTγε**
4 praestet opera Belial,
5 nonne dedecoratur ille **Ditr.**
6 cuius insignia gerimus? **Tδ**
7 contra sicut imperator sibi placet **TTγε**
8 de milite praestrenuo,
9 sic existimans
10 illius uirtutem ipsi decori et ornamento esse:
11 sic Deus gloriatur in his quos redemit, **Ditr.**
12 quos lauit,
13 quos sanctificauit,
14 quos spiritus donatiuo dignatus est, **Tγζ**
15 si uitae sanctimonia declararint **Vδ**
16 Domini gratiam in ipsis non fuisse uacuam. *
17 si Paulus gloriatur in discipulorum pietate, **TTγ**
18 gaudium et coronam suam illos appellans, **Pγ**
19 qui nihil erat
20 nisi dispensator alieni muneris: *
21 annon Dominus magis gloriatur super his
22 pro quibus mortuus est?
23 iam quod in libro Iob ad hunc modum satanae loquitur Dominus: **Tδ**

*num animaduertisti seruum meum Iob,*
*quomodo non sit ei similis super terram,*
*homo simplex et rectus ac timens*
*Deum et recedens a malitia?* [Iob. 1, 8]

24 nonne sermonem profert de suo cultore gloriantis?

25 beatus autem Paulus **TTγε**

26 splendidiore etiam uerbo usus est *

27 scribens secundam ad Corinthios epistolam:

*Deo autem gratia, qui semper triumphat nos in*
*Christo Iesu, et odorem notitiae suae manifestat*
*per nos in omni loco, quia Christi*
*bonus odor sumus Deo.* [2 Cor. 2, 4]

*melius est nomen bonum super*
*unguenta pretiosa.* [Eccli. 7, 2]

28 scriptura gloriosam famam
appellare solet odoramenta.

29 non tamen Deus gloriatur hominum more, **Pδ**

30 sibi placens ac gestiens, **Tγδ**

31 sed nostram salutem suam ducit gloriam *

32 et ideo subiecit apostolus: **Tγ**

*in his qui salui fiunt et in his qui pereunt.*

33 quomodo glorificatur Deus in his

34 qui salui fiunt?

35 quoniam in illis illustratur illius misericordia. **T**

36 quomodo in his

37 qui pereunt?

38 quoniam in his declaratur illius iustitia. **Tγ**

1 **20** Nunc ipse sermonis cursus nos eo deduxit, **Pγ**

2 ut doceamus

3 et peccatorum confessione
glorificari Deum. **gl. Akzentfolge**

4 hic occurrit protinus ex libro Iesu Naue Achan,

5 qui quoniam contra diuinum edictum **P1γ**

6 sustulerat ex anathemate
pallium coccineum insigne

7 ac ducentos siclos argenti **Pγ**

8 ac linguam auream siclorum quinquaginta, **TTγ**

9 populus Israel terga uertit hostibus. *

10 itaque Iosue dixit Achan:

*fili mi, da gloriam Domino Deo Israel*
*et confitere atque indica mihi quid*
*feceris, ne abscondas.* [Josue 7, 19]

11 confessus dedit poenas, **TTγε**

12 et auersus est furor Domini. *

13 ea confessio clarificauit Dei iustitiam
ac sapientiam. **(Tβ)/***

14 sapientiam, *

15 quod illius oculis nihil esset abstrusum: **P1γ**

16 iustitiam,

17 quod non sine causa passus esset **Ditr.**

18 hostes aduersus Israelem inualescere, *

19 quodque leges ipsius nullus hominum impune
uiolat. *

20 nihil erat magni **TTγε**

21 quod suffuratus erat Achan:

22 magnum tamen erat documentum uniuerso
populo, *

23 quantum periculum sit **Ditr.**

24 Dei iussa negligere **Tγ**

25 eique uelle imponere **T2γ**

26 quasi quidquam illum fugeret, *

27 aut quasi faueret praeuaricatoribus. **T2**

28 atque ille quidem

29 cum esset Iudaeus, **Pγ**

30 ob unicum peccatum **TTδ**

31 quod ipsi leue uidebatur **TTγ**

32 seuerissimas poenas dedit, **Vδζ**

33 lapidatus ab uniuerso populo, *

34 corporis interitu

35 salutem animae redimens. **Tδ**

36 non enim iudicat Deus bis in id ipsum. **Pβγδ**

1 **21** Sed quae poena manet illos, **TT1$^2$γε**

2 qui post tantam euangelii lucem et gratiam, **T2γδ**

3 postea quam semel illuminati sunt, **Tζ**

4 gustauerunt etiam donum caeleste, **Pγ**

5 et participes facti sunt spiritus sancti, **P1δ**

6 gustauerunt aeque bonum Dei uerbum **TTγε**

7 uirtutes que saeculi uenturi, **TTδ**

8 in multa atque immania crimina relabuntur, **Vδ**

9 crucifigentes sibimetipsis filium Dei **Pδ**

10 et ostentui habentes? **TTδ**

11 qui hoc sunt etiam miserabiliores,

12 quod

13 cum tales sint,

14 aspernantur tamen poenitentiae
salutaris remedium, **Tγ**

15 contemnunt ecclesiam **Tγ**

16 maternum gremium offerentem **Vδ**

17 et ad sanitatis instaurationem inuitantem. **TTγ**

18 eiusmodi defectio

19 quantam putas ignominiam inurit ecclesiae? **T2γ**

20 nec ea ignominia non potest
pertinere ad Christum **P1γδ**

21 qui est caput ecclesiae **Tγ**

22 et per omnia suum esse ducit, **TTγε/Ditr.**

23 quod est corporis ac membrorum ipsius. **P1γ**

24 e diuerso,

25 quanta totius ecclesia exsultatio, **Ton. Äqu. 4δ/***

26 cum

27 qui lapsus est

28 per poenitentiam ecclesiae reconciliatur? **TT**

29 ac ne putemus **Ditr.**
30 hoc gaudium apud uos tantum esse, **Ditr.**
31 Dominum audiamus **Vδ**
32 in euangelio /ibygrkata Lucam loquentem: **Pγ**

*ita dico uobis, quod gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia.* [Luc. 15, 9]

33 nam haec clausula finit parabolam de pastore, **Vδε**
34 qui
35 relictis nonaginta nouem ouibus *
36 unam
37 quam a grege aberrauerat *
38 multo labore quaesitam **P1γ**
39 ac tandem inuentam **P1γ**
40 imposuit humeris suis **Pδ**
41 et caulae restituit. **Tγ**
42 simili sententia claudit parabolam de muliere, **Ton. Äqu. 4δε**
43 quae drachmam perditam inuenerat.

*ita dico uobis gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.* [Luc. 15, 9]

44 nec tamen hoc sic accipiendum est, **Tζ**
45 quasi Deo et eius angelis gratius sit **Ditr.**
46 post lapsum redire ad pietatem, **Vγδ**
47 quam citra lapsum perseuerare in innocentia: *
48 sed scriptura suo more loquitur *
49 secundum affectus humanos, **Pγ**
50 illud testatum esse uolens **TTγε**
51 Deo gratissimam esse peccatorum conuersionem. **P/Ditr.**

*non enim quaerit mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur et uiuat.* [Ezech. 18, 52]

1 **22** Atque interdum piorum hominum lapsus **Pδ**
2 quamuis enormes **Pγ**
3 diuina dispensatione **Ditr.**
4 uertuntur in summum ecclesiae profectum. **TTδ**
5 sic lapsus est apostolorum princeps,
6 sic Paulus gentium doctor, **P1δ**
7 sic Maria Magdalene,
8 quibus nunc ecclesia praecipue gloriatur, **Vδ**
9 quorum lapsus cesserunt **Pγ**
10 in stabilimentum ac solatium domus Dei. **Vδζ**
11 praeterea non hic loquitur de uere iustis,
12 sed de iustitia Pharisaica, **Ton. Äqu. 4δ/***
13 quemadmodum alibi dicit: **Pδ**

*non est opus sanis medico, sed male habentibus.* [Matth. 9, 12]

14 at non erant sani **(P)1βδ**
15 quibus hoc dicebat Dominus, *
16 sed legis qualicumque obseruatione tumidi *
17 sibi uidebantur sani
18 et ideo non desiderabant medicum. *

1 **23** Haec cum ad hunc habeant modum, **Pδ**
2 desiderate frater, **Ditr.**
3 conemur assiduis exhortationibus excitare fidelium animos, **Tδ**
4 ut tota etiam uita **Pδ**
5 martyrium hoc est testimonium reddat Deo: **Vδζ**
6 quod adeo negligendum non est,
7 ut nisi ea praecesserit, **Tγ**
8 martyrium
9 quod sanguine perhibetur **Vδ**
10 non sit martyrium. **Tβγ**
11 frustra enim ceruicem praebueris carnifici,
12 nisi prius occideris membra **P1δ**
13 quae sunt super terram, **TTβγε**
14 hoc est affectus **Pβγ**
15 qui militant aduersus spiritum, *
16 odium
17 inuidiam
18 auaritiam
19 libidinem:
20 quibus quicumque seruit **Ditr.**
21 Deum quodammodo abnegauit **Vδ**
22 et Christum ore profitens uita **Pδ**
23 satanam Deum confitetur. **TTγ**
24 nec hic sermo debet cuiquam uideri durior, *
25 cum sit uerax ac salutaris: **Vγδ**
26 quidquid homo quiuis Deo anteponit, **TTγ**
27 sibi Deum facit, **TTγε**
28 nec possumus duobus seruire dominis: *
29 unus enim est Deus **Pγδ**
30 ex toto corde
31 ex tota anima
32 ex totis uiribus diligendus. **V3δ**

1 **24** Quisquis igitur ore dicit: **Ditr.**
2 credo in unum Deum,
3 et seruit auaritiae aut libidini aut luxui,
4 sibi mentitur **Pγ**
5 sibique repugnat, **Pγ**
6 aliud lingua sonans, **Pδ**
7 aliud animo celans, **Pδ**
8 uoce tantum testimonium perhibens Deo, **Pδ**
9 cum uita satanam colat. **Pδ**
10 efficacius autem est uitae **P1γδ**
11 quam linguae testimonium. **4δ/***

*non omnis qui dicit: Domine, Domine, intrabit in regnum, sed qui facit uoluntatem patris caelestis.* [Matth. 7, 21]

12 habent et opera suam linguam, **Vδζ**
13 habent suam facundiam **Tγ**
14 etiam tacente lingua. *
15 ideo Dominus in euangelio Ioannem ita loquitur: *

*opera quae dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me.* [Joh. 5, 36]

16 quemadmodum igitur bona opera profitentur Deum,
17 ita mala quodammodo loquuntur: **TT1$^{2}$δ**

*non est Deus, nec scientia in excelso.*

18 quis non contremiscat, **Ditr.**
19 quis non inhorrescat, **(Pβ)**
20 quis non laceret uestimenta sua,
21 quis non obturet aures suas, **TTγε**
22 si tales uoces audiat ex Christiano? **Ditr.**
23 quantus horror, **Ditr.**
24 quantus dolor **gl. Akzentfolge**
25 occupat animos nostros, **Pδ**
26 cum quis
27 uictus tormentis **Pγ**
28 iussus abnegare **TTγ/Ditr.**
29 Christum abnegat *
30 et ad Iouis statuam tus adolet?
31 quam trepidamus **(Pβ)**
32 metuentes
33 ne Deus iratus fulmen in nos uibret irae suae, **TTγε**
34 ne terra dehiscens nos absorbeat? *
35 ut interdum unius impietas **Tγ**
36 supplicii consortio multos inuoluat: **Pγ**
37 et sunt scelera tam immania, *
38 ut uidisse quoque aut audisse sit detestabile. *
39 sed cur alias in simili crimine tam sumus conuiuentes? **TTγ**
40 cur et nobis adeo blandimur et aliis. **Tγδ**
41 at uide
42 quid de talibus loquitur apostolus scribens Tito: **Vδζ**

*profitentur se nosse Deum, factis autem negant.* [Tit. 1, 16]

43 idem in priore ad Timotheum
44 de uidua quae negligit familiam:

*si qua autem suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit et est infideli deterior.* [1 Tim. 5, 8]

45 si fidem negauit **Pγ**
46 quae negligentius habet suam familiam, **Tγ**
47 quid dicturum putas de his
48 qui se totos dediderunt mammonae et uentri? **Pγδ**
49 de Christianis utique loquitur Paulus **Pδ**
50 scribens Philippensibus,
51 cum ait:

*quorum finis interitus, quorum Deus uenter est.* [Phil. 3, 19]

52 quos eosdem taxat scribens Romanis: **Pγ**

*huiusmodi Christo Domino non seruiunt, sed suo uentri.* [Rom. 16, 18]

53 seruire iuxta scripturarum consuetudinem dixit pro colere. **Tγδ**
54 uentrem colunt eum **TTγε**
55 quem habent pro Deo. **Pγδ**
56 iam de auaritia manifestius etiam pronuntiat
57 scribens ad Colossenses: **Vγδ**

*mortificate,*

58 inquit,

*membra uestra quae sunt super terram, fornicationem immunditiam libidinem concupiscentiam malam et auaritiam, quae est simulacrorum seruitus.* [Col. 3, 5]

1 **25** Execramur eos
2 qui procumbunt ad Dianae simulacrum: **TTγ**
3 quanto iustius eos execramur, **TTγ**
4 qui toto pectore seruiunt mammonae, **TTδ**
5 qui illi quotidie sacrificant?
6 et si auarus est idololatra **Ton. Äqu. 4γδ/***
7 qui pecuniae studio tenetur, **TTδ**
8 qui
9 quod hereditate obuenit **P1γ**
10 aut industria partum est **T2δζ**
11 recondit
12 nec erogat in egenos: **Vδε**
13 quid censendum est de his
14 qui lenocinio, *
15 qui fenore,
16 qui rapto,
17 qui fraude, **gl. Akzentfolge**
18 qui calumniis,
19 qui opprimendis pauperibus **Tγ**
20 rem accumulant? *
21 atque haec idolorum seruitus *
22 non solum inuenitur inter Christianos, **TTγ**
23 uerum etiam *
24 quod gemendum est *
25 inter episcopos. **Tγ**
26 porro temulentia adeo communis est Africae nostrae, **P1δ**
27 ut propemodum non habeant pro crimine.
28 annon uidemus **Ditr.**

29 ad martyrum memorias
30 Christianum a Christiano cogi ad ebrietatem? **P**
31 an hoc leuius crimen esse ducimus, *
32 quam hircum immolare Baccho? **Ditr.**
33 mihi uidetur multo grauius, *
34 si rem recta ratione uelimus expendere.
35 cum tyrannus dicit
36 „abnega Christum **Ditr.**
37 et immola Ioui, **Pδ**
38 et esto amicus noster, aut morere“, **Tγδ**
39 saepe lingua negat **Pδ**
40 corde reclamante **TTγ**
41 et manus adolet tus,
42 cum animus intus adoret Christum.
43 quamquam hoc quoque
grauissimum est crimen, **TTδε**
44 tamen aliquam impietatis culpam
45 eleuat humanae naturae imbecillitas. *
46 ibi satanas tibi loquitur uoce tyranni: **P1γ**
47 at quid tibi dicit idem per tuam
concupiscentiam? **T2**
48 „abnega Christum, **P1δ**
49 et esto diues:
50 sacrifica Mammonae **TTδ**
51 et Christo nuntium remitte.“ **TTδ**
52 quid est
53 quod pollicetur? **Ditr.**
54 aurum et argentum, **TTγδ**
55 inutilem materiam
56 nisi exerceas. **Tγ**
57 nec dicit „morere *
58 sed oblecta oculos“, *
59 immo potius hoc dicit **TTδε**
60 „lucrare pecuniam ad breue
tempus habiturus **TT1**$^{2}$**γ**
61 et perde in aeternum animam tuam“. **Pδ**
62 et tamen hic sponte submittis genua satanae **Tδ**
63 et
64 abnegato Christo
65 te totum illi mancipas. *
66 quid autem Christus? **(Pβδ)**
67 „meus esto
68 et uiue in aeternum: **TTγδ**
69 contemne diuitias istas temporarias, *
70 et ego tibi centuplum reponam in hoc saeculo
71 et uitam aeternam in futuro. **TTγδ**
72 relinque terram **Ditr.**
73 et accipe coelum“. **Pδ**
74 ac Deus ista pollicens deseritur,
75 et diabolus tam nihili res eas que falso
promittens adoratur. **TTγ**
76 o foedam defectionem! **P**
77 o turpem idololatriam! **T**
78 o iniquam permutationem! **TT**
79 quo praemio sollicitauit humani generis
primos auctores? **Pγ**
80 ostendit pomum
81 et dedit mortem. **P1βδ**
82 mendacio fefellit: **TTδ**
*non moriemini, sed eritis sicut Dii,*
*scientes bonum et malum.* [Gen. 3, 4. 5]
83 atque illi delusi qualem Dominum deseruerunt **P**
84 et ad quem defecerunt?
85 a qua felicitate exciderunt **Ditr./gl. Akzentfolge**
86 et in quas aerumnas semet coniecerunt? **TTγ**
87 sed idem ille tenebrarum princeps
88 qui Euae locutus est per serpentem, **Vγδε**
89 nobis loquitur per satellites
suos ac ministros, **TTγδ**
90 per lenas et lenones, **TTγδ**
91 per eos
92 qui pelliciunt ad amorem pecuniae **Tγ**
93 ad ambitionem **P**
94 ad uoluptatem, **P1**
95 auocantes a sinceritate **Ditr.**
96 quae est in Christo Iesu. **Pγ**
97 idem ille loquitur nobis per
concupiscentias nostras **P1δ**
98 quae uiuunt in membris nostris.
99 nec dicit
100 quod homo tyrannus: **Pγ**
101 „aut mihi optempera aut morere“,
102 nec ostentat carceres catenas uncinos sartagines **Tγ**
103 aut caminos incensos, **Pγ**
104 non cruces laqueos aut gladios,
105 sed tantum: **TTδε**
106 „contemne Deum,
107 renuntia uitae caelestis hereditati,
108 et committe adulterium, *
109 et capies uoluptatem“. **Vδ**
110 sed qualem?
111 momentaneam et corporis tantum: **P1δ**
112 quot autem amaritudinibus conditam? **Tδ**
113 infamia
114 periculo, **gl. Akzentfolge**
115 super omnia uero secreto conscientiae cruciatu. **Vδ**
116 haec est esca diaboli, **Tγ**
117 hoc auctoramentum. **P**
118 stipendium porro quale est? *
119 dicat maiore cum fide beatus apostolus: **Tγ**
*stipendium peccati mors est.* [Rom. 6, 23]
120 quae mors?

121 corporis,
122 quam solam minitatur et inferre potest tyrannus homo?
123 non,
124 sed mors gehennae **Ditr.**
125 quae finem nescit. **gl. Akzentfolge**
126 plus potest homo tyrannus quam diabolus. *
127 ille quodammodo cogit hominis naturam, **TTδ**
128 hic nihil aliud potest **Pδ**
129 quam sollicitare: **P**
130 deicere non potest **TTδε**
131 nisi assentiaris, **Ditr.**
132 contempsisse uicisse est. **T2γζ**

1 **26** Maior itaque uenia debetur **TTδ**
2 Christum in tormentis abneganti **TTγ**
3 quam sponte assentienti diabolo, **Tγ**
4 cui credidisse **TTγ/Ditr.**
5 est Christum abnegasse. **TTγ**
6 ille mendax est *
7 et omnis mendacii pater, **Pδ**
8 et illius promissa **Pγ**
9 quantumcumque fronte blandiantur **TTγ**
10 nihil aliud sunt
11 quam praestigiae pellicientes in exitium.
12 ne quis itaque sic sibi blandiatur: **TTγ**
13 „sum peccator,
14 amo pecuniam, **Tγ**
15 seruio libidini,
16 studeo honoribus, **gl. Akzentfolge**
17 indulgeo uindictae, **TTδ**
18 deditus sum uoluptatibus: **(T)2β**
19 sed Christum non abnegaui“. **Ditr.**
20 at reclamat tibi Dominus ipse: **Pδ**
*non potes duos dominos colere.*[Matth. 6, 24]
21 et interim horres abonimandum turificati aut libellati cognomen, **Pγ**
22 ipse fortasse turificatis aut libellatis deterior. **Tγ**
23 illos humanus metus
24 uiolentior quam ut hominis natura possit uincere*
25 eo compulit, *
26 ut impias uoces promant linguae *
27 reclamante conscientia: *
28 tu tam uili mercedula sollicitatus **P**
29 sponte deficis ad eum, **TTδε**
30 a cuius tyrannide **Tγ**
31 te Christus suo sanguine redemit: **TT1$^{2}$δ**
32 cuius iam totus es factus, **P1γδ**
33 quemadmodum ait apostolus: **Tγ**
*empti estis pretio magno, et iam non estis uestri.* [1 Cor. 6, 20. 19]
34 huius militiam professus es
35 ad salutare lauacrum, **Pγ**
36 huic dedisti nomen,
37 huius sacramentis initiatus es, **Tζ**
38 accepisti donatiuum et pignus spiritus, *
39 ne quid dubitares de promisso stipendio, **Tγ**
40 simul que diabolo denuntiasti perpetuas inimicitias, **T**
41 renunciasti omnibus illius pompis ac uoluptatibus, **(T)2β**
42 exsufflasti, exsibilasti, iurasti **Pγ**
43 in uerba redemptoris: **TTγ**
44 cum que tot uitiis seruias, **Tδ**
45 tibi places
46 quod nondum sis turificatus aut libellatus. **Vγδ**

1 **27** Si quis miles iuratus in uerba Caesaris *
2 profugeret ad Turcam **TTδε**
3 et ex illius arbitrio faceret ea **Pδ**
4 quae sciret ingratissima Caesari, **Tδ**
5 nonne comprehensus ad supplicium raperetur ut desertor, **TTγδ**
6 ut periurus,
7 ut perfuga?
8 quis autem audiret eum ita se defendentem
9 „non sum desertor, **Pγ**
10 non adnegaui Caesarem.“ *
11 annon mox audiret
12 ’quid refert si lingua tacuit? **Tδ**
13 re ipsa abnegasti, **TTγ**
14 et plusquam abnegasti, **TTγ**
15 qui non solum deserueris militiam,
16 uerum etiam ad tyrannum et hostem imperatoris tui irreconciliabilem transfugeris.
17 merito fidelium aures abominantur apostatae uocabulum:
18 uerum hoc non ibi tantum execrandum est, *
19 cum incenso tusculo *
20 aut scripto libello **Pγ**
21 renuntiatur professioni nominis Christi, **P1δ**
22 sed ubicumque contemptis Christi legibus *
23 obtemperatur satanae. *
24 nec enim refert **(Pβδ)**
25 quid sonet lingua: **(Tβδ)/***
26 quae si sonet Christum, **(P)1βδ**
27 cum animus sit deditus criminibus,
28 non est professio sed hypocrisis,**Ton. Äqu. 4δε/***
29 abnegatura Christum **Ditr.**
30 si metus urgeat, *
31 qui premit turificatos aut libellatos. **Vγδ**
32 atque in his rebus **TTγδε**

33 quae sic inter se pugnant, **Pγδ**
34 ut neutra ferat alterius consortium, **Tγ**
35 quotiens hanc amplectimur, *
36 illam abdicauimus, *
37 quoties unam reiecimus, **Tγ**
38 alteram agnoscimus.
39 cuiusmodi sunt lux et tenebrae, *
40 bellum et pax, **Ditr.**
41 mors et uita, **gl. Akzentfolge**
42 Deus et Belial:
43 quemadmodum testatur et beatus Paulus
44 in secunda ad Corinthios:
*quae enim participatio iustitiae cum iniquitate,*
*aut quae societas luci ad tenebras?*
*quae autem conuentio Christi ad Belial?*
45 adhaesisse Belial
46 est abnegasse Christum, **Ditr.**
47 utcumque lingua aut habitu Christum profitearis. **P**

1 **28** De hoc si quis simpliciorum dubitarit, **TTγ**
2 dabo argumentum crassum et euidens. **Tγδ**
3 fingamus tyrannum ita loqui Christiano **TTγ**
4 „incendes tus Ioui“,
5 nihil addentem nec exigentem **Vγδ**
6 ut Christum abneget: *
7 si adoleuerit, **gl. Akzentfolge**
8 nonne cunctis manifestum erit
9 illum hoc ipso Christum abnegasse, **TTγ**
10 quod Ioui fecerit thymiama, **V3δ**
11 etiamsi nihil proferat impium in Christum? **TTδε**
12 quemadmodum qui magicis artibus utuntur **TTδ**
13 (a quo malo nos Domini misericordia liberauit, **Vδ**
14 sicut a ceteris omnibus, **T2δ**
15 quibus iuxta ueterem hominem quondam ambulantes tenebamur) **TTγ**
16 tacite Christum abnegant, *
17 dum cum daemonibus habent foedus. **Vδζ**
18 iam si Machabaei fratres una cum matre **Pγδ**
19 maluerunt tot cruciatibus exanimari **P**
20 quam carne suilla uesci, **TTγε**
21 sic existimantes **Ditr.**
22 eum Deum legis auctorem negare **Pγ**
23 quisquis sciens ac uolens legis praecepta uiolat: *
24 quo pacto sibi blanditur, **Pγ**
25 qui in luxu
26 temulentia *
27 auaritia *
28 rapinis
29 adulteriis *
30 aliis que criminibus consenescunt, **Vδ**
31 quae gentium etiam leges noluerunt esse impunita? **TTγ**
32 et cum tot modis Christum abnegent, *
33 cum toties immolent daemonibus,
34 pro Christianis haberi postulant? *
35 atque in his sunt, **Pγδε**
36 qui palam ista committunt **P1γ**
37 ac propemodum etiam gloriantur in rebus pessimis: *
38 adeo non pudet aut piget admissorum. **TTγ**
39 et tamen audent uenire in ecclesiam sanctorum, **TTγ**
40 audent misceri gregi dominico. **Tγ**
41 tales interdum tolerat ecclesia,
42 ne prouocati magis etiam perturbent populum Dei: **Pδ**
43 sed quid prodest
44 non eiici coetu piorum, **Pγ**
45 si merueris eiici?
46 nam eiici remedium est et gradus **Vδεζ**
47 ad recuperandam sanitatem: **TTγ**
48 eiectionem meruisse **TTγ**
49 summa malorum est. **Tγζ**
50 ac frustra miscetur coetui sanctorum
51 in templo manufacto, **TTγ**
52 si submotus est a consortio Dei **Pδ**
53 et ab uniuerso corpore mystico Christi. **P1δ**

1 **29** Oportet autem et illud considerare **P**
2 quantopere Christiani abhorrent ab idolothytis
3 et ab ingressu fanorum **Pγ**
4 atque ab ipsis etiam simulacris. **Vδ**
5 cum beatus Paulus clamet
6 neque idolum esse aliquid *
7 neque idolothytum,
8 multo minus fanum ex lapidibus constructum est aliquid: **Tγδ**
9 et tamen plurimorum animus ea religione tenetur, **Pγ**
10 ut mortem oppetant citius
11 quam gustent idolis immolatum: **TTγ**
12 et inexpiabile piaculum esse ducant, **Vδζ/Ditr.**
13 si ingrediantur fanum Iouis aut Apollinis aut Dianae **Vδε**
14 seque putent contactu simulacri **TTγ**
15 uehementer contaminari. **P**
16 equidem probo talium religionem, **P**
17 si sibi constet in omnibus. **Tγδ**
18 nunc pro dolor uidere est **Tγζ**
19 quosdam in his paene superstitiose trepidos, *
20 in aliis

21 ubi grauior erat metuendi causa
22 nimium esse securos. **P1γ**
23 per se non inquinat animam contactus idoli **P1γ**
24 nec ingressus fani
25 nec esus idolothyti:
26 sed per se polluit conscientiam *****
27 amor pecuniae **Tγ**
28 incestus
29 rapina **gl. Akzentfolge**
30 hypocrisis
31 et his similia monstra. **Pδ**
32 quam uero congruit *****
33 horrere fani ingressum, **Pγ**
34 nec horrere in templo sancto spiritui consecrato **Vδ**
35 uictimas immolare daemoniis? **Tγ**
36 clamat sanctus Paulus **TTγε**
37 scribens Corinthiis: **Tγ**
*nescitis quia templum Dei estis, et spiritus Dei habitat in uobis? si quis autem templum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus.* [1 Cor. 3, 16]
38 rursus in eadem epistola: **Tγ**
*an nescitis quoniam membra uestra templum sunt sancti spiritus qui in uobis est, quem habetis a Deo et non estis uestri?* [1 Cor. 6, 19]
39 quod si Christianorum
pectora sibi consecrauit Deus
40 ut in illis inhabitet **Tγ**
41 per spiritum suum, **Pδ**
42 illic deliciatur et inambulat,
43 illic amat sibi offerri uictimam puram **P1δ**
44 in omni loco.
45 et qui in hoc templum Deo sacrum **TTγζ**
46 eiecto sancto spiritu *****
47 inducit abominationes
48 quas in mystica uisione conspexit Ezechiel, **Tγ**
49 qui illic sedem facit Mammonae
50 Veneri
51 Como
52 Baccho
53 aliisque portentis, **P1γ**
54 qui ibi daemonibus immolat
spurcissimas hostias, **T2δ**
55 ueretur ingredi fanum gentium *****
56 ne contaminetur? **P**
57 proinde nemo sibi frustra blandiatur, **TTγ**
*Deus non irridetur:* [Gal. 6]
58 constet sibi nostra religio, **Tγ**
59 nec alios detestemur **Vδ**
60 ipsi grauioribus obnoxii criminibus:
61 nec alibi simus religiose timidi, *****
62 alibi impudenter impii. *****
63 sed Christum semel professi **Pγ**
64 tota uita reddamus illi testimonium, *****
65 et undique glorificemus illum **Ditr.**
66 obedientes illius praeceptis: **Pγ**
67 ut in hoc cognoscant homines *****
68 quod uere fidimus illi, **Pδ**
69 quod ex animo diligimus illum **Pδ**
70 et quod non simulate
71 ad sacrum lauacrum addiximus nos
illius militiae. **Tγ**

1 **30** Beatus apostolus praedixit **TTδ**
2 nulli pie uiuere uolenti in Christo Iesu
3 defuturam persecutionem. **TT**
4 si deest tyrannus, si tortor, si spoliator:
5 non deerit concupiscentia **T2**
6 martyrii materiam quotidianam nobis exhibens. *****
7 postremo haec ipsa mala **(Pβδ)**
8 quae se cum defert uita mortalium **T2γ**
9 quaeque piis cum impiis communia sunt,
10 martyrii coronam nobis parabunt, **Pγ**
11 si placide,
12 si cum gratiarum actione pertulerimus. **P**
13 neque priuati sunt martyrii gloria **Tδ**
14 quicumque uiolenta morte consummati non sunt.
15 quis autem ausit **Ditr.**
16 uel Abraham patriarcham
17 uel huius filium Isaac
18 uel beatum Iob
19 eximere e martyrum numero? **Tδ**
20 quae carnificinae grauius torserunt corpus,
21 quam patriarchae mentem torquebant
naturae affectus, **Pγ**
22 cum incunctanter
23 ad Dei iussum **(P)1βδ, gl. Akz.**
24 appararet immolare filium unicum **Tδ**
25 et unice carum, **P1δ**
26 in quo tota spes erat illi posteritatis? **P**
27 quid defuit Isaac martyrio,
28 qui
29 nihil obmurmurans **Tγ**
30 passus est
31 se colligari et imponi busto,
32 nec expauit in ceruicem uibratam machaeram? **Pγ**
33 cuius autem martyrium
audebimus conferre cum his
34 quae passus est Iob?

1 **31** Quod si quis adhuc diffidit sermoni nostro,
2 certe beati Pauli uerbis non poterit diffidere.
3 is scribens ad Hebraeos **TTγδ**

4 orsus ab Abel **Pγδ**
5 usque ad Gedeonem
6 ingentem sanctorum catalogum recenset, **TTδ**
7 in quo plures sunt
8 qui non defuncti sunt morte uiolenta, **TT1$^{2}$γ**
9 immo pauci sunt *
10 qui sic mortui sunt: **Ditr.**
11 et tamen de omnibus pronuntiat:
*et hi testimonio fidei probati inuenti sunt,* [Hebr. 6, 39]
12 perspicue declarans **TTδ**
13 etiam uita bona **Vδζ**
14 peragi martyrium fidei. **Tδ**
15 ecclesiae quidem usus discernit illos cognominibus,
16 martyres appellans eos
17 qui uiolenta morte decesserunt, **TTγ**
18 confessores
19 qui constanter in cruciatibus ac minis mortis
20 professi sunt nomem Domini Iesu **Pδ**
21 parati mortem oppetere **Tγ**
22 uel potius martyrii supremam coronam ambientes. **TTγ**
23 apud Deum tamen quicumque carnem suam crucifixerunt **P**
24 cum uitiis et concupiscentiis, **T2**
25 quicumque Christo uere commortui sunt **Ditr.**
26 ei que in baptismo consepulti sunt,
27 ut iam non sibi uiuant **(P)1βδ**
28 neque mundo
29 cui semel mortui sunt, **Ditr.**
30 sed ei
31 qui pro ipsis est mortuus, **Tγδ**
32 martyres sunt **Ditr.**
33 nec martyrum corona fraudabantur: **TTγ**
34 inprimis autem monachi *
35 qui uere monachi sunt
36 ac uirgines
37 quae uere uirgines sunt.
38 neque enim locus desertus, **Pγ**
39 saccus pro ueste, **Pγδ**
40 legumen pro cibo, **Pγδ**
41 neque ieiunia neque chameuniae monachum absoluunt, **TTδ**
42 sub his inuolucris **Ditr.**
43 interdum latet animus ualde mundanus. **Pγ**
44 quod ita deprehenditur *
45 si ad munus aliquod ecclesiasticum uocentur: **TTδ**
46 ibi uideas
47 quosdam ex illis facillime uinci deliciis, **Tγ**
48 impatientiores iniuriarum, **P**
49 appetentiores uindictae **Pγ**
50 quam quiuis alius sit
51 ex media plebe. **Pδ**
52 quid causae est?
53 quoniam corpus exercuerunt magis quam animum: **Tγδ**
54 cum beatus Paulus docet, **TTγε**
55 quod
*exercitatio corporalis ad modicum utilis sit, pietas ad omnia ualeat.* [1 Tim. 4, 18]

1 **32** Non haec dixerim, *
2 quod improbandi sint *
3 qui talibus modis **Pγ**
4 castigant corpus suum **TTγε**
5 et in seruitutem redigunt: *
6 sed quod satanas
7 mille instructus artibus *
8 nonnumquam illudit incautis, **P1γ**
9 transfigurans se in angelum lucis **P1δ**
10 et ex huiusmodi corporum exercitamentis **TT**
11 inducit illis falsam sanctimoniae persuasionem, **TT/Ditr.**
12 cum que intus madeant spiritalibus uitiis, **Tδ**
13 et sibi et aliis habentur pii.
14 talis erat iuistitia Pharisaeorum, **P**
15 cui praelata est **Tγζ**
16 iudice Christo **Pδ**
17 publicani iniustitia. *
18 ita sunt et uirgines fatuae, **Tδ**
19 quae solidam existimant pietatem **Vδ**
20 corpus habere uiro intactum, **Pγ**
21 cum animus auaritia *
22 superbia
23 inuidia
24 obtrectatione
25 sit corruptissimus. *
26 sunt et falso uiduae, *
27 quae dum uiuunt in deliciis
28 Christo mortuae sunt. **Ditr.**
29 in summa tamen quisquis uere Christianus **TTγ**
30 cuiusque status aut ordinis **Tγδ**
31 habet certamina sua, **Pδ**
32 habet crucem suam: **TTγε**
33 quam si patienter tollit,
34 si constanter sustinet, *
35 testimonio suo glorificat Dominum, **Tδ**
36 tantum ne sibi uindicet laudem bonorum operum:
37 hoc enim non est glorificare Deum,
38 sed clarificare seipsum. **P1γ**

1 **33** Habet unusquisque fidelium agones suos,

2 habet aduersarium diabolum,
3 habet agonothetham Deum, **Pδ**
4 habet theatrum non solum ecclesiae et angelorum **Ditr.**
5 sed et infidelium, *
6 quemadmodum dicit Paulus ad Corinthios:
*spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus.* [1 Cor. 4, 9]
7 si uincimus,
8 gloriantur angeli, *
9 gloriantur et fidelium ecclesiae,
10 gloriatur et ipse Christus in membris suis.
11 sin uincimur ignauia nostra, **P1δ**
12 triumphat satanas cum angelis suis, **Pδ**
13 insultant nobis increduli **Tγ**
14 ac Deum contumeliis afficiunt, dicentes: **TTδ**
15 ecce qui iactant se redemptos a tyrannide satanae, **Tδ**
16 qui praedicant se mortuos mundo, **P1δ**
17 nihilominus uincuntur a cupiditatibus suis **Pδ**
18 quam nos,
19 quos dicunt adhuc teneri sub regno satanae. *
20 quid prodest illis baptismus, **Pγ**
21 quo dicunt exui ueterem hominem **Tδ**
22 cum actibus suis **Pδ**
23 et indui nouum **Pδ**
24 qui secundum Deum creatus est? **Tγζ**
25 quid prodest illis Spiritus sanctus, **P1δ**
26 cuius arbitrio dicunt se temperari? **Vγδ**
27 cur semper in ore habent „euangelium euangelium“, *
28 cum tota uita discrepet ab euangelii praeceptis? **TTδ**
29 quanto creditis pudore suffunditur ecclesia,
30 cum haec ingeruntur ab hostibus **Tγδ**
31 nec habet
32 quo refellat opprobria? **Tγ**
33 nonne uidemus **Pγ**
34 totum ecclesiae coetum demittere uultus **Pδ**
35 atque erubescere, *
36 quotiens aliqua uirgo **Pδ**
37 quae Christo nupserat *
38 dilapsa ex angelico contubernio, **Ton. Äqu. 4δ/***
39 defecit ad stuprum aut coniugium?
40 quantus moeror occupat omnium nostrum animos **Ton. Äqu. 4δζ/***
41 sed praecipue pastorum, **TTδ**
42 si quando Christi miles
43 tormentis inferior **Tγ**
44 renuntiauit imperatori suo?
45 quantus autem ex aduerso satanae triumphus? **TTδ**

1 **34** Itaque,
2 fratres dilectissimi, *
3 si uere diligimus Deum, **Pδ**
4 si quotidie petimus ex animo
5 „sanctificetur nomen tuum“,
6 summo studio aduigilemus, **P**
7 necubi polluamus nomen illius, **P1γ**
8 sed et morte et uita **P1γδ**
9 glorificemus illum, **Ditr.**
10 iuxta beati Pauli monita *
11 uiuentes sine querela **Pγ**
12 ut simplices filii Dei, **Pδ**
13 sine reprehensione **Ditr.**
14 in medio nationis prauae et peruersae, **TTγδ**
15 inter quos luceamus sicut luminaria in mundo, **TTδε**
16 uerbum uitae continentes ad gloriam Christi Iesu, **Vδζ**
17 regis et agonothethae nostri, **Pδ**
18 qui suum esse ducit **TTγε/Ditr.**
19 quidquid in membris ipsius geritur. *
20 patiamur cum illo, **Pγδ**
21 ut cum illo glorificemur in die Domini. *
22 nos hic illum clarificemus apud homines, *
23 ut ille nos clarificet claritate sua
24 coram angelis suis, **Pδ**
*cum,*
25 ut inquit beatus Paulus,
26 uenerit glorificari in sanctis suis.
*nemo coronatur nisi legitime certauerit. et hi qui corruptibilem coronam ambiunt, ab omnibus se abstinent,* [1 Thess. 1, 9]
27 nihil non facientes
28 quod ad uictoriam conducit: **TTδ**
29 quid nos facere conuenit, **Tδ**
30 ut assequamur illam immortalis uitae coronam incorruptibilem et immarcescibilem in coelis? **TTδε**

1 **35** Hic si quis roget,
2 quo pacto quis possit esse martyr **TTγε/Ditr.**
3 sine sanguinis effusione: **P**
4 quisquis hoc animo sequitur iustitiam,
5 ut mortem citius admissurus sit, *
6 quam uelit a iustitia deflectere,
7 huic promta uoluntas pro martyrio deputabitur. **Ton. Äqu. 4δ/***
8 Deus enim non aestimat quemquam ex euentu rerum
9 sed ex affectu.
10 cur enim ille fraudetur martyrii gloria, **Tδ**

11 per quem non stetit
12 quominus martyrium peregerit?
13 ut contra mercedem apostatae feret, **Pδ**
14 quisquis hoc animo uiuit, **Pδ**
15 ut Christum negaturus sit, *
16 si iactura bonorum **Pγ**
17 aut corporis cruciatus **Vδ**
18 aut mors sit accipienda. **P**
19 qui ob paululum pecuniae peierat **T2δ**
20 an is uerebitur abnegare Christum, **Ditr.**
21 si tota res periclitetur, **Ditr.**
22 si intentetur infamia, carcer et mors? **Ditr.**
23 qui ob febriculam ad incantatricum remedia confugit **Tδ**
24 an is malit cruciatus morte tristiores perferre **Pγ**
25 quam Christo renuntiare? **Ditr.**
26 immo qui totiens ob breuem carnis delectatiunculam,
27 ob momentaneam gloriam **T2δ**
28 deficit a Christo, **TTγδ**
29 uitam habebit uilem pro Christo? **Pγδ**
30 nec hunc tyrannus fecit apostatam, **Tγ**
31 sed ad tyrannum accessit apostata. **Tγ**
32 ut autem est similis certandi ratio, *
33 ita iisdem armis fratrum animi communiendi sunt
34 ad has pugnas
35 quibus ostendimus confirmandos ad martyrium.
36 fides est,
37 quae pugnat et superat in martyribus:
38 nec quisquam defecit in tormentis **TTγδ**
39 nisi fidei defectu. **TTδ**

1 **36** Orandus igitur assidue Deus, **Pδ**
2 ut fidem in nobis augeat: *
3 est enim Dei donum **1βδ**
4 et illi debetur omnis uictoriae gloria. **T2δ**
5 ingeramus illorum animis et infigamus,
6 quam horrendum crimen sit omnis idololatria, **TT**
7 quam seuere punita sit a Deo **TTγδε**
8 sub lege uetere, *
9 quot milia trucidarit Moyses **Ditr.**
10 ob uitulum aureum. **TTδ**
11 deinde proponatur comparatio manifestae idololatriae **TT**
12 cum immolatur simulacris **TTγ**
13 et occultae
14 cum
15 contempto Deo
16 obeditur per concupiscentiam satanae. **Tδ**
17 deinde conferantur inter se Deus **Pγδ**
18 fons omnis boni
19 et diabolus
20 omnis malitiae princeps. **Pδ**
21 ostendatur et inaequalitas contubernii: *
22 in altera parte sunt filii Dei, **Pδ**
23 conciues angelorum
24 et heredes beatae immortalitatis: **TT/Ditr.**
25 in altera filii Belial,
26 societas omnium daemonum **T2δ**
27 et heredes gehennae. **Pγ**
28 conferatur et impar militiae genus, **Pδ**
29 comparentur diuersa stipendia. **T2γ**
30 haec si prius fuerint persuasa **Vδ/Ditr.**
31 et intimis infixa uisceribus, **Tγ**
32 facilis erit uictoria. **Tγ**
33 nunc fides multis natat in labiis, **Tγδ**
34 cum in corde aut nulla sit **T2γδζ**
35 aut uehementer langueat. **Tγ**
36 quis enim non profitetur,
37 quod in Deuteronomio legimus: **Tδ**
*audi, Dominus Deus tuus, Dominus unus est? et: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli seruies?* [Deut. 6]
38 quis non quotidie recitat ore **Pδ**
39 „credo in Deum patrem omnipotentem.“ **P**
40 at non credit in Deum **Pγδ**
41 qui in eo solo collocat totius felicitatis suae fiduciam, **Tγ**
42 nec unum habet Deum ac Dominum **Tγδ**
43 qui per scortationem, per luxum et auaritiam *
44 satanae facit imperata, **TTγ**
45 nec illi soli seruit **TTγε**
46 qui seruit uentri,
47 qui deditus est huic mundo,
48 qui in prauo positus est.

1 **37** Ethnici putant **Pδ**
2 plures esse deos, **TTγε**
3 et hoc tibi uideris perfectus Christianus, **TTγ**
4 quod persuasum habes
5 unum esse Deum? **TTγε**
6 quid magni facis?
7 idem credunt Iudaei **Pγ**
8 qui quotidie blasphemant in synagogis suis:
9 idem credunt daemones et contremiscunt. **Ditr.**
10 si uere credis in Deum, **Pγδ**
11 crede iustum et ueracem: **TTγδ**
12 iustum in remunerandis piis
13 et puniendis impiis, *
14 ueracem in promissis.
15 crede non esse spem salutis, **TTγδ**
16 nisi per filium eius **Pδ**

17 quem pro nobis omnibus tradidit in mortem: **TTδε**
18 crede nihil accidere mali posse iis **TTγε**
19 qui se totos illius uoluntati tradiderunt **TTγ**
20 et in illo perseuerant. **TTγ**
21 hoc est credere in Deum patrem,
22 hoc est credere in filium eius, **Pδ**
23 hoc est credere in Spiritum sanctum, **P1δ**
24 unum Deum
25 et ecclesiam sanctam **P1δ**
26 mysticum Christi corpus, **Vδζ**
27 extra quam non est salus
28 et in qua non est pernicies. **Tβγ**

1 **38** Quisquis in tali petra pedes animi fixerit, **Tδ**
2 aduersus omnes tentationum incursus **P1γ**
3 stabit immobilis. **T2γ**
4 exempli gratia: *
5 lacessitus es conuicio,
6 suggerit tibi caro uindictae cupiditatem.
7 priusquam respondeas, **Tγ**
8 sic cogita te cum: **P1δε**
9 hunc maledicum hominem subornauit diabolus **Tγ**
10 ut me deiiciat
11 ac deiectum perdat,
12 sed ausculta
13 quid suadeat imperator tuus
14 cui militas:
*beati,*
15 inquit,
*mites, quoniam ipsi possidebunt terram,*
16 et:
*mea est uindicta, et ego retribuam.*
17 quid suadeat fortissimus ille Christi dux Paulus: **Pγδ**
*non nosmetipsos uindicantes,*
*carissimi, sed date locum irae.*
18 diabolus dicit: **Pδ**
19 „fruere uindicta **TTδ**
20 et perde uitam aeternam.“ **P1γ**
21 Deus dicis:
22 „uince in bono malum, **(Pβδ)**
23 et noli resistere malo, **Pδ**
24 et accipe cum filio meo possessionem regni coelestis“. **Pγ**
25 mox dispice,
26 utri potius expediat obtemperare. **Ditr.**
27 dicit tibi per concupiscentiam tuam diabolus: **Tγ**
28 „moechare et fruere temporaria corporis uoluptate, **Vδ**
29 et esto meus seruus et coheres gehennae.“ **Pγ**
30 audi potius *
31 quid dicat tibi Deus: **TTγε**
32 „sperne temporariam uoluptatem **Vδ**
33 et accipe centuplum bonae conscientiae gaudium **T2δ**
34 in hoc saeculo
35 et uitam aeternam in futuro“, **TTγδ**
36 et expende
37 utri potius sit auscultandum.
38 suggerit tibi per carnis affectum **P1γ**
39 ueluti per Euam satanas *
40 „uiue genialiter“, *
41 ex aduerso dicit Christus: **TTγε**
42 „beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient.“
43 ad eundem modum
44 de ceteris tentationibus **T**
45 obiice tentatori clipeum scripturarum, **Vδ**
46 in quibus tibi loquitur Deus **Pδ**
47 non minore fide,
48 quam si tibi coram ore ad os loqueretur.
49 ex his torrentibus *
50 sume tibi lapides, *
51 quibus deiicias superbum Goliath.
52 habes exemplum a Domino tuo, **Pδ**
53 sic ille prostrauit diabolum: **Tγ**
54 nec deiicias animum **Tδ**
55 si saepius inuadat, **TTδ**
56 ac subinde maioribus machinis aggrediatur:
57 nihil potest aduersus eum qui te cum est. **Tγδεζ**
58 dic illud Ioannis: **Pγ**
*maior est qui in nobis est, quam qui in isto mundo.*
59 succurrat illud Domini dictum: **Pδ**
*confidite quoniam ego uici mundum.*
60 his orationibus
61 si Christi miles fuerit exercitatus ad conflictum, **TTγδ**
62 in dies comperiet suum antagonistam debiliorem. **P**

1 **39** Nec tamen remittendae sunt excubiae,
2 si quando hostis simulabit tranquillitatem, **Ditr.**
3 sed obseruans illius insidias **Tγ**
4 dicat cum beato Abacuc: *
*super custodiam meam stabo*
*et gradum figam super petram,*
5 omni custodia seruans cor meum,
6 ne qua pateat aditus obambulanti **Ditr.**
7 quaerentique quem deuoret. **T2γδ**
8 tutissimum autem cordis munimentum est sobrietas
9 cum instanti oratione **Ditr.**
10 iugique scripturarum meditatione. **TT**

*omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* [2 Tim. 3, 16]

11 ex hac igitur colligendae sunt sententiae,
12 quas ad manum et uelut in procinctu habeas, *
13 ut his protinus serpentem caput erigentem deiicias. **Tγ**
14 nullus est enim animorum morbus,
15 cui non praesens remedium diuina scriptura suppeditaret.
16 hinc comparanda sunt exempla piorum **Pγ**
17 sed praecipue Christi, **Pδ**
18 quibus se quisque uel animet uel consoletur.

1 **40** Venio nunc ad illa mala
2 quae uel ipsam naturam hominis comitantur **Vδ**
3 uel fortuito uidentur inferri. **Pγ**
4 haec quoque pius animus
5 et ad pugnandum instructus **P1γ**
6 sibi uertet in materiam coronae. **TTδ**
7 exemplo faciam *
8 quod dico clarius. *
9 excutitur aliquis facultatibus suis **Pδ**
10 siue bello siue naufragio siue rapina. **Pγ**
11 ne protinus hic cogitet laqueum
12 aut rationem malis artibus sarciendi quod periit, **TTγε**
13 sed ita se cum loquatur: **Pβγ**
14 „Dominus est qui tentat me an diligam ipsum ex toto corde.
15 ipse dedit, ipse abstulit, sit nomen Domini benedictum.“
16 gratias agat **Pδ**
17 quod acceperit ex Domini benignitate: **Ditr.**
18 agat gratias *
19 quod amiserit ad probationem fidei. *
20 si haec dixerit eo animo **Ton. Äqu. 4δζ/***
21 quo dixit sanctus Iob,
22 cum illo mercedem accipiet. **Tγ**
23 Dominus aestimat non **Ditr.**
24 quantum quis perdat **Pγδ**
25 sed quam patienter, **(Pβ)**
26 quemadmodum non respicit
27 quantum aliquis largiatur egentibus **Tγ**
28 sed quo animo.
29 habet aliquis filium unice carum, **P1δ**
30 eo te mors orbat praematura, **TTγ**
31 pestilentia spoliat te carissimis, *
32 sponsa liberis amicis: **TTδ**
33 ferto patienter et dic: **Ditr.**
34 „Domino ita uisum, **TTδε**
35 et sic fortassis et nobis expediebat et nostris. **P1γδ**
36 sit nomen Domini benedictum.“ **Vδ**
37 sunt et morbi
38 qui non minus atroces habent cruciatus **TTγ**
39 quam ulla potest inferre tortorum saeuitia, **Tγ**
40 ueluti pleuritis, *
41 ischiasis,
42 podagra,
43 paralysis,
44 calculus,
45 renum et uesicae exulceratio.
46 tale si quid acciderit,
47 ne mens exasperetur ad impatientiam, **P**
48 ne lingua erumpat in uoces blasphemas, **Pγ**
49 sed cum beato Dauid et Heli sacerdote dicat: **Ditr.**
*Dominus est, faciat quod bonum est in oculis ipsius.*
50 ita mala
51 quae non inferuntur ob Christi professionem **Ditr.**
52 uertemus nobis in coronam **TTγδ**
53 et Christo in gloriam. **Tγδ**
54 ac fiet fortasse, **Pγ**
55 ut Dominus
56 nostra tolerantia propitiatus
57 aut auferat afflictiones aut mitiget: **Tγδ**
58 quod si non fit,
59 tamen hac ratione faciemus, **TT1$^2$γ**
60 ut
61 quod animo impatienti fuisset intolerabile **P**
62 fiat patientia mitius. **T2δ**
63 his atque huiusmodi argumentis **Vδ**
64 non desinemus nos inuicem exhortari **Vδ**
65 ad illustrandam Domini gloriam, **Tδ**
66 cuius titulum et insignia gerimus. **Tδ**
67 praestemus illi martyrium **Tγ**
68 in suo quisque statu et ordine, **Tγδ**
69 non solum in aduersis, **TTγδ**
70 uerum etiam in prosperis.
71 in aduersis agnoscamus amorem patris
72 flagellantis nos ad correctionem **P/Ditr.**
73 et gratias agamus illius bonitati, **TTγ**
74 qua consolatur nos
75 ut tentationum pondus possimus sustinere: **TTγ**
76 ita fiet
77 ut tota uita nostra **TTγ/Ditr.**
78 nihil aliud sit quam testimonium, *
79 declarans apud credentes et incredulos

80 sapientiam bonitatem misericordiam ac ueritatem **Ditr.**
81 Dei patris
82 et filii illius Iesu **Pγ**
83 et Spiritus sancti. **P1δ**
84 amen.

## 3.11 De laude martyrii

1 **1** Etsi incongruens est,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 in hoc fauore dicendi **P1γ**
4 aliquid trepidationis adferre **P1γ**
5 minimeque deceat *****
6 gloriam tantae deuotionis infringere **T2γ**
7 ex eo
8 quod fatear
9 me coepisse dubitare, **TT1$^2$γ**
10 tamen identidem dico **P1δ**
11 ipsa animum deliberatione confringi: **P1γ**
12 nam exequendae laudis cupiditate succenditur **T2γ**
13 et a loquendo magnitudine uirtutis inhibetur, **TT1$^2$γ**
14 cum aut non deceat tacere **Tδ**
15 aut periculosum sit **Tζ**
16 parum dicere, *****
17 nisi quod haec aestuanti res sola subuenit *****
18 quod uideatur ignosci ei facile posse **Pδ**
19 qui non timuit audere. **TTδ**
20 quam ob rem,
21 carissimi fratres, **P1δ**
22 etsi potentia rei **Pδ**
23 oneratur facultas ingenii, **Tγ**
24 ut quantum se in exprimenda martyrii dignitate protulerit, **Tγ**
25 tantum ipso pondere laudis oppressa **P1γ**
26 adque aestimatione rerum omnium *****
27 de quibus cum maxime loquitur debilitata ac facta, **P1γδ**
28 intra se ipsa inlaqueata oratione deficiat **Tγ**
29 nec habenis liberis ac solutis **V3δε**
30 in apertum sermonis eloquium **Tγ**
31 uim tantae laudis expromat **P1γ**
32 tamen erit aliqua, *****
33 nisi fallor,
34 in eloquendo fides
35 quae ipsius operis oratione munita **P1γ**
36 uage fundat
37 quod a dicendo inpar ingenii conscientia summoueat.
38 cum igitur,
39 carissimi fratres, **P1δ**
40 tot tantisque rebus inpliciti **Tγ**
41 ad conprobandos salutis eximios pulcherrimosque prouentus **P1γ**
42 omni studio ac labore nitamur, **P1γ**
43 non uereor
44 ne quo ignauiae metu territus *****
45 uel reuocer uel extinguar, **Ton. Äqu. 4δε/***
46 cum si quis ad id uoluerit de quo agimus intueri **Vδ**
47 sede deuotionis expensa **P1γ**
48 adque ipsa eius magnitudine ponderata **Vδ**
49 magis miretur audere potuisse, **TT1$^2$γ**
50 in quo me positum et amplitudo rei premeret *****
51 et confusam gaudio mentem **P1δ**
52 in angustias animi **Tδ**
53 uoti sui feruor urgueret. **TTγ**
54 nam quis et quem non ista res terreat, **T2γδ**
55 quis quem non admirationis suae pauore subuertat? **P1γ**

1 **2** Est etenim profecto, **TTδ**
2 nisi fallor,
3 etiam in ipso conscientiae robore **T2δ**
4 admiranda formido **P1γ**
5 quae nos exagitet pariter et inflammet: **Vδε**
6 cuius quanto penitius inspexeris potestatem, **Vδ**
7 tanto ex ipso uenerandae claritatis aspectu **P1γ**
8 religionis suae praemittat horrorem. **P1γ**
9 considerare enim utique debetis: **TTδ**
10 quanta est gloria, **T2γδ**
11 e uita quamlicet maculam sordis et polluti corporis *****
12 licet modice iniusta concreta contagia **T2γ**
13 tantoque tempore mundi **Pδ**
14 crimen exceptum **P1γ**
15 unius ictus remediis expiare, **Vδ**
16 quo et augeri merces et crimen possit excludi. **P1γ**
17 unde omnis consummatio et status uitae
18 in martyrio est collocatus. **Ditr.**
19 hoc fundamentum uitae et fidei, **Tγδ**
20 hoc praesidium salutis, **TTδ**
21 hoc uinculum libertatis et honoris: **TT1$^2$γδ**
22 et quamuis sint et alia *****
23 per quae adipisci lux possit, **Pγδ**
24 tamen ad proximitatem muneris repromissi **Vδ**
25 poenis melius patrocinantibus peruenitur. **V3δ**

1 **3** Quantae enim sit gloriae ponderate **V3δ**
2 ab huius uitae cupiditatibus **T**
3 adque ab omni animum natura mundique commercio segregatum **V3δ**

4 contra aduersantis discrimen opponere, **T2γ**
5 nec saeuitiam torquentis horrere, **P1γ**
6 animari hominem *
7 nec dolore quo credatur extingui **T2γ**
8 et id sibi in augmentum uirtutis adsumere **T2γ**
9 quod cruciatui putat prodesse qui punit. **P1γδ**
10 nam praedurantibus licet costis **Vδζ**
11 resultans ungula recurrat in uulnus **P1γδ**
12 et euntibus flagris **P1**
13 cum auolsa corporis parte rediens habena ducatur, **P1γ**
14 stat immobilis tamen poenis suis fortior, **2βδ/***
15 hoc solum secum ipse conuoluens **P1γ**
16 quod in illa credulitate carnificum **Tγ**
17 plus pro quo patitur Christus ipse patiatur. $\mathbf{TT1^2\gamma}$
18 nam quando,
19 si negauerit Dominum, **Tδ**
20 pro eo crimen subeat *
21 pro quo uicisse debebat, **gl. Akzentfolge**
22 necesse est
23 eum uideri cuncta tolerare $\mathbf{TT1^2\gamma}$
24 cui uictoria debetur ex poena. **P1γδ**

1 **4** Igitur quoniam res summa martyrium, **Tγ**
2 tria sunt
3 quae ex eo nobis proposuimus esse dicenda, **P1γ**
4 quid sit,
5 quantum sit,
6 cui rei prosit. **TTγε**
7 quid est ergo martyrium? **Tγ**
8 delictorum finis,
9 periculi terminus, **T2δ**
10 dux salutis, **Ditr.**
11 patientiae magister, **TTδ**
12 domus uitae,
13 quo perfecto etiam ea occidunt *
14 quae in futuri discriminis potuissent **Vδ**
15 tormenta reputari. $\mathbf{TT1^2\gamma}$
16 per hoc et testimonium nomini redditur **T2δ**
17 et maiestas nominis ampliatur, **Vδ**
18 non quod per se ipsa minui possit **Pδ**
19 uel de scelere retractantis **Vδ**
20 magnitudo eius infringi, **P1γ**
21 sed quod redundet ad gloriae cumulum, **Tδ**
22 dum circumstrepentis populi terror **Pδ**
23 inpauidos animos dat dolori **Vδε**
24 et minis frendentis inuidiae **Tγ**
25 addit ad titulum, **Tγδ**
26 quod tantum sibi mens crescat in pugna, **P1γδ**
27 quantum se ille putauerit uincere, **T2δ**
28 per quem Christus hominem uoluerit coronare. **Vδ**
29 tunc ergo omne fidei robur expeditur, **TTγ**
30 tunc credulitas conprobatur, **Vδ**
31 cum in sermones uulgi
32 adque in opprobrium ueneris **Tδ**
33 cumque te contra illas populares insanias **Tγ**
34 religiosa mente firmaueris, **T2γ**
35 conuincens scilicet ac repugnans **Vδε**
36 quicquid sub persona tua
37 in iniuriam Christi **P1δ**
38 profanus sermo iactauerit: **Tγ**
39 ut cum aduerso mari
40 moles opposita reluctatur, **Vδ**
41 feriant licet fluctus **Vδζ**
42 et reuolutum aequor identidem pulset, **P1δ**
43 tamen haeret inmobilis uirtus **P1δ**
44 nec undis circumspumantibus **T**
45 adoperta succumbit, **P1γ**
46 donec per scopulos uis digesta se supprimat **T2γδ**
47 et superiacens in aperto litoris spatia ictum aequor euadat. **P1γ**

1 **5** Quid enim est in illis **TTγδε**
2 quam sermo uacuus *
3 et inane conloquium **Tγ**
4 et animi uoluptas praua uerborum, **P1γ**
5 sicut scriptum est: *

*oculos habent et non uident, aures habent et non audiunt: grauatum est cor insipiens eorum, ne quando conuertantur et saluem illos.* [Psal. 113, 13]

6 non enim dubium est
7 quin hoc omnibus dixerit, **T2δ**
8 quorum dura mens semper **P1γδ**
9 et obstinata pectoris feritas **Tδ**
10 a deuotione uitali fugata dissensit **Pγ**
11 ducente dementia, **T2γ**
12 furore rapiente, $\mathbf{TT1^2\gamma}$
13 omni denique illos inmanitate uexante **P1γ**
14 quae instigantur pariter ac feruntur: **Vδε**
15 ut cum illis ad poenam sua facta sufficerent, **Tγ**
16 poenam ipsam persecutionis agitatae crimen oneraret. $\mathbf{TT1^2\gamma}$

1 **6** Totum hoc in laudem martyrii spectat, **Pδ**
2 totum gloria passionis inluminat, **T2γ**
3 in qua spes futuri temporis cernitur, **T2δ**
4 in qua Christus ipse operatur, $\mathbf{TT1^2\gamma}$
5 cuius aguntur exempla quae petimus, **Tγδ**
6 cuius uirtus est *
7 qua repugnamus. **(P)1β**

8 et quia in hoc loco aliquid proferre suppeditat, **Tγ**
9 summa nimirum est ista adque admiranda dignatio, **T2γ**
10 quam nec mente concipere **Tγ**
11 nec uerbis ualeamus inplere. **P1γ**
12 quid enim nobis amplius potuisset larga pietate largiri **P1γ**
13 quam ut se primus ostenderet **T2γ**
14 quid in aliis coronaret? **Vδ**
15 mortalis factus est *
16 ut inmortales esse possemus **P1γ**
17 et humanae sortis exitium pertulit **Tδ**
18 per quem regnuntur humana: **P1γ**
19 ut nobis uideatur praestitisse quod passus est, **T2γδζ**
20 confessionem tribuit, *
21 martyria subiecit, **TTδ**
22 omnia denique **Tδ**
23 quibus lux subprimi posset **P1δ**
24 in remedium salutare **Vδ/1β**
25 natiuitatis suae meritis religauit, **Vδ**
26 humilitate praecipua **Tγ**
27 uirtute diuina. **P1γ**
28 cuius rei quique digni esse meruerunt, **TT1$^{2}$γ**
29 caruerunt omnem hanc mundi deterrimam labem, **P1δ**
30 subacti mortis condicione uixerunt. **P1γ**

1 **7** Non enim dubium est
2 quantum a Domino consequantur **Vδ**
3 qui saluti suae nomen Dei praetulerunt, **TTγ**
4 ut in illa iudicii die **Pδ**
5 meliores cruor faceret *
6 et sanguis suus esse monstraret. **P1γ**
7 mors quippe integriorem facit uitam, **TTγε**
8 mors magis deducit ad gloriam. **T2γδ**
9 sic quotienscumque lactentibus stipulis **Tδ**
10 distenta imbribus frumenta turgescunt, **P1γ**
11 fecundae messes coguntur aestate, **P1γ**
12 sic quotiens ferro uitis absciditur, **T2γ**
13 erumpentibus pampinis **T2δ**
14 melius uua uestitur. **P1γ**
15 nam et in aduentum prouenturi temporis cedit **P1δ**
16 quidquid iniuria sua proficit. *
17 flammas quippe plerumque agris iuuit inmittere **T2γ**
18 quo calor euagantis incendii **T2γ**
19 caeca terrae spiramenta laxaret: **P1γ**
20 iuuit leues stipulas crepitanti igne torrere **P1γ**
21 ut sic se altius grauida seges tolleret, *
22 parturientibus culmis **P1δ**
23 densior arista floreret. **P1γ**
24 igitur talis et martyrii primo casus, **Vδζ**
25 postmodum fructus est, **T2δζ**
26 qui morte uitam condemnat **Pγ**
27 ut uitam morte custodiat. **T2γ**

1 **8** Quid enim tam eximium adque sublime est **Tγ**
2 quam inter tot instrumenta carnificum **Tγ**
3 deuotione robusta **P1γ**
4 cunctam fidei reseruare uirtutem? **P1γ**
5 quid tam magnum adque pulcherrimum **T2γ**
6 quam inter tot circumstantium gladios **Tδ**
7 libertatis suae dominum *
8 ac salutis auctorem **P1γ**
9 repetita saepius uoce profiteri, **TT1$^{2}$γ**
10 et maxime si ante oculos tuos ponas **Vδζ/1βδ**
11 nihil detestabilius esse dedecore, **Tγ**
12 nihil foedius seruitute, **V3δ**
13 aliud te debere iam petere, **Tγδ**
14 aliud optare iam nihil
15 quam eripiendum esse cladibus saeculi, **T2δ**
16 exuendum malis mundi **TTγε**
17 et inter ruinas orbis iam iamque perituri **TT1$^{2}$γ**
18 alienum a terrena contagione uersari. **P1γ**
19 quid enim tibi cum hac luce
20 cui lux aeterna promissa est? **T2γζ**
21 quid cum hoc uitae naturaeque commercio **T2γ**
22 quem caeli amplitudo deposcit? **Pγ**
23 sane teneat cupiditas ista uiuendi, **P1γ**
24 sed quem post inexpiabili malo **Pδ**
25 saeuiens ignis **P1δ**
26 aeterna scelerum ultione torquebit. **P1γ**
27 teneat cupiditas ista uiuendi, **P1γ**
28 sed quibus et mori poena est *
29 et durare tormentum. **P1γ**
30 tibi iam et mundus ipse succumbit **P1γ**
31 et terra cedit **Ditr.**
32 qui morientibus cunctis **P1δ**
33 ad hoc reseruatus es *
34 ut martyr esse potuisses. **TT1$^{2}$γ**
35 aut non cotidiana cernimus funera, **T2δ**
36 cernimus nouos exitus diuturnos factos,
37 sed et saeuientibus morbis **P1δ**
38 inexperta cuiusdam cladis exitia **Tγ**
39 ac stragem populatarum urbium intuemur, **Vδ**
40 unde possimus agnoscere **T2γ**
41 quanta martyrii habenda sit dignitas, **T2γδ**
42 ad cuius gloriam nos cogere etiam lues coepit. **Vδζ**

1 **9** Etenim,

2 carissimi fratres, **P1δ**
3 respicite ad hoc
4 quaeso uos
5 plenius
6 in quo et salus uertitur *
7 et sublimitas conputatur: **V3δ**
8 licet non sim nescius
9 etiam uos plenissime nosse **P1δ**
10 statum omnium nostrum iudiciis contineri **Vδ**
11 neque ignorare **TTγ**
12 hanc esse nobis traditam disciplinam, **V3δ**
13 ut sine ullo terrore militiae **Tγ**
14 uim tanti nominis tueamur: **Vδ**
15 quippe quos pridem a desiderio lucis istius **P1γ**
16 cupiditas aeternae memoriae deduxerit,
17 quos futurorum uota diuellerint **T2γ**
18 quosque ab omnibus uitiis **Tδ**
19 optanda Christi societas segregarit: **Vδ**
20 hic si exitio succumbere,
21 morti animam dubitamus offere, **P1γ**
22 nec iam retinenda sunt nobis et amplectenda beneficia diuina **TTδ**
23 quorum ultra rerum ardorem tanta sit ista merces **Ditr.**
24 quantum in dicendo humana mediocritas uix possit inplere. **P1γ**
25 sanguini nostro patet caelum, **TTγε**
26 sanguini gehennae cedit habitaculum *
27 et inter omnium gloriam **T2δ**
28 pulchrior sanguinis titulus **Tδ**
29 et integrior corona signatur. **P1γ**

1 **10** Sic quotiens de hoste triumphalibus spoliis onustus **TTδ**
2 miles ingreditur, **Tγ**
3 uulneribus suis gaudet: **Vδζ**
4 sic quotiens tempestatibus diu nauta fatigatus **TTγ**
5 litora tuta contigerit, **Tγ**
6 felicitatem suam de perpesso periculo ducit. **P1δ**
7 est enim profecto, **Pγ**
8 nisi fallor,
9 labor laetus
10 per quem securitas inuenitur. **V3δ**
11 igitur toleranda sunt omnia, **T2γδ**
12 patienda cuncta, **Ditr.**
13 nec adpetendum **Ditr.**
14 quo modico gaudeas tempore **T2δ**
15 et perpetuo puniaris ardore. **P1γ**
16 meminisse enim debemus **Pγ**
17 uelut quadam te foederis pactione constrictum, **P1γ**
18 ex qua aut capessendae salutis sit iusta condicio **Tγ**
19 aut poenae merita formido: **TTδ**
20 stas inter aduersa pariter et prospera,
21 arma [inter] et tela: **P1γδ**
22 hincque te saecularis ambitio, **Tγ**
23 inde caelestis admonet magnitudo. **V3δ**

1 **11** Si salutem times perdere, *
2 scito
3 te mori posse. **(P)1βδ**
4 porro autem contemnenda tibi mors est, **TT1$^{2}$γεζ**
5 cui Christus occisus est. **T2γζ**
6 ante oculos *
7 tibi quoque
8 concurrant dominicae promissionis exempla, **P1γ**
9 concurrant oblata et praemia **T2γδ**
10 et parata discrimina, **T2γ**
11 quantamque inter se habeant difficultatem **P1**
12 res utrasque conspicito. **Tγ**
13 nec enim poteris confiteri **Vδ**
14 nisi scias
15 quantum noceas, si negaris. **Vδε**
16 caelo martyres gaudent, **P1δ**
17 ueritatis inimicos ignis adsumet. **P1γ**
18 paradisum Dei testibus floret, **P1δ**
19 negatores
20 gehenna conplexa **Pγ**
21 aeternus ignis inardescit. **TTγ**
22 et ut de ceteris taceam, **Tδ**
23 hoc nos utique magis debet hortari **P1γ**
24 quod confessio uocis unius **P1γ**
25 Christi perpetua confessione seruetur, **P1γ**
26 sicut scriptum est:
*qui me confessus fuerit, in terris coram hominibus, et ego confitebor eum coram patre meo et coram angelis eius.* [Luc. 22, 8]
27 adhuc accedunt ad gloriae cumulum **Tδ**
28 ornamenta uirtutum. **P1γ**
29 ait enim:
*fulgebunt etiam tamquam scintillae in arundinetum discurrentes, iudicabunt nationes et dominabuntur populis.* [Sap. 3, 7]

1 **12** Magna est enim claritas, **T2βδ/***
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 uitam salutis aeternae **P1γ**
4 honestate passionis ornare, **P1γ**
5 magna sublimitas **Tγ**
6 ante ora Domini *
7 aspectumque Christi **Ditr.**
8 potestate summa tormenta **P1γ**
9 contemnere nec horrere. **Vδε**

10 sic Daniel minas regis
11 et leonum frementium rabiem **Tδ**
12 per substantiam fidei suae uicit, **Vδζ**
13 dum adorandum nulli alii esse quam Deo credidit. **2βδ/***
14 sic in camino pueris constitutis **Vδ**
15 in se arsit incendium, **T2γ**
16 dum ignes iusti tolerant, *
17 quod de gehenna Domino credendo metuebant. **TTγ**
18 unde et retulere condigna, **P1γ**
19 non in posterum tracti, **P1δ**
20 non salutis aeternae praemio reseruati. **Vδ**
21 fidem illorum Deus uidit, **TTγε/1βδ**
22 ut quod sibi post exitum promiserant
23 uiuere mererentur in corpore. **T2γδ**
24 nec enim poterit aestimari **Vδ**
25 quanta in praesenti tributa sit merces. **P1γδ**
26 si saeuitia fuit, cessit: **Vδζ**
27 si flamma fuit, consedit. **Pγ**
28 erat enim una mens omnibus **T2γδ**
29 quam nec uiolentia frangeret **T2δ**
30 nec ira subuerteret **T2γ**
31 nec a deuotionis obsequio **Tγ**
32 timor mortis inhiberet. **TT1$^2$γ**
33 unde per gratiam Domini factum est **Tδζ**
34 ut sic in illis rex potius uideretur punitus esse, **Ditr.**
35 dum euadunt
36 quos se crediderat occidisse. **Vδ**

1 **13** Nunc iam ad eam rem,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 ueniam
4 ex qua ostendere satis possim **Vδζ**
5 quanta martyrii uirtus habeatur: **TTγ**
6 quae tametsi est omnibus nota **P1δ**
7 proque ingenitae claritatis **Vδ/Ditr.**
8 insignibus expetenda, **Vδ**
9 tamen plus addidit necessitas temporis **T2δ**
10 desiderio uoluptatis. **Vδ**
11 etenim est muneris magni **P1δ**
12 si eo tempore quis coronetur **(P)1β**
13 quo coronatum se putat, **Pγδ**
14 si forte moriatur. **TT1$^2$γ**
15 igitur cum sit sublime excelsumque martyrium, **Tγ**
16 nonne magis est necessarium, **(T)2β/***
17 cum mundus ipse subuertitur **T2γ**
18 partimque orbe concusso **P1γ**
19 natura deficiens **Tγ**
20 ultimi exitus monumenta testatur? **P1γ**
21 nam et cum caelo imber incumbit, **P1γ**
22 pluuias aer triste praetendit, **P1γ**
23 et quotiens atra tempestas **P1γ**
24 horrenti imminet pelago, **Tδ**
25 per interaperta nubium ante coruscantium fulmina relucescunt: **Vδ**
26 sed et cum magnis mare fluctibus uoluitur, **T2δ**
27 paulatim unda se tollit **P1γδ**
28 paulatimque aequor albescit, **P1γ**
29 donec cernas
30 ita postmodum ruere, **Tδ**
31 ut in illis quibus retunditur saxis **P1δ**
32 spuma altius iaceat **Tδ**
33 quam unda tumidum pelagus exspuebat. **Vδ**
34 legis
35 scriptum esse **Ditr.**
36 usque quadrantem nos ultimum reddere. **T2δ**
37 sed haec res est ablata martyribus. **Tγ**
38 etenim
39 qui salutis aeternae cupiditatibus freti **P1δ**
40 uitae desideria uicerunt, **TTδ**
41 hos inexpertos doloris uniuersos **TTγ/Ditr.**
42 Domini promissa fecerunt. **P1γ**

1 **14** Igitur hinc primum,
2 carissimi fratres, **P1δ**
3 poterimus expendere
4 quanta martyrii uirtus **Pδ**
5 possit inplere. **P1γ**
6 adque ut transeam cuncta, **P1δ**
7 meminisse debemus **P1γ**
8 quanta sit gloria **T2γδ**
9 ad Christum inmaculatum uenire, **Pγ**
10 consortem passionis existere **T2γ**
11 perpetuaque cum Domino aeternitate regnare, **P1γ**
12 carere exitiis inminentis saeculi *
13 nec inter cruenta morborum populantium strage **P1δ**
14 communi cum ceteris sorte misceri. **P1γ**
15 adque ut sileam de corona, **Vδε**
16 si tibi in his naturae lubricis malis posito *
17 uitae promitteretur excessus, **P1γ**
18 nonne omni mente gauderes? **P1γ**
19 si qua te
20 in huius mundi turbinibus fluctuantem **Vδ/Ditr.**
21 uicina arcesseret requies, **Tδ**
22 nonne mortem pro remedio conputares? **Vδ**
23 positus inter arma carnificum **Tγ**
24 ac tela probantium quaestionum, **V3δ**
25 sta sublimis ac fortis **P1γδ**

26 considerans
27 quanta sit poena **P1γ**
28 negare eo tempore *****
29 quo frui saeculo nequeas, **Tδ**
30 cuius causa negaras, **Pγ**
31 quoniam quidem grauia tormenta **TTδ**
32 ac puniendi noxias artes **P1δ**
33 in perniciem nostram **Pδ**
34 Dominus sciebat armari, **P1γ**
35 quo fortes ad omnem tolerantiam faceret. **Tδ**
*fili,*
36 inquit,
*accedens seruituti Dei sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad temptationem.* [Eccl. 2, 4]
37 sed et beatissimus Paulus apostolus exclamauit et dicit: **P1γδ**
*mihi uiuere Christus est et mori lucrum.* [Philip. 1, 21]

1 **15** Quam ob rem,
2 carissimi fratres, **P1δ**
3 fide firma
4 deuotione robusta **P1γ**
5 contra omnes saeculi atroces et asperos insequentium fremitus **Tδ**
6 aduersa uirtute resistendum **TTγ**
7 nec timendum, **Ditr.**
8 quorum spes aeternitatis et uita caelestis est **T2γζ**
9 quorumque ardor in cupidine lucis succenditur **T2γ**
10 et salus de promissa inmortalitate laetatur. **P1γ**
11 hoc uero
12 quod catenis artantibus manus adstrictae **Pγ**
13 et circumacti graues ceruicibus nexus **P1δ**
14 solido deprimunt pondere **T2δ**
15 uel quod eculeo corpus extensum **P1γ**
16 candentes stridet ad laminas, **Tγδ**
17 non expetendi sanguinis **Tγ**
18 sed temptationis est causa. **P1γδ**
19 nam et ipsam martyrii dignitatem **Vδ**
20 quemadmodum possemus agnoscere **T2γ**
21 nisi illam etiam cum damno corporis nostri **P1δ**
22 cogeremur optare? **P1γ**
23 sensi equidem, *****
24 nec me ueritas fallit, **P1δ**
25 cum saeuae incumbentium manus **Pδ**
26 membra diuellerent **T2γ**
27 artusque laniatos tortor saeuiens exararet **V3δ**
28 nec tamen uinceret, *****
29 circumstantium uerbis **P1δ**
*'magnum istud est'*
30 dici
*'profecto nescio quid, non doloribus subigi, non poenis augentibus frangi.*
31 sed erant aliae dicentium uoces: **P1δ**
*'et puto liberos habet.*
32 nam est illi societas in penatibus coniux, **P1δ**
33 et tamen nec uinculo pignerum cedit **P1δ**
34 nec obsequio pietatis abductus **P1γ**
35 a proposito suo deficit. **Ton. Äqu. 4δζ/***
36 noscenda res est, **Ditr.**
37 uirtus penitus scrutanda uisceribus. **Tγ**
38 nec enim leuis est ista quaecumque confessio, **T2γ**
39 propter quam homo patitur, *****
40 et mori posse. **(P)1βδ**

1 **16** Etenim,
2 carissimi fratres, **P1δ**
3 uirtus est tanta martyrii, **Tγ**
4 ut per illud credere etiam ille cogatur **P1γ**
5 qui te uoluit occidere.
6 scriptum est et legimus:
*in dolore sustine et in humilitate tua habe patientiam, quoniam per ignem probatur aurum et argentum.* [Eccli. 2, 4]
7 quoniam ergo nos terrenis temptationibus probat Dominus **Ton. Äqu. 4δζ/***
8 et his saeculi malis **Pδ**
9 scrutatur Christus et expendit, **TTγδ**
10 gratulandum nobis est *****
11 adque laetandum **P1γ**
12 quod non illis perennibus reseruet exitiis, **Tγ**
13 sed gaudeat ab omni contagione purgatos. **P1γ**
14 ceterum ab his
15 quos hereditatis participes adsciscit **TTδ**
16 et in regna caelorum libenter adsumit, **P1γ**
17 quid utique aliud **Tδ**
18 quam integritatis ambitum quaerit? **P1δ**
19 ipse finxit uniuersa **TTγ**
20 et quae iacentibus se explicant campis **P1δ**
21 et quae in obliquos se erigunt colles, **P1δ**
22 et quod caeli magnitudo circumuenit **Tγ**
23 et pelago circumfluente **P/Ditr.**
24 lubricum aequor includit. **P1γ**
25 quod si illi adiacent omnia **T2δ**
26 nec a nobis exposcit **Pγ**
27 nisi facta sincera, **P1γ**
28 auro,
29 ut ipse dixit, **Ditr.**
30 similes esse debemus. **P1γ**
31 aurum quippe cum relucentibus terris **P1δ**
32 tremulo uideris splendore **Tδ**

33 sub lumine ros
34 et in liquidum flammis torrentibus resolui, **TTδ**
35 sed
36 (nam et artificis gratia fere sic est)
37 caminis quotiens anhelantibus **Ton. Äqu. 4δ/***
38 aestuans ignis euomitur, **Tγ**
39 aditu terrae **Pδ**
40 canali angusto **Pγ**
41 diues flammis elicitur **Tγ**
42 et refluentibus glebis **P1δ**
43 arena retinetur. **TTγ**
44 unde necesse est **Tγζ**
45 uniuersa sufferre, **P1γ**
46 quo possimus omni scelere carere, **TTδ**
47 sicut per prophetam suum dixit: **TTγε**

*et si coram hominibus tormenta passi sunt,*
*tamen spes illorum inmortalitate plena est,*
*et uexati in paucis in multis bene*
*disponentur, quoniam Deus temptauit eos,*
*et inuenit illos dignos sui et quasi*
*holocaustam hostiam accepit illos.* [Sap. 3, 4]

1 **17** Quod si te dignitas ambitiosa deterret **P1γ**
2 et congregata in thesauris pecuniae admonet magnitudo, **V3δ**
3 quae semper propositum bonae mentis auertit **P1γ**
4 et deuotam pro Domino suo animam **Ton. Äqu. 4δζ/***
5 furiali egit honore, **Pγ**
6 quaeso repetas uerba caelestia. **T2γ**
7 nam et illa uox dicentis est Christi: **P1γδ**

*qui perdiderit animam suam pro nomine meo,*
*recipiet in hoc saeculo centuplum et in futuro*
*habebit uitam aeternam.* [Matth. 10, 39]

8 qua utique nihil maius,
9 nihil aptius, *
10 nihil utilius conputare debemus. **P1γ**
11 nam licet
12 pretiosarum uestium more **P1δ**
13 purpura in imagines currat **P1γ**
14 et lentescentibus filis **P1δ**
15 aurum erret ad speciem, **Tγδ**
16 nec de effossis grauia quibus incumbis desint metalla thesauri: **P1γ**
17 uacua,
18 nisi fallor,
19 ista adque inania conputabuntur, **P1**
20 si adiacentibus tibi cunctis **Vδζ**
21 sola salus deesse uideatur, **TT1$^2$γ**
22 sicut sanctus spiritus loquitur **Tδ**
23 nihil nos uicem animae nostrae posse dare. **TTγε**
24 ait enim:

*si totum orbem lucrifeceris et animam*
*tuam perdideris, quid proderit tibi*
*aut quam homo commutationem dare*
*potest pro anima sua?* [Matth. 16, 26]

25 uacua sunt enim uniuersa quae cernimus **T2γδ**
26 et quae
27 infirmibus radicibus positae **Tδ**
28 soliditatis suae uim nequeant sustinere. **Vδ**
29 nam quod de saeculo capitur, **Tδ**
30 uetustate temporis frustratur. **TTδ**
31 unde ne quid esset dulce uel carum **P1γδ**
32 uel quod salutis aeternae praeferri cupiditatibus possit, **P1δ**
33 dominicis amputata praeceptis, **P1γ**
34 iure proprio ac lege priuata sunt: **T2γζ**
35 ne in tormentis scilicet patrem positum filius, **Tδ**
36 fratrem frater frangeret *
37 neue obstrictum durati roboris pectus **P1δ**
38 in aliam uoluntatem **Vδ**
39 adfectus forte mutaret, **P1γ**
40 solam ueritatem **TTγ/Ditr.**
41 salutemque solam **Ditr.**
42 inter magnos conplectendam esse cruciatus **TT1$^2$γ**
43 suo Christus iure constituit, **Tγ**
44 in quo coniunx liberi et nepotes, **V3δε**
45 in quo omnis uiscerum soboles **Tδ**
46 felici usurpanda uictoria est.

1 **18** Nam et Abraham sic Deo placuit, **(Tβδ)/***
2 qui
3 temptatus a Domino **Tγδ**
4 et filio non pepercit: **V3δε**
5 pro quo ignosci forsitan posset **P1δ**
6 si illum dubitasset occidere. **T2γ**
7 armauit manus religiosa deuotio **T2γ**
8 et omnes pietatis affectus **P1γ**
9 Domini iubentis imperiis **Tγ**
10 pietas paterna neglexit. **Pγ**
11 nec horruit
12 quod nati funderet sanguinem **T2δ**
13 nec intremuit ad uocem, **TTδε**
14 et adhuc pro eo Christus non fuerat occisus. **TTδ**
15 quid enim carius eo **Pδ**
16 quam qui ne quid inuitus hodie sustineres, **Vδ**
17 prius passus est quod doceret? **V3γδε**
18 quid eo dulcius, **(Tβδ)/***
19 qui
20 cum ipse sit Deus noster ac Dominus, **Tγδ**
21 tamen patientem pro se hominem
22 regni caelestis efficit coheredem? **Vδ**
23 o grande nescio quid, **Ditr.**

24 siue quia illud conscientiae ratio uix sustinet arcere, **TTδ**
25 quin magna semper miretur ad munera, **T2γδ**
26 siue quia tam larga est maiestas Dei
27 ut insperantibus cunctis **P1δ**
28 etiam ea offerat **Ton. Äqu. 4δζ/***
29 quae nobis
30 contemplatione factorum **P1γ**
31 nefas fuerat optare. **TTδ**
32 etenim tantum si salus daretur aeterna, **P1γ**
33 pro ipsa perpetuitate uiuendi **P1γ**
34 haberemur in gratia. **T2γδ**
35 at nunc
36 cum caelum ac iudicii de ceteris facultatem **Vδ**
37 perenni saeculo largiatur, **V3δ**
38 quid est
39 in quo spem his omnibus possit humana mediocritas experiri? **Vδ**
40 si iniuriis ageris, **Tδ**
41 prior actus est ille. **P1γδ**
42 si contumeliis premeris, **Tδ**
43 Dei munus imitaris. **TT1$^2$γ**
44 unde et parum est **Tγδ**
45 quidquid pertuleris pro eo, **TTδε**
46 qui nihil amplius potes facere, **Ton. Äqu. 4δζ/***
47 nisi quod in hoc salus uniuersa consistit, **P1γ**
48 quia martyrio totum ille promisit. **P1γ**
49 denique apostolus,
50 cui cordi fuere semper uniuersa, **TTγ**
51 cum instar munerum promissorum penitus miraretur, **Vδ**
*aestimo,*
52 inquit,
*non esse condignas passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quae reuelabitur in nobis.* [Rom. 8, 18]
53 etenim se cum ipse uoluebat **P1γ**
54 quantae mercis existeret **T2γ**
55 ut ei
56 cui sufficeret morte carere **Pγ**
57 non tantum salutis daret praemium, *
58 sed et conscendere caelum, **P1δ**
59 caelum
60 quod nec fugata lux cogit in noctem **P1γδ**
61 nec alternis uicibus *
62 dies aperit in lucem, **TTδε**
63 sed aeris liquidi serena temperies **Tγ**
64 per sudum igneo fulgore rutilantem **TT1$^2$γ**
65 puram explicat claritatem. **V3δ**

1 **19** Iam superest,
2 carissimi fratres, **P1δ**
3 ut debeamus ostendere **T2γ**
4 cui rei martyrium prosit. **Pδ**
5 adque illud profecto doceamus **TTγ**
6 quod nos ad hunc gloriae titulum **Tδ**
7 metus excitet futurorum. **Vδ**
8 etenim quibus magna promissa sunt, **T2γζ**
9 magis magna sunt *
10 quae metuenda illis esse uideantur. **TT1$^2$γ**
11 nam nec se in arma miles accendit **P1γ**
12 priusquam inimica hostis tela commouerit. **T2γ**
13 nec nauem aliquis statione subducit **P1γ**
14 nisi animum pelagi pauor strinxerit. **Ton. Äqu. 4δζ/***
15 sed et intentans suis opibus scrutator **TTδ**
16 agricola non ante felici terram suscitat uomere **T2δ**
17 quam in puluerem *
18 imbre concepto **P1γ**
19 putris gleba soluatur. **P1γ**
20 ita est omnis naturalis hic usus, **Pγδ**
21 nescire quid prosit **P1γδ**
22 nisi agnoueris quod occidit. **Vδε**
23 unde et datur sanctis omnibus praemium **T2δ**
24 dum infliguntur iniustis tormenta factorum. **P1γ**
25 igitur quae suis promiserit Dominus **Tδ**
26 nemo qui nesciat, **T2γδ**
27 dubium sed nec
28 quantis minetur. **Pγ**
29 et quoniam ita se adtulit sermo **P1δ**
30 ut de utrisque habeatur ratio, *
31 paucis, **Pδ**
32 ut de utrisque dixi, **Ditr.**
33 breuiter exponam. **TTδ**

1 **20** Saeuiens locus **Pδ**
2 gehenna cui nomen est *
3 magno plangentium murmurat gemitu, **Tδ**
4 et eructantibus flammis **P1δ**
5 per horrendam spissae caliginis noctem **P1δ**
6 noua semper incendia **T2γ**
7 camini fumantes expirant, **Pγ**
8 globus ignium artatus obstruitur **Tγ**
9 et in uarios poenae exitus relaxatur. **Vδ**
10 tunc saeuiendi plurima genera **Tδ**
11 cum in se ipse conuoluit **P1γ**
12 quicquid ardoris emissi **P1γ**
13 edax flamma cruciarit. **TT1$^2$γ**
14 his
15 quibus recusata uox Domini **Tγδ**
16 et imperia fuere contempta **P1γ**

17 disparibus coercet exitiis: **Tγ**
18 proque merito salutis exactae **P1γ**
19 uires suas suggerit, **2βδ/***
20 dum par sceleri discrimen inponit. **P1γ**
21 et alios quidem moles intolerabilis curuat, **P1δ**
22 alios per abruptum cliuosi tramitis collem **P1δ**
23 uis saeua praecipitat **Tγ**
24 et catenarum stridentium nexum **P1δ**
25 graue pondus inclinat. **P1γ**
26 sunt et quos agens strictim rota et indefessa uertigo **T2γ**
27 et quos tenaci inter se densitate constrictos **P1γ**
28 adhaerens corpori corpus includat, **P1γ**
29 ut et absumat et grauet ferrum
30 et se cruciet turba multorum. **P1γ**

1 **21** Quibus autem inquisitus semper Deus fuit aut notus, **Pγδ**
2 numquam excidit Christi locus, **Vδζ**
3 ubi iacet gratia, *****
4 ubi uirentibus campis **P1δ**
5 terra luxurians **T2γ**
6 alumno se induit gramine **T2δ**
7 et redolenti pascitur flore, **P1δ**
8 ubi altum nemora tolluntur in uerticem **T2γδ**
9 et ubi arborum densior coma uestit, **Vδζ**
10 quicquid curuantibus ramis **P1δ**
11 scena deiacens inumbrarit. **Vδ**
12 omnia illic non frigoris nec ardoris **TTγδ**
13 nec ut autumno arua requiescant **TT1$^2$γ**
14 aut iterum tellus uere nouo fecunda parturiat. **Tγ**
15 unius cuncta sunt temporis, **T2γδ**
16 unius poma feruntur aestatis: **P1γ**
17 quippe cum nec mensibus suis **Pδ**
18 tunc luna deseruiat **T2γ**
19 nec per horarum sol momenta decurrat **P1γ**
20 aut in noctem lux fugata concedat. **P1γ**
21 habet populos quies laeta, **Vδζ**
22 sedes tenet placida, *****
23 ubi fons scaturiens medius **Tδ**
24 sinu aluei prorumpentis emergit **P1γ**
25 et rauco per interualla circuitu **Tγ**
26 sinuosis flexibus labitur, **T2δ**
27 ut in ora nascentium sibi fluminum diuidatur. **V3δ**
28 hinc ergo magna laus martyrum, **T2γδ**
29 hinc nobilis corona uictorum, **P1γ**
30 quibus maiora his repromissa sunt, **(T)2βζ/***
31 quibus altiora sunt praemia. **T2γδ**
32 quod uero uel feris corpus obicitur **Tγ**
33 uel inminens gladius non timetur, **Vδε**
34 dignationis ostenditur ratio, **Tδ**
35 manifestatur electio. **T2γ**
36 etenim incongruens fuerat **Tδ**
37 ut
38 quos tanti muneris dignos iudicasset **TTγ**
39 inter terrena uitia sordesque retineret. **TT1$^2$γ**

1 **22** Merito enim nihil nobis, **TTγε**
2 o boni martyres, **(T)2βδ**
3 denegatum, **Ditr.**
4 quos spes aeternitatis **Ditr.**
5 et salus lucis expectat, **P1γ**
6 quorumque deuotio uniuersa caelestis **P1γ**
7 et mens coelesti dedita cernitur seruituti. **V3δ**
8 merito,
9 inquam,
10 merito nihil uobis uelle non licitum, **Tγδ**
11 quorum animo despectus hic mundus **P1γδ**
12 et alienata saeculi facies **Tδ**
13 uelut confusa tenebrarum inhorruit caecitate: **V3δ**
14 cui semper hic mundus loco carceris, *****
15 tecta pro claustris inuito semper habita commeatu. **Vδ**
16 sic quippe triumphante uictoria
17 de his malis rapitur *****
18 quem non pompatico gressu **P1δ**
19 uana subiecit ambitio **Tγ**
20 aut popularis extulit magnitudo, **Vδ**
21 sed quem caelesti cupiditate flagrantem **P1γ**
22 suo Christus addidit regno. **P1δ**

1 **23** Nihil itaque tam magnum adque uenerandum **TT1$^2$γ**
2 quam quod liberat morte **Pδ**
3 et facit uiuere *****
4 et dat perpetuo regnare. **TTδ**
5 sanctis hoc Dei aptum, **(P)1βδ**
6 miseris necessarium, **Ton. Äqu. 4δ/***
7 omnibus gratum, **P1δ**
8 quo laetantur boni,
9 releuantur abiecti, **P1γ**
10 curantur electi. **P1γ**
11 etenim Deus **Pδ**
12 omnium cultor **P1δ**
13 uelut quoddam martyrio remedium uitae dedit, **Vδζ**
14 quando aliis illud pro merito eorum tribuit, *****
15 aliis pro misericordia sua tradidit. *****
16 uidemus quippe **Ditr.**
17 ad hunc nominis titulum **Tδ**
18 fide nobiles uenisse plerosque, **P1γ**
19 ut deuotionis obsequium **Tγ**

20 mors honestaret. **(P)1β**
21 sed et alios frequenter aspeximus **T2γ**
22 interritos stetisse, **TTδ**
23 ut admissi peccati redimentes cruore suo
24 loti haberentur in sanguine **T2γδ**
25 et reuiuiscerent interempti **V3δ**
26 qui uiuentes conputabantur occisi. **P1γ**
27 mors quippe integriorem facit uitam, **TTγε**
28 mors amissam inuenit gloriam. **T2δ**
29 nam hoc spes iam amissa percipitur, **Tγ**
30 salus cuncta reparatur. **TT1**$^2$**γ**
31 sic cum arantibus sementa defecerint **T2γ**
32 et herbis terra morientibus aestuarit, **Vδ**
33 supinis e collibus fluuium iuuit elicere **Tγ**
34 et scaturientibus riuis **P1δ**
35 arua sitientia temperare, **Vδ**
36 quo se in uberes culmos **P1δ**
37 uicta agri ieiunitas funderet **T2δ**
38 et pluuiali imbre mentito **P1γ**
39 seges densior inhorreret. **Vδ**

1 **24** Quid igitur,
2 fratres carissimi, **Tγ**
3 potissimum referam **Tδ**
4 quidue dicam? **Ditr.**
5 sic in unum conuenientibus titulis **Tδ**
6 dignitatis turbatur animus, *
7 deducitur sensus **P1δ**
8 et in ipso conatu nitentis eloquii **Tγ**
9 impar sermo uanescit. **Pγ**
10 quid enim est dici **Pγδ**
11 quod satis esse possit, **Ditr.**
12 cum
13 si uim aeternae salutis expresseris, **T2γ**
14 occurrat ambitio, **Tγ**
15 si ambitum dixeris, **T2δ**
16 praeueniat magnitudo? **Vδ**
17 res simul congruunt *
18 simulque concurrunt, **P1γ**
19 nec est
20 quod dignum proferendum esse uideatur. **TT1**$^2$**γ**
21 ita inpetus orationis audentis **P1γ**
22 uelut inplicatos inretitosque obuiam ex aduerso **Vδε**
23 martyrii exempla tenuerunt. **TT1**$^2$**γ**
24 quae uox,
25 quae latera,
26 quae uires
27 instar muneris tanti **P1δ**
28 capiant sustinere? **Vδ**
29 confessione uocis unius **P1γ**
30 aduersa succumbunt, **P1γ**
31 laeta proueniunt, **Tγ**
32 patent regna,
33 parantur imperia, **Tγ**
34 deuinciuntur poenae,
35 mors subigitur, *
36 uita profertur **P1γ**
37 et infestantis inimici repugnantia arma soluuntur. **P1γ**
38 si delictum est, occidit: **T2γδ**
39 si crimen, absistit. **P1γ**
40 unde,
41 quaeso uos,
42 uestris hoc mentibus ponderate **V3δ**
43 tantumque de nostra oratione percipite **Tγ**
44 quantum sciatis uos posse sentire. **P1γ**

1 **25** Veniat ante oculos uestros **Pδ**
2 qui dies ille sit, **(T)2βδζ/***
3 cum spectante populo *
4 adque intuentibus cunctis **P1δ**
5 contra terrenas cruces
6 et minas saeculi **(T)2βδ/***
7 inconcussa deuotio reluctetur, **Vδ**
8 quam suspensi animi *
9 mentesque sollicitae **Tγ**
10 de ancipiti trepidatione gratulantes **TTγ**
11 formidinis pauidae quatiantur horrore, **P1γ**
12 quae illic anxietas, **Tγ**
13 quae exoptatio precum, **Pδ**
14 quae uota memorentur, **TT1**$^2$**γ**
15 cum adhuc nutante uictoria **T2γ**
16 adque in incerto exitus casu **P1δ**
17 uictrix capiti corona dependeat, **T2γ**
18 cumque illa pestilens ac furibunda consessio **T2γ**
19 accendatur ira, **Ditr.**
20 inflammetur insania, **T2γ**
21 omni denique pectoris rabie **Tδ**
22 ac minis frendentibus torreatur. **V3δ**
23 etenim
24 quantum hoc sit **Ditr.**
25 quis ignorat,
26 ut non doloribus uulnerum, **T2δ**
27 non ictibus quaestionum **V3δ**
28 uelut despecta nostra fragilitas **Tγ**
29 et inopinata uirtutis humanae cedat audacia, **T2γ**
30 stare hominem nec moueri, **Vδε**
31 torqueri nec tamen uinci, **(P)1βδ**
32 sed poena ipsa potius qua cruciatur armari. **P1γ**

1 **26** Considerate igitur *

2 quid sit,
3 carissimi fratres, **P1δ**
4 omnem martyrii dignitatem **Vδ**
5 sensibus uestris animisque proponite. **T2γ**
6 ecce enim in passione cuiuslibet **T2γ**
7 uocati gaudent iam pridem acciti **P1γ**
8 e saeculo martyres, **T2δ**
9 gaudent bonorum omnium nuntii, **T2δ**
10 gaudent pariter electi. **TTδ**
11 ibi laetatur milite suo Dominus, **Ton. Äqu. 4δζ/***
12 laetatur teste nominis sui Christus. **Vδζ**
13 parum est quod dico, **TTγδε**
14 fratres carissimi, **Tγ**
15 parum est.
16 ita magna mihi ratio *****
17 in hoc genere dicendi **TTδ**
18 ac moles admiranda suscepta est: **T2γζ**
19 sed arbitrii,
20 quaeso uos,
21 grauitas
22 ab intentione propria non desit, **TTδε**
23 sciens tantum de martyrio posse dici **Ditr./Vδζ**
24 quantum poterit aestimari. **Vδ**
25 unde et haec sola exequendae laudis fuit causa, **TTγε**
26 non quo parem me gloriae eius adque idoneum iudicarem, **V3δ**
27 sed quod tantam illic cernerem esse uirtutem, **P1γ**
28 ut etsi parum de eo dicerem, **(T)2βδ/***
29 plurimum me dixisse profiterer. **TT1$^{2}$γ**
30 nam praeferatur licet bono fidei custodita iustitia **Tγ**
31 meliorem que se inter omnium laudes **P1δ**
32 uirginitas inmaculata cognoscat, **P1γ**
33 cedant tamen necesse est martyrio uniuersa **Vδ**
34 ac sanguini summittanturque cruori. **Pγ**
35 illi elegerunt bonum,
36 hi imitati sunt Christum. **Pγδ**

1 **27** Nunc uero,
2 carissimi fratres, **P1δ**
3 ne quis me arbitretur **Ditr.**
4 omnem salutem non alio statu **Pδ**
5 quam in martyrio conlocasse, **Vδ**
6 hoc primo profecto respicite **Tγ**
7 neque me tantum esse **Ditr.**
8 qui loqui uideor *****
9 neque ita se habere ordinem rerum, **P1δ**
10 ut inmortalitatis spes repromissa **P1γ**
11 unius partis latere nitatur. **TTδ**
12 sed quoniam ita Dominus suo ore testatus est **T2γζ**
13 esse habitacula penes patrem multa, **TTγε**
14 nihil maius credidi ea gloria *****
15 qua probantur hic homines **Tγδ**
16 qui saeculari indigni sunt uita. **Pγδ**
17 igitur,
18 carissimi fratres, **P1δ**
19 aemula religione certantes **P1γ**
20 uelut incentiuo quodam mercis agitati **TT1$^{2}$γ**
21 omnem uirium copiam tolerantiamque subeamus. **TT1$^{2}$γ**
22 non enim mouere nos debent caduca **Pγ**
23 quae semper et quae iam euersione sua
24 non modo lege proposita **Tγ**
25 sed etiam ipso fine temporis urguentur. **Vδ**
26 exclamat Iohannes et dicit: **P1γδ**
*iam quidem securis ad radicem arboris posita est,* [Joh. 12, 34]
27 monstrans scilicet et ostendens **Vδε**
28 ultimam esse rerum omnium senectutem. **Vδ**
29 sed et ipse Dominus: *****
*ambulate,*
30 inquit,
*dum lumen habetis, ne uos tenebrae comprehendant.* [Matth. 3, 10]
31 quod si illo tempore ambulandum nobis esse praedixit, **P1γ**
32 utique ut nos magis ambularemus ostendit. **P1γ**

1 **28** Adque ut ad laudem martyrii redeam, **Tδ**
2 uox est beatissimi Pauli dicentis: **Pγ**
*nescitis quoniam qui in agone currunt multi certantur et unus accipit palmam? uos autem sic currite ut omnes coronemini.* [1 Cor. 9, 27]
3 sed et alibi,
4 quo ad martyrium possit hortari, **P1γ**
5 coheredes nos Christi uocauit. **Pγ**
6 quin etiam ne quid omitteret, **(Tβγ)/***
*si cum Christo,*
7 inquit,
*conmortui estis, quid tamquam uiuentes in hoc saeculo decernitis?* [Coloss. 2, 20]
8 etenim,
9 carissimi fratres, **P1δ**
10 qui resurrectionis praemia sustinemus, **Vδ**
11 qui iudicii diem quaerimus, **Ton. Äqu. 4δζ/***
12 qui denique cum Christo regnaturos nos esse confidimus, **T2γ**
13 saeculo mortui esse debemus. **P1γ**
14 nam nec poteris optare martyrium, **Tγ**
15 nisi ante oderis saeculum, **T2δ**
16 nec peruenire ad Dei praemium, **(T)2βδ/***

17 nisi amaueris Christum. **P1δ**
18 qui autem amat Christum, **TTγε**
19 non amat saeculum. **(T)2βδ/***
20 Christus enim abiectus est saeculo, **T2γδ**
21 sicut et saeculum Christo, **P1δ**
22 ita ut scriptum est:
*mundus mihi crucifixus est*
*et ego mundo.* [Gal. 6, 14]
23 nemini amabilis fuit mundus **Vδζ**
24 quem non ante damnauerit Dominus, **Tδ**
25 nec salutem potuit frui aeternam **Pγ**
26 qui mundi gloriatus est uita. **P1γδ**
27 uox est ista Christi dicentis: **Pγ**
*qui in hoc saeculo amauerit animam suam, in futuro perdet illam: qui autem in saeculo oderit illam in futuro inueniet eam.* [Matth. 10, 39]
28 sed et apostolus Paulus, **P1δ**
*imitatores,*
29 inquit,
*mei estote, sicut et ego Christi.* [1 Cor. 6, 1]
30 et alibi ipse,
*uolo uos,*
31 ait,
*omnes si fieri potest, imitatores*
*meos esse.* [1 Cor. 7, 7]

1 **29** Dixit hoc ille qui passus est **T2γδζ**
2 et quia ad hoc passus est
3 ut imitaretur Deum,
4 utique et nos ad hoc uoluit pati **Pδ**
5 ut per ipsum imitaremur Christum.
6 si iustus es
7 et Deo credis, **(P)1βδ**
8 quid pro eo fundere sanguinem metuis **Tδ**
9 quem pro te totiens passum esse cognoscis? **P1γ**
10 in Esaia sectus,
11 in Abel occisus,
12 in Isaac immolatus,
13 in Ioseph uenundatus,
14 in homine crucifixus est: *
15 et de ceteris quidem taceo, **Ton. Äqu. 4δζ/***
16 quae nec oratio potest
dicere **2βδ/Ton. Äqu. 4δζ/***
17 nec animus sustinere. **Vδ**
18 uincitur conscientia humilitatis exemplo **P1γ**
19 et quando considerat **Tγ**
20 quae dum pateretur acciderint, **Tγ**
21 miratur passum
22 propter quem cuncta trepidarint. **TT1$^{2}$γ**
23 dies fugit in noctem, **P1γδ**
24 in tenebris lux cuncta concessit **P1γ**
25 adque inclinato per alternas uices pondere **2βδ/***
26 omnis tellus commota dissiluit, **Tγ**
27 turbati manes,
28 monumenta nudata sunt **T2γζ**
29 et sepulchris in hiatum dehiscentibus terrae **P1δ**
30 reddita luci corpora restiterunt, **Vδ**
31 fluxu sanguinis mundus intremuit, **Tγ**
32 scissa quae foribus dependebant uela,
33 templum omne mugiit. *
34 unde magnum est *
35 imitari eum
36 qui moriendo arguit saeculum: **T2δ**
37 igitur cum ad exemplum dominicae passionis **Vδ**
38 adque ad omne testimonium Christi **P1δ**
39 animam tuam ponas **Vδζ**
40 nec fundere sanguinem metuas, **Tδ**
41 martyrio totum necesse est cedat. **P1γδ**
42 martyrii inaestimabilis gloria, **T2δ**
43 infinita mensura, **P1γ**
44 immaculata uictoria **T2γ**
45 nobilis uirtus, **P1δ**
46 inaestimabilis titulus, **Tδ**
47 triumphus inmensus: **P1γ**
48 quippe quod qui propria consistentis
laude praefertur **P1γ**
49 uelut socio Christi cruore decoratur. **TT1$^{2}$γ**

1 **30** Itaque,
2 carissimi fratres, **P1δ**
3 licet sit hoc totum **TTγδε**
4 dominicae promissionis et muneris **T2γδ**
5 licetque tribuatur ex alto **P1γδ**
6 nec capiatur nisi eius imperio, **Tγ**
7 sed nec aut mente concipi *
8 aut exprimi uerbis **P1δ**
9 aut oratione percurri **P1γ**
10 aut quibuslibet eloquentiae uiribus **T2δ**
11 possit inpleri: **P1γ**
12 tamen erit hoc beniuolentiae uestrae, **P1δ**
13 erit caritatis et amoris, **TT1$^{2}$γδ**
14 si uolueritis nostri memores esse **Pδ**
15 cum in uobis Dominus martyrium
coeperit honorare. **Vδ**
16 uos intra se sanctum illud altare, **P1γ**
17 uos intra se magna illa uenerandi
nominis sedes **P1δ**
18 ueluti sinu quodam gremii
amplectentis includit, **P1γ**
19 uos imperia perennis temporis sustinent **T2δ**
20 et illud quod regnaturi semper
estis et uicturi. **TTγδ**

21 o beati **Ditr.**
22 et quibus uere sunt dimissa peccata, **P1γ**
23 si tamen
24 qui Christi conpares estis **P1δ**
25 aliquando peccastis. **P1γ**
26 o beati **Ditr.**
27 quos a primordio mundi **P1δ**
28 Domini sanguis infecit **P1γ**
29 et quos merito splendor iste niuei amictus induerit **Tγ**
30 et candor stolae ambientis ornarit. **P1γ**
31 uideor denique ipse mihi iam cernere **Tγδ**
32 pro que arbitrio mentis humanae **P1γ**
33 ante oculos et aspectum **Vδε**
34 diuinum illud mihi et insigne concurrit: **P1γ**
35 uideor
36 inquam
37 mihi iam cernere **Tγδ**
38 ut ille uerus nobilis numerus **Tδ**
39 Christi sui gloriam iterque comitetur. **TT1**$^{2}$**γ**
40 ibit ante ora eius felix caterua uictorum **P1γ**
41 et se densantibus turmis **P1δ**
42 uelut solis exortu **P1γ**
43 totum inluminatum agmen **Ditr.**
44 inferet potestatem. **Vδ**
45 et utinam perabiecto aliquando istud mihi uidere contingat: **P1γ**
46 sed hoc Dominus poterit efficere
47 quod uobis petentibus creditur non negare. **V3δε**

## 3.12 De pascha computus

1 **1** Multo quidem non modico tempore anxii <fuimus> **Tδ**
2 et aestuantes
3 non in saecularibus *
4 sed in sanctis et diuinis scripturis quaerentes inuenire, **TTγ/Ditr.**
5 quisnam esset primus dies noui mensis, **TTγε**
6 in quo mense
7 praeceptum est Iudaeis in Aegypto **TTγδ**
8 pro XIIII luna immolare Pascha. **Ditr.**
9 adnuit itaque sanctissimus
10 qui id uidit,
11 et inuenimus. **Ditr.**
12 inuenimus autem **Ditr.**
13 per ipsius omnipotentis Dei patris **TTγε**
14 immensam bonitatem et iustitiam
15 et Christi filii eius **P1δ**
16 Domini et Dei nostri
17 incomparabili misericordia, **T**
18 qui propter peccata nostra **Ditr.**
19 obaudiens suo patri **Vδζ**
20 exposuit animam suam: **Pδ**
21 cum qua resurgens a mortuis die tertia **2βδ/***
22 pollicitus est discentibus suis **Pδ**
23 uitam aeternam **P1γ**
24 et dedit pignus spiritus sancti gratiam *
25 credentibus in passione et resurrectione sua.
26 in quo spiritus ipse Dominus uolentibus
27 id est
28 totis fidei uiribus quaerentibus seruis suis **Vδζ**
29 reuelat alta mysteria **T2γ**
30 et manifestat obscura sacramenta. **TTγ**
31 ac propterea credentes et pro certo scientes **Pγ**
32 quia nihil denegat Deus, **Pδ**
33 sed unicuique uolenti et desideranti praestat sicuti et uult, **P1δε**
34 commisimus nos in rem tam laboriosam: **P**
35 in qua re non derelicti **Ditr.**
36 sed potius ab ipso Deo inspirati **TTγ**
37 uolumus amantibus et adpetentibus studia diuina ostendere **T2γ**
38 numquam posse Christianos a uia ueritatis errare **P1γ**
39 et tamquam ignorantes **TTγ**
40 quae sit dies Paschae **TTβγε**
41 post Iudaeos caecos et hebetes ambulare, **Vδ**
42 cumque a Deo nos euidenter incipiamus, **P**
43 non tantum primum diem, **TTγε**
44 quo in Aegypto agnus occisus est
45 ostendere,
46 sed et praeterea
47 futuri temporis dies Paschae Iudaeorum et Christianorum demonstrare. **TTγ**
48 incipiamus itaque, *
49 dilectissimi fratres, **P1δ**
50 ab Exodi lectione:
51 in qua lectione recognoscimus *
52 ipsum Deum et Dominum **Tγδ**
53 ad Moysen et Aaron fratrem eius **Ditr.**
54 in terra Aegypti dixisse: **Pγ**

*mensis hic initium mensium primus erit uobis in mensibus anni. fare ad omnem synagogam filiorum Israel dicens: decimo die mensis huius accipiant sibi singuli per domos tribuum ouem per domum: et si exigui erunt in domo at non sint sufficientes ad ouem, adsumet s ecum uicinum proximum suum: per numerum animarum singuli quod sufficiet sibi computabunt in ouem. immaculatum perfectum masculum anniculum erit uobis. ab agnis et ab haedis accipietis. et erit uobis obseruatum usque ad*

*quartum decimum diem mensis huius, et occidet eum omnis uulgus synagogae filiorum Israel ad uesperam: et accipient de sanguine, et ponent super duos postes et super liminaria in domibus, in quibus eum edent in ipsis: et edent carnes istas nocte assatas igni, azyma cum amaritudine edent. non edetis de eis crudam neque coctam aqua, nisi assatam, caput cum pedibus et interaneis, nihil derelinquetis ex eis in mane, et os non confringetis ab eo: quae autem derelicta fuerint de eo usque in mane, igni cremabuntur* [ex intestinis eius uorabitis post suam occisionem]. sic autem comeditis eum: lumbi uestri praecincti et caligae uestrae in pedibus uestris et bacula uestra in manibus uestris, et edetis eum festinanter: Pascha est enim Domini. [Exod. 12, 2-12]

1 **2** Praecepit igitur Deus per Moysen **Pγδ**
2 uniuersae synagogae filiorum Israel *****
3 in mense nouo,
4 qui est initium mensium primus in mensibus anni, **Pδ**
5 in quo habitu ederent Pascha **Pδ**
6 quarta decima luna, **Pδ**
7 ad hoc utique
8 ut et suam diuinitatem **P/Ditr.**
9 credentibus nobis in Christo manifestaret **P**
10 et illorum latrocinium *****
11 iam tunc ab initio saeculi demonstraret, **Vδ**
12 et qui in Aegypto ad uesperam **Tγδ**
13 id est
14 in nouissima saeculi tempora **T2δ**
15 praecincti et calceati **Ton. Äqu. 4γδ**
16 aduersus agnum Dei immaculatum **P**
17 prima die azymorum ad uesperam **T2γδ**
18 cum gladiis et fustibus exierunt,
19 et uniuersa **Ditr.**
20 quae ab omnibus prophetis praedicta fuerant *****
21 in eum commiserunt. **Tγ**
22 et ideo
23 qui iam non secundum imaginem sicut illi, **Vδζ**
24 sed secundum ueritatem **TTγ**
25 in commemorationem passionis filii Dei **Pδ**
26 Pascha celebramus, **TT1$^{2}$γ**
27 nihil aliud inprimis nisi mensem nouum **TTγε**
28 quis sit
29 et unde incipiat **Tγ**
30 et ubi finiat *****
31 totis uiribus fidei nostrae **Pδ**
32 diligenter requirere debemus. **TTδ**
33 et tunc inueniemus, **P**
34 nec ante nec post XIIII lunam inuentam **P1γ**
35 posse ab ipsis Iudaeis Pascha obseruari. **TTγ**

1 **3** Quod ipsum quidem euidenter incipiet nobis ostendere **Tγ**
2 sancta et diuina Geneseos scriptura dicens: **Ditr.**

*in principio fecit Deus caelum et terram. terra autem erat inuisibilis et incomposita, et tenebrae erunt super abyssum, et spiritus Dei superferebatur super aquas. et dixit Deus: fiat lux. et facta est lux. et uidit Deus lucem quia bona est. et diuisit Deus inter lucem et inter tenebras. et uocauit Deus lucem diem et tenebras uocauit noctem. et facta est uespera et factum est mane dies unus.* [Gen. 1, 1-5]

3 referendo igitur et insinuando nobis sancta scriptura **Pγ**
4 ipsum Dominum diuisisse inter lucem et tenebras, **Tγδ**
5 id est
6 inter diem et noctem **Pγδ**
7 euidenter ostendit **P1γ**
8 hunc esse primum diem **TTγε**
9 et sequentem eius noctem, **TTγε**
10 inter quos
11 omnium artifex **Tδ**
12 aequaliter
13 hoc est
14 irreprehensibiliter diuisit. **TTδ**

1 **4** Qui nunc comprehenditur esse VIII kl. April.,
2 a quo die computantes aliqui ex nobis **TTδε**
3 qui priores uoluerunt hunc mensem nouum ostendere **Tγ**
4 et ipso XIIII luna inuenta dies Paschae **TTγε**
5 secundum Iudaeos demonstrare, **TTγ**
6 dixerunt eundem mensem ab id. Martii incipere
7 et in diem id. April. consummare,
8 et sic impegerunt. **gl. Akzentfolge**
9 ac propterea ipsos dies XXX
10 quamuis recte diuiserint in XI et XVIIII,
11 undecim scilicet in communi anno retrorsum computantes **TTγ**
12 et ad idus Martii peruenientes, **P**
13 decem et nouem in priorem illum annum **Ditr./TTγε**
14 quo embolismus incurrit **P1γ**
15 immittentes
16 et usque ad idus April. deuenientes: **P**
17 in hoc errauerunt, **(Pβ)**
18 ut dixi,
19 cum uere primum diem noui mensis **TTγε**
20 comprehendere non potuerunt. **(Pβ)**

21 quae res sic modo uere ostensa demonstrabitur, *
22 cum in ipso pinace *
23 a nobis composito **Tγ**
24 nullus annus fallere inuenietur. **P**

1 **5** Volentes igitur hunc mensem uero ostendere, **Tγ**
2 unde incipiat **Tγ**
3 et ubi finiat, **(Tβδ)/***
4 reuertamur ad Genesim,
5 quae retulit nobis **Pδ**
6 ipsum Dominum diuisisse **Vδ**
7 inter primum diem et primam noctem.
8 unde recognoscimus *
9 et inter secundum et inter tertium diem et noctem **Pγδ**
10 neminem alium **Tδ**
11 nisi ipsum Dominum diuisisse, **Vδ**
12 et sic a quarto die
13 hoc officium soli et lunae iniunxisse. **TTγ**
14 ipsa sunt enim duo luminaria maiora, **TTδ**
15 de quibus Dominus dixit: **Pδ**
*fiant luminaria in firmamento caeli ita ut luceant super terram, et diuidant inter diem et noctem, et sint in signis in temporibus et in diebus et in annis, et sint in splendore in solidamento caeli, ita ut luceant super terram. et sic est factum. et fecit Deus duo luminaria maiora, luminare maius initium diei et luminare minus initium noctis* [Gen. 1, 14-16]
16 etc.
17 haec sunt autem duo luminaria, *
18 quae non tantum hoc officium acceperunt, **Vδ**
19 ut diuidant inter diem et noctem, **Pγδ**
20 sed et ut sint in signis et in temporibus et in diebus et in annis. **TTγδε**

1 **6** Propter hoc ergo Hebraei tunc
2 qui digni fuerunt **Pγ**
3 spiritu Dei edocti **Pγ**
4 singulos quoque annos **Vδζ**
5 secundum lunae cursum computauerunt. **P1**
6 et ut ad cursum solis occurrerent **T2γ**
7 inter sexdecim annos, **Pδ**
8 mensis primi dies XXX
9 in duas partes non aequaliter *
10 sed secundum rationem diuiserunt, **TTγ**
11 sicut superius diximus **Tδ**
12 nostros antecessores quidem secundum Hebraeos
13 recte diuisisse **TTγ**
14 in XI et XVIIII,
15 diem autem primum mensis primi **TTγε**
16 non comprehendisse **P1**
17 et ideo errasse. **TTδ**
18 qui dies primus noui mensis **TTγε**
19 secundum cursum lunae duodecies decrescentis **Vδ**
20 recognoscitur XVI kl. April.:
21 in quo talis eadem hora inuenta est luna. **P1γδ**
22 qualis ante annum fuit V kl. April. facta.
23 cuius anni dies Hebraei numerant CCCLIIII
24 usque in XVII kl. Aprilis.
25 qui autem secundum cursum solis computant, *
26 post undecim dies et quartam die
27 VI kl. April.
28 suppletis diebus CCCLXV et <quarto diei>
29 annum consummasse inueniunt, **Tγ**
30 et sic primum diem noui mensis uenturi V kl. April. ostendunt.
31 ac propterea quatuor quadrantes quadriennii in unum diem redigentes **TTγ**
32 quinto quoque anno **TTγε**
33 non V kl. Apr.,
34 sed V kl. Mart. inmittunt,
35 ne primo diei mensis noui superuenturi **P**
36 integrum diem immittant, **Pγ**
37 et hunc totum ordinem *
38 quem Hebraei priores **Pγ**
39 et ante ipsam Romam conditam *
40 certa ratione assecuti sunt *
41 subuertant.
42 annus igitur Hebraeorum **Vδ**
43 in XII menses diuisus facit mensem XXIX S.:
44 similiter et Romanorum
45 in duodecim quoque partitus **Pγ**
46 facit mensem XXX S.
47 ergo inter XXIX S. et XXX S. interest
48 quae intelliguntur esse horae XI et quartum horae.
49 in quibus XI horis et quarto horae **Vγδζ**
50 prior ambulauit sol
51 quando factus est initium diei. **Tδ**
52 sic autem et luna initium noctis fieri repromissa, **Vδ**
53 non oportuit eam post occasum solis fieri *
54 et sic in caelo uideri, **Pγ**
55 quoniam debebat a primo die uideri et prosequi, **Tγδ**
56 cum quo tam magnum officium fuerat adepta. **TTδ**
57 hoc est igitur
58 quod per singulos menses reparata **TTγ**
59 quinta decima luna proceditur a sole. **TTδε**
60 et ideo per annum plus ambulare inuenitur sol
61 XI dies et quartam partem diei.
62 et sic luna,

63 quae quarta feria V kl. Apr. quinta decima fuerat facta, **Pδ**
64 inuenta est suppleto primo anno XXVI qu. V kl. Apr.:
65 item secundo anno
66 adiectis XI diebus
67 et qu. inuenta est VII S. V kl. Apr.:
68 tertio anno XVIII dod. V kl. April.:
69 quarto anno XXX V kl. Apr.:
70 quinto anno XI qu.:
71 sexto anno XXII S.:
72 septimo anno III dod.:
73 octauo autem anno inuenta est XV V kal. Apr.,
74 qualis in principio fuerat facta. **Pδ**

1 **7** Hac itaque ratione non sua **Pγδ**
2 sed Dei sapientia instructi **TTδ**
3 Hebraei circa cursum lunae **TTγε**
4 iuxta regulam primam Graecorum **Pγ**
5 more Aegyptiorum, **P**
6 et non secundum epactas lunares, **Pγ**
7 non potuerunt errasse **Pγ**
8 et ideo
9 quando primum in Aegypto **TTγδ**
10 pridie id. Apr. secunda feria XIIII luna
11 immolauerunt Pascha,
12 suppleto primo anno eorum **Pγ/Ditr.**
13 non potuerunt pridie id. Apr. celebrare Pascha, **Ditr.**
14 quoniam non XIIII sed XXV inuenta est ab eis luna.
15 itaque quaerentes XIIII
16 necesse habebant immissis XVIII diebus
17 pridie kl. Maias
18 inuenire XIIII lunam.
19 sed ne secundo mense inciperent agere Pascha **Pδ**
20 et non primo mense,
21 qui est a XVI kl. <April.
22 usque in XVII kl.> Maias,
23 de XXV diebus lunae retrorsum computantes **TTγ**
24 id est
25 XI dies ipsius lunae deducentes **TTγ**
26 inuenerunt XIIII luna et sexta feria, *
27 kl. Apr.,
28 qui fuit annus communis et primus. **P1γδ**
29 secundo anno item communi XII kal. Apr. III feria:
30 tertio autem anno **V3δζ**
31 non retrorsum computantes, **TTγ**
32 ne excederent XVI kal. Apr.,
33 qui est dies primus mensis primi, **TTγε**
34 et in mensem XII praeteriti anni inciderent, **Tγ**
35 aliter computauerunt. **P1**
36 hic enim fuit annus, **TTγε**
37 in quo non XIX,
38 sed deducto uno
39 XVIII dies eos immittere oportebat. **Vδ**
40 quis autem hic unus de XVIII
41 qui deducitur dies,
42 dicemus per Dei gratiam. **(T)2βδ/***
43 primo enim tempore, *
44 quando in Aegypto obseruata est Pascha, **P1γδ**
45 fuit ipso anno debitum <quadrans: **Pδ**
46 primo anno sequente factum est semis:>
47 secundo anno adiecto **Pγ**
48 factum est dodrans: **P1γδ**
49 tertio autem anno **V3δζ**
50 fictum est as: **Ditr.**
51 tertius igitur annus in pinace, **Tγδ**
52 in quo modo bissextus et embolismus inuenitur. **TTγ**
53 in quo anno
54 Pascha XIIII luna VI id. Apr. et II feria fuisse ostenditur: **T2γ**
55 quarto anno communi **Pγ**
56 V kal. April. feria VI:
57 item quinto anno communi XIIII luna XVI kal. April. feria III:
58 sexto anno embolismus non. April. feria II:
59 septimo anno bissext. VIIII kal. Apr. feria VI:
60 octauo anno embolismus pridie idus April. feria V.
61 ecce itaque, *
62 quomodo superius computauimus
63 quod post anno octo
64 V kal. Apr. iterum inuenta est XV luna.
65 sic post annos octo
66 pridie idus Apr. inuenta est XIIII luna
67 et feria non secunda **Vδε**
68 quomodo ante sed quinta est inuenta. **TTγδ**
69 et ideo secundum eundem pinacem *
70 non per octo annos
71 sed per annos sedecim
72 ad diem suum primum redire ostendimus: **T2γ**
73 et in eo bissexti **Pγ**
74 annos secundum cursum solis **TTγε**
75 sine errore ignorantium notauimus.
76 qui et ipse XVI annis suppletis licet ad certum diem suum **TTγε**
77 immisso embolismo **TTγ**
78 cum XIIII luna occurrit, **Pγ**
79 tamen ad secundam feriam non occurrit sed ad primam. **TTγδε**

80 sic aeque secunda sedecennitas suppleta
81 occurrit ad septimam feriam, **T2δ**
82 tertia uero feria sexta, **Pδ**
83 quarta autem feria quinta. **Pδ**
84 quinta sedecennitas feria quarta, **Pδ**
85 sexta sedecennitas feria quarta, **Pδ**
86 septima autem, **Pδ**
87 cum suppleuerit annos CXII,
88 reuertitur ad pridie id. Apr.
89 et inuenitur luna XIIII et feria II.
90 hi ergo sunt anni CXII
91 in quibus gyrantes **Pγ**
92 et a primo die Paschae obseruato
in Aegypto computantes annos
93 usque ad Christum peruenimus, **TTγ**
94 et diem passionis et resurrectionis
eius ostendimus. **T2γ**

1 **8** Prius est tamen **Pγδ**
2 ut reliquos annos octo pinacis demonstremus: **Vδ**
3 usque in octauum enim computauimus. *
4 nono itaque anno communi **Pγ**
5 XIIII luna et II feria occurrit kal. Apr.,
6 item decimo anno communi **Pγ**
7 XII kal. Apr. sexta feria, *
8 undecimo anno **Pδ**
9 bissextus et embolismus **Vγδ**
10 VI id. Apr. quinta feria, *
11 duodecimo anno communi **Pγ**
12 V kal. Apr. secunda feria, *
13 tertio decimo anno item communi **Pγ**
14 XVI kal. Apr. sexta feria, *
15 quarto decimo anno **Pδ**
16 embolismus non Apr. quinta feria,
17 quinto decimo anno bissext. communi
18 VIIII kal. Apr. secunda feria, *
19 sexto decimo anno **Pδ**
20 facto embolismo
21 inuenta est iterum ad caput, **TTδε**
22 id est
23 in primo uersu
24 luna XIIII
25 et prima feria pridie id. April,
26 in quo die diximus *
27 Iudaeos in Aegypto **TTγδ**
28 primum obseruasse Pascha. **Ditr.**

1 **9** Vnde usque ad Iesum filium Naue
2 annis XLI suppletis
3 immolauerunt filii Israel Pascha kal. Apr. sabbato.
4 Ezechias autem ab <exitu ex> Aegypto
usque ad primum annum regni sui
post annos DCCCLXVII celebrauit
Pascha VI id. Apr. IIII feria.
5 item Iosias duodeuicesimo anno regni sui **TTγε**
6 post annos DCCCCLXX
7 immolauit Pascha XII kal. Aprilis feria II.
8 Esdras autem eo tempore *
9 quo suppletae sunt septem hebdomadae
10 a templo restituto et perfecto **TTγδ**
11 et restituta ciuitate Hierusalem,
12 post annos I'CXIIII
13 sacrificauit Pascha XII kal. Apr. sabato.
14 sed et ipse Iesus dominus et saluator noster
15 post annos I'DLXXVIIII
16 cum discentibus suis **Pδ**
17 manducauit Pascha VI id. April. V feria:
18 et passis est altera die V id. April. VI feria.

1 **10** Hic est Christus Iesus **TTβγε**
2 qui secundum carnem Abrahae fuit filius **2βδ/***
3 in cuius mysterio **Tγ**
4 centenario patri natus Isaac *
5 super humeros suos portauit lignum: **Ditr.**
6 ut ex eo demonstraretur **P**
7 et aduersarios expugnari **Vδ**
8 et credentes salutem consequi per lignum **TTδε**
9 id est
10 per crucis signum.
11 ipse est Abraham, **Tγδ**
12 cui dixit Deus:
*in semine tuo benedicentur omnes
nationes terrae.* [Gen. 22, 18]
13 numquid ergo aliquis in Isaac
misericordiam consequitur?
14 non,
15 sed omnis homo
16 credens Deo
17 in Christo benedicetur. **P**
18 et ideo Abraham
19 qui a Deo Domino dictus est propheta, **TTγδ**
20 cum manifeste sciret
21 in sacramento Christi
22 centenario sibi natum filium, *
23 qui post diem tertium mortem euacuauit **P**
24 et illum fortem et inimicum nostrum uinxit: **TTγε**
25 denumerauit uniuersos uernas suos, **TTγε**
26 et propter centenariam natiuitatem **Ditr.**
27 triplicauit C
28 et fecit signum ibygrT,
29 quibus et adiecit XVIII

30 i. e. ibygrih in nomine Iesu, **Pδ**
31 et aduersarios expugnauit **Vδ**
32 et filium fratris sui Loth
33 de captiuitate eorum liberauit. **TTγ**
34 et merito ipse Dominus et magister noster dicebat Iudaeis: **Pγ**
*si filii Abrahae estis, facta patris uestri facite.* [Joh. 8, 39]
35 at illi itaque
36 qui haec a Christo audierunt **TTγ/Ditr.**
37 non Abrahae
38 sed diaboli facta iniqua facere elegerant.
39 ac propterea gentes **Pδ**
40 facta patris sui Abrahae facientes
41 cum signo crucis et nomine Iesu **Pδ**
42 quotidianis diebus **Pγ**
43 aduersus angelos apostaticos expugnantes **Vδ**
44 sermone Dei armati **Pγ**
45 de captiuitate Satanae *
46 liberant homines. **Tδ**
47 ipse est Abraham
48 qui LXXV annorum credidit uocatas, **TTδ**
49 et quamuis multos
50 id est
51 tamquam stellas caeli **TTγε**
52 filios habere **TTδ/Ditr.**
53 ab ipso Deo sit praedictus, **TTγδ**
54 tamen per unicum filiam eius, **Pδ**
55 cuius imaginem portabat ille agnus immaculatus **P**
56 in Aegypto occisus, **Pγ**
57 et ipse protoplastus Adam
58 et omnis homo credens **TTγε**
59 misericordiam a Deo est consecutus. **Ditr./Vγδ**

1 **11** Denique reuertamur ad Exodum, **Tγδ**
2 id est
3 ad diem Paschae primum,
4 et exinde per ordinem dinumeremus annos **Ditr.**
5 usque ad Christum. **P1γδ**
6 in quibus annis inueniemus **P**
7 nobis magna et admirabilia sacramenta demonstrari, **TTγ**
8 dinumerantes itaque per ordinem:
9 de die
10 quo exierunt ex Aegypto
11 usque ad diem **Pγδ**
12 quo oportebat eos exire de eremo anni XL:
13 exeuntes autem de eremo **TTγδ**
14 et introeuntes
15 et possidentes a Domino sibi repromissam terram,
16 a Iesu filio Naue usque ad Samuel iudicem **Tδ**
17 et Dei sacerdotem **TTγ**
18 secundum Pauli b. apostoli sermonem, **TTδ**
19 qui spiritu Domini edoctus **TTδ**
20 retulit eos implesse annos CCCCL.
21 ipse est Samuel,
22 qui iussu Dei unxit Saul in regem **TTγδε**
23 qui prior regnauit **Pγ**
24 in populo Iudaeorum **Vδ**
25 annis XL
26 post quem regnauit Dauid annis XL mensibus VI.
27 Salomon filius eius annis XXXX.
28 Roboam annis XVII.
29 Abia annis III.
30 Asa annis XLI.
31 Iosaphat annis XXV.
32 Ioram annis VIII.
33 Ozochias anno I.
34 Athalias annis VIII.
35 Ioas annis XL.
36 Amasias annis XXVIIII.
37 Ozias annis LII.
38 Ioathas annis XVI.
39 Achas annis XVI.
40 Ezechias annis XXVIIII.
41 Manasses annis LV.
42 Amos annis II.
43 Iosias annis XXXI.
44 Iochaz mensibus III.
45 Ioacim annis XI.
46 Ioacim filius eius,
47 qui et Iechonias dictus est,
48 diebus centum
49 hi sunt anni
50 [Regum DV,
51 ab Exodo autem] DCCCCLXXXXV.
52 et capta est Iudaea a rege Nabuchodonosor,
53 qui
54 transmigrato Iechonia in Babyloniam
55 constituit in Hierusalem Sedeciam regem Iuda,
56 quem post XI annos expugnauit, **TTγ**
57 et filios eius ante oculos ipsius interfecit: **TTγ**
58 et sic ipsum Sedeciam orbauit
59 et uinctum eum in Babyloniam duci iussit,
60 et in molendino constituit, **Tγ**
61 ubi et mortuus est.
62 tunc adimpletum est de eo **TTγδε**
63 quod dixerat Dominus per Ezechielem prophetam:
*et extendam retiam meam super eum, et comprehendetur in conclusione, et adducam eum in Babyloniem in terra*

*Chaldaeorum et istam terram non uidebit, et illic morietur.* [Ezech. 12, 13]

64 similiter et Hieremias propheta de eo et uniuerso populo eius **Pδ**

65 prophetauit dicens:

*haec dicit Dominus: sic tradam Sedeciam regem Iuda et principes eius et residuos in Hierusalem, qui derelicti sunt in terram istam et eos qui habitant in Aegypto: et dabo eos in dissipationem in omnia regna terrae et in opprobrium et in parabolam et in odium et in execrationem, in omni loco quo eos expulero: et immittam in eos famem et mortem et gladium, donec deficiant a terra quam dedi eis.* [Vgl. Jer. 21, 7]

1 **12** Vndecimo itaque anno **Pδ**
2 Sedeciae suppleti sunt ab Exodo anni mille et sex.
3 et tunc populus Iudaeorum, **Vδ**
4 qui legem non obseruauerat *
5 sed potius contra uoluntatem Dei
6 filios suos idolis immolauerat, *
7 et ipse captiuus agitur: *
8 et ciuitas eorum **TTδ**
9 quae synagogae portabat typum
10 succensa ab aduersariis eradicatur,
11 et templum illud, **Ditr.**
12 quod in mysterio Adae fuerat fabricatum, **Vδ**
13 et ipsum a fundamentis subuertitur **Tγ**
14 et ad planum redigitur. **Tγ**
15 et sic nobis
16 qui in nouissimis diebus credere praeuidebamur, **P1**
17 magnum ut dixi sacramentum demonstrabatur.
18 etenim si meruerat ipse populus et ciuitas exterminari, **Ditr.**
19 quid templum Dei admiserat **Tγ**
20 ut hoc pateretur? **(Pβ)**
21 nisi quia uere constat
22 eum factum
23 ut dixi
24 in mysterio eius **P1δ**
25 qui prior legem Dei transgressus est **Tγζ**
26 et fuit pater omnium peccatorum: **Vδ**
27 et ideo non solum Adae oportebat subueniri, **TTγ**
28 sed et omnibus peccatoribus **Ton. Äqu. 4δ/***
29 qui filii Abrahae futuri praeuidebantur, **P1**
30 merito et ipsi ciuitati et templo **Pγδ**
31 priusquam subuerteretur, **Ditr.**
32 post annos LXX restituto,
33 repromittebatur. **TT**
34 et hoc erat
35 quod iam tunc ab initio saeculi **Tδ**
36 in Abraham
37 patrem fidei *
38 demonstrabatur: **P**
39 qui cum supplesset a die natiuitatis suae annos LXX,
40 non potuit de terra sua exire, **Pγ**
41 nisi in similitudine Pentateuchi,
42 cuius uniuersa mandata populus Israel non erat obseruaturus,
43 adicerentur et anni V,
44 et sic credens Deo,
45 reputaretur ei ad iustitiam.
46 hic est itaque Abraham **Tδ**
47 de quo superius diximus, **Tγ**
48 quod LXXV annorum crediderit uocatus. **TTδ**
49 ad quos LXXV annos adicitur unus annus, **Vδζ/Ditr.**
50 et fiunt LXXVI.
51 quis autem hic
52 qui adicitur unus?
53 ille scilicet *
54 qui de semine eius **Pδ**
55 agnus anniculus immaculatus est dictus. **P1γδ**
56 igitur de mille et sex deducamus LXXVI,
57 et remanent anni DCCCCXXX,
58 quibus suppletis Adam functus est uita. **P1γδ**

1 **13** Post haec autem demonstremus **TTγ**
2 captiuitatis tempus annorum LXX.
3 suppletis enim
4 ab Exodo usque ad Iechoniam
5 annis DCCCCLXXXXV
6 adiciamus XI Sedeciae,
7 qui anni undecim in corpore LXX annorum computantur. **TTγ/Ditr.**
8 quo autem modo uideamus. **TTγ**
9 ex quo capta est Hierusalem, **P**
10 ipse Sedecias annis XI.
11 post quem Nabuchodonosor,
12 qui eum in terra Chaldaeorum uinctum duxit **TTγε**
13 annis XXV.
14 Vlemaradan annis XII.
15 Balthasar annis IIII.
16 et Darius
17 Cyri filius
18 annis XVIII.
19 sunt in se anni LXX.
20 et sic Cyrus suscepit regnum Medorum et Persarum. **TTγδ**
21 ipse est Cyrus
22 cuius in principio regni **Pδ**
23 cum thesauris domus Dei **TTγε**

24 reuersus est populus Iudaeorum **Vδ**
25 in terra sua.
26 ex quo tempore
27 oportebat nos hebdomadas computare. **Vδ**
28 de ipsis enim
29 angelum Dei meminimus Danielo dixisse:
*LXX hebdomades breuiatae sunt super populum tuum et super ciuitatem illam sanctam ut consummetur peccatum et ut signentur peccata et deleantur iniustitiae et expientur iniustitiae et ut reducatur iustitia aeterna et signetur uisio et prophetia et ut ungueatur sanctum sanctorum. et cognosces et intelliges ab exitu sermonis, ut respondeatur et ut aedificetur Hierusalem usque ad Christum ducem, hebdomades VII et hebdomades LXII: et conuertetur et aedificabitur platea et murus, et exinanientur tempora et post hebdomadas has LXII disperibit unctio et iudicium non est in eo: et ciuitatem et illum sanctum corrumpet cum illo duce qui ueniet, et excidentur in cataclysmo, et usque ad finem belli breuiati exterminii. et confirmabit testamentum multis hebdomas una: et in dimidio hebdomadis auferetur meum sacrificium et libatio, et super illum sanctum execratio uastationum, et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super hanc uastationem.* [Dan. 9, 24-27]
*14 Et confirmabit*

1 inquit
*testamentum multis hebdomas una.*
2 haec est ergo hebdomas una **Pδ**
3 quam segregauit angelus de LXX
4 et posuit in nouissima saeculi tempora. **T2δ**
5 quam hebdomadam recognoscimus habere annos septem: **TTγε**
6 in quibus oportet primo Enoch et Eliam uenire,
7 et per suam prophetiam
8 magnae multitudini *****
9 euangelium *****
10 id est
11 nouum testamentum **TTγ**
12 confirmare.
13 sic etenim audiuimus
14 angelum Danielo dixisse:
15 confirmabit testamentum multis hebdomas una.
*et in dimidio,*
16 inquit,
*hebdomadis auferetur meum sacrificium et libatio.* [Dan. 9, 27]
17 dimidium autem hebdomadis tempus et tempora et dimidium temporis ostendit: **TTδ**
18 quod est triennium et menses sex,
19 qui sunt dies secundum Apocalypsin mille CCLX.
20 in quibus diebus **Pγ**
21 ille antichristus **TTγ**
22 magnam faciet uastationem: **Ditr.**
23 et ideo tunc nemo Christianorum **P1**
24 poterit Deo sacrificium offerre, **TTδ**
25 quoniam ipse antichristus incipiet **Tγ**
26 in templo Dei consedere **TTδ**
27 et ignorantibus se Deum affirmare: **TTγ**
28 quem oportet Iesum Dominum et saluatorem nostrum
29 spiritu oris sui interficere *****
30 et praesentia aduentus sui euacuare **P**
31 et in ipso mundum consummare, **TTγ**
32 sicut scriptum est: *****
*et super illud sanctum execratio uastationum, et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super hanc uastationem.* [Dan. 9, 27]

1 **15** Post haec reuertamur ad VII et sic ad LXII hebdomadas.
2 quae septem hebdomadae continent annos XLVIIII:
3 quibus suppletis **Pγ**
4 illo in tempore **Tγδ**
5 et Hierusalem restituta cognoscebatur
6 et platea per medium eius aedificata considerabatur
7 et murus in circuitu ciuitatis ipsius erectus **P1γ**
8 illa omnia *****
9 quae intus erant
10 fortiter tuebatur. **Vδ**
11 in qua ciuitate **Ditr.**
12 templum illud **Ditr.**
13 quod in similitudine Adae fuerat destructum **TTδ**
14 in nomine eius iterum per XLVI annos est aedificatum **P**
15 et in sacramento spiritus sancti **P1δ**
16 oleo est unctum, **TTδε**
17 quomodo ab angelo fuerat dictum, **Pδ**
18 ut consummetur uisio et prophetia
19 et ungueatur sanctum sanctorum. **Pγ**
20 ipsud autem fuit sanctum sanctorum **Pγ**
21 in imaginem hominis unctum, **Pδ**
22 quod cum ipsa ciuitate **Ditr.**
23 pro infidelitate Iudaeorum **TTγ**
24 ab ipso Domino nostro **Pδ**
25 iterum temporibus Vespasiani est exterminatum. **Ditr.**
26 sic fuerat enim in eodem capitulo **Tγ**
27 quem exponimus scriptum: **P1δ**

*et post LXII hebdomadas disperibit unctio, et iudicium non est in eo, et ciuitatem et illud sanctum corrumpet cum illo duce qui ueniet, et excidentur in cataclysmo, et usque ad finem belli breuiati exterminii.* [Dan. 9, 26]
*excidentur*
28 inquit
*in cataclysmo.*
29 de quibus hoc dicitur? **Tγδ**
30 utique de ipsius Iudaeis **Pγ**
31 qui
32 post aduentum Christi
33 in illa obsidione et expugnatione Vespasiani
34 excisi et eiecti sunt de ciuitate sua,
35 in qua iam non redeunt
36 nec in ipsa fine belli breuiati. **TTγ**
37 quod est autem hoc bellum breuiatum, **TTγ**
38 nisi antichristi regnum
39 quod exsurgere habet **Pδ**
40 contra populum Christianorum? **P1**
41 ipsi sunt dies **Pγδ**
42 de quibus ait Dominus in euangelio: *
*et nisi abbreuiati essent dies illi, non liberaretur omnis caro.* [Matth. 24, 22]

1 **16** Restitutum est igitur templum **Pδ**
2 in nomine protoplasti, **Vδ**
3 qui dictus est Adam, **Pγδ**
4 sicut supra diximus, *
5 post annos XLVI.
6 sic autem ostenditur in nomine Adam, **Pδ**
7 cum apud Graecos prima littera nominis eius dicitur alpha μια,
8 secunda autem delta τεσσαρες,
9 tertia iterum alpha μια
10 et quarta mi τεσσαρακοντα
11 et sic fit numerus sex et quadraginta.
12 qui numerus annorum sic comprehendetur: **P1**
13 cum a die illo
14 quo reuersus est in terra sua Iudaeorum populus,
15 regnauit Cyrus Persarum annis XXXI:
16 post quem Cambyses annis IX,
17 et impleti sunt XXXX.
18 post annos autem XL
19 regnat Smerdis Magus mensibus septem, **P1δ**
20 qui menses a nobis non computantur. **Ditr.**
21 quare?
22 quoniam in septimo mense Cyri **V3δζ**
23 fundamenta templi posuerunt, **TTγ**
24 et exinde usque ad annum secundum Darii *
25 opus in eo non confecerunt.
26 tunc prophetant Aggaeus et Zacharias,
27 per quos exhortatus est eos Dominus, *
28 et unanimes accesserunt **Vδ**
29 et in quadriennio residuum opus templi consummauerunt.
30 quod ipsum quidem in primo libro Esdrae manifeste demonstratur, **TTγ**
31 quod sexto anno Darii templum Dei per omnia sit consummatum.
32 ad XL adiciamus Darii VI,
33 et fiunt XL et VI.
34 quibus annis adiecti sunt tres
35 in mysterio passionis et resurrectionis Christi,
36 et impleta est hebdomada septima. **Tδ**
37 et tunc platea et templum et murus et ipsa ciuitas *
38 quadragesimo et nono anno suppleto **Pγ**
39 per omnia perfecta et protecta demonstrabatur.
40 sed hoc totum opus in sacramento ecclesiae perficiebatur.

1 **17** Denique uideamus **Vδ**
2 quid ipsi XLVIIII anni significent. **Tγ**
3 non sine causa enim Deus uoluit *
4 in septem hebdomadibus
5 tam magnum
6 id est
7 propheticum opus consummari. **TTγ**
8 hoc autem modo propheticum fuisse intelligitur, *
9 cum de XLVIIII annis
10 in nomine Iesu Christi **Vδζ**
11 decem et octo segregantur **TTγ**
12 et remanent XXXI:
13 quibus suppletis **Pγ**
14 Christus Iesus propter credentium salutem **TTδ**
15 passus est et resurrexit,
16 et per semet ipsum **Ditr.**
17 omnia perfecta ostendit: **P1γ**
18 et templum
19 quod non humanis
20 sed suis sacris manibus *
21 ob imperium patris sui plasmauit **Pγ**
22 non oleo
23 sed spritu Dei unxit **Vδζ/1βδ**
24 et ciuitatem
25 id est
26 ecclesiam **Tβγ**
27 lapidibus sanctificatis aedificauit
28 et in ipsa plateam constituit.
29 platea autem est **Tδζ**
30 uia recta et plana, **P1γδ**
31 in qua ambulantes **Ditr.**

32 perueniunt ad uitam aeternam. **P1γ**
33 huic ciuitati fortem et inexpugnabilem murum **P1δ**
34 id est
35 sanctum nomen suum **TTγε**
36 constituit:
37 per quod nomen
38 omnes aduersarios pedibus eius subicit. *
39 et ecce Dei gratia *
40 quam praeclara et admirabilia
nobis ostensa sunt **Tγζ**
41 per annos XXXVIIII,
42 qui anni e contrario infidelibus *
43 et persecutionem seruis Dei facientibus *
44 magnam demostrant superuenturam calamitatem.
45 qua autem ratione uideamus: **TT1$^2$γ**
46 hic enim mundus **P1βδ**
47 in quo iusti et iniusti ab initio
saeculi conuersantur **Vδ**
48 sex diebus est consummatus, **Vγδ**
49 quibus suppletis
50 benedictus est dies septimus ille **Pδ**
51 superuenturus sabbati aeterni. **TTδ**
52 in his itaque diebus **TTδ**
53 ab initio non tantum diabolo et angelis eius **P1δ**
54 sed et omnibus peccatoribus **Ton. Äqu. 4δ/***
55 a Deo ignis est praeparatus. **V3γδ**
56 in cuius flamma uri ille Finaeus diues
57 ab ipso Dei filio est demonstratus.
58 hic est gehennae ignis,
59 in cuius similitudine **T**
60 caminus imperio regis septies tantum incensus **P1γ**
61 per XL et VIIII cubita excreuit **TTδ**
62 et aduersarios Ananiae Azariae
et Misahel consumpsit,
63 et ipsos tres pueros
64 a Dei filio protectos **TTδ**
65 (in mysterio nostro **P1δ**
66 qui sumus tertium genus hominum) *
67 non uexauit.
68 suppletis itaque XLVIIII annis
69 post LXX captiuitatis
70 facti sunt anni CXVIIII.
71 qui CXVIIII anni coniunguntur illis **Ditr.**
72 qui ab Exodo usque ad Iechoniam
73 computati sunt anni DCCCCXCV,
74 et fiunt in se anni usque ad Hierusalem restitutam
75 suppleta septimana I'CXIIII.

1 **18** Septima autem septimana suppleta **Pγ**
2 necesse est nos ad LXII hebdomades uerti,
3 quae continent annos CCCCXXXIIII.
4 quibus suppletis **Pγ**
5 oportuit Christum secundum carnem nasci. **TTγε**
6 de quo in continenti **Ditr.**
7 Simeon
8 uir iustus
9 portans eum suis manibus dixit **Pδ**
10 ad Mariam matrem eius: **Ditr.**
*ecce hic positus est in casum et resurrectionem multorum in Israel et in signum cui contradicetur.* [Luc. 2, 34]
11 non tantum autem Simeon
12 sed et ipsi CCCCXXX et IIII anni
13 et signum crucis et tempus passionis **TTγ**
14 et tertium diem resurrectionis
eius demonstrauerunt.
15 quo autem modo uideamus: **TTγ**
16 superius enim diximus *
17 Abrahae centenario natum filium *
18 in mysterio Christi, **P1δ**
19 et demonstrauimus
20 neminem in Israel benedictionem consecutum **TTγ**
21 aut nunc modo posse benedictionem consequi, *
22 nisi in semine ipsius Abrahae
23 qui est Christus.
24 et ideo in sacramento Christi
25 de CCCCXXXIIII annis
26 primo segregantur centum, **gl. Aktzentfolge**
27 et remanent CCCXXXIIII.
28 anni CCC scilicet ostenderunt T crucis signum,
29 et remanserunt XXXIIII:
30 de quibus deductis III
31 propter diem resurrectionis eius **Ditr.**
32 remanserunt anni XXXI.
33 quibus suppletis **Pγ**
34 oportuit propter peccata
credentium pati Christum. **Vδζ**
35 ipsos igitur CCCCXXXIIII annos adiciamus
36 ad summam superiorem,
37 et inueniamus annos ab Exodo
38 usque ad natiuitatem Christi
39 mille DXLVIII.
40 cuius natiuitatis templum cognoscere
desiderantes **Ditr.**
41 ipsos annos MDXLVIII ab Exodo
42 id est
43 a primo pinacis uersu **Pδ**
44 diligenter dinumeremus, **P**
45 et ad diem natiuitatis eius perueniemus. **P**
46 qui dies sexta sedecennitate **Ditr.**
47 in tertio decimo uersu **Pδ**
48 inuenitur V kl. April. feria IIII.

1 **19** O quam praeclare et diuina Domini prouidentia, **Ton. Äqu. 4δ/***

2 ut in illo die

3 quo factus est sol **Ditr.**

4 in ipso die

5 nasceretur Christus

6 V kl. Apr. feria IIII.

7 et ideo de ipso merito *

8 ad plebem dicebat Malachias propheta:

*orietur uobis sol iustitiae, et curatio est in pennis eius.* [Mal. 3, 30]

9 hic est sol iustitiae *

10 cuius in pennis curatio praeostendebatur.

11 de quo et Moyses in cantico recognoscitur dicens: **P1δ**

*et super pullos suos concupiuit et expandens alas suas.*

12 ipse est Dominus **Tγδ**

13 in cuius similitudine **T**

14 hic sol annuus per CCCLXV dies et quartam partem diei consummat. **TTδ**

15 quae ipsa quidem pars quarta diei habet tres horas. **Pγδ**

16 tres autem horae

17 imaginem portant illorum trium dierum **Pγ**

18 qui in principio saeculi **Tδ**

19 sine sole et luna fuerunt. **Pγ**

20 et ideo

21 quomodo tres horae

22 in quadriennio quater computatae **TTγ**

23 unum diem duodecim horarum effecerunt, **TTγ**

24 sic et ipsi tres dies, **Pγδ**

25 per quatuor tempora **Tδ**

26 ternos menses sibi defendentes **TTγ**

27 annum post XII menses suppletum demonstrauerunt.

28 et sic per hanc multiformem trinitatem **TTγ**

29 et ipsae duodecim horae **Pδ**

30 euangelium unum **Pδ**

31 in quatuor partes diuisum ostenderunt, **TTγ**

32 et tres menses per quatuor tempora **Tδ**

33 id est

34 per quatuor euangelistas **Ditr.**

35 electos a Christo XII apostolos nobis manifestauerunt.

1 **20** Hi sunt apostoli, **Tβδ**

2 quorum sermonibus aedificati **P**

3 recognouimus *

4 Dominum nostrum **Pδ**

5 anno sextodecimo imperii Tiberii Caesaris passum, **P1δ**

6 cum esset ipse annorum XXXI.

7 ad XVI ergo annum et XXXI

8 adiciamus XVIII in nomine ipsius Iesu, **Pγ**

9 et fit numerus LXV:

10 quibus desunt trecenti **Pγ**

11 ut impleatur annus secundum cursum solis. **TTγε**

12 CCC autem apud Graecos **TTγε**

13 per unam litteram notantur **TTδ**

14 quae dicitur <tau>,

15 et manifeste demonstrat omnibus <tau> crucis signum.

16 ecce iterum iam uere credamus **Pγ**

17 quod V kl. April. secundum carnem natus sit Christus: **Pγδ**

18 in quo die probauimus solem factum. **Vδζ**

1 **21** Debemus ostendere **T2γ**

2 et id ipsum non fuisse uacuum, *

3 sed in salutem nostram fuisse praeostensum. **TTγ**

4 in die enim quarto **TTγε**

5 quando factus est sol, **Ditr.**

6 ipso die et luna facta est XV,

7 altero autem die fuit XVI,

8 tertio uero XVII:

9 et sic plasmatus est Adam de terra, **Pγδ**

10 qui

11 per suam inobedientiam

12 non tantum sibi

13 sed et nobis arcessierat mortem iniquam: **Pγ**

14 quam mortem Dominus noster Iesus conculcans **Pγ**

15 passus est luna XV,

16 et requieuit in corde terrae XVI:

17 tertio autem die **Vδζ**

18 luna XVII inuenta

19 reuersus est ab inferis de terrae fundamentis: **TTγ**

20 et sic ipsi Adae et omnibus credentibus

21 in se restituit uitam aeternam. **P1γ**

22 quomodo autem **Pδ**

23 per solis cursum

24 temporis signum <tau> **Tδζ**

25 et tempus passionis demonstratum est, *

26 sic et per cursum lunae

27 tertius dies resurrectionis eius **Ditr.**

28 euidenter ostensus est. **T2γζ**

29 a die enim primo **TTγε**

30 in quo facta est luna quinata decima

31 exinde per dies XV uisa est in caelo: **TTγδε**

32 sextodecimo autem die,

33 sicut in anno XVI imperii Tiberii Caesaris,

34 uelut mortua *
35 non est ab hominibus uisa, **Pδ**
36 similiter et XVII die non est uisa, **TTγδε**
37 duodeuigesimo autem **P1δ**
38 in similitudine et in nomine ipsius Iesu **Pγ**
39 et ipsa post tertium diem
40 ad uesperam restituta resurrexit, **TTγ**
41 et nostram omnium resurrectionem **Ditr.**
42 futuram ad uesperam **T2γδ**
43 id est
44 in nouissima saeculi hora **P1δ**
45 demonstrauit.

1 **22** Ecce igitur
2 quanta nobis dies natiuitatis Domini ostendit. **TTδ**
3 qui natiuitatis dies ab Exodo repertus est
4 ut diximus post annos I'DXLVIII.
5 quos annos ab Exodo sic uere a nobis collectos ostendimus, **Tγ**
6 cum et ipsorum annorum rationem **TTγ**
7 non esse uacuam demostramus. **Vδ**
8 Dominus enim sanctus et diuinus **TTγδ**
9 ut ostenderet nobis **P1δ**
10 quoniam futurorum est praescius, **T2γδ**
11 et in ipsis annis manifestauit tempus
12 in quo oportebat **(P)1β**
13 a filio eius aquam **Vδζ**
14 quae abluit peccata **TTδ**
15 XV anno imperii Tiberii Caesaris sanctificari. **P**
16 et ideo quomodo Abraham
17 quando expugnare uoluit *
18 qui Loth filium fratris eius captiuum duxerunt, **Pγ**
19 numerauit uernas suos **TTγε**
20 primum XVIII in nomine Iesu, **Pδ**
21 et alios
22 propter centenariam generationem **TT**
23 in sacramento trium dierum triplicans *
24 numerauit CCC
25 et fecit T signum crucis: **TTγε**
26 ita et nos de I'DXLVIII annis
27 quindecies centenos deducamus, **TTγ**
28 et remanent XLVIII:
29 ex quibus in nomine Iesu sublatis XVIII
30 inuenti sunt anni XXX:
31 quibus suppletis Dominus Iesus a natiuitate sua
32 baptizatus est a Ioanne **Vγδε**
33 anno quintodecimo imperii Tiberii Caesaris: **Tδ**
34 cuius anno sextodecimo passus est et resurrexit.
35 adiciamus ergo iterum ad summam annos XXXI,
36 et fiunt in se omnes ab Exodo usque ad passionem anni I'DLXXVIIII.
37 a quo tempore
38 id est
39 a passione **Ditr.**
40 usque ad annum quintum
41 Gordiani Arriano et Papo consulibus **Tγ**
42 suppleti sunt anni CCXV,
43 ab Exodo autem omnes anni I'DCCXCIIII.

1 **23** Hos autem annos omnes ab Exodo
2 id est
3 a primo pinacis uersu **Pδ**
4 per septem sedecennitates illos
5 usque numerando omnes annos supradictos consummemus, **TTγ**
6 et tunc ad tertium uersum primae sedecennitatis peruenientes
7 inueniemus secundum Iudaeos **Pγ**
8 Pascha XII kal. Apr. feria tertia, **T2δ**
9 secundum nos autem **Pγδ**
10 tertio uersu primae sedecennitatis VII kal. Apr.
11 occurrit dominicus. **Tγ**
12 ipso itaque ordine **Tδ**
13 in priora ambulantes **TTγ**
14 usque in finem saeculi *
15 Iudaeorum et Christianorum dies Paschae inuenire uolentes **Tγ**
16 non errauimus.
17 ac propterea Deo patri omnipotenti, *
18 qui nos ad gratiam tantam uocauit **Pγ**
19 et diuina sacramenta manifestauit,
20 per Iesum Christum **Pδ**
21 filium eius **Pδ**
22 dominum et saluatorem nostrum
23 semper sine cessatione gratias agamus. **TTδ**

## 3.13 De rebaptismate

Non debere denuo baptizari qui semel in nomine Domini Iesu Christi sint tincti.

1 **1** Animaduerto **P**
2 quaesitum apud fratres **TTγε**
3 quid potius obseruari oportet **Pγ**
4 in personam eorum, **Pγ**
5 qui in haeresi quidem **Pδ**
6 sed in nomine Dei nostri Iesu Christi sint tincti, **Pγδ**
7 postmodum inde digressi **P1γ**
8 et suppliciter ad ecclesiam Dei aduolantes, **TTγ**
9 totis praecordiis **Tγ**
10 paenitentiam agerent **Tδ**
11 et erroris sui damnationem **Ditr.**

12 nunc demum intellegentes **Ditr.**
13 auxilium salutis ab ea implorarent, **TTγ**
14 utrum uetustissima consuetudine **T2**
15 ac traditione ecclesiastica **T**
16 post illud
17 quod foris quidem
18 sed in nomine Iesu Christi Domini nostri **Pδ**
19 acceperunt baptisma **Pγ**
20 tantummodo imponi eis manum ab episcopo
21 ad accipiendum spiritum sanctum sufficeret **Tγ**
22 et haec manus impositio *
23 signum fidei iteratum atque consummatum **TTγ**
24 eis praestaret, **Pγ**
25 an uero etiam iteratum baptisma his necessarium esset **P1δ**
26 tamquam nihil habituris, **TTγ**
27 si hoc quoque adepti ex integro non fuissent **V3δε**
28 perinde ac si numquam baptizati in nomine Iesu Christi forent. **TTγε**
29 ideoque nonnulla super hac noua quaestione **TTγ/Ditr.**
30 scripta aut rescripta esse iactabantur, **TTγ**
31 quibus utraque pars
32 ad destruenda aliena **TT1$^{2}$γ**
33 summo studio nitebatur. **Vδ**
34 in quo genere quaestionis, **Vδ**
35 ut mihi uidetur, **Pγ**
36 nulla omnino potuisset controuersia aut disceptatio emergere,
37 si unusquisque nostrum **Ditr.**
38 contentus uenerabili ecclesiarum omnium auctoritate **P/Ditr.**
39 et necessaria humilitate
40 nihil innouare gestiret, **P1γ**
41 cum locum contradictioni [non] quemlibet animaduerteret. **T**
42 Namque omne **Ditr.**
43 quod anceps et ambiguum
44 et in diuersis sententiis prudentium ac fidelium uirorum constitutum est, *
45 si contra priscam et memorabilem *
46 cunctorum emeritorum sanctorum et fidelium
47 solemnissimam obseruationem iudicatur, **TTγ**
48 damnari utique debet, **Pδ**
49 cum in re olim composita et ordinata, **Ditr.**
50 quodcumque est illud **P1γδ**
51 quod contra ecclesiarum quietem atque pacem **TTγε**
52 in medium producatur **Vδ**
53 nihil praeter discordia et simultates et schismata <sit> allaturum;
54 ubi nullus alius fructus reperiatur
55 nisi hic solus,
56 ut unus homo,
57 quicumque ille est,
58 magnae prudentiae et constantiae esse **P1δ**
59 apud quosdam leues homines **TTγε**
60 inani gloria praedicetur **V3δ**
61 et haereticorum stupore praeditus, *
62 quibus hoc unicum perditionis solacium est
63 si non soli peccari uideantur, **TTγ**
64 errores et uitia uniuersarum ecclesiarum correxisse **TTγ**
65 apud simillimos sui et compares celebretur. **Vδ**
66 Haereticorum enim omnium *
67 hoc studium atque propositum est
68 sanctissimae matri nostrae ecclesiae **Tγ**
69 eiuscemodi et plurimas quantas calumnias nectere **T2δ**
70 et inuenisse aliquid *
71 quod ei crimini uel etiam leuiter dari posset **Vδζ**
72 summam gloriam ducere. **T2δ**
73 Quod cum nullum sanae mentis fidelium tenere **TTδ**
74 uel maxime nullum omnino in quocumque clero constitutum **TTγ**
75 ac multo magis episcoporum audere deceat, *
76 monstri simile est
77 ipsos episcopos talia scandala cogitare **Vδ**
78 et turpitudinem matris ecclesiae, **T2γ**
79 si quam putant in hoc negotio esse, **P1δ**
80 contra praeceptum legis et omnium scripturarum **Vδ**
81 nimis inreuerenter **P**
82 cum ipsa ipsorum turpitudine et periculo **Ton. Äqu. 4δε**
83 non uereri detegere, **Tγ**
84 quamquam nulla sit in hoc
85 nisi in errore ipsorum illorum **P1γ**
86 turpitudo ecclesiae. **Tγ**
87 itaque deterius delinquitur ab hominibus eiusmodi,
88 si id
89 quod in obseruatione antiquissima *
90 aliis tamquam non recte fiat
91 reprehenditur, *
92 et ab his
93 qui ante nos fuerunt, **TTγδ**
94 tum etiam a nobis recte obseruatum esse et obseruari **Vγδ**
95 manifeste ac fortiter ostendatur, **Vδ**
96 ita ut,

97 etsi paribus argumentis **Vδ**
98 ex utraque parte congrederemur, **P**
99 tamen quia non poterat id
100 quod innouabatur **P1**
101 sine dissensione fratrum **Ditr.**
102 et damno ecclesiastico consistere,
103 utique non deberet contra fas
104 quod aiunt
105 et nefas,
106 id est
107 contra bonum et aequum **Pγδ**
108 ecclesiae matri **P1δ**
109 quasi macula temere infligi, **TTδ**
110 eis que
111 qui hoc adtentarent
112 audaciae huius atque impietatis ignominia *****
113 merito deberet adscribi. **P1γ**
114 Sed quoniam non est in nostra potestate **TTγ**
115 ut
116 secundum praeceptum apostoli **Tγ**
117 id ipsum dicamus omnes **Ditr.**
118 neue sint in nobis schismata,
119 tamen in quantum possumus conitimur
120 huius tractatus statum demonstrare **TTγ**
121 et turbulentis hominibus, **Tγ**
122 ut uel nunc suum negotium agere incipiant,
123 persuadere, **P1**
124 consecuturis plurimum etiam nobis, **Pδ**
125 si hoc quoque consilio sano **Pδ**
126 tandem uoluerint adquiescere. **Ton. Äqu. 4δ/***
127 Et ideo
128 quaecumque sanctarum scripturarum **TTγ**
129 ad hanc partem pertinentia sunt capitula **Ton. Äqu. 4δζ/***
130 necessario in unum congeremus, **TTγ**
131 et quae uidentur esse diuersa aut uaria **Tγδ**
132 quantum poterit *****
133 manifeste inter se conglutinabimus **T**
134 et utilitatem ac commodum singulorum **V3δ**
135 pro mediocritate nostra examinabimus,
136 ut agendi in ecclesia formam et consuetudinem
137 saluberrimam atque pacificam **Tγ**
138 uniuersis fratribus insinuemus.

1 **2** Igitur adgredientibus tractatum **TTδ**
2 salutaris et noui **Pγδ**
3 hoc est
4 spiritalis et euangelici baptismatis
5 in primis occurrit notissima omnibus praedicatio **Ton. Äqu. 4δ/***
6 celebrata atque coepta ab Ioanne baptista, **P1γ**
7 qui aliquantum desciscens a lege **Pγδ**
8 id est
9 Moysi antiquissimo baptismate
10 et uiam nouae et uerae gratiae praesternens
11 et baptismate
12 quod interim exercebat aquae et paenitentiae *****
13 sensim aures Iudaeorum praeueniebat et occupabat **Vγδ**
14 spiritalis baptismatis futuri annuntiatione, **TT**
15 adhortans eos et dicens: **Pγδ**

*Qui post me uenit fortior me est, cuius ego non sum dignus corrigiam calciamenti soluere; ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni.* [Matth. 3, 11]

16 Propter quod nobis quoque huius sermonis orsus hinc incipere debebit. **TTδ**
17 Nam et Dominus hanc eandem uocem Ioannis **Pγ**
18 post suam resurrectionem **TT/Ditr.**
19 in actis apostolorum confirmans

*praecepit eis ab Hierosolymis non discedere, sed exspectare illam promissionem patris quam audistis a me, quia Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies.* [Act. 1, 4. 5]

20 Itemque Petrus eadem uerba Domini percensuit,
21 rationem pro se apud apostolos reddens dicendo: **Pγ**
22 Cum autem inciperem loqui ego, irruit spiritus sanctus super eos, sicut et super nos in principio, et recordatus sum sermonem Domini

*sicut dicebat: Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Si ergo aequale donum dedit eis sicut et nobis credentibus Dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere Domino?* [Act. 11, 15-17]

23 Et iterum:

*Viri fratres, scitis quia a diebus antiquis in nobis Deus elegit per os meum audire gentes uerbum euangelii et credere, et qui corda nouit Deus testimonium perhibuit dans eis spiritum sanctum sicut et nobis.* [Act. 15, 7]

24 Ac propterea huius sententiae **Tγ**
25 quae sit uis et potestas **Pβγ**
26 considerare debemus. **P1γ**
27 Ait enim Dominus eis **Pδ**
28 qui postmodum baptizari haberent, **Pγ**
29 quia crederent, *****
30 baptizandos esse,
31 non quemadmodum a se in aqua in paenitentiam, *****
32 sed in spiritu sancto. **P1δ**
33 De qua praedicatione **TT/Ditr.**
34 cum utique nemo nostrum possit ambigere, **Tγ**

35 manifestum est, *
36 qua ratione homines in spiritu sancto **P1δ**
37 baptizati sint; *
38 nam et proprie in ipso solo sancto spiritu baptizati sunt *
39 qui crediderunt, **Ditr.**
40 quia Ioannes discreuit et diuisit **TTγδ**
41 dicens se quidem in aqua baptizare, **TTγ**
42 uenturum autem **Ditr.**
43 qui in spiritu sancto baptizet,
44 gratia et uirtute Dei uiui **TTγε**
45 (?)dona occulta largiente et operante, **Vγδ**
46 nihilominus autem etiam in baptismate spiritus et aquae,
47 praeterea etiam in baptismate spiritus **T2δ**
48 in sanguine proprio uniuscuiusque, **P**
49 sicut declarant nobis sanctae scripturae, **Pγ**
50 quarum per singula **Tγδ**
51 quaeque eorum quae enarrabimus *
52 adferemus perspicuas probationes. **P**

1 **3** Ad quae forte tu,
2 qui nouum quid inducis, **TTγδ**
3 continuo impatienter respondeas **Tγ**
4 ut soles dixisse in euangelio Dominum: **Tδ**
*Nisi quis denuo natus fuerit ex aqua et spritu, non potest introire in regnum caelorum.* [Joh. 3, 5]
5 Ex quo manifeste apparet **Pγ**
6 illi baptisma solum prodesse **Pγ**
7 cui possit etiam spiritus sanctus inesse; **Pγ**
8 super ipsum enim Dominum *
9 cum baptizaretur **P1**
10 spiritum sanctum descendisse **TTγ**
11 factum que eius atque dictum pariter congruere
12 nec alia ulla ratione **TTγ**
13 mysterium istud posse consistere. **T2γ**
14 Cui responso **Pγ**
15 nemo nostrum adeo ita insanus reperitur aut contumax
16 ut audeat
17 contra fas aut contra uerum contradicere, *
18 scilicet rebus integris *
19 et omni modo ita in ecclesia gerundis **TTδ**
20 et
21 secundum disciplinae ordinem *
22 perpetuo a nobis obseruandis. **TTγ**
23 Sed si in eodem nouo testamento **TTγ**
24 haec,
25 quae in isto negotio deprehendimus adunata, **Vδ**
26 nonnumquam reperiantur quodum modo diuisa ac separata **V3γδ**
27 et proinde disposita atque si sint singula,
28 uideamus
29 utrum possint esse aliquando etiam singulariter solitaria, **4δ/***
30 quasi non sint mutila
31 sed tamquam integra atque perfecta. **P1γ**
32 Nam cum per manus impositionem episcopi **Tγ**
33 datur unicuique credenti spiritus sanctus, **P1δ**
34 sicut apostoli circa Samaritanos
35 post Philippi baptisma **Pγ**
36 manum eis imponendo fecerunt, **Pγ**
37 et hac ratione
38 spiritum sanctum in eos contulerunt, **TTγ**
39 quod ut fieri posset **Pδ**
40 ipsi pro eis orauerunt, **TTγ**
41 – nondum enim super quemquam eorum deciderat spiritus, **Tδ**
42 tantum autem baptizati erant
43 in nomine Domini Iesu –: **Pδ**
44 Dominus quoque noster **Vδζ**
45 post resurrectionem, **TT/Ditr.**
46 cum insufflasset et dixisset apostolis suis **Pδ**
*accipite spiritum sanctum,* [Joh. 20, 22]
47 ita demum largitus eis spiritum sanctum. **P1δ**

1 **4** Cum ita inuenitur, **TTγ**
2 quid tibi,
3 frater,
4 uidetur?
5 Si quis non ab episcopo baptizatus, **V3δ**
6 ita ut
7 si in continenti etiam manus ei imponatur, **TTγ**
8 priusquam tamen acciperet spiritum sanctum **P1δ**
9 fuerit defunctus, **TTδ**
10 utrum censeas *
11 salutem percepisse eum necne? **TTγε**
12 Quoniam quidem et ipsi apostoli et discipuli, **Ton. Äqu. 4δε/***
13 qui etiam alios baptizabant, **Vδ/Ditr.**
14 qui etiam a Domino sint baptizati **Ditr.**
15 non statim spiritum sanctum acceperint, **T2γ**
16 qui nondum erat,
17 quia Iesus nondum fuerat clarificatus,
18 sed post resurrectionem eius **Ditr.**
19 nec modicum interuallum temporis *
20 quo id gestum est
21 intercesserit, *
22 sicuti et cum baptizati sunt a Philippo Samaritani,
23 donec Samariam rogati ab Hierusalem
24 apostoli descenderent ad illos, **TTδε**
25 ut eis manum imponerent **Tγ**

26 et spiritum sanctum **P1δ**
27 per manus impositionem **TT1$^{2}$**
28 in eos conferrent, **Pγ**
29 quoniam illo interuallo temporis *
30 aliquis eorum **TTδ**
31 non adeptus spiritum sanctum **P1δ**
32 morte potuit intercipi
33 et defraudatus gratia spiritus sancti defungi. **Pγ**
34 Quod hodierna quoque die **TTγε**
35 non potest dubitari **TTγ**
36 esse usitatum et euenire solitum *
37 ut plerique post baptisma **TTγδ**
38 sine impositione manus episcopi **Tγ**
39 de saeculo exeant, **T2δ**
40 et tamen pro perfectis fidelibus habentur. **TT1$^{2}$δ**
41 Sicuti Aethiops eunuchus
42 cum rediret ab Hierusalem
43 et legeret prophetam Esaiam
44 et haesitaret
45 suggerente spiritu *
46 audita ueritate a Philippo diacono **Tγ**
47 credidit et baptizatus est, *
48 et cum ascendisset de aqua, **Pγδ**
49 spiritus Domini rapuit Philippum, **TTδ**
50 et non uidit eum iam nunc amplius eunuchus; **TTδ**
51 abibat enim uiam suam gaudens. **TTγε**
52 quamquam,
53 ut animaduertis,
54 imposita ei manus non est ab episcopo,
55 ut spiritum sanctum acciperet. **Tγ**
56 Quod si hoc admittis
57 et salutare esse credis **Ditr.**
58 nec opinioni omnium fidelium refragaris, **Vδ**
59 necesse est confitearis, **P**
60 proinde autem atque hoc latius tractatu procedit, **Pγ**
61 etiam illud aliud latius posse consistere, **T2γ**
62 id est
63 ut per solam manus impositionem episcopi, **Tγ**
64 quia baptisma in nomine Iesu Christi Domini nostri praecessit, **Pγ**
65 possit alio homini paenitenti atque credenti **P1γ**
66 etiam spiritus sanctus tribui, *
67 quoniam eos
68 qui in Christum credituri essent
69 scriptura sancta praedixit **P1γ**
70 oportere in spiritu baptizari, **V3δ**
71 ita ut et hi quoque
72 non uideantur minus aliquid habere **TTδ**
73 quam illi
74 qui perfecti sunt christiani, **Vγδ**
75 nec necesse sit quaeri **P1γδ**
76 quale illud baptisma fuerit *
77 quod in nomine Iesu Christi sunt consecuti. **Vγε**
78 Nisi forte in illo quoque superiore tractatu **Pγ**
79 circa eos,
80 qui tantum modo in nomine Christi Iesu baptizati fuerint, *
81 statuas etiam sine spiritu sancto posse saluos fieri, *
82 aut non hac sola ratione, **TTγ**
83 id est
84 per manus impositionem episcopi,
85 spiritum sanctum consuesse praestari **P1γ**
86 aut etiam non episcopum dicas spiritum sanctum solitum esse largiri. **P1γ**

1 **5** Quod si ita est
2 et potest aliquid horum eueniens **Tγ**
3 salutem homini credenti non praeripere, *
4 tu quoque ipse **(Pβδ)**
5 annuis quodam modo dimidiatum
6 et non ut contendis consummatum mysterium fidei, **Tδ**
7 qua necessitas interuenit,
8 salutem adimere non posse credenti et paenitenti homini. *
9 Aut si dicis
10 huiusmodi hominem saluum non posse fieri, **Tβδ**
11 omnibus episcopis salutem adimis, **Tγ**
12 quos ita periculis quam certissimis adstringis, **TTδ**
13 ut omnibus hominibus
14 qui sub cura eorum agunt
15 et hac atque illac dispersis regionibus ipsorum infirmantur **TTγ**
16 per semet ipsos subuenire debeant, *
17 quia ceteri homines minoris cleri
18 iis qui periclitantur
19 hoc idem praestare non possint, **P1γδ**
20 ne sanguis eorum **Pγ**
21 qui uacui de saeculo exisse uidebantur **TTγ**
22 de manu episcoporum necesse habeat requiri. **TTδ**
23 Porro autem,
24 ut non ignoratis,
25 credentibus hominibus inuenitur spiritus sanctus **P1δ**
26 a Domino datus **Pδ**
27 sine baptismate aquae, **Pδ**
28 sicut actis apostolorum continetur **TTγ/Ditr.**
29 in hunc modum:
*Adhuc loquente Petro uerba haec irruit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum, et*

*obstupefacti sunt qui erant ex circumcisione fideles quotquot simul uenerant cum Petro, quia et super gentes donum spiritus sancti effusum est; audiebant enim eos loquentes linguis suis et magnificabant Deum. Tunc respondit Petrus: Numquid aliquis aquam prohibere potest ut non baptizentur isti qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos? Et praecepit eos baptizari in nomine Iesu Christi;* [Act. 10, 44-48]

30 sicut etiam idem Petrus **TTγε**
31 postmodum de eisdem gentibus *****
32 plenissime docuit nos dicens: **TTδε**

*Et nihil discreuit inter nos et ipsos, fide emundatis cordibus eorum.* [Act. 15, 9]

33 Atque hoc modo non erit dubium **Tβδ/***
34 in spiritu sancto homines posse sine aqua baptizari, **TTγ**
35 sicut animaduertis baptizatos hos
36 prius quam aqua baptizarentur **P1**
37 ut satisfieret et Ioannis et ipsius Domini praedicationibus,
38 quandoquidem hi et sine manus impositione **TT**
39 et sine lauacro **Pγ**
40 quod postea adepti sunt
41 gratiam repromissionis acceperint **T2γ**
42 et sic paullo ante emundatis cordibus eorum **TT1$^{2}$γ**
43 Deus per fidem ipsorum **Pγ**
44 etiam remissionem peccatorum simul eis largitus sit, **Tγζ**
45 ut hoc solum eis baptisma subsequens praestiterit,
46 ut inuocationem quoque nominis Iesu Christi acciperent, **Tγ**
47 ne quid eis deesse uideretur **TT1$^{2}$γ**
48 ad intergritatem ministerii et fidei.

1 **6** Quod etiam e contrario latere tractatus huius sunt consecuti **Vγδ**
2 ipsi illi discipuli Domini nostri, **Pδ**
3 super quos iam pridem baptizatos **TTγ**
4 postremo die pentecostes **TTγ**
5 superuenit spiritus sanctus, **P1δ**
6 uoluntate Dei quidem non sua sponte caelo lapsus,
7 sed ad hoc ipsum munus effusus **P1γ**
8 sedit super unumquemque eorum, **Pγ**
9 cum iusti iam pridem, **Pγδ**
10 ut diximus,
11 baptismate Domini fuissent baptizati, **TTγ**
12 sicut et ipsi apostoli, **Tγ**
13 qui tamen omnes Dominum nocte qua apprehensus est
14 deseruisse inueniuntur, **P**
15 et ille ipse **Ditr.**
16 qui gloriatus est *****
17 perseueraturum se in sua fide Petrus **TTγε**
18 et aduersus ipsius Domini praedictum **TTδ**
19 obstinatissime repugnauit, **Vδ**
20 postremo tamen eum etiam negauit: **TTδ**
21 ut hac ratione ostenderetur nobis
22 quae medio tempore quoque modo contraxerant delicta, **TTδ**
23 eadem haec in eis fide postmodum sincerata **Vδ**
24 per baptisma spiritus sancti **P1δ**
25 non dubie esse dimissa. **P1γ**
26 Nec ulla,
27 ut puto,
28 alia ex causa **TTδε**
29 apostoli his **Ditr.**
30 quos in spiritu sancto adloquebantur **P**
31 praeceperant
32 ut in nomine Christi Iesu baptizarentur,
33 nisi quia uirtus nominis Iesu **P1δ**
34 super quemcumque hominum baptismate inuocata **Vδ**
35 ad salutem adsequendam **TTγ**
36 non modicam praerogatiuam **P1**
37 ei qui baptizaretur **P1**
38 praestare posset, **Ditr.**
39 sicuti Petrus in actis apostolorum enarrat dicens:

*Nec enim aliud est nomen sub caelo quod datum est hominibus, in quo oportet saluos fieri nos.* [Act. 4, 12]

40 Sicut etiam apostolus Paulus aperit ostendens, **TTδ**
41 quia

*Deus exaltauit*

42 Iesum Dominum Christum **Pδ**

*et donauit illi nomen ad hoc ut sit super omne nomen, ut in nomine Iesu omnes genua curuent caelestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus est Iesus in gloria patris,* [Phil. 2, 9-11]

43 et ille
44 in quo
45 cum baptizaretur **P1**
46 inuocatum esset in nomine Iesu, **Pδ**
47 licet in aliquo errore conuersaretur, **P**
48 tamen quandoque non prohiberetur rectum sapere *****
49 et errorem suum corrigere **Tγ**
50 et ad ecclesiam et ad episcopum uenire **TTδ**
51 et sinceriter confiteri Iesum nostrum **TTγε**
52 coram hominibus, **Tγ**
53 ut tunc,
54 cum ab episcopo ei manus imponeretur, **P**

55 etiam spiritum sanctum acciperet, **Tγ**
56 nec inuocationem illam pristinam nominis Iesu ammitteret, **Tγ**
57 quam nemini nostrum licet damnare, **Pγ**
58 quando haec nuda et singularis **V3γδ**
59 si in errore sit constituta **V3γδ**
60 non possit ad salutem praestandam sufficere, **Tγ**
61 ne hac ratione
62 etiam ethnicos et haereticos
63 abutentes nomen Iesu
64 credamus ad salutem sine uera re atque integra *
65 posse peruenire. **TTγ**
66 Quam tamen inuocationem nominis Iesu
67 correctione erroris **P1γ**
68 et agnitione fidei ueritatis **Vδ**
69 et abscisa omni labe praeteritae conuersationis
70 mysterio Dei circa eiusmodi homines **Tδ**
71 rite perpetrato **TTγ/Ditr.**
72 locum quem habitura non erat obtinere **TTγ/Vβδ**
73 et postremo in fide recta **(P)1βδ**
74 et ad integritatem signi praestandam **Pγ**
75 non obesse
76 supplemento eius quod deerat accedente
77 perquam utile est credere,
78 et tot annorum tot que ecclesiarum
79 item que apostolorum et episcoporum auctoritati
80 cum bona ratione adquiescere, *
81 cum sit maximum incommodum ac dispendium *
82 sanctissimae matris ecclesiae **T2γ**
83 aduersus prisca consulta **P1γ**
84 post tot saeculorum tantam seriem *
85 nunc primum repente ac sine ratione insurgere. **T2γ**
86 Nec enim propter aliud Petrus, **Pδ**
87 qui iam fuerat baptizatus **Vδ**
88 et quid sentiret de Domino **Tγδ**
89 ab ipso Domino erat interrogatus,
90 et ueritate reuelationis patris caelestis **Pγ**
91 in cum collocata, **TTγ**
92 quod Dominus noster non solum Christus, **(Pβδ)**
93 uerum etiam filius Dei uiui esset confessus, **Pγ**
94 postmodum eidem Christo
95 praedicanti de sua passione **Ditr.**
96 refragatus esse monstratus est, **T2γζ**
97 et propterea satanas dici ostensus est, **Tγζ**
98 nisi quia futurum erat
99 ut quidam
100 tametsi uariantes in sententia propria **Tδ**
101 et claudicantes aliquando in fide atque doctrina, **P1γ**
102 cum in nomine Iesu baptizarentur,
103 tamen si interuallo quodam temporis *
104 recorrigere id potuissent, **(Pβ)**
105 non propterea a salute exciderent, **Tγ**
106 sed,
107 quandoque resipuissent,
108 integram spem salutis paenitendo obtinerent, **TTγ**
109 praesertim cum spiritum sanctum, **P1δ**
110 quo baptizari unusquisque hominum debet, **Pδ**
111 accipiendo aliquid tale designassent. **TTγ**
112 Sicuti non solum Petrum hoc passum esse
113 in euangelio deprehendimus **Ton. Äqu. 4δ/***
114 uerum uniuersos quoque discipulos, **Tγ**
115 quibus iam baptizatis postea Dominus ait **Pδ**
*quia uos omnes scandalizabimini in me,* [Matth. 26, 31]
116 qui omnes
117 ut animaduertimus **T**
118 correcta fide sua **TTγε**
119 post resurrectionem Domini *
120 in spiritu sancto sunt baptizati, **Ditr.**
121 ut non immerito hodie quoque credamus **Pγ**
122 homines correctos a pristino errore **TTδ**
123 in spiritu sancto posse baptizari, **TTγ**
124 qui,
125 cum aqua baptizarentur
126 in nomine Domini, **Tδ**
127 aliquando scabram habuissent fidem;
128 quoniam multum interest *
129 utrum in totum **Pγδ**
130 quis non sit baptizatus in nomine Domini nostri Iesu Christi, **TTγε**
131 an uero in aliquod claudicet **Tδ**
132 cum baptizatur baptismate aquae, **Pδ**
133 quod minus est,
134 dummodo postea constet in ueritate sincera fides
135 in baptismate spiritus, **T2δ**
136 quod non dubie maius est. **Tδζ**

1 **7** Nec aestimes
2 huic tractatui contrarium esse **Pδ**
3 quod dixit Dominus: *
*ite, docete gentes, tinguite eos in nomine patris et filii et spiritus sancti.* [Matth. 28, 19]
4 Quia cum hoc uerum et rectum **Pγδ**
5 et omnibus modis in ecclesia obseruandum sit **Ton. Äqu. 4δθ/***
6 et obseruari quoque solitum sit,
7 tamen considerare oportet **Pγ**
8 quod inuocatio nominis Iesu **P1δ**
9 non debet a nobis futilis uideri **TTδ**

10 propter uenerationem et uirtutem ipsius nominis,
11 in quo nomine
12 uirtutes omnes solent fieri *
13 et nonnumquam aliquae etiam ab hominibus extraneis.
14 Ceterum quo pertinent illa uerba Christi, **Ditr.**
15 qui negaturum se esse dixit **Ditr.**
16 nec nosse eos **(Pβδ)**
17 qui sibi in die iudicii dicturi essent:
*Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus et in nomine tuo daemonia eiecimus et in nomine tuo uirtutes magnas fecimus,* [Matth. 7, 22]
18 respondendo eis etiam cum iureiurando
*quia numquam cognoui uos, discedite a me qui operamini iniquitatem,* [Matth. 7, 23]
19 nisi ostenderetur nobis
20 nonnumquam etiam ab his
21 qui operarentur iniquitatem
22 posse per nimiam uirtutem nominis Iesu **Pδ**
23 etiam haec fieri?
24 Idcirco que debet inuocatio haec nominis Iesu
25 quasi initium quoddam mysterii dominici
26 commune nobis et ceteris omnibus accipi, **Tδ**
27 quod possit postmodum residuis rebus impleri, **P1γ**
28 alias non profutura talis inuocatio *
29 cum sola permanserit, **T2γ**
30 quia post mortem eiusmodi hominis **Tδ**
31 non potest ei quicquam omnino adici uel suppleri **Vδε**
32 aut in aliquo prodesse in die iudicii, **Tγ**
33 cum illi a Domino nostro **Pδ**
34 quae supra memorauimus *
35 coeperint exprobrari; **V3δ**
36 qui tamen uniuersi **TTγ**
37 hodie
38 ut sibi his modis subueniant **Tγ**
39 quibus supra ostendimus, **Tγ**
40 non possunt ab ullo hominum *
41 tam dure tam que crudeliter prohiberi. **Vδ**

1 **8** Sed ad haec,
2 ut soles,
3 contradices,
4 opponendo nobis tunc
5 cum baptizarentur integre ac recte discipulos **Tγ**
6 ac non
7 ut hos haereticos esse baptizatos. **TTγ**
8 Quod ex persona ipsorum et eius qui baptizauit illos sumas necesse est. **Tγζ**
9 Et ideo nos ad propositionem hanc tuam **Pγδ**
10 non ut accusatores discipulorum Domini respondemus, **Vδ**
11 sed sicut compellimur, **Tγ**
12 quia necesse est **Tγζ**
13 ubi et quando et quemadmodum
14 unicuique nostrum salus sit praestita **Tγδ**
15 rationibus inuestigemus. **P**
16 Namque natum esse Dominum nostrum **Pδ**
17 et Christum esse eum **TTγε**
18 multis rationibus *
19 a discipulis eius non immerito credi uidebatur, **TTγ**
20 quod ex tribu Iuda,
21 quod ex genere Dauid **Pδ**
22 quodque in ciuitate Bethleem fuisset natus
23 et quod pastoribus ab angelis
24 quoniam saluator illis natus esset **Ditr.**
25 eodem momento fuisset annuntiatus, **P**
26 quo in oriente uisa eius stella sollicitissime fuisset **TTδ**
27 a magis requisitus et adoratus **Vγδ**
28 et illustribus donis **P1δ**
29 et insignibus muneribus honoratus, **Vδ**
30 quod puer admodum *
31 in templo sedens
32 cum legis doctoribus **Tγ**
33 prudenter et cum admiratione omnium disputasset, **V3δ**
34 quod cum baptizaretur,
35 ita ut nulli alii contigerat,
36 caelis apertis descensione spiritus sancti **P1δ**
37 et super eum mansione **TTγ/Ditr.**
38 testimonio etiam patris sui **Vδζ**
39 item que Ioannis baptistae **Pγ**
40 fuisset clarificatus,
41 quod supra humanam mediocritatem **TT**
42 corda et cogitationes uniuersorum intelligeret, *
43 quod languores et uitia et ualetudines *
44 cum potestate maxima curaret atque sanaret, **P1γ**
45 quod remissiones peccatorum **TTγ**
46 cum euidenti probatione praestaret, **P1γ**
47 quod daemonia iussu expelleret, **Tγ**
48 quod leprosos uerbo mundaret, **Pγ**
49 quod aquam in uinum conuertendo **TTγ**
50 conuiuium nuptiale admirabili laetitia amplificaret,
51 quod caecis uisionem restitueret aut indulgeret,
52 quod doctrinam patris cum omni fiducia assereret,
53 quod in loco deserto **Pγ**
54 de quinque panibus *
55 quinque milia hominum saturaret, **Vδ**
56 quod reliquiae atque buccellae **P1γ**

57 plus quam duodecim cophinos implerent, **TTδ**
58 quod mortuos pro sua pietate passim suscitaret, **TTγ**
59 quod uentis et mari ut quiescerent imperaret, **V3δ**
60 quod super mare pedibus ambularet, **Vδ**
61 quod uirtutes omnes omnino perficeret. **Tγ**

1 **9** Quibus rebus et huiuscemodi compluribus factis **P1δ**
2 ad claritatem eius pertinentibus
3 consequens esse uidebatur **TTγ**
4 ut,
5 quemadmodum Iudaei de Christo sentiunt, *
6 quod tamen de Iesu Christo
7 Domino nostro non credunt, **Pγδ**
8 (ut) etiam ipsi existimarent,
9 ut talis et tantus **P1γδ**
10 nulla obita morte
11 in aeternum perseueraret, **P1**
12 et regnum Israel et totius orbis **Ditr.**
13 in perpetuum quod non corriperetur possideret. **TTγ**
14 Vnde etiam Iudaei ausi fuerunt eum rapere *
15 et in regnum unguere, **TTγ**
16 quod quidem necesse habuit ille subterfugere; *
17 ac propterea discipuli eius arbitrabantur
18 quod nulla alia ratione **Vδ**
19 uitam aeternam his praestaturus esset, **Ditr.**
20 nisi primum ipse uitam hanc temporalem **V3γδ**
21 cum illa aeterna in se ipso continuasset.
22 Denique cum conuersarentur in Galilaea **Vγδ**
23 dixit eis Iesus: **TTγε**
*Incipit filius hominis tradi in manus hominum et interficient eum, et post triduum resurget.* [Marc. 9, 31]
24 Et contristati sunt nimis, **Pγδ**
25 quia,
26 sicuti diximus, **T2δ**
27 longe diuersum prius animis ac mente conceperant. **T2γ**
28 Denique hic fuit etiam Iudaeorum sermo contradictionis aduersus eum,
29 cum se ipse quidem doceret eos
30 et futura annuntiaret,
31 illi autem dicerent: *
*Nos audiuimus a lege quia Christus manet in aeternum: et quomodo tu dicis quia exaltari oportet filium hominis?* [Joh. 12, 34]
32 Itaque fuit discipulorum eadem haec praesumptio de Christo, **TTδε**
33 prorumpente in istum sermonem incrudelitatis suae Petro ipso **TTγε**
34 duce ac principe apostolorum. **Ditr.**
35 Cum enim a Domino simul cum ceteris fuisset interrogatus **P**
36 quidnam sentiret de ipso, **Pγδ**
37 id est
38 quem esse eum existimaret, **P**
39 et primo ueritatem confessus fuisset **Pγ**
40 dicens esse eum Christum filium Dei uiui **Vδζ**
41 et propterea beatus ab illo iudicatus esset, **Ditr.**
42 quod hoc non carnaliter *
43 sed per patris caelestis reuelationem **TT/Ditr.**
44 adsecutus esset, **Ditr.**
45 idem tamen,
46 ubi coepit Iesus ostendere discipulis suis **Pδ**
47 quia oportet eum Hierosolymam ire
48 et multa pati a senioribus et sacerdotibus et scribis **TTδε**
49 et interfici
50 et post diem tertium resurgere,
51 nihilominus ille uerus Christi confessor **Pγ**
52 post pauculos dies **Pδ**
53 assumpto eo
54 coepit illum corripere dicens: **Pδ**
*propitius sit tibi, non erit istud,* [Matth. 16, 22]
55 ita ut propterea audire a Domino commeruerit:
*uade post me satanas, scandalum mihi es,* [Matth. 16, 23]
56 ob hoc
57 quod non saperet ea **Pδ**
58 quae sunt Dei
59 sed ea
60 quae sunt hominum.
61 Quae increpatio aduersus Petrum
62 magis magisque eluxit **P1γ**
63 adprehenso Domino, *
64 cum a muliercula conterritus diceret: **T2δ**
*nescio quid dicas neque noui te,* [Vgl. Matth. 25, 12]
65 et iterum cum hoc idem diceret *
66 adhibito iureiurando
67 et tertio deuotans et iurans adfirmaret **TTγ**
68 quoniam non nosset hominem *
69 et non semel sed saepius eum negaret, **Pγ**
70 quod consilium ei **Pδ**
71 quoniam usque ad passionem Domini perseueraturum erat
72 multo prius a Domino palam factum est, *
73 ut nos quoque id non ignoremus. **(Pβ)**
74 denique post resurrectionem Domini *
75 unus e discipulis eius **Pδ**
76 Cleopas

77 cum esset maestus
78 secundum errorem omnium condiscipulorum suorum, **Pγ**
79 ipsi Domino *
80 tamquam alicui ignoto **TTδ**
81 referens quod contigerat,
82 sic locutus est *
83 dicens:
84 De Iesu Nazareno,
85 qui fuit propheta potens in factis et dictis **Pγδ**
86 in conspectu Dei et uniuersi populi, *
87 quomodo hunc tradiderunt sacerdotes et principes nostri **P1δ**
88 in damnationem mortis
89 et cruci eum fixerunt; **Pγ**
90 nos autem sperabamus
91 quod ipse erat redempturus Israel. *
92 Iuxta quae omnes quoque discipuli adseuerationem quoque mulierum, **TTγ**
93 quae post resurrectionem uiderant Dominum, **Tδ**
94 iudicauerunt deliramenta
95 et quidam ipsorum uiso eo non crediderunt sed dubitauerunt,
96 quique tunc non interfuerunt
97 omnino non crediderunt, **Ditr.**
98 nisi postmodum ab ipso Domino *
99 omnibus modis fuissent obiurgati atque increpati; **TTγ**
100 quoniam mors eos ita offenderat **Tγ**
101 ut putarent **Ditr.**
102 eum non resurrexisse,
103 quem innuerant mori non debuisse, **Vγδ**
104 quia contra opinionem ipsorum **P1γ**
105 semel mortuus fuisset. **TTδ**
106 Itaque quod ad ipsos discipulos pertinet, **Tδ**
107 neque integram neque perfectam fidem habuisse his modis **Pγδ**
108 quibus retulimus **Tγ**
109 inueniuntur,
110 et quod multo grauius est,
111 sicut in euangelio circa Ioannem scriptum est, *
112 etiam alios baptizabant. **Vδ**

1 **10** Praeterea
2 quid dicturus es de his
3 qui plerumque ab episcopis pessimae conuersationis baptizantur:, **TTγ**
4 qui tamen tandem
5 cum Deus uoluerit, **Tγ**
6 in sceleribus suis conuicti, **Pγ**
7 etiam episcopatu aut prorsus etiam communicatione priuantur? **P1γ**
8 Aut quid statues de eis
9 qui ab episcopis praue sentientibus *
10 aut imperitioribus fuerint baptizati, **Vδ**
11 quando non ad liquidum et integre
12 uel etiam aliter quam oportet **Vδε**
13 in traditione sacramenti fuerint locuti, **TTδ**
14 certe aut interrogauerint
15 quid aut interrogantes
16 a respondentibus audierint
17 quod minime ita interrogari aut responderi debet,
18 quod tamen non ualde illam nostram rectam fidem laedat, **TTγε**
19 sed non tam ornate ut tu et composite, **(Tβγ)**
20 isti quoque simpliciores homines *
21 mysterium fidei tradant? **Pδ**
22 Dicturus es enim utique *
23 pro tua singulari diligentia *
24 hos quoque denuo baptizandos esse,
25 cum maxime eis res desit aut obstet **P1γδ**
26 quo minus inuiolabile illud diuinum mysterium fidei **Tδ**
27 intemeratum possint accipere. **Tγ**
28 Sed enim,
29 uirorum optime, *
30 reddamus et permittamus uirtutibus caelestibus uires suas, **Vδζ**
31 et dignationi diuinae maiestatis
32 concedamus operationes proprias, *
33 et intellegentes
34 quantum in ea sit emolumentum
35 libenter ei adquiescamus.
36 Et ideo cum salus nostra in baptismate spiritus, **T2δ**
37 quod plerumque cum baptismate aquae coniunctum est, **Tγζ**
38 sit constituta, **Ditr.**
39 siquidem per nos baptisma tradetur, **P1γ**
40 integre et sollemniter
41 et per omnia quae scripta sunt adsignetur **Vγδ**
42 atque sine ulla ullius rei separatione tradatur; **P1γ**
43 aut si a minore clero **Ditr.**
44 per necessitatem traditum fuerit, **Tδ**
45 euentum exspectemus **TTγ**
46 ut aut suppleatur a nobis **P1γδ**
47 aut a Domino supplendum reseruetur; **TTγ**
48 si uero ab alienis traditum fuerit, **Tδ**
49 ut potest hoc negotium et ut admittit, corrigatur, **TTγ**
50 quia spiritus sanctus extra ecclesiam non sit, **P1δε**
51 fides quoque non solum apud haereticos, **Tγ**
52 uerum etiam apud eos **Vδζ**

53 qui in schismate constituti sunt Ton. Äqu. 4δθ/*
54 sana esse non possit; P1γδ
55 idcircoque paenitentiam agentibus
56 correctisque per doctrinam ueritatis TTγ/Ditr.
57 et per fidem ipsorum, Pγ
58 quae postea emendata est Ton. Äqu. 4δθ/*
59 purificato corde eorum, Pγ
60 tantummodo baptismate spiritali V3δ
61 id est
62 manus impositione episcopi Tγ
63 et spiritus sancti subministratione subueniri debet.
64 Signum quoque fidei integrum Tδ
65 hoc modo et hac ratione tradi in ecclesia merito consueuit, Vδ
66 ne inuocatio nominis Iesu Pδ
67 quae aboleri non potest Pγδ
68 contemptui a nobis uideatur habita, *
69 quod utique non oportet, Vδε
70 quamquam talis inuocatio, *
71 si nihil eorum Pγ
72 quae memorauimus (Tβ)/*
73 secutum fuerit,
74 ab operatione salutis cesset ac uacet; Pγδ
75 dicente enim apostolo
76 unum esse baptisma, P1γ
77 necesse est inuocatione nominis Iesu perseuerante,
78 quia non potest a quoquam hominum *
79 quae semel inuocata est auferri, TTγδ
80 si eam contra decretum apostolorum
81 geminare ausi fuerimus Tγ
82 nimietate praestandi P1γ
83 immo superaddendi baptismatis studio, Tδ
84 si ille
85 qui ad ecclesiam reuertitur
86 nolit denuo baptizari, V3δ
87 futurum esse Ditr.
88 ut defraudemus baptismate spiritali eum
89 quem putamus defraudandum non esse baptismate aquae. Pδ

1 **11** Quid autem statues in personam eius Ditr.
2 uerbum audientis TTγ
3 qui forte adprehensus in nomine Christi Pδ
4 statim confessus Pγ
5 ac priusquam baptizari aqua permitteretur ei
6 fuerit punitus, TTδ
7 utrum perisse eum pronuntiabis
8 quia non est aqua baptizatus, TTγ
9 an uero aliquid extrinsecus patrocinari ei ad salutem existimabis,
10 licet non sit aqua baptizatus? TTγ
11 Quod perisse eum existimabis,
12 obuiam tibi ueniet sententia Domini dicentis: TTδ
*Quicumque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum et ego coram patre meo qui in caelis est;* [Matth. 10, 32]
13 quia nihil interest *
14 utrum hic uerbum audiens *
15 an fidelis sit *
16 qui confitetur Dominum, *
17 dummodo ipsum Christum Vδζ
18 quem confiteri oportet Pγ
19 confiteatur,
20 quia Dominus pari uice confitendo TTγ/Ditr.
21 et ipse confessorem suum
22 apud patrem honore eum martyrii sui, Pδ
23 ut pollicitus est,
24 exornet.
25 Quod utique non debet latius accipi, Tδ
26 quasi possit usquequaque porrigi, *
27 quia potest Christi nomen etiam haereticus aliquis, Tδ
28 qui tamen ipsum Christum negat, TTγε
29 confiteri,
30 quia in alium Christum credit,
31 cum Christum confitetur, TTγ
32 quod ei prodesse minime possit, Pδ
33 si quidem Dominus noster Pδ
34 se ipsum in confessionem a nobis coram hominibus deduci TTδ
35 oportere dixit, Ditr.
36 quod sine ipso et sine uenerando nomine eius Pδ
37 non potest fieri. (Tβδ)/*
38 Et ideo integrum ac sincerum Vδε
39 et incontaminatum et inuiolatum
40 utrumque debet consistere confitenti, Vδ
41 nullo delectu habito ipsius confessoris, TTγ
42 siue ille iustus siue peccator, P1γ
43 perfectusque christianus TTγ
44 an uero etiam nunc imperfectus,
45 qui summo discrimine suo Pδ
46 Dominum confiteri non timuit. Tγδ
47 Nec est hoc contrarium superiori tractatui; Tγ
48 quia illic quidem tempus supererat Tγ
49 ad corrigenda Ditr.
50 quae mutila uel praua sunt,
51 et quoniam quaedam concessa sunt Tγζ
52 ipsi tantummodo nomini Domini nostri, Pδ
53 martyrium autem non nisi in ipso Pγδ
54 et per ipsum Dominum possit consummari, TTγ

55 et idcirco neque Christum sine ipsius nomine quis possit confiteri **TTγ**
56 neque nomen Christi sine ipso Christo **TTγε**
57 ad confessionem cuiquam possit patrocinari.

1 **12** Quapropter totus discernendus est tractatus hic,
2 ut possit manifestior fieri. **Tδ**
3 Namque inuocatio nominis Iesu **P1δ**
4 ideo tantum patrocinari potest,
5 si rite suppleta postea fuerit, **Tδ**
6 quia et prophetae et apostoli ita praedicauerunt.
7 Ait enim Iacobus in actis apostolorum: **Ditr.**
*Viri fratres, audite: Simon exposuit quemadmodum primum Deus uisitauerit accipere ex gentibus populum nomini suo, et huic consonant sermones prophetarum, sicut scriptum est: Post haec reuertar et reaedificabo tabernaculum illud Dauid quod cecidit et quae demolita sunt eius reaedificabo, et denuo erigam illud, uti exquirant residui hominum Deum et omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum super eas, dicit Dominus faciens haec.* [Act. 15, 13-17]
8 Itaque et residui hominum **Tδ**
9 id est
10 quidam Iudaeorum **TTγ**
11 et omnes gentes
12 super quas inuocatum est nomen Domini *****
13 possunt et necesse habent requirere Dominum, **Tδ**
14 quia ipsa inuocatio nominis praebet eis occasionem
15 uel etiam imponit necessitatem requirendi Dominum; *****
16 cum quibus,
17 quia praecipiunt scripturas sanctas,
18 siue uniuersas siue quasdam, **TTγε**
19 temptamus (?)audentius de ueritate tractare **P1γ**
20 quam cum gentilibus,
21 super quos non est inuocatum nomen Domini, *****
22 id est
23 Christi Iesu filii Dei uiui, **Vδζ**
24 sicuti nec super Iudaeos,
25 qui ueteres tantum scripturas recipiunt; **Tγ**
26 et ideo utriusque huius generis homines, **Tδ**
27 id est
28 Iudaei et gentiles, **TTγδ**
29 plene ut oportet credentes **Pγ**
30 pari modo baptizantur. **Ditr./TTγ**
31 Haeretici uero iam baptizati aqua
32 in nomine Iesu Christi, **Vδζ**
33 tantum in spiritu sancto baptizandi sunt, *****
34 et in Iesu,
35 quod nomen solum datum est sub caelo, **TTγδε**
36 in quo oporteat saluos fieri nos,
37 merito mors contemnitur.
38 Quamquam si sic perseuerent, **Ditr.**
39 saluui esse non possunt, **P1γδ**
40 quia non requisiuerunt Dominum *****
41 post inuocationem nominis eius super eos, **TTγε**
42 sicut et illi, **Pγδ**
43 qui in eos Christos forte credere uoluerunt, **Vδ**
44 de quibus Dominus ait: **Pδ**
*Cauete ne quis uos in errorem inducat; multi enim uenient in nomine meo dicentes: ego sum Christus et multos in errorem inducent.* [Matth. 24, 4. 5]
45 Et iterum ait: **Pδ**
*Tunc si qui dixerit uobis: ecce hic Christus aut hic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa magna et portenta, ita ut errent, si fieri potest, etiam electi.* [Marc. 13, 21. 22]
46 Quas uirtutes
47 non dubie tunc illi sub nomine Christi facient. *****
48 In quo nomine
49 uidentur quidam etiam modo quasdam uirtutes facere *****
50 et falso prophetare. **TTγ**
51 Sed certum est
52 eos,
53 quod ipsi non sint Christi, **TTγδε**
54 propterea ad Christum non pertinere; **Ditr.**
55 quemadmodum etiam
56 si quis desciscat a Christo, **P1γδ**
57 inhaerens solo nomini eius **P1δ**
58 qui non multum adiuuatur, **TTγ**
59 immo magis hoc nomine etiam oneratur, **Vδ**
60 licet fuerit antea fidelissimus aut iustissimus **Ton. Äqu. 4δε/***
61 aut clero aliquo honoratus **Vδ**
62 aut confessionis dignitate praeditus. *****
63 Hi enim omnes
64 negando uerum Christum, **TTγε**
65 introducendo aut sequendo alium, *****
66 cum sit nullus omnino alius, *****
67 nihil spei aut salutis sibi reliquunt, **Pγ**
68 non aliter quam illi **TTδε**
69 qui coram hominibus negauerunt Christum,
70 quos negari necesse est a Christo, **TTγδε**
71 non habita ulla ratione ipsorum **P1γ**
72 ex praecedenti conuersatione eorum **Pγ**
73 aut sensu aut dignitate, **Ditr.**

74 proinde atque ipsi ausi sunt *

75 Christum

76 id est

77 salutem suam

78 abrogare,

79 damnati per huiusmodi clausulam, **T2δ**

80 quia manifestissime a Domino dictum est: **Tδζ**

*Quicumque me negauerit coram hominibus, negabo eum et ego coram patre meo qui in caelis est.* [Matth. 10, 33]

81 Vt uerbum hoc quicumque etiam in clausula confessionis

82 plenissime nobis ostendit

83 quod nulla conditio ipsius confitentis obesse possit, **Ditr.**

84 licet negator ille antea uel haereticus fuerit **Tδ**

85 uel audiens aut audire incipiens, **Tγ**

86 qui nondum baptizatus sit, *

87 uel de haeresi ad ueritatem fidei conuersus **TTδ**

88 uel ab ecclesia digressus **TTδ**

89 et postea reuersus sit,

90 et tunc cum rediret

91 prius quam ei manus ab episcopo imponeretur

92 adprehensus **Ditr.**

93 confiteri Christum coram hominibus **Tγ**

94 necesse habuerit, **Tγ**

95 sic et iterum neganti Christum

96 nulla propria uetus dignitas *

97 potest ad salutem patrocinari.

1 **13** Quodcumque enim homine ultimum in hac specie deprehensum fuerit, *

2 in illo quis nostrum iudicari necesse habebit, **Pγ**

3 abolitis et obliteratis omnibus *

4 quae prius gessit.

5 Et ideo

6 cum in martyrio tanta sit mutatio rerum **P1δ**

7 in momento temporis, *

8 ut in re perquam ueloci possint mutari uniuersa, **TTγ**

9 nemo sibi blandiatur **TTγ**

10 qui occasionem amiserit gloriosae salutis, **Pγ**

11 si forte se ab ea excluserit **Tγ**

12 propria sua culpa, **Vδζ**

13 sicuti et illa uxor Loth,

14 quae similiter in angustiis rerum **P1δ**

15 contra praeceptum angelorum **TTγ**

16 tantummodo post se respexit

17 et tumulus salis facta est. *

18 Qua ratione etiam ille haereticus **Tγ**

19 qui confitendo Christi nomen trucidatur **TTγ**

20 nihil postea potest corrigere, **Tγ**

21 si quid de Deo aut de Christo male senserit, *

22 cum in alium Deum uel in alium Christum credendo **Pγ**

23 semet ipsum fefellit, **Pγ**

24 confessor non Christi, **Pγδ**

25 sed solitario Christi nomine, *

26 quando et apostolus consequenter dicat:

*Etsi corpus meum tradidero, ut exurar igni, dilectionem autem non habeam, nihil proficio.* [1 Cor. 13, 3]

27 Quia hoc facto nihil proficit *

28 qui non habet dilectionem eius Dei et Christi, **Pγδ**

29 qui per legem et prophetas et in euangelio *

30 in hoc modo praedicatur: **TTγ**

*diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua et in tota cogitatione tua, et: diliges proximum tibi tamquam te; in his enim duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae,* [Matth. 22, 37-40]

31 sicut et Ioannes euangelista dicit: **Ditr.**

*et omnis qui diligit ex Deo natus est et cognoscit Deum, quia Deus dilectio est.* [Vgl. 1 Joh. 4, 7]

32 Sicuti et Deus ait:

*Ita enim dilexit Deus mundum ut filium suum unicum daret, ut omnis qui in eum crederet non periret, sed haberet uitam aeternam,* [Vgl. 1 Joh. 4, 9]

33 ut manifeste appareat **Tγ**

34 eum

35 qui hanc diligendi nos et diligendi a nobis dilectionem

36 in se non habeat

37 inani confessione et passione **V3γδ**

38 nihil proficere, **Tγ**

39 quoniam et ipsum apparet et constat **P1γδ**

40 haereticum esse **Pδ**

41 qui in alium Deum credat **Vδζ**

42 siue Christum alium accipiat

43 quam quem scripturae noui et ueteris testamenti **Vδζ**

44 manifeste praedicant,

45 quae patrem omnipotentem

46 creatorem omnium *

47 et filium eius **Pδ**

48 sine obscuritate annuntiant. **T2γ**

49 Eueniet enim eis **Vδζ**

50 ut alii ab alio Deo salutem exspectantes, **TTγ**

51 tunc demum contra opinionem suam

52 a Christo Dei patris omnipotentis creatoris filio, *

53 quem blasphemauerunt,

54 in poenam aeternam damnentur, **Pγ**

55 cum iudicare Deus coeperit absconsa hominum *
56 secundum euangelium *
57 per Christum Iesum,
58 eo
59 quod in ipsum non crediderint,
60 licet ipsius omine abluti sint.

1 **14** Et usque adeo *
2 omne illud haereticorum baptisma **Pγ**
3 intercedente aliquo interuallo temporis *
4 corrigi potest, **Pδ**
5 si quis superuixerit *
6 et fidem correxerit, **Tγ**
7 ut Dominus noster **Pδ**
8 in euangelio secundum Lucam
9 ad discipulos suos locutus sit dicens: **Pγδ**
*habeo autem aliud baptisma baptizari,* [Luc. 12, 50]
10 item secundum Marcum
11 ad filios Zebedaei **Vδ**
12 eadem ratione dixerit: *
*potestis bibere calicem quem*
*ego bibo aut baptismate quo*
*ego baptizor baptizari?* [Marc. 10, 38]
13 quod sciret
14 homines non solum aqua
15 uerum etiam sanguine suo proprio habere baptizari, **TTγ**
16 ita ut et solo hoc baptismate baptizati **Vδ**
17 fidem integram *
18 et dignationem sinceram lauacri possint adipisci **TTγ**
19 et utroque modo baptizari, **TTγ**
20 aeque tamen unum baptisma salutis et honoris **TT1**$^2$**γδ**
21 pariter et aequaliter consequi. **T2δ**
22 Quod enim dictum est a Domino:
*habeo aliud baptisma baptizari,* [Luc. 12, 50]
23 hoc in loco
24 non ut secundum baptisma
25 ac si sint duo baptismata **Tγ**
26 significat,
27 sed alterius quoque speciei baptisma **Pγ**
28 ad eandem salutem concurrens **Pγ**
29 donatum nobis esse demonstrat. **P1γ**
30 Quas utrasque species *
31 ab ipso Domino nostro **Pδ**
32 primum initiari et sanctificari oportebat, **TTγ**
33 ut nobis quoque alterutra siue utraque species *
34 unum non duplex **Pγδ**
35 salutiferum atque honorificum baptisma praestaret, **P1γ**
36 et uiae quaedam unius baptismatis **Tγ**
37 sic nobis patefierent *
38 ut aliquando impune aliqua illarum deesset, **Pγ**
39 sicut in uerbum audientibus martyribus impune aquae baptisma deest, **Ditr.**
40 quos tamen certi sumus, **TTγε**
41 si quid laxamenti habeant, *
42 etiam aqua solitos baptizari, **Vδ**
43 itemque illis **Ditr.**
44 qui legitimi sunt fideles effecti **Pγ**
45 impune deest baptisma sanguinis proprii, **Tδ**
46 quia baptizati in nomine Christi **Pδ**
47 redempti sunt
48 pretiosissimo sanguine Domini, **Tδ**
49 cum utraque haec
50 ex uno atque eodem fonte
51 procedant flumina baptismatis dominici,
52 ut omnis qui sitit **Pγδ**
53 ueniat et bibat, **TTδε**
54 sicut scriptura dicit: **Ditr.**
*Flumina de uentre eius*
*currebunt aquae uiuae.* [Joh. 7, 38]
55 Quae flumina primum apparuerunt **Ditr.**
56 in Domini passione, **Vδ**
57 cuius de latere perforato lancea militari **V3δ**
58 sanguis et aqua manauit, **Pγ**
59 ut emitteret duo flumina diuersae speciei, **TTγ**
60 sed tamen eiusdem ac singulare latus,
61 ita ut impleatur spiritu sancto **P1δ**
62 quicumque credens biberit ex utroque flumine. *
63 Haec enim de fluminibus his loquens
64 ostendebat Dominus *
65 significans spiritum sanctum **P1δ**
66 quem accepturi essent
67 qui credituri erant in illum; **Pγδ**
*nondum autem erat spiritus, quia Iesus*
*nondum erat clarificatus.* [Joh. 7, 39]
68 Igitur dicens **Pδ**
69 quemadmodum geminari potest baptisma **Pγ**
70 quod apostolus unum esse praedicat, *
71 utique manifestum est illa ratione, **TTγ**
72 quia diuersae sunt species **Tγδ**
73 unius atque eiusdem baptismatis **Tγ**
74 ex uno uulnere profluentis **Vδ**
75 in aquam et sanguinem, **Tγδ**
76 cum illic duo sint *
77 de quibus locuti sumus baptismata aquae <et sanguinis>, **Pδ**
78 id est
79 unius atque eiusdem species, *

80 cum unum esse debeat baptisma uniuscuiusque speciei, **TTγ**

81 sicut plenius sumus locuti. **Pγ**

1 **15** Et quoniam uidemur **TTδ**

2 omne baptisma spiritale trifariam diuisisse, **Vδ**

3 ueniamus etiam ad probationem narrationis propositae, **Tγ**

4 ne uideamur proprio sensu et temere hoc fecisse. **Vδε**

5 Ait enim Ioannes **Pγ**

6 de Domino nostro **Pδ**

7 in epistola sua nos docens: **Pγδ**

*Hic est qui uenit per aquam et sanguinem Iesus Christus, non in aqua tantum, sed in aqua et sanguine. Et spiritus est qui testimonium perhibet, quia spiritus est ueritas; quia tres testimonium perhibent, spiritus et aqua et sanguis; et isti tres in unum sunt,* [1 Joh. 5, 6-8]

8 ut ex illis colligamus **TTγ**

9 et aquam praestare spiritum solitam, **Tδ**

10 et sanguinem proprium hominibus praestare spriritum solitum, **Tδ**

11 et ipsum quoque spiritum *

12 praestare spiritum solitum. **Tδ**

13 Nam cum effundatur aqua sicuti et sanguis, **TTδε**

14 spiritus etiam effusus sit Domino **Tγδ**

15 super omnes qui crediderunt, **Ditr./Vγδ**

16 utique et aqua **TTδε**

17 et nihilominus proprio sanguine, **Tδ**

18 tunc deinde et spiritu sancto possunt homines baptizari. **Vδ**

19 Ait enim Petrus: **TTγε**

*Sed hoc est quod dictum est per prophetam: Erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii eorum et filiae eorum et iuuenes uisiones uidebunt et seniores somnia somniabunt. Et quidem super seruos et super ancillas effundam de spiritu meo.* [Act. 2, 16-18]

20 Quem spiritum in ueteri testamento, **Vδ**

21 non quidem passim nec effuse, **TTγδ**

22 sed communicatum cum aliis **Tγδ**

23 aut etiam sponte insiluisse in quosdam homines *

24 uel induisse eos

25 uel fuisse super eos **TTγε**

26 deprehendimus,

27 sicuti Moysi de septuaginta presbyteris a Domino dictum esse

28 animaduertimus: **T**

*Et auferam spritum qui super te est, et imponam super eos.* [Num. 11, 17]

29 Propter quod etiam secundum pollicitationem suam

30 Deus ab alio ex spiritu

31 qui super Moysen fuerat *

32 imposuit super illos, **Vδζ**

33 et prophetauerunt in castris, **Pγδ**

34 quod Moyses ut homo spiritalis **TTγ/Ditr.**

35 ita contigisse gaudebat, **P1γ**

36 licet ab Iesu

37 filio Naue

38 ut huic rei intercederet *

39 inuito suadebatur,

40 et idcirco omnibus fuisse praeoptabat. **TTγ**

41 (?)Porro autem in libro Iudicum, *

42 item in Regnorum libris animaduertimus **T**

43 super plerosque aut fuisse spiritum Domini **Tδ**

44 aut insiluisse in eos, **Pγδ**

45 tamquam super Gothoniel

46 Gedeon

47 Iephthe

48 Samson

49 Saul

50 Dauid

51 et ceteros alios. **Tδ**

52 Quod usque adeo ita se habet **Pγδ**

53 ut spiritus sancti sponte abscedendi ab eis libertatem ac facultatem **Vγδ**

54 manifestissime nos Dominus docuerit dicens: **Pδ**

*Spiritus ubi uult, spirat, et uocem eius audis et nescis unde ueniat aut quo uadat.* [Joh. 3, 8]

55 Ita ut idem spritus etiam super indignos quoque sui **TTγε**

56 nonnumquam inueniatur esse, **Ditr.**

57 non utique otiose **Vδ**

58 nec sine ratione, **TTγ**

59 sed necessariae alicuis operationis gratia; *

60 sicuti super Saul fuit,

61 super quem factus est spiritus Dei **Pδ**

62 et prophetauit, **(P)1β**

63 quamquam posteriore tempore

64 postquam recessit ab eo spiritus Domini **Tδ**

65 et postquam angebat eum spiritus malignus a Domino, **Tγδ**

66 quoniam tunc ad hoc postremus uenerat *

67 post nuntios

68 quos ante assidue praemiserat

69 ut interficeret Dauid, **Pδ**

70 qui idcirco inciderunt in chorum prophetarum **TTγ**

71 et prophetauerunt,

72 ne id

73 quod iussi fuerant *

74 perficere possent aut uellent. **Pγδ**
75 Quod admirabili ratione **Vδ**
76 per uoluntatem Dei
77 spiritum
78 qui super illos omnes fuit
79 credimus operatum esse. **Ditr.**
80 Qui spiritus impleuit etiam Ioannem baptistam **Pγ**
81 adhuc ab utero matris suae, **Vδζ**
82 et incubuit super eos **Vδζ**
83 qui cum Cornelio centurione erant
84 prius quam baptizarentur aqua. **gl. Akzentfolge**
85 Ita dum cohaeret baptismati hominum spiritus **Tδ**
86 aut antecedit aut sequitur **Tγδ**
87 uel
88 cessante baptismate aquae **Pδ**
89 incumbit super eos qui credunt, **Pγδ**
90 dat nobis consilium **Tγ**
91 quod aut ex integro rite baptisma obseruare **TTγ**
92 aut fore dato a quocumque **TTγδ**
93 in nomine Iesu Christi baptismate **Tγ**
94 supplere id debeamus, **V3γδ**
95 custodita nominis Iesu Christi,
96 sicuti plenissime exposuimus, *
97 sanctissima inuocatione, **TT**
98 custodita praeterea tanti temporis *
99 tot uirorum ueneranda nobis consuetudine et auctoritate.

1 **16** Quoniam autem prima pars disputationis huius uidetur explicata, **TTγ**
2 etiam sequentem eius **Ditr.**
3 propter haereticos **Tγ**
4 debemus attingere, **T2γ**
5 quia perquam necessarium est
6 eum tractatum **Pγ**
7 qui semel in manus incidit *
8 non praeterire, **Ditr.**
9 ne forte eos
10 qui sunt simpliciores ex fratribus **Tγδ**
11 aliquis haereticorum
12 uersutia sua audeat attentare. **Vδ**
13 Nam quia Ioannes dixit
14 nos baptizandos esse in spiritu sancto et igni, **Pγδ**
15 eo
16 quod addiderit dicens **Pδ**
17 et igni,
18 idcirco quidam desperati homines ausi sunt **Tγζ**
19 usquequaque prauitatem suam porrigere **Tγ**
20 et propterea homines nasutissimi quaerunt **P1δ**
21 quomodo sanctitatis baptisma **Pγ**
22 ita corrumpant ac uiolent **Tγδ**
23 ut etiam euacuent;
24 qui originem iam exinde trahunt
25 a Simone mago
26 multiformi peruersitate **P/Ditr.**
27 per uarios errores eam exercentes. **TTγ**
28 Cui Simoni Petrus in actis apostolorum dixit:
*Pecunia tua te cum sit in perditionem, quia gratiam Dei existimasti per pecunias posse possidere. Non est tibi portio neque sors in sermone hoc; cor enim tuum non est rectum coram Deo.* [Act. 8, 20. 21]
29 Et agunt isti haec omnia **Tγδ**
30 dum fallere cupiunt eos **Pδ**
31 qui sunt simpliciores aut curiosiores, **TT/Ditr.**
32 et temptant nonnulli illorum **Pγ**
33 tractare se solos integrum atque perfectum, **P1γ**
34 non sicuti nos mutilatum et decurtatum,
35 baptisma tradere, *
36 quod taliter dicuntur adsignare **TTγ**
37 ut,
38 quam mox in aquam descenderunt, **TTγ**
39 statim super aquam ignis appareat. **T2γ**
40 Quod si aliquo lusu perpetrari potest,
41 sicut adfirmantur plerique huiusmodi lusus Anaxilai esse,
42 siue naturale quid est,
43 quo pacto possit hoc contingere,
44 siue illi putant **TTγε**
45 hoc se conspicere
46 siue maligni opus et magicum uirus **Pδ**
47 ignem potest in aqua exprimere: **Tγ**
48 illi tamen talem fallaciam et stropham praedicant *
49 perfectum baptisma esse, **Ditr.**
50 quod fideles homines *
51 si coacti fuerunt accipere, **Tγ**
52 utique non dubitabitur **(Tβ)**
53 eos id quod suis castris in hostium diuersissimis castris **P1δ**
54 longe aliud sacramentum uelit dicere, *
55 hac ratione constat **Ditr.**
56 eum uetere sacramento exauctoratum esse. **Ditr.**

1 **17** Item si huiusmodi homo rursus ad te redeat,
2 utique haesitabis **Vδ**
3 utrum habeat baptisma necne; **Ditr.**
4 et tamen oportebit te huic quoque
5 paenitentiam agenti **TTδ**
6 quibuscumque modis potueris subuenire. **Vδ**
7 Est autem adulterini huius immo internecini baptismatis si qui alius auctor, **Pδ**

8 tum etiam
9 quidam ab eisdem ipsis haereticis **Tγ**
10 propter hunc eundem errorem confictus liber
11 qui inscribitur PAVLI PRAEDICATIO.
12 In quo libro
13 contra omnes scripturas **Pγ**
14 et de peccato proprio confitentem **Vδ**
15 inuenies Christum, **Pδ**
16 qui solus omnino nihil deliquit, **Pγ**
17 et ad accipiendum Ioannis baptisma **P1γ**
18 paene inuitum a matre sua Maria esse compulsum, **P1γ**
19 item cum baptizaretur **P1**
20 ignem super aquam esse uisum, **Ditr.**
21 quod in euangelio nullo est scriptum, **Pγδ**
22 et post tanta tempora *
23 Petrum et Paulum **Pγδ**
24 post conlationem euangelii in Hierusalem
25 et mutuam cogitationum altercationem **TT**
26 et rerum agendarum dispositionem **TT**
27 postremo in urbe **Pγδ**
28 quasi tunc primum inuicem sibi esse cognitos, *
29 et quaedam alia huiuscemodi absurde ac turpiter conficta, **TTδ**
30 quae omnia in illum librum inuenies congesta. **TTδ**
31 Qui autem non ignorant spiritus sancti qualitatem, **TTγ**
32 intellegunt,
33 quod dictum est de igni, **TTγδε**
34 de ipso spiritu dictum esse. **V3δζ**
35 Nam in actis apostolorum
36 secundum hanc eandem promissionem Domini nostri **Pδ**
37 ipso die Pentecostes **TTγ**
38 cum descendisset spiritus sanctus super discipulos **Tγ**
39 ut in illo baptizarentur, **P1**
40 uisae sunt insidentes super singulos *
41 linguae quasi ignis, **Vδζ**
42 ut constaret
43 eos spiritu sancto et in igne baptizatos, **TTγ**
44 hoc est
45 eo spiritu
46 qui esset siue ignis siue quasi ignis, **TTγε**
47 qualis ignis fuit **TTγε**
48 qui in rubo ardebat **Pγ**
49 et rubum non comburebat
50 qualisque est ille ignis **V3γδζ**
51 qui est angelorum spiritus, *
52 sicut scriptura dicit: **Pδ**
*Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem ardentem.* [Ps. 104, 4]
53 Cui cum similis aut socius aut particeps fueris, **Tδ**
54 poteris nullum ignem timere **Pγ**
55 nec illum quidem
56 qui antecedens Domino *
57 in die iudicii **Tγ**
58 conflagrabit totum orbem terrae **TTγε**
59 absque eis
60 qui baptizati sunt in spiritu sancto et igni. **Pγδ**

1 **18** Et hominibus quidem spiritus perseuerat hodie inuisibilis, **Ton. Äqu. 4δ/***
2 sicut Dominus dicit: **Pδ**
*Spiritus ubi uult spirat, et nescis unde ueniat uel quo uadat.* [Joh. 3, 8]
3 Sed in principio mysterii fidei **Tδ**
4 et spiritalis baptismatis **Tγ**
5 hic idem spiritus manifeste uisus est *
6 super discipulos insedisse quasi ignis, **TT1**$^{2}$**γε**
7 item caelis apertis descendisse super Dominum *
8 columbae similis, *
9 Quoniam pleraque
10 immo paene omnia *
11 quae essent futura **Pγ**
12 manifesta sunt; *
13 quae tamen modo essent inuisibilia,
14 nihilominus nunc quoque oculis et incredulitati hominum *
15 uel ex parte
16 uel aliquando
17 uel in figura sunt monstrata **TTγδ**
18 ad corroborandam et confirmandam fidem nostram. **TTγε**
19 Sed nec aliud omiserim
20 quod euangelium merito praedicat; **Tδ**
21 ait enim paralytico Dominus noster: **Pδ**
*bono animo esto, fili, dimittuntur tibi peccata,* [Matth. 9, 2]
22 ut ostenderet
23 fide mundari corda
24 ad remissionem peccatorum consequendam. **TTγ**
25 Quam remissionem peccatorum **TTγ**
26 consecuta est etiam illa **Pδ**
27 quae erat mulier peccatrix in ciuitate, **Ditr.**
28 cui Dominus ait: **Pδ**
*dimittuntur tibi peccata;* [Luc. 7, 48]
29 et cum coepissent
30 qui simul discumbebant **TTγ**
31 apud semet ipsos dicere: *
*quis est hic qui peccata dimittit?* [Luc. 7, 49]

32 -quod et circa paralyticum *****
33 acerbius scribae et Pharisaei obmurmurauerant-,
34 ait ad mulierem Dominus: *****
*Fides tua te saluam fecit, uade in pace.*
35 Ex quibus uniuersis ostenditur **Tγ**
36 fide emundari corda,
37 spiritu autem ablui animas, **Tδ**
38 porro autem per aquam lauari corpora, *****
39 sanguine quoque festinantius perueniri **V3δ**
40 per compendium ad salutis praemia. *****

1 **19** Puto
2 nos plene exsecutos praedicationem baptistae Ioannis, **Pγ**
3 unde sermonem sumus exorsi, **Pγ**
4 qui dixit ad Iudaeos:
*Ego quidem uos baptizo aqua in poenitentiam; qui autem post me uenit fortior me est, cuius ego non sum dignus soluere corrigiam calciamenti; ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni.* [Matth. 3, 11]
5 Arbitror autem **Pδ**
6 et apostoli Ioannes doctrinam **Pγ**
7 nos non inepte disposuisse, qui ait: **Pγδ**
*Quia tres testimonium perhibent, spiritus et aqua et sanguis, et isti tres unum sunt.* [1 Joh. 5, 7. 8]
8 Nisi fallor autem **TTγε/Ditr.**
9 etiam illud explanauimus *****
10 quod Dominus noster ait: **Vδζ**
*Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini in spiritu sancto.* [Act. 1, 5]
11 Praeterea existimo
12 nos non infirmam rationem reddidisse consuetudinis causa. **P1δ**
13 Tueamur tamen,
14 etsi posteriore loco id facimus, **Tγδ**
15 ne qui putet
16 nos unico articulo
17 praesentem altercationem suscitare. **TTγ**
18 Quamquam haec consuetudo etiam sola **Pδ**
19 deberet apud homines timorem Dei habentes et humiles **Tγδ**
20 praecipuum locum obtinere. **TTγ**

## 3.14 De singularitate clericorum

1 **1** Promiseram quidem uobis ante tempus epistolam, **Tγ**
2 filii carissimi,
3 quae omnium morum instituta de lege commendans **P1γ**
4 summatim omnia contineret **Vδ**
5 quaecumque uniuersis clericis *****
6 generaliter ad dirigendam regulam *****
7 competunt disciplinae. **V3δ**
8 sed quia nunc feminarum commoratione **TT**
9 uulgariter inter uos quidam ignominiae deuoluti sunt, **Ton. Äqu. 4δθ/***
10 etiam de hac re specialiter uobis **P1δ**
11 Domini correptione
12 scribere compulsus sum:
13 qui miserum me
14 pro uestra neglegentia *****
15 cum seueritate conueniens **Tγ**
16 mandare praecepit, **P1γ**
17 ne clerici cum feminis commorentur. **V3δ**
18 et licet haec admonitio sola **Pδ**
19 litterarum mearum auctoritate sufficeret, **Tγ**
20 tamen ne me somniatorem inrideat quisquam, **P1δ**
21 sicut Ioseph fratres inriserunt; **TTγ**
22 scripturarum addimus firmitatem, **V3δ**
23 ut omnes sciant
24 hoc etiam modo **Pδ**
25 per reuelationem Dominum iubere, **TTδ**
26 quod litteris cognoscitur ante iussisse, **P1γ**
27 nec nos esse adulterantes uerbum Domini *****
28 aut uolentes iactanter de reuelationibus gloriari, **V3δ**
29 sed sic ante conspectum Domini referendo **Vδ**
30 non mentiri quod loquimur: **Tγδ**
31 sicut a Domino confidimus nos non audisse mendacium **T2γ**
32 praesumentes uocem apostoli Pauli protestantis, **TTγ**
*non enim sumus,*
33 inquit,
*sicut plurimi adulterantes uerbum Dei, sed ex sinceritate sicut ex Deo coram ipso in Christo loquimur.* [2 Cor. 2, 17]
34 in dolore itaque maximo constituti **V3δ**
35 de quibusdam tabefactis membris corporis nostri **P1δ**
36 et in gemitu
37 iacturam lamentantis ecclesiae, **T2γ**
38 quae per segnitiem nostram redigitur **Tγ**
39 per dies singulos **2βδ/***
40 ad nimiam paucitatem, **Vδ**
41 credimus nos ex parte aliqua subleuari, **Vδ**
42 quod diligentiae nostrae **P1δ**
43 neglegentia quorundam obesse non possit, **P1γδ**
44 quibus numquam nostrae litterae defuerunt, **V3δ**
45 quae per absentiam meam **Pδ**
46 frequentiam omnibus pensauerunt. **Vδ**

47 dissimulationis suae unusquisque contemptor **P1γ**
48 reum semet ipse conscribat, **P1γ**
49 nos autem libera fronte **P1δ**
50 contemptoribus exclamamus **Vδ**
51 quod Salomon confidenter exprobrat: *****
*quoniam quidem uocabam,*
52 inquit,
*non obaudiebatis: et extendebam uerba mea, et non intendebatis, sed irrita faciebatis mea consilia, meis autem increpationibus non intendebatis: itaque et ego uestrae perditioni superridebo. gratulabor ergo aduersum uos, cum aduenerit uobis interitus, cum aduenerit uobis subito tumultus, euersio autem similis procellae, et cum aduenerit uobis pressura et expugnatio. erit enim cum me inuocaueritis, ego autem non exaudiam uos. quaerent me mali, et non inuenient: oderunt enim sapientiam. uerbum autem Domini non adsumpserunt neque uoluerunt meis consiliis intendere.* [Prou. 1, 24-30]

1 **2** Ad uos nunc exhortatio nostra conuertitur **T2γ**
2 quos nolumus experiri talia praecipitia ruinarum. **Vδ**
3 metuite
4 quantum potestis **Pγ/Ditr.**
5 eiusmodi casus exitia **Tγ**
6 et in ista subuersione **Ditr.**
7 labentium uos experimenta perterreant. **T2γ**
8 nimium praeceps est **Tδζ**
9 qui transire contendit, **P1γ**
10 ubi conspexerit alium cecidisse, **Vδ**
11 et uehementer infrenis est **T2γζ**
12 cui non incutitur timor **Pδ**
13 alio pereunte. **Vδ**
14 amator est uero salutis suae
15 qui euitat alienae mortis incursum. **P1γ**
16 et ipse est prouidus **T2γδ**
17 qui sollicitus fit cladibus ceterorum, **V3δ**
18 sicut Salomon adprobat dicens: **P1δ**
*astutus uidens malum puniri, uehementer erudietur,*
19 et iterum:
*cadentibus impiis iusti uehementer terrebuntur.*
20 aduersaria est confidentia *****
21 quae periculis uitam suam pro certo commendat, **Pγ**
22 et lubrica spes
23 et quae inter fomenta peccati **P1γ**
24 saluari se sperat. **Pγδ**
25 incerta uictoria est
26 inter hostilia arma pugnare, **P1γ**
27 et inpossibilis liberatio est **Ditr.**
28 flammis circumdari nec ardere. **Vδε**
29 quod Salomon abnegat dicens: **P1δ**
*quis alligabit in sinu suo ignem, uestimenta autem sua non comburet? aut quis ambulabit super carbones ignis, pedes uero non comburet? sic qui introit ad uxorem proximi sui, non erit inmunis neque omnis qui tangit eam.* [Prou. 6, 27-29]
30 credite
31 quaeso uos,
32 credite diuinae fidei *****
33 quin immo quam uestrae: **P1γδ**
34 quia omne
35 quicquid pollicetur **TTγ**
36 non potest fallere **T2βδ/***
37 dicente Domino: *****
*facilius est,*
38 inquit,
*caelum et terram praeterire quam de lege unum apicem cadere.* [Luc. 16, 17]
39 et iterum:
*caelum et terra transibunt, uerba autem mea non praeteribunt.* [Matth. 24, 35]
40 ipsi ergo nos fallimus, **Tγδ**
41 quotiens inordinaliter credimus **T2δ**
42 aestimantes
43 per fidem nostram
44 legis praecepta posse mutari, **P1γ**
45 ut inter masculos et feminas speremus **TTδ**
46 passim castitatem immobilem custodiri. **Vδ**

1 **3** Difficile quis uenenum bibet et uiuet. **Pγδ**
2 uerendum est dormienti in ripa, ne cadat, **Pγδ**
3 cum dicat apostolus: **Tγ**
*qui se putat stare uideat ne cadat.* [1 Cor. 10, 12]
4 in hac parte expedit *****
5 bene timere **Pγ**
6 quam male fidere. *****
7 et utilius est
8 infirmum se homo cognoscat **Pγ**
9 ut fortis existat, **P1γ**
10 quam fortis uideri uelit,
11 et infirmus emergat. **P1γ**
12 de qua re
13 praesumptores obiurgat apostolus dicens: **P1δ**
*si qui putat se aliquid esse, cum nihil sit, se ipsum inplanat.* [Gal. 6, 3]
14 pro certo inplanator proprius suam animam decipit, **Tδ**
15 qui non cauendo contraria **Tγ**

16 noxiis rebus semet ipse commiserit. **T2γ**
17 ille autem tutius sibi consulit, *
18 qui circa malos semper infidus **P1γ**
19 species quascumque noxias extimescit. **V3δ**
20 quorum distantiam Salomon disseruit dicens: **Pδ**
*sapiens timendo declinabit ab omni malo: insipiens autem confidens qui miscetur iniquo.*
21 magnum sapientiae diuinae consilium inuentum est,
22 ubi timoris auxilio liberemur. **Vδ**
23 magna conpendia prouidentiae, **Ton. Äqu. 4δ/***
24 ut aliquando fiat uirtus et uictoria per timorem. **Vδε**
25 magna remedia Dominus contulit ad salutem, **Vδε**
26 ut habeat et timidus laudem, **Pδ**
27 sicut Salomon repetit dicens: **Pδ**
*beatus uir qui ueretur omnia per metum.* [Eccl. 23]
28 inaestimabilis Domini misericordia **T**
29 quae undique homini suo contulit gloriam **T2δ**
30 et incomprehensibilis pietas **Tδ**
31 quae secundum pugnas dedit et palmas, **Pγδ**
32 ut confidendo masculorum saeuitiam superemus **Vδ**
33 et timendo feminarum blandimenta uincamus, **P1γ**
34 dummodo et de uirtute et de infirmitate **P**
35 super nos glorias Dominus operetur, **Vδ**
36 ut in omnibus et per omnia
37 omnipotentem semet ipse testetur **P1γ**
38 diuidens differentias triumphorum, **Vδ**
39 ut tam consiliis quam uiribus
40 a nobis bella uincantur **P1γ**
41 nec si uinceremus solius fidei fortitudine **Ton. Äqu. 4δ/***
42 contra Salomonem
43 uacua essent opera sapientiae. **Ton. Äqu. 4δ/***
44 nunc igitur sapientiae arma gestanda, **P1γ**
45 ubi feminei et uiriles sexus certamen indicunt. **P1γ**
46 unde Salomon sic instruit dicens: **P1δ**
*prudentiam,*
47 inquit,
*fac notam tibit, ut te seruet a muliere aliena et pessima.* [Prou. 7, 4. 5]
48 uidete nunc prudentiam in isto bello,
49 non fidem nobis datam esse uictricem **P1γ**
50 quae nos timiditatis remedio liberasset, **Vδ**
51 et contemplamini *
52 quae sunt modo arma sumenda, **P1γ**
53 si uultis habere legis auxilia. **Tγ**
54 estote timidi *
55 ut sitis intrepidi: **Tγ**
56 et licet timor in certamine infirmitas esse uideatur, **TT1$^2$γ**
57 tamen secundum uerbum apostoli **Tγ**
*uirtus in infirmitate perficitur.* [Vgl. 2 Cor. 12, 9]
58 separamini *
59 deprecor,
60 separamini a contagione pestifera. **Tγ**

1 **4** Quantumcumque fuerit unusquisque longius ab aduersis, **Vδε**
2 tantum non sentit aduersa. **P1γ**
3 minus uoluptatibus stimulatur, **Vδ**
4 qui non est,
5 ubi frequentia est uoluptatum. **(P)1β**
6 et minus auaritiae molestias patitur **Tδ**
7 qui diuitias non uidet, **TTδε**
8 si admittimus apostolum pollicentem: **V3δ**
*qui uolunt,*
9 inquit,
*diuites fieri, incidunt in temptationem et muscipula et desideria multa et inutilia et noxia, quae mergunt hominem in perditionem et in interitum.* [1 Tim. 6, 9]
10 non aliter temptationibus subiacet **T2δ**
11 qui iunctus est feminae, **T2γδ**
12 in qua nihil est aliud **Pγδ**
13 nisi quod feriat proximantem. **Vδ**
14 aculeus peccati facta est forma feminea, **Tγ**
15 et mortis condicio non aliunde surrexit **P1γ**
16 nisi de muliebri substantia. **Tγ**
17 quod Salomon ad nostram sollicitudinem **T**
18 memorat dicens: **Pδ**
*a muliere factum est initium peccati, et propter hanc omnes morimur.* [Sir. 25, 24]
19 inde mortales tenemur nec timemus. **TTγδ**
20 quid si iam inmortales essemus? **Pγ**
21 per mulierem liberauit nos equidem Christus, **Pδ**
22 sed unde adhuc morimur
23 formidare debemus. **P1γ**
24 tunc liberatio ipsa constabit in femina, **T2γδ**
25 si a nobis mors euincatur
26 quae per feminam uenerat. **T2δ**
27 ceterum si adhuc per mulierem
28 circa nos scandala dominantur, **Vδ**
29 liberationis Christi fecimus pro certo dispendium: **Tγ**
30 siquidem in futurum spes ista libertatis manet
31 quam fidei nostrae Christum credimus contulisse, **V3δ**
32 ut tunc nobis omnino mulier non noceat,
33 cum et ipsa mors fuerit euacuata. **P**
34 nam si modo putamus **Pγ**
35 nos intemptabiles esse muliebribus iaculis, **Tδ**

36 nihil ergo restat caelestibus regnis. **P1δ**

37 non inmerito tales sensus apostolus increpat dicens: **P1δ**

*iam satiati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis, et utinam regnetis.* [1 Cor. 4, 8]

38 tempus ergo adhuc luctaminis geritur **Tδ**

39 et mors per feminam adhuc usque grassatur. **P1γ**

40 mentior,

41 si non uidemus exinde interitus plurimorum. **Vδ**

42 quanti et quales episcopi et clerici simul et laici **Tγδ**

43 post confessionum uictoriarumque calcata certamina, **T2γ**

44 post magnalia et signa uel mirabilia usque quaque monstrata noscuntur **P1γ**

45 cum his omnibus naufragasse, **V3δ**

46 cum uolunt in naui fragili nauigare? **Vδ**

47 quantos leones domuit una infirmitas delicata, **V3δ**

48 quae cum sit uilis et misera, **Tγδ**

49 de magnis efficit praedam? **P1δ**

50 quod Salomon loquitur dicens: **Pδ**

*pretium meretricis quantum est panis unius, mulier autem pretiosas animas capit.* [Prou. 7, 26]

1 **5** Ante nos ista tractantur, **P1γ**

2 et nullis terroribus coercemur: **Vδ**

3 quid faceremus, **(Pβ)**

4 si opinionibus tantummodo gestas historias audiremus? **Vδ**

5 sed haec est semper incredulitas humanae duritiae, **Tγ**

6 ut non solum audiendo **TTγ/Ditr.**

7 sed etiam uidendo **TTδ**

8 non credat alteros interisse, **V3δ**

9 nisi et se ipsam uideat interire: **Vδ**

10 nec sociorum mortibus quatitur, **Tδ**

11 dum illos promeritos aut inualidos opinatur. **Vδ**

12 se autem multum mereri aut multum ualere **Pγ**

13 fiducialiter putat, **Pδ**

14 nesciens praeberi cunctis exempla, **Pγ**

15 cum fuerint quibusdam inrogata supplicia, **Tγ**

16 sicut Dominus in euangelio proponit et dicit: **P1γδ**

*putatis quod hi Galilaei prae omnibus Galilaeis fuerunt peccatores qui talia passi sunt? non. dico uobis: nisi paenitentiam habueritis, similiter perietis sicut illi supra quos cecidit turris in Siloa, et occidit eos. putatis quoniam et ipsi debitores fuerunt prae omnibus hominibus habitantibus in Hierusalem? non. dico uobis: si non paenitueritis, similiter perietis.* [Luc. 13, 2. 3]

1 **6** Miramur

2 si Adam per Euam seductus est, **Tγζ**

3 quem nulla morientium exempla praecesserant, **T2γ**

4 nisi iussio una constrinxerat, **T2γ**

5 cum modo nos nec innumerabiles mortes **P1δ**

6 nec infinita iussa conpescunt. **P1γ**

7 quibus conuenienter dicitur *****

8 secundum increpationem Domini: *****

9 si Adam uidisset mortes

10 quae factae sunt in uobis, **TTγδε**

11 olim in cilicio et cinere paenitentiam egisset. **TTδ**

12 dico autem uobis, **TTγε**

13 quoniam Adae tolerabilius erit in die iudicii quam uobis. **TTδε**

14 longe satis longe sit pestis ista et lues **Pγδ**

15 et clandestina pernicies. **Tγ**

16 o quam inordinalis feminae propinquitas.

17 iaculatur

18 cuius uicina est delictorum latrocinium. *****

19 non est in hac societate sinceritas adprobabilis **4δ/***

20 quae conlisiones habet uelut quibusdam fluctibus turbulentis. **V3δ**

21 in hac familiaritate non habitat amica concordia, **T2γ**

22 quoniam non nisi discordantes inimicitates creat.

23 fecit equidem mulierem uiro Dominus adiutricem, **Vδ**

24 sed serpentis inuidia **Tγ**

25 personam sumpsit hostilem. **P1γ**

26 quod si illa

27 de uiro suo nata **TTγε**

28 usque hodie ipsum cui iungitur temptat, **P1δ**

29 quanto magis illa **TTγε**

30 quae copulatur nulla lege coniuncta? **P1γ**

31 et si illi

32 qui duo sunt

33 in carne una concreti **Pγ**

34 temptationibus mutuis inuicem pungunt, **P1δ**

35 quid faciunt hi

36 qui in una carne nec nati nec iuncti sunt? **Tγδζ**

37 praesertim quia nec Deum iam inuocare permittitur **T2γ**

38 qui caritate alterius auocatur, **Vδ**

39 nec sinitur cogitare diuina **P1γ**

40 qui sibi quaesiit *****

41 cui exhiberet domesticam curam. **P1δ**

42 propter quod sic apostolus consulit dicens: **P1δ**

*uolo uos sine sollicitudine esse. qui sine uxore est, sollicitus est quomodo placeat Deo: qui autem habet uxorem, cogitat quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori.* [1 Cor. 7, 32. 33]

43 quid est nunc

44 quod in hac coniunctione delectet, **P1γ**

45 in qua solae pugnae sunt? *****

46 aut quae utilitas fauet, **Pδ**

47 ubi non sunt officia coniugalia, *****

48 quando nec ipsa possunt esse secura? **P1γ**

49 causale est omne **P1γδ**

50 quod feminae est **Ditr.**

51 et copulatio eius semper infesta est. **T2γζ**

52 foedere suo magnas molestias praestat **P1δ**

53 et cui adhaeserit contra fas,

54 insanabilem ingerit plagam. **P1δ**

55 de carbonibus scintillae dissiliunt, **Tγ**

56 de ferro rubigo nutritur, **Pγ**

57 morbos aspides sibilant, **T2δ**

58 et mulier fundit concupiscentiae pestilentiam **4δ/***

59 quam Salomon sic conparat dicens: **P1δ**

*de uestimentis procedet tinea, et a muliere iniquitas uiri.* [Eccles. ]

1 **7** Volo scire

2 quae sit affectio ista communis, **P1γ**

3 quae morbi dissensio semper ambigua **Tγ**

4 propositum suum **Pδ**

5 nutantibus consiliis inpugnando conturbat. **Pγ**

6 ut quid sibi adhibuit mulierem **Vδ**

7 qui ducere contempsit uxorem? **P1γ**

8 omnis

9 qui non manducauerit carnem, **P1δ**

10 ut quid habitationem suam

11 carnis apparatibus replet? **Pδ**

12 et qui non biberit uinum, **Pδ**

13 quid uini oblectatione perfruitur? **Tγ**

14 quasi non aliquotiens habendo nec gustando **TTγδ**

15 copia esculentorum animus pascitur, **Tδ**

16 et uini odoriferi sola fragrantia **Tγ**

17 saepius suscitatur animus. *****

18 quid per hypocrisin

19 uult ab hominibus abstinens dici **P1δ**

20 et in secreto carnibus et ebrietate distendi? **P1γ**

21 habent multi diuitias **Tγ**

22 quas suis usibus negant **Tδ**

23 sed pro cupiditate conseruant, **P1γ**

24 quibus si nulla cupiditas inhaesisset, **Vδ**

25 nec cupiditatis insignia possiderent. **Vδ**

26 at uero quia cupiditate possessi sunt, **Tγζ**

27 perfruuntur animo *****

28 quod usu non tangunt. **Pγδ**

29 ita is

30 qui despexit uinculum nuptiarum, **V3δ**

31 et aliter femineis uinculis obligatur: **Vδ**

32 quamuis nullo concubitu misceatur, **Vδ**

33 desiderio tamen uisu conloquio coniunctione **Ditr.**

34 semper oblectatur. **TTγ**

35 nam si desiderium feminae non haberet, **V3δε**

36 numquam feminam suis oblectamentis adsumeret. **T2γ**

37 immo uero insuper mihi suspectum placitum dedit **Pδ**

38 qui non legitimam duxit **Pδ**

39 et legitimam recusauit: **Vδ**

40 nisi fallor,

41 in publico argumentatus est **Tζ**

42 hominibus promittere sanctitatem **Vδ**

43 et in occulto sine uxore non esse. **P1γδ**

44 duo argumenta libidinis et sanctitatis **Ditr.**

45 hinc et inde miranda sunt, **T2γζ**

46 quae utraque inuicem tegunt **Pδ**

47 et utraque inuicem produnt. **P1δ**

48 ingeniosus eunuchus et moechus **P1γδ**

49 inuidet sibi dum consulit, et dum quaerit utrumque, **Pγ**

50 neutrum fecit,

51 ut sanctus minime deputetur **Vδ**

52 qui non uera coniunctione perfruatur, **TTγ**

53 cum Paulus apostolus dicat: **P1δ**

*alligatus es uxori? ne quaesieris solutionem. solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem.* [1 Cor. 7, 27]

54 sed consentio

55 non esse castitatis huius pudicitiam uiolatam:

56 suspiciosis tamen malam porrigit famam **P1δ**

57 et pudicitae bonum frustra intrinsecus laborioso agone custodit, **P1γ**

58 quod forinsecus efficit infamari, **Vδ**

59 destruens magisterium Pauli apostoli **Tγ**

60 prouidentis pariter et monentis: **Vδε**

*ut quid,*

61 inquit,

*libertas mea iudicatur ab infideli conscientia? si ego gratiae participo, ut quid blasphemor pro eo quod gratias ago?* [1 Cor. 10, 29. 30]

62 peius est

63 quam moechia continentiam ducere **T2δ**

64 criminosam et infamem facere sanctimoniam. **Ton. Äqu. 4δ/***

65 blasphemiam ingerit religioni quam coluit, **Tγδ**

66 qui quod confitetur **Ditr.**

67 non ante omnes impleuerit, **Tγ**

68 ne christianitas credatur esse fallacia **T2γ**

69 et moechatio uideatur sanctitatis uelamento uestita. **Pγ**

70 propter quod Dominus in euangelio sic praemonet dicens: **P1δ**

*sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uidentes opera uestra bona magnificent patrem uestrum qui in caelis est.* [Matth. 5, 16]

71 hoc sequitur et Paulus apostolus dicens: **P1δ**

*non ergo blasphemetur bonum uestrum.* [Rom. 14, 16]

72 et iterum:

*prouidentes quae bona sunt non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* [Vgl. Rom. 12, 17]

73 et alio loco: **Pδ**

*siue ergo manducatis siue bibitis siue aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite et estote sine scandalo Iudaeis et Graecis et ecclesiae Dei, sicut et ego per omnia omnibus placeo.* [1 Cor. 10, 31-33]

1 **8** Sed opponitur forsitan, **T2δ**

2 quid est

3 quod ipse iterum dixerit: **Tδ**

*si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem?* [Gal. 1, 10]

4 numquam se quaecumque dicta legis excludunt, **P1γ**

5 sed certis locis responsa uniuersa defixa sunt. **T2γζ**

6 illic placere hominibus non licet, **TTδε**

7 ubi uoluntas hominum *****

8 non capit Domini uoluntatem: **Vδ**

9 ubi uero acceptant homines *****

10 quod ad gloriam proficit Dei, **Pδ**

11 innotescere omnibus **Tδ**

12 ipse Paulus apostolus praecepit. **TTδ**

*unusquisque,*

13 inquit,

*nostrum proximo suo placeat ad bonam aedificationem.* [Rom. 15, 2]

14 quatenus ergo praemium sanctitatis exspectat, **P1γ**

15 qui non solum blasphemiam sanctitatis **V3δ**

16 ab infidelibus prouocat, **T2δ**

17 sed etiam fidelibus perniciosum praebet exemplar? **P1γ**

18 ut infirmi sub praetexto dilectionis subtiliter fornicentur **V3δ**

19 et pudicus inpudicissime castitatis **V3δ**

20 praebeat magisterium **Ton. Äqu. 4δ/***

21 destruens

22 quod Paulus apostolus comminatur: **V3δ**

*periit,*

23 inquit,

*frater infirmus in tua scientia, propter quem Christus passus est? sic autem peccantes in fratres et percutientes conscientiam ipsorum infirmam in Christum peccatis.* [1 Cor. 8, 11. 12]

24 et quidem non hoc iuuenibus tantum **Pδ**

25 sed et senibus congruit **Tδ**

26 fratrum inbellicitati consulere, **Tγ**

27 ne senectus perire prouocet iuuentutem, **Vδ**

28 ex qua debent omnia salutaria documenta procedere: **T2γ**

29 sicut Eleazar in libro Machabaeorum profitetur et dicit: **P1γδ**

*praemitti malo in infernum* [quam patrias leges deserere]. non enim aetatem nostram dignum est fingere, ut multi adulescentium arbitrati Eleazarum nonaginta annorum transisse ad uitam alienigenarum et ipsi propter meam simulationem et propter modicum et corrruptibile tempus uitae per me seducantur, et odium ac maculam senectuti meae adquiram. [Vgl. 2 Mac. 6, 23-25]

30 ille maluit uitam suam tormentis obicere **Tγ**

31 quam cuiquam magister perditionis existere: **T2γ**

32 et nos

33 ubi nulla tormenta sunt, **T2γζ**

34 fluxibus solis **P1δ**

35 saluandos fratres nolumus anteponere, **Ton. Äqu. 4δ/***

36 nec contenti sumus

37 sine ullis cruciatibus *****

38 tam nobis prodesse quam ceteris, **T2γδ**

39 cum ille noluit uiuere moriturus, **Vδ**

40 sicut inferius prosecutus est dicens: **P1γδ**

*quamobrem fortiter uitam excedens senectute quidem dignus adparebo, adulescentibus quidem exemplum forte relinquam, ut prompto animo ac fortiter pro grauibus et sanctis legibus honesta morte secedant.* [2 Mac. 6, 27. 28]

41 cum hoc etiam laicos deceat, **Tδ**

42 ne aut extraneis blasphemandi occasiones

43 aut fraternitati opportunitatem fornicationis opponant, **P1γ**

44 tum maxime clericos uehementer necessitas ista constringit, **P1γ**

45 quibus aut religio blasphemata **Vδ**

46 aut fraternitas perdita **T2δ**

47 poenas duplices inrogabit. **Vδ**

48 nec inuenient in iudicio Domini **Tδ**

49 ullum omnino solacium **Tγ**

50 qui alienigenis et fratribus

51 peccandi fomitem ministrarunt. **Vδ**

52 propter quod sic Paulus apostolus Titum instruit dicens: **P1δ**

*te ipsum bonorum factorum praebens exemplum in doctrina, in integritate, in grauitate, in*

*uerbo sano atque inreprehensibili, ut aduersarius reuereatur, nihil habens de nobis dicere mali.* [Vgl. Tit. 2, 7-8]

53 et iterum,

*omnibus,*

54 inquit,

*fidem bonam ostende, ut bonam doctrinam saluatoris Domini nostri praeferant in omnibus.* [Vgl. Tit. 2, 10]

55 sic et ad Timotheum scribit dicens:

*forma esto fidelibus in sermone, in conuersatione, in caritate, in fide, in castitate.* [Vgl. 1 Tim. 4]

56 quod et Petrus apostolus satiat dicens: **Pδ**

*conuersatio,*

57 inquit,

*uestra in gentibus bona sit, ut in eo in quo detrahunt de uobis quasi de malefacientibus de bonis operibus uestris glorificent Dominum.*

58 et iterum,

*quoniam sic est,*

59 inquit,

*uoluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis stultorum hominum ignorantiam.* [1 Petr. 2, 15]

1 **9** Nec quisquam sibi proponat et dicat: **P1γδ**
2 habere uolo quod uincam. **Pγδ**
3 hoc est enim dicere *
4 uiuere desidero sub ruina. **Vδε**
5 quis tam stultus
6 qui artari cupiat ad laborem, **Vδε**
7 cui offertur delicatius triumphare? **Vδ**
8 neque enim duplex triumphus est **Tγζ**
9 sub feminae praesentia probari uictorem **Pγ**
10 quam [est] in singularitate **Ditr.**
11 seruare sponsionem integram sanctimoniae. **Ton. Äqu. 4δ/***
12 et cum sit unus titulus gloriarum, **Vδ**
13 hoc loco uanus fortis est *
14 qui satis laborat **Pγ**
15 et cum illo,
16 qui parum laborando uicerit, *
17 pariter muneratur. **Vδ**
18 quid quod ille
19 quin immo consummatus adscribitur, **T2γ**
20 qui se omni parte femineis affectibus ostentat abscisum? **P1γ**
21 quia eum Dominus in euangelio perfectum uocat
22 qui totum suis usibus amputauerit patrimonium. **Ton. Äqu. 4δ/***
23 certe etiam soli cuicumque **TTγ**
24 cotidiani triumphi pro castitate non desunt, **P1γδ**
25 qui numquam desideriis carnalibus
26 spritum cessat infestare corpus humanum, **P1γ**
27 quod apostolus adfirmat dicens:

*caro,*

28 inquit,

*concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem: haec enim inuicem aduersantur sibi ut non quaecumque uultis illa faciatis.* [Gal. 5, 17]

29 habes nunc carnem tuam
30 quam superes semper: **Pδ**
31 quid tibi uis alteram uel conducere? **Ton. Äqu. 4δε/***
32 nemo super unam febrem cupit adhibere peiorem, **P1γ**
33 ne incipiat hemitritaeo insanabili laborare, **Vδ**
34 cui nullus ualeat medicus subuenire. **Vδ**
35 neque aliquis super onus proprium *
36 tollit insuper alienum, **Vδ**
37 ne oneribus duobus oppressus **P1γ**
38 usque ad inferos demergatur. **Vδ**
39 unde sic Hieremias propheta docet
40 sanctitatis pondus singulariter sustinendum. **V3δ**

*bonum est,*

41 inquit,

*uiro cum portauerit iugum graue in iuuentute sua: sedebit singulariter et silebit, quoniam tulit super se iugum graue.*

1 **10** Sed quisquam malignus obsecutor **TTγ**
2 ad dictum apostoli Pauli **P1δ**
3 confugiat dicens: **Pδ**

*onera uestra sustine inuicem, et sic implebitis legem Christi.* [Gal. 6, 2]

4 non haec sunt onera
5 quae Paulus apostolus imperat subuehenda, **V3δ**
6 sed ut tolerantes nosmet ipsos **TTγε**
7 discordia nulla discernat **P1γ**
8 et in temptationibus constitutis fratribus *
9 mutua praebeamus auxilia, **Tγ**
10 non ut ipsi nobis temptamenta per feminas procuremus, **Vδ**
11 sed ut temptamentorum magis pondera subleuemus: **Vδ**
12 cum sciat
13 quale sit sanctitatis iugum
14 quod uix singulare portetur. **P1γ**
15 de quo non solum ipse **Ditr.**
16 sed et Dominus noluit certum definire praeceptum, dicens:

*non omnes capiunt uerbum istud,*
*sed quibus datum est.* [Matth. 19, 11]

17 et iterum:

*qui potest capere capiat.* [Matth. 19, 12]

18 si ergo difficile singulariter magnitudo istius ponderis toleratur, **Vδ**
19 quomodo tolerabitur, *****
20 si geminatis ponderibus praegrauetur? **Vδ**
21 et si singulares paene omnes uix durant **Pγδ**
22 carnales insidias sustinere, **Vδ**
23 quid faciunt illi **Pδ**
24 qui ex utroque latere *****
25 gladiis impedentibus **Ton. Äqu. 4δ/***
26 non cunctantur incumbere? **T2γ**
27 plus dico.
28 si mariti et uxores **TTγδ**
29 desideria coniugalia cotidie gerentes **TTδ**
30 non sibi sufficiunt, **Tγ**
31 quid agunt illi
32 qui ad augendas inpugnationes **Ditr.**
33 geminis sociantur? **Vδ**
34 ex inprouiso uel transeunter ad horam femineus aspectus occurrens **P1γ**
35 uelut sagittas **Pγ**
36 alienis oculis iactat. **Pδ**
37 quando libera non est simplex reuerentia, *****
38 quid illic geritur, *****
39 ubi libertatis sumit mulier in contubernalitate constantiam? **T2γ**
40 quando in domesticis negotiis
41 nunc lacertos ac femora **Tγδ**
42 lanificis operibus nudat, **Pδ**
43 nunc aestuans detegit membra, **P1δ**
44 nunc fatigata iactatur **P1γ**
45 aut in risu aliquando dissoluitur, **T2γ**
46 nunc blanditias exhibet **Tδ**
47 et
48 quod est uenenosius
49 super cuncta psallere delectatur aut canere? **Tγδ**
50 cuius cantu tolerabilius est
51 audire basiliscum sibilantem. **TTγ**
52 contra quam Salomon sic nos cautos efficit dicens: **P1δ**

*cum saltatrice noli assiduus esse, nec audias*
*illam, ne forte dispereas in efficacia eius.*

53 taceo reliqua **Tδ**
54 quae magis pudenda sunt quam dicenda, **Vγδε**
55 solum hoc dico: **P1γδ**
56 in dolore uel in ira mulierem frangi conspicere iam non est sine mulcedine. **Tγ**
57 quid dicimus
58 si uideas iocundantem **Vδ**
59 aut quod est deterius blandientem? **Vδ**
60 semel dixerim: *****
61 omnis inconueniens sodalitas mulierem
62 gluten est delictorum **Vγδ**
63 et uiscum toxicatum **TTγ**
64 quo diabolus aucupatur. **Vδ**
65 incongrua est societas feminarum, **Vδ**
66 quarum sodalitatem ita nos rursum Salomon docet
67 in omnibus praecauere: **V3δ**

*cum aliena,*

68 inquit,

*muliere ne sedeas omnino et non alterceris cum*
*illa in uino, ne forte declinet cor tuum in illam*
*et sanguine tuo labaris in perditionem.*

1 **11** Postremo si animum nostrum confidimus **Tγ**
2 in hac communitate perseuerare semper, **Ditr.**
3 uel illud apud nos debet esse suspectum, **P1γ**
4 ne ipsae
5 quae nobis cum conueniunt **Tγ**
6 in nos ipsos forsitan moueantur **Vδ**
7 aut in alteros amores **TTδ/Ditr.**
8 prae rapida aetate **TTδ**
9 incitamentis furialibus stimulentur: **Vδ**
10 et erit nobis causa, **TTγε**
11 quod peius est,
12 sine causa
13 ut fornicatio nos maculet aliena, **Vδ**
14 apud quos suggeritur ceteris occasio lupanaris, **Vδ**
15 et crimine alieni reatus absorbebimur, *****
16 cui nos ipsi subornamus immunditiae lenocinium. **Ton. Äqu. 4δ/***
17 propter quod apostolus Paulus de similibus
18 ita nos instruit dicens: **P1δ**

*si propter escam frater tuus scandalizatur, iam*
*non in caritate ambulas. noli esca tua illum*
*perdere, propter quam Christus mortuus est.*

19 et iterum:

*bonum est non manducare carnem neque bibere*
*uinum neque in quo frater tuus offendit aut*
*scandalizatur aut infirmatur.* [Rom. 14, 21]

20 et alio loco, **Pδ**

*hoc,*

21 inquit,

*iudicate magis, ne ponatis offendiculum aut*
*scandalum fratri.* [Rom. 14, 13]

22 et de semet ipso sic ait: **Pγδ**

*propter quod si cibus scandalizat fratrem,*
*iam non manducabo carnem*
*in aeternum, ne fratrem scandalizem.*

23 cum ergo nos pulsat coniunctionis huius molestia detestabilis, **Ton. Äqu. 4δ/***

24 etsi adulteros non potest facere, **(Tβδ)/***

25 facit tamen lenones adulteris et incestis. **Vδε**

26 quis enim alterius cordis scrutator qualitatem uniuscuiusque perpendat **P1γ**

27 et pro altera persona contra satanan repugnator, **Vδ**

28 circa Deum uero idoneus fideiussor esse praesumat? **P1γ**

29 de semet ipse demens est, *

30 qui aliquid pollicetur, **Vδ**

31 non dicam

32 si etiam pro femina sponsionem ponere uideatur, **Vδ**

33 cum Paulus apostolus sic de se pronuntiat dicens: **P1δ**

*non quia iam accepi aut iam iustificatus sum aut perfectus sum, sequor autem si conprehendam, in quo et conprehensus sum a Christo. fratres, ego me non arbitror comprehendisse adhuc: unum tamen, posteriora quidem obliuiscens, ad ea quae sunt ante petens ad regulam sequor ad palmam supernae uocationis Domini nostri Iesu Christi.* [Philipp. 3, 12. 13]

34 quicumque ergo perfecti sumus,

35 hoc sentiamus. **Ditr.**

36 et iterum,

*mihi,*

37 inquit,

*pro minimo est, ut a uobis iudicer aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. qui autem me iudicat, Dominus est.* [1 Cor. 4, 3. 4]

38 et alio loco,

*beatus,*

39 inquit,

*qui non iudicat semet ipsum, in quo probat alium.* [Rom. 14, 22]

40 quamuis ergo nos nec de nostra stabilitate certum quid habeamus **Vγδ**

41 qui sine cessatione concutimur inter fluctus saeculi*

42 sustinentes procellosos incursus, **Pγ**

43 tamen si alicui tanta fiducia est

44 de immobilitate propriae firmitatis, **Vδ**

45 saltim sollicitus reformidet, **Vδ**

46 ne ipse sit scandalum uisibus alienis **Vδ**

47 et terreatur uoce Domini comminantis: **Vδ**

48 uae,

49 inquit,

*huic mundo ab scandalis: uerumtamen uae homini illi per quem scandalum uenit.* [Matth. 18, 7]

50 si has Domini comminationes **Ditr.**

51 religioso corde metuimus et reueremur, **(Pβ)**

52 plus de aliis

53 quam de nobis extimescamus periculum nostrum, **P1δ**

54 qui mutuis ab apostolo Paulo utilitatibus obligamur. **Vδ**

*non quae sua sunt,*

55 inquit,

*singuli cogitantes, sed aliorum.* [Phil. 2, 4]

56 et iterum:

*nemo quod suum est quaerat sed quod alterius.* [1 Cor. 10, 24]

1 **12** Sed aliquis

2 arripiens de ipso Paulo quod opponat, **TTγδ**

*unusquisque,*

3 inquit,

*nostrum pro se rationem reddet Deo et unusquisque suam sarcinam portabit.* [Vgl. Rom. 14, 12]

4 qui non uult ergo pro altero reddere rationem, **Vδ**

5 nec causis eius aut negotiis debet particeps inlicitus interesse, **Vδ**

6 et qui liber uel inmunis **TTγδ**

7 circa sarcinas alienas **TTγ**

8 conatur existere, **T2γ**

9 nihil alienum contraria condicione teneat infra se. **Tδζ**

10 nam necesse est

11 rationi alterius subiciatur **P**

12 qui negotium tractauerit alienum. **Vδ**

13 oportet eum damno perstringi **Pγ**

14 uel dispendio sarcinarum, **V3δ**

15 apud quem sub intuta custodia fratris sarcinae perierunt, **Vδ**

16 quia quicquid in domo nostra

17 sub minus idonea tutela fuerit *

18 aut latrones effregerint, **Tγ**

19 nostrum est

20 et a nobis exigitur **Tγ**

21 quicquid per inertiam nostram **P1δ**

22 male commissum est. **Tγζ**

23 tunc uero ab inuicem liberi sumus, **Pδ**

24 si nihil apud nos de re alterius reseruetur. **TTγ**

1 **13** Forsitan aliquis dicat: **Pδ**

2 „ergo nec ad domum orationis pariter conuenire, **Vδ**

3 ne aliquis aliquem scandalizet?“ **Vδ**

4 haereticae professionis **Ditr.**

5 est ista contradictio calumniosa **P**

6 quae de bonis praescribit **Pγ**

7 ut adserat mala, **Pδ**
8 et de sanctitate praeiudicat **T2γ**
9 ut immunditiam suptiliter introducat, **Vδ**
10 de licito calumnias facit **Pδ**
11 ut obtinere inlicitum possit. **Pδ**
12 propter quod apostolus Paulus **P1δ**
13 haeresi huic ante praescribit dicens:
*uerumtamen neque mulier sine uiro neque uir sine muliere in Domino.*
14 absit
15 absit
16 ut ubique feminae praescribantur **Vδ**
17 aut ubique permissio tribuatur. **Vδ**
18 habent loca sua circa maritum **Pγ**
19 circa filios *
20 circa fratres
21 circa parentes **Pγ**
22 circa seruos
23 et in domo orationis
24 tantummodo iuxta cunctos clericos. *
25 in mansione autem una **TTγζ/Ditr.**
26 sine cognatione conpetenter non habent socios. **(Tβδ)/***
27 haec est libra quae stat. **Ditr.**
28 stare uero non potest **Pγδ**
29 quicquid inclinauerit libram **P1δ**
30 dicente scriptura: **P1γ**
*non declinabis in dexteram neque in sinistram.* [Deut. 5, 32]
31 et Dominus in euangelio: *
*quod amplius est a malo est.*
32 disce nunc temperantiae modum **Pδ**
33 qui per licentiam quaeris excessum. **P1γ**
34 ama feminas inter sacra solemnia **Tγ**
35 et odio habe in communione priuata, **P1γ**
36 si uis Salomonis tenere doctrinam: **P1γ**
*tempus,*
37 inquit,
*amandi et tempus odiendi.* [Koh. 3, 8]

1 **14** Tunc ergo cauenda sunt feminae participia, **Ton. Äqu. 4δ/***
2 quando geritur carnalium curarum **TTδ**
3 continua unanimitate frequentia, **Tγ**
4 quoniam inter curas suas
5 caro semper incitamenta cupidinis prouocat **T2δ**
6 et illic parit fomenta peccandi, **P1γ**
7 ubi pertractans commoda sua **Pδ**
8 temporalis uitae cogitationibus senserit paululum relaxari, **Vδ**
9 sicut Salomon adserit dicens: **P1δ**
*deprimit terrena cogitatio sensum multa cogitantem.*
10 in conuentu uero sacrorum, **Pγ**
11 ubi spiritus dominatur, **Vδ**
12 ancilla semet ipsam cognoscens **Pγ**
13 perdit suae uoluptatis usum, **Ditr.**
14 perdit et luxum **Pγδ**
15 dum tractantur caelestia, **Tγ**
16 dum celebrantur sancta mysteria: **T2γ**
17 tota humanitas occupatur, **V3δ**
18 ubi non humana
19 sed diuina sunt omnia: **T2γδ**
20 ubi ueneratio uel terror et tremor **Pγδ**
21 incutitur animis uniuersis, **Vδ**
22 sepulta est profecto substantia carnalis. **TTδ**
23 inter ipsa fere carnis mercimonia *
24 multi uoluptatem corporis neglegunt, **T2δ**
25 quando a legionibus *
26 exercitia meditantur armorum **P1γ**
27 aut crepat litibus forum **Pδ**
28 aut resonant litteris auditoria **Ton. Äqu. 4δ/***
29 aut negotiatores commerciis instanter incumbunt **P1γ**
30 aut artifices in artificia ipsa propensi sunt: **Tγζ**
31 quanto magis
32 ubi non carnale opus hominum *
33 sed spiritale geritur angelorum? **Vδ**
34 nihil illic inpugnationes possunt
35 ubi et ipsi daemones cedunt, **P1δ**
36 et nulla sexus alicuius permittitur considerari distantia, **Tγ**
37 ubi nec aetas nec dignitas **Tγδ**
38 sed sola aequalitas regnat: **P1δ**
39 atque ut plenius dicam, **P1δ**
40 omnes illic tales sensus accipiunt **Tγ**
41 ut et ipsa coniugalitas ignoretur, **Vδ**
42 ubi Christus loquitur auditur adtenditur **T2γ**
43 et per omnia et in omnibus solus est **T2δζ**
44 totum testante apostolo et dicente: **Vδε**
*ubi non est,*
45 inquit,
*Iudaeus et Graecus, circumcisio et praeputium, barbarus et Scytha, masculus et femina, seruus et liber sed omnia et in omnibus Christus.* [Gal. 3, 28]
46 hunc plane conuentum gloria est celebrare cum feminis, **T2γδ**
47 in quo nulla discretio est qualitatis,
48 cui tantum licet omnes aequare **Pγ**
49 sine aliqua differentia, **Ton. Äqu. 4δ/***
50 ut nec in ipso baptismate cuiusquam nuditas erubescat, **V3δ**

51 ubi Adae et Euae renouatur infantia, **T2γ**
52 nec exponit
53 sed potius accipit tunicam. **Tδ**

1 **15** Quod si et illic sit aliquis diabolo peior **Pδ**
2 qui feminarum aspectibus feriatur, **Vδ**
3 de nullo tamen congregatio nostra culpatur **P1γ**
4 quae propter caelestia, **Tγ**
5 non propter terrena colligitur. **Tγ**
6 uiderit
7 si quis illic improbus luxuriosis optutibus fuerit, **Tδ**
8 nullo modo alterum laedit **P1δ**
9 qui non ad hominem
10 sed ad Christum pro salute processit. **P1γ**
11 quin etiam de suis contradictionibus
12 contradictores excludam, **Pγ**
13 ut non meis sed suis propositionibus cedant. **P1δ**
14 si inter festa sacra **TTγε**
15 potest communis conuentio scandalizari **P1**
16 ubi temptator et ipse diabolus tremit, **Pδ**
17 quis illic stabilem se esse promittit **P1γ**
18 ubi temptator audenter occurrit? **P1γ**
19 et si illic periclitamur **P**
20 ubi Dei praecepta nos congregant, **T2γδ**
21 quid agimus
22 ubi Dei iussa nos separant? **T2γδ**
23 et si turbamur illic **Ditr.**
24 ubi Dei uoluntate nutrimur, **P1γ**
25 quanto magis
26 ubi non solum diabolum **Tγ**
27 sed etiam Dominum habemus aduersum? **P1γ**
28 cum sacrosanctis enim iussis **TTγε**
29 nobis diuina protectio ministratur, **Vδ**
30 sicut Esaias ait,
*legem,*
31 inquit,
*in adiutorium dedit:* [Vgl. Gal. 3, 19-24]
32 sine iussionibus uero diuinis **Pγ**
33 nullum potest esse praesidium. **Tγ**

1 **16** Aliud est
2 quod Deus imperat facere **Tδ**
3 et aliud
4 uoluntati eius obsistere: **T2γ**
5 cuius ita sunt mandata seruanda, **P1γ**
6 ut si aliquid iusserit **Tδ**
7 quod secundum homines iniustum uideatur, **TTγ**
8 iustum credatur et fiat, **P1γδ**
9 et si iustum iusserit, *
10 iustum deputetur et fiat: **P1γδ**
11 cum sine uictoria non potest esse quod mandat, **P1γδ**
12 qui potens est **Ditr.**
13 iniustitiam iustificando **P**
14 uocare iustitiam **Tγ**
15 et iustitiam reprobando **Vδ**
16 iustitiam probare transuersam, **P1γ**
17 cuius uoluntas est sola et uera iustitia. **Tγ**
18 si enim totum
19 quicquid gerimus *
20 ad hoc tantummodo gerimus. **Tδ**
21 ut Domino placeamus, **Vδ**
22 profecto hoc solum erit iustum **TTγε**
23 quicquid uoluerit et iusserit et probauerit Deus **Pδ**
24 cui placere gestimus. **P1γ**
25 nam cum serui non possint a semet ipsis scire
26 quid suis dominis placeat, **Tδ**
27 nisi dominorum sequantur imperia, **Tγ**
28 et utique homines **Tδ**
29 —et <cum> ipsi homines *
30 hominum similium sibi **Pδ**
31 non ualeant uoluntates agnoscere, **Tγ**
32 nisi acceperint quod obseruent: **Vδε**
33 multo magis mortales nesciunt
34 immortalis Dei iustitiam conprehendere, **Ton. Äqu. 4δ/***
35 nisi ipse iustitiarum suarum **Pγ**
36 dignetur indicia demonstrare, **Vδ**
37 sicut Salomon adprobat dicens: **P1δ**
*quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid uelit Deus? cogitationes mortalium timidae et incertae prudentiae nostrae. corpus enim quod corrumpitur adgrauat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. difficile aestimamus quae in terra sunt et quae in prospectu sunt inuenimus cum labore: quae in caelis autem quis inuestigabit? sensum autem tuum quis scit, nisi tu dederis sapientiam et miseris sanctum spiritum de altissimis? et si correctae sunt semitae eorum qui in terra sunt, et quae tibi placent didicerint homines, et per sapientiam sanati sunt.* [Sap. 9, 13-19]
38 ambulantes in tenebris **Tγδ**
39 sibimet ipsis lumen non possunt ostendere, **Tγ**
40 nisi ultroneum se ipsum non uidentibus offerat lumen. **P1δ**
41 ita humana caecitas *
42 ad Deum non dirigit uiam **P1δ**
43 nisi ipse lucernam legis ostendat. **P1γ**
44 unde Dauid sic loquitur dicens. **Pδ**
*lucerna est,*

45 inquit,
*pedibus meis uerbum tuum et lux semitis meis.* [Ps. 119, 105]
46 et iterum:
*praeceptum Domini lucidum inluminans oculos.* [Ps. 19, 9]
47 hoc est ergo luciferum **Tγ**
48 quodcumque a Deo fuerit intimatum: **Vδ**
49 et hoc Deo dignum **(P)1βδ**
50 quod ipse Deus uoluntati suae fatetur acceptum, **P1γ**
51 ut exerat per omnia dominatum. **Vδ**
52 alioquin nec nos serui adscriberemur
53 nec ipse Dominus haberetur, **Vδ**
54 si secundum uoluntatem nostram
55 permitteremur inpendere seruitutem **Vδ**
56 et arbitrio nostro non Dei **Pγδ**
57 eligeremus exercitamenta iustitiae. **Tγ**
58 tales Paulus apostolus uanificat dicens, **Pδ**
*ignorantes,*
59 inquit,
*Dei iustitiam et suam uolentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti.* [Rom. 10, 3]
60 tollantur nunc e medio ambages istae tam uanae **Pγδ**
61 et querimoniae inaniter calumniosae.
62 ad spiritales actus
63 cum feminis
64 Deo iuuante **Pγ**
65 non metuimus adunari, **Vδ**
66 qui per Dei iussionem **TTγ/Ditr.**
67 iustitiam nos credimus operari, **Vδ**
68 ex qua nobis scimus munimenta supponi. **P1γ**
69 priuatim uero continentibus quam plurimum clericis et uirginibus **Ton. Äqu. 4δε/***
70 hospitia separanda sunt, **Ton. Äqu. 4δθ/***
71 quia
72 quod Deus iniquum iudicat
73 iustum esse non potest. **Pγδ**
74 contubernium tamen **Pδ**
75 etsi nulla in ipso contubernio turpis consuetudo noscatur, **Pγ**
76 accendit,
77 quia inpossibile est
78 integritatem ad uictorias peruenire **V3δ**
79 quae contendit
80 contra Dei iussa pugnare. **P1γ**
81 quantum enim lex oboedientibus suggerit adiutorium, **Ton. Äqu. 4δ/***
82 tantum inobaudientibus incitat **Tδ**
83 quin immo peccatum dicente apostolo: **Tγ**
*uirtus,*
84 inquit,
*lex peccati.* [1 Cor. 15, 54]
85 qui nos ergo iussit
86 ut in sacris suis cum feminis triumphemus, **Vδ**
87 ipse non iubet **Pγδ**
88 ut priuatim pugnas femineas caueamus. **Vδ**

1 **17** Sunt equidem necessitates aliae,
2 quae nos priuatim quoque feminas uidere conpellant, **P1γ**
3 sed etiam ipsae diuini praecepti uel operis imperant efficaciam, **4δ/***
4 ut uisitemus, **Ditr.**
5 ut solacia praebeamus, **Vδ**
6 ut hortamenta uitalia salubriter intimemus: **Vδ**
7 nec tamen et in his officiis *****
8 minor cura gerenda est **Tγζ**
9 pro moribus nostris, **P1δ**
10 ut clarescant in nostra operatione **Ditr.**
11 indicia puritatis. **Vδ**
12 seueritas non desit **TTδε**
13 quae sub clerico feminam possit adstringere, **T2γ**
14 ut ipsam consolationem nostram
15 suscipiat cum tremore **Vδε**
16 et ita sentiat uisitationis affectum, **P1γ**
17 ut clericum ueneretur. **Vδ**
18 ac ne tardius sit
19 euagari per singula, **Tγδ**
20 totum
21 quicquid agimus *****
22 honestum esse potest, **TTγε**
23 si semper in nobis signa honestatis eluceant, **T2γ**
24 sicut Paulus apostolus uniuersa complexus est dicens: **P1γδ**
*omnia uestra honeste fiant.* [1 Cor. 14, 40]
25 et iterum,
*sicut praecepimus,*
26 inquit,
*uobis, honeste ambuletis.* [Vgl. 1 Thess. 4, 11]
27 non bene succedit **Pγ**
28 quicquid agitur passim, **Pδ**
29 et sanctum non est
30 quod geritur sanctum, **Pδ**
31 nisi sancte quod sanctum est peragatur, **Vγδ**
32 sicut Salomon adserit dicens: **P1δ**
*qui enim custodierint iuste iusta iustificabuntur.*
33 sinceriter ergo sinceritas ipsa seruanda est **T2γζ**
34 et omne quod uoti est **Tγδζ**
35 etiam in actu signandum, **Pγ**
36 ne aliud uota commendent **P1γ**

37 et aliud actus insinuent. **Tγ**
38 undique probanda et institutio uoluntatis **Vδ**
39 et undique consummandus est cursus
uniuscuiusque certaminis, **T2γ**
40 ne minus sit aliquid ad triumphum, **Vδε**
41 si non plenius dimicetur. **V3δ**
42 hinc Paulus apostolus introducit
documenta certaminum: **T2γ**
*sed et qui in agone,*
43 inquit,
*certat, non coronabitur, nisi*
*legitime certauerit.* [2 Timoth. 2, 5]
44 et iterum,
*nescitis,*
45 inquit,
*quoniam qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium. sic currite, ut conprehendatis. omnis autem qui in agone contendit ab omnibus continens est: et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* [1 Cor. 9, 24. 25]
46 plenitudo est ergo sanctitatis
et palma perfecta, **P1γ**
47 ut ex omni parte
48 se cum non habeat quod recuset, **Vδε**
49 ne
50 quod profitetur odisse **P1γ**
51 tenendo uideatur amare. **Pγ**

1 **18** Quod si aliquis dicit **Pδ**
2 „captiuum teneo aduersarium meum **Pδ**
3 cui semper insultem“, **P1γ**
4 uideat
5 ne forte aduersus eum captiuus
incipiat praeualere. **Vδ**
6 numquam securus cum thesauro **TTγδ**
7 latro tenetur inclusus **P1γ**
8 nec intra unam caueam habitans cum lupo **TTγδ**
9 tutus est agnus. **P1γδ**
10 ipse se uoluit penetrari **Vδ**
11 qui hostem proprium in suas portas induxit, **Pγ**
12 et intestinum gladium sibi ipse supposuit **Tγ**
13 qui locum habitationis suae
14 aduersarii ingressibus reserauit, **Vδ**
15 et qui fretus est
16 conuersari cum scandalo **Tγδ**
17 sine causa dicit **TTγε**
18 „pacatus uolo esse cum diabolo“
19 contra apostolum dicentem: **TTδ**
*nolite locum dare diabolo.* [Ephes. 4, 27]
20 omni ergo modo muniendus est locus, **Pγδ**
21 ubi fuerit thesaurus absconditus, **T2γ**
22 ne per unam cauernam **Pγ**
23 totum parietem latro suffodiat. **Tγ**
24 nam si deforis expugnans uix muris expellitur, **Tγ**
25 quantum ualebit **Pγ**
26 si intra muros
acceperit habitaculum? **Ton. Äqu. 4δ/***
27 et si illi
28 qui contra eum claudunt **TTγε**
29 aliquotiens ab eodem capiuntur, **TTγ**
30 quanto magis ille **TTγε**
31 qui ultroneus illi patefecit ingressum, **P1γ**
32 cum dicat Salomon: *****
*si iustus uix saluus fit, peccator et*
*impius ubi parebit?* [1 Petr. 4, 18]
33 omnes ergo rimae, *****
34 non dicam portae claudendae sunt, **Tγζ**
35 ne per unum foramen **Pγ**
36 castra omnia penetrentur, **Vδ**
37 et uniuersa conponenda sunt munimenta, **Vγδ**
38 ne per modicum non munitum **Vδε**
39 tota ciuitas ruat, **Pδ**
40 sicut Salomon repetit dicens: **Pδ**
*qui spernit modica, paulatim cadet.*

1 **19** Stupeo autem peruersitatis huius arbitrio, **Tγ**
2 ut a clericis
3 ad communitatem femina magis quam
masculus eligatur. **Vδ**
4 numquid tantum mulier utilior est
5 commodis clerici, **T2δ**
6 quantum prodest masculus continens uel puer
masculo continenti? **V3δ**
7 aut ipsa erit decens utilitas **Tγ**
8 quam indecens communitas facit? **Pδ**
9 et ubi erit
10 quod Salomon ait:
*omne animal diligit simile sibi?* [Sir. 13, 15]
11 et iterum:
*uolatilia ad sibi similia conueniunt.* [Sir. 27, 9]
12 sed et si femina utilior existimaretur, **TT**
13 non oportebat **(P)1β**
14 carnalia emolumenta
15 praeponere utilitatibus
spiritalium commodorum **V3δ**
16 et expediebat **P**
17 qualemcumque uirum inutilem sustinere **V3δ**
18 pro existimatione munienda **TTγ**
19 quam bonos effectus mulieris **Tγ**
20 cum existimatione turpissima. **T2γ**
21 quod Salomon comparat dicens: **P1δ**
*melior est,*

22 inquit,
*iniquitas uiri quam benefaciens mulier.* [Eccles. 62, 14]
23 artificialia sunt itaque semper diaboli beneficia, **Ton. Äqu. 4δ/***
24 quibus ingenium suae calliditatis exercens **P1γ**
25 sanctimoniae deditos **T2δ**
26 dolosis commoditatibus iuuat ut perdat: **Pγδ**
27 et inter continentes **TTγ**
28 quasi necessaria emolumenta **P**
29 mutuis adiuuaminibus subministrare adigit
30 prius masculum et feminam pariter [conuersari], **Vδ**
31 ut postquam inseparabiles fecerit **T2δ**
32 per alterutra solacia
33 possit occidere **T2γ**
34 dantes simplices animos **Tδ**
35 ad castitatis uota seruanda, **P1γ**
36 et inpugnationis suae arma subducens interim *****
37 quasi placidus fautor **Pδ**
38 suggerit sanctitatis argumenta, **TTγ**
39 donec diutius inter ambos **Vδζ**
40 inimicam nutriat amicitiam. **Ton. Äqu. 4δ/***
41 facit affabiles inuicem sibi et deseruire,
42 et adsentator infestus **P1γ**
43 impedimenta remouens uniuersa **Vδ**
44 commodis eorum gaudet efficaciam commodare, **V3δ**
45 ut tota eos sibimet ipsis necessitate commendans **P1γ**
46 exhibere eos possit **TTγε**
47 in alterutrum solita consolatione pendere. **P1γ**
48 non uult eos in aliquo inpedire, **Vδ**
49 ne separet tam spiritaliter quam carnaliter. **Ton. Äqu. 4δε/***
50 inconcussos efficit uiuere, **T2δ**
51 ne ipsa societatis initia **Tγ**
52 inmaturo tempore *****
53 foedera coepta conturbent. **P1γ**
54 usque adeo illos prouidentibus cunctis **P1δ**
55 ad perfectum sanctitatis **TTγ/Ditr.**
56 inuitat fouet subleuat, *****
57 ut Dei esse computent beneficia ipsa contraria, **T2γ**
58 quibus inducuntur ut pereant, **Tγδ**
59 nescientes numquam Deum iuuare quod uetat. **Pγδ**
60 quibus in tantum diabolus blandiens **Tδ**
61 securitatem praeparat sanctimoniae, *****
62 ut coniunctos se magis aestiment *****
63 quam disiunctos
64 immobiles circa libidinem perdurare: **Vδ**
65 quos cum omni tranquillitate deducens **P1γ**
66 nullis procellis aut fluctibus inquietat **Vδ**
67 et uelut in medio mari **Pδ**
68 minus cautos inducit laxare uela **Ditr.**
69 nec quaerere gubernacula, **Ton. Äqu. 4δ/***
70 ut subita tempestate concitatos naufragos *****
71 ex insperata commotione submergat. **P1γ**
72 hanc primo exhibet lenitatem, **Vδ**
73 ut duas naues oblectet ad inuicem conuenire, **V3δ**
74 quas cum fecerit iunctas, **P1δ**
75 repentinis turbinibus in semet ipsas **Ditr.**
76 elidere possit et frangere: **T2γδ**
77 et his utitur blandimentis, **Vδ**
78 subtractis omnibus iaculis **Tδ**
79 conpescens aduersa, **Pγ**
80 suggerens prospera, **T2δ**
81 et tamdiu sopitum ignem **Ditr.**
82 sine ullis flammis occultat, **Pγ**
83 donec duas faculas iungens **Pδ**
84 semel ambas accendat: **Pγ**
85 et tamdiu cessat
86 saeuitiae suae tela supponere, **T2γ**
87 donec sicut peritus uenator **Pγ**
88 quod occisurus est *****
89 laquei sui uinculis alliget. **T2δ**
90 at ubi insolubili catena deuinctos adstrinxerit **Tγ**
91 uelut lanista protinus duos gladiatores **P**
92 aduersus inuicem compellit armari **P1γ**
93 et subinde stimulans membra **Pδ**
94 statim gladios aptat, **Pδ**
95 statim succendit insaniam **T2γ**
96 et in uulnificos amplexus inpingens **Pγ**
97 utrumque semel uno icto mortificat. **Tγ**
98 sic explicat
99 quod ante praestare uidetur, **Pγ**
100 sic de simplici caritate amorem conflat inlicitum, **Tγ**
101 sic per sanctitatem subinducit interitum, **Tγ**
102 dum contentus est cedere, **T2γδ**
103 sic ualet fortius occupare **Vδ**
104 et dum submissus patitur *****
105 semet ipsum praebere deuictum, **P1γ**
106 sic plenius deuincere gloriatur. **V3δ**
107 cuius uersutias **Tγ**
108 Paulus apostolus sic intellegit dicens: **P1δ**
*non enim ignoramus,*
109 inquit,
*astutias eius.* [2 Cor. 2, 11]
110 male itaque in hac participatione pacati sunt **Tγζ**
111 qui ad bella pacificante diabolo perducuntur **Vδ**
112 et non bene in sanctitate proficiunt, **Tγ**
113 quibus ad detrimentum profectus **Pγ**

114 ipse inimici artificio subornatur, **Vδ**
115 nec recto cursu moliuntur **TTγ**
116 continentiae scalas ascendere, **Tγ**
117 quos ut de alto praecipitet **Tγ**
118 elaborat ad culmen aduersarius protelare. **Vδ**
119 sed necesse est
120 caducis lapsibus elidantur **Vδ**
121 qui uiam lubricam tenuerunt, **Vδ**
122 de qua Salomon sic praedicat dicens: **P1δ**
*est quae uidetur apud homines recta esse: nouissima autem eius ueniunt in profundum inferorum.*

1 **20** Sed aiunt:
2 „si de hac coniunctine clerici denotantur, **V3δ**
3 notandi sunt etiam sancti plerique nobiscum, **P1γ**
4 siue Helias **Pγ**
5 qui mansit apud uiduam, *
6 siue apostoli **Tγ**
7 qui mulieres secum comites circumducebant, **P**
8 ut Iohannes
9 qui matrem Domini absumpsit **TTδ**
10 eodem Domino delegante, **Vδ**
11 aut ipse Dominus, *
12 cui de suis facultatibus
13 alimenta praestabant aliquae mulieres religiosae,
14 cui etiam Martha ministrabat ad mensam **Pγδ**
15 et qui singulariter locutus est
16 ad puteum sedens **Pδ**
17 cum alienigena muliere Samaritana
18 uel cui recumbenti **TTγ**
19 femina lacrimis pedes lauit **Vδζ**
20 et capillis extersit.“ **Pγ**
21 callidi argumentatores **TT**
22 et iuris periti fallaces **Pγ**
23 qui dum cupiunt praeuaricari,
24 controuersias actionesque causarum **P1γ**
25 etiam ipsa iura transuertunt, **P1γ**
26 et cum nolunt conpetentibus coerceri iussionibus legum, **P1δ**
27 ad inludendos iudices *
28 inconuenientibus exemplis **TTδ**
29 uelut similes coniecturas iuris obiciunt. **Tγ**
30 qui per Salomonem **1β**
31 ipsius legis sagacitate produntur: **P1γ**
*peccator,*
32 inquit,
*homo euitat correptionem et ad uoluntatem suam inuenit comparationem.* [Sir. 32, 17]
33 tales igitur non prius per orationem
34 sed per correptionem **Ditr.**
35 prius reuincendi sunt, *
36 ut non ante interpretatis orationibus instruantur, **Vδ**
37 quam amiserint
38 quod ad defensionis solacium reppererunt: **V3δ**
39 sicut nos aduersus huiusmodi homines **Tδ**
40 Salomon edocet dicens: **P1δ**
*noli,*
41 inquit
*respondere insipienti ad ipsius insipientiam, ne similis fias illi: sed responde insipienti contra ipsius insipientiam, ut non uideatur sibi sapiens esse.* [Prou. 26, 4. 5]

1 **21** Re uera magni homines *
2 qui se comparant sanctis, **P1δ**
3 et eximia conuersatio nostra **P1δ**
4 quae prophetis uel apostolis uideatur aequalis. **P1γ**
5 ad occasionem luxuriae nostrae **Pδ**
6 in peruersum sanctos uolumus imitari **Vδ**
7 et inter ceteros actus **P1δ**
8 uestigia iustorum nolumus sequi. **Pδ**
9 in quibusdam infirmos nos excusamus
10 ad imitanda facta maiorum **P1γ**
11 et in aliis aequales nos maioribus protestamur: **Vδ**
12 cum Helias ipse in angustia constitutus **V3δ**
13 inparem se patribus suis ante Deum fateatur: **TTγ**
*numquid,*
14 inquit,
*melior sum patribus meis?*
15 hoc Helias de antecessoribus suis **Pδ**
16 in infirmitate sua
17 cogitur exclamare: **Vδ**
18 et nos Heliae uel prophetis et apostolis et Domino
19 uirtutem nostram non dubitamus aequare? **P1γ**
20 uideo plane **Pδ**
21 sic apud nos calcari auaritiam, *
22 sicut apostoli propria cuncta dimiserunt. **T2γ**
23 uideo crapulam et ebrietatem
24 sic nostris conuiuiis abesse, **TTδ**
25 sicut apostoli **Tγ**
26 nihil habentes **Pγ**
27 frequenter coacti sunt esurire. **Vγδ**
28 cognosco taliter in nobis **TTδε**
29 ieiunia
30 sitim
31 famem
32 nuditatem
33 propter instantiam doctrinae solius **Pγ**
34 ubique pollere, **P1γ**
35 sicut in apostolis legimus triumphasse. **Vδ**

36 et adprobatur apud nos eadem exercitia feruere uirtutum, **P1γ**
37 quibus apostolos omnia uitia tremuerunt. **Vδ**
38 plane quadraginta dierum ieiunium Dominum meditamur **Vδ**
39 et orationes excubiasque **P**
40 quibus ille per solitudines *
41 etiam silentia nocturna rumpebat. **P1γ**
42 numquid similes agones frequentamus **TTγ**
43 contra luctamina uitiorum **Vδ**
44 et sic agimus
45 rigore
46 auctoritate **Ditr.**
47 uigiliis
48 passionibus *
49 labore
50 necessitate **P/Ditr.**
51 afflictatione **Ditr.**
52 abstinentia, *
53 quibus peccata calcantur, **P1γ**
54 ut nemo de nobis mali aliquid suspicetur? **Vδ**
55 per quae Paulus apostolus **Tγ**
56 conscientiam suam innotuisse omnibus gloriatur. **V3δ**
*in omnibus,*
57 inquit,
*commendantes nosmet ipsos quasi Dei ministros, in sustentatione multa, in pressuris, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in custodiis, in carceribus, in seditionibus, in inuocationibus, in laboribus, in uigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei, per arma iustitiae a dextris et sinistris.* [2 Cor. 6, 4-7]
58 ad has imitationes **Ditr.**
59 infirmi sumus,
60 sed ad mulieres circumducendas **P**
61 possibilitatem nobis conparandae imitationis adsciscimus. **T2γ**
62 quod si etiam cuncta illorum quisquam se implere iactasset, **P1γ**
63 me tamen nullius suadela poterat inclinare, **Vδ**
64 ut alios nunc apostolos crederem contra apostoli Pauli professionem: **P**
*numquid,*
65 inquit,
*omnes apostoli? numquid omnes prophetae?* [1 Cor. 12, 29]
66 si Christus comparare se ipsum ausus est Deo qui ait: **Pγδ**
*pater maior me est,* [Joh. 14, 28]
67 aut si apostoli coaequare semet ipsos ausi sunt Christo, **Pγδ**
68 et nos hodie apostolis aequales faciat consimilis fortitudo. **Vδ**
69 misera humanitas,
70 in hac aequalitate non times fulminari, **TTγ**
71 qui de filio Dei **Pδ**
72 aut de filiis tonitrui
73 non cunctaris
74 peccatis tuis exempla uelut similia mutuare? **Vδ**
75 cum superbiae sit elata iactantia, **T2γ**
76 etiam minimis ecclesiae quemquam conparabilem uelle conscribi, **P1γ**
77 cum Paulus moneat et dicat: **TTδε**
*alter alterum superiorem existimantes sibi.* [Phil. 2, 3]
78 et inferius addidit dicens: **P1δ**
*hoc sentite de uobis quod et in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens.* [Phil. 2, 5-7]

1 **22** Minus utique de nostris uiribus sentiendum est, **Ton. Äqu. 4δθ/***
2 nec fortitudini sanctorum **TTδ**
3 nostra infirmitas comparanda est, **Ton. Äqu. 4δθ/***
4 sicut nobis apostolus Paulus **P1δ**
5 de semet ipso
6 magisterium proponit et dicit: **P1γδ**
*non enim audemus,*
7 inquit,
*comparare nos aut conferre quibusdam qui se ipsos commendant, sed ipsi in nobis ipsis nosmet ipsos nobis commendantes: non supra mensuram gloriantes sed ad mensuram gloriae quam nobis mensus est Deus.* [2 Cor. 10, 12. 13]
8 at enim contemplamur **TTγ**
9 quod ipse iterum dixit: **Pδ**
*plus ab illis omnibus laboraui,*
10 nihil melius,
11 nihil aptius mihi proponitur, **Tγ**
12 unde uincam, **Ditr.**
13 nisi ut de ipso,
14 de quo mihi praescribitur, **Tγ**
15 ego ipse praescribam. **P1γ**
16 certe ipse plus ab omnibus laborauit, **Vδ**
17 et tamen ad mulieres circumducendas **P**
18 collegas suos imitari contremuit, **Tγ**
19 ne se ad incertum subiceret temptationi carnali. **Pγ**
20 unde ipsi rationem sic reddidit dicens: **P1δ**

*ego,*

21 inquit,

*sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem caedens, sed adfligo corpus meum et in seruitutem redigo, ne forte aliis praedicans ipse reprobus inueniar.* [1 Cor. 9, 26. 27]

22 huic ergo te conpara, **Tγδ**

23 qui te apostolum iactas **P1δ**

24 et ex ipso disce quid metuas, **Tγδ**

25 qui clamat et dicit: **P1γδ**

*oro uos, imitatores mei estote.* [1 Cor. 4, 16]

26 noluit itaque de mulieribus circumducendis **P**

27 habere fiduciam, **T2γ**

28 qui non ignorabat

29 quantum alia uirtutes ab aliis uirtutibus different **TTδ**

30 et aliam claritatem solis et lunae aliam, *****

31 aliam uero stellarum, **Pγ**

32 de charismatibus ecclesiasticis **T**

33 similitudinem conparans intimauerat. **Ton. Äqu. 4δ/***

34 sed nos contra de apostolica nobis coaequatione blandimur, **P1γ**

35 non intendentes penitus *****

36 quid apostoli et sancti omnes

37 inuicta uirtute gesserunt, **P1γ**

38 et difficilem rumpere quaerimus uiam, **Pδ**

39 cum per facilia planior sit nobis apposita **Tγ**

40 contra Salomonem dicentem: **Pγ**

*non te credas,*

41 inquit,

*uiae laboriosae, ne ponas animae tuae scandalum.*

42 nec ullus considerat **Tγ**

43 quoniam unus securus in lubrico graditur **Tδ**

44 et alius qui inpar est labitur,

45 unus per rupes cursu montes ascendit **Pγ**

46 et alius si se coartauerit cadit, **Pδ**

47 uni contigit

48 per tempestates nauigia feliciter explicare **Vδ**

49 et alteri talis felicitas non potest euenire. **TTγ**

50 quod Paulus apostolus decernit dicens:

*unusquisque,*

51 inquit,

*proprium donum habet ex Deo, unus quidem sic, alius uero sic.* [1 Cor. 7, 7]

1 **23** Sed qui mihi de sanctorum exemplo praeiudicant, **Tγ**

2 quare aliud exemplum nolunt contemplare quod metuant: **Tγδ**

3 et qui apostolis coaequari contendit **Pγ**

4 quare non magis presbyteros adulteros apud Danielem

5 ad formidinem sibimet ipse proponit? **P1γ**

6 haec autem non ideo propono, **TTδ**

7 ut quasi apostolorum imitatoribus contradicam, **Vδ**

8 sed ut illos confundam **Pγ**

9 qui se sanctis exaequant. **Pγ**

10 nec nego ipsos esse sectandos **P1γ**

11 quos doctores accepimus cuncti, **P1δ**

12 sed ego aduersus eos contendo **Pγ**

13 qui cupientes ad mala sua bonorum historias deprauare **Vδ**

14 legem sibi aestimant suffragari, **Vδ**

15 sicut omnes **Ditr.**

16 qui perire festinant, **P1γ**

17 ut sub obtentu sanctorum **Pγ**

18 dedecora sua uelint esse celata, **P1γ**

19 ut sub imitatione maiorum **P1γ**

20 contraria quaeque committant: **P1γ**

21 quos Paulus apostolus prodit et publicat dicens: **P1δ**

*quod autem facio, et facturus sum, ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionem, ut in eo in quo gloriantur tales inueniantur quales non sumus. nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarii dolosi, transfigurantes se in apostolos Christi.* [2 Cor. 11, 12. 13]

22 hoc addunt ad perditionis cumulum cumulandum, **Vδ**

23 ut bonos infament, **Pγ**

24 quorum exemplo utuntur ad malum, **Pγδ**

25 quibus utile esset satis et salubre, **TTγδ**

26 si cuiuscumque historiae se ipsos magis crederent non intellexisse rationem, **TT1$^2$γ**

27 quam aliquid inhonestum arbitrarentur in lege. **P1γδ**

28 quos Paulus apostolus confundit et corripit dicens: **P1δ**

*non intellegentes neque de quibus dicunt neque de quibus adfirmant.*

29 et iterum:

*si quis putat se scire aliquid, nedum cognouit quemadmodum eum oporteat scire.* [1 Cor. 8, 2]

30 uacant itaque praeiudicia petulantium **Ton. Äqu. 4δ/***

31 quos ingenia suae peruersitatis errabunda **TTγ**

32 transducunt et quaerunt **Pγδ**

33 conpetentes suis sensibus historias quas exponant, **Vδε**

34 qui male agentes **Pγ**

35 mutuantur legalia patrocinia. **Ton. Äqu. 4δ/***

36 bene agentibus **Tγ**

37 uero bona sunt omnia **Tγδ**
38 quaecumque scripta sunt,
39 qui bene dicta suscipiunt, **Tγ**
40 sicut Paulus apostolus pollicetur: **V3δ**
*scimus,*
41 inquit,
*quoniam bona est lex, si quis eam legitime utatur.* [1 Tim. 1, 8]

1 **24** Optinuimus confundendo contradictores. **P**
2 conuertimus subinde eosdem **Pγ**
3 quos uicimus insuper erudire, **Vδ**
4 ne aut sanctos patiamur remanere in crimine **T2γδ**
5 aut ignari deputemur **TTγ**
6 in reddendo rationem, **TTγ**
7 ut publice uicti paenitentiam gerant: **Pδ**
8 aut si noluerint,
9 nos expunximus *
10 quod ad nostram pertinet diligentiam, **4δ/***
11 ut quomodo satisfecimus supra dictae sententiae Salomonis, **Vδ**
12 ita satisfaciamus etiam Paulo apostolo concionanti: **P1**
*seruum,*
13 inquit,
*Domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes docibilem patientem, cum omni modestia corripientem eos qui resistunt, ne forte det illis Deus paenitentiam ad cognoscendam ueritatem et resipiscant de diaboli laqueis, a quo captiui tenentur secundum eius uoluntatem.* [2 Tim. 2, 24-26]

1 **25** Omne quicquid ab auctoribus nostris gestum est *
2 rationabiliter gerebatur, **Vδ**
3 ut posteris nobis **P1δ**
4 aduersus praeuaricatores munita undique *
5 auctoritas traderetur. **V3δ**
6 propter haeresim anticipandam **P**
7 quam superius taxauimus
8 de adsumendis feminis *
9 siue per semet ipsum **Ditr.**
10 siue per seruos suos **gl. Akzentfolge**
11 Dominus paululum relaxauit, **Vδ**
12 ne nimio rigore **TTδ**
13 in totum Domini fabrica damnaretur. **Vδ**
14 praeuidebantur a Domino haeretici
15 qui nuptias auferunt **T2δ**
16 et quos Dominus iunxit **Pδ**
17 contra naturae principium **Tγ**
18 et contra euangelium *
19 separare contendunt. **P1γ**
20 quibus interdicens iam tunc auctoritas parabatur, **Vδ**
21 ne maritatae mulieres **Tγ**
22 accedere uetarentur ad Christum, **P1γδ**
23 cui in praesentia seruierunt. **V3δ**
24 sed non sine moderamine fuit **Pδ**
25 etiam ipsa permissio procurata, **Vδ**
26 quae non sibi operabatur **P**
27 sed ceteris quod gerebat. **V3δε**
28 nam si adlocutus est Dominus Samaritanam,
29 ad horam docuit et recessit **Vδε**
30 nec defensionem continuandis excessibus fecit. **P1δ**
31 ad horam Martham quoque passus est ministrantem. **Vγδ**
32 sed quid erat aliud Domino **Tδ**
33 nisi regni caelestis prandia ministrare? **Vδ**
34 numquid sub Domino non fuere conuiuia? **T2γ**
35 aut sub maiestate eius **Ditr.**
36 erat alius potus aut cibus **Pγδ**
37 quam disciplina tantummodo quae pascebat? **Vδε**
38 testante ipso Domino et dicente: **Vδε**
*meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me misit.* [Joh. 4, 34]
39 sic apostolos comitatus mulierum deducebat **TTγ**
40 non ut perderent,
41 sed ut discerent reuerentiam, **Ton. Äqu. 4δ/***
42 et propter humanitatis exhibendum ministerium sequebantur, **Vδ**
43 sicut in euangelio *
44 de Domino et de ipsis pariter memoratur: **Vδ**
*et factum est,*
45 inquit,
*post haec et ipse iter faciebat per ciuitates et castella euangelizans regnum Dei, et duodecim cum illo et mulieres quae erant curatae ab spiritibus immundis et infirmitatibus, Maria quae uocatur Magdalene, de qua daemonia septem exierant, et Iohanna uxor Ozi procuratoris Herodis et Susanna et aliae multae quae et ministrabant illi de facultatibus suis.* [Luc. 8, 1-3]

1 **26** Numquid adhaerebant singularibus singulares **V3δ**
2 aut indisciplinatae commorationis perseuerabant inlecebroso consortio conuersantes, **Vδ**
3 ubi tota ecclesia propemodum uidebat, **TTδ**
4 ut non ad conuiuationes inprobosas **TTγ**
5 sed ad discenda bonae conuersationis studia sequerentur? **Vδ**
6 adeo non inde describitur **T2γ**
7 quod nostris conuiuationibus coaequetur, **TTγ**

8 non risus, non iocus dicitur adfuisse. **Vδ**
9 nec sicut apud quosdam **TTγε**
10 nunc usque adsolet fieri chorus psallentium uirginum **T2δ**
11 aures uenenosis cantibus adseritur demulsisse. **Vδ**
12 et ut de apostolis breuiter probem, **Pδ**
13 quantum illis fluxa familiaritas potuit displicere, **Vδ**
14 qui conpulsi sunt
15 et de ipso Domino loquente cum femina dubitare, **Vδ**
16 nisi eos maiestatis notitia probata conpesceret? **T2γ**
17 sicut euangelista refert dicens: **TTγε**
*inter haec,*
18 inquit,
*uenerunt discipuli eius et mirabantur quod cum muliere loqueretur. nemo tamen dixit illi: quid quaeris aut loqueris cum ea?* [Joh. 4, 27]
19 quid autem loquar adcessum feminae *****
20 ad pedes Domini prouolutae, **Vδ**
21 cuius luctus et planctus **P1γδ**
22 ad defensionem lasciuiae suae **Pδ**
23 non erubescunt inprobi flagitare? **V3δ**
24 usque adeo illos propria caecitas rapit, **Pδ**
25 ut nec de similibus causis **Pδ**
26 audeant reluctari, **Vδ**
27 de quibus Salomon,
*excaecauit,*
28 inquit,
*eos malitia eorum et nescierunt sacramenta Dei.* [Sap. 2, 21. 22]
29 Iohannes autem matrem Domini suscepisse uidetur. **Pγ**
30 sed matrem
31 cuius mores maternum indicat nomen. **P1δ**
32 tamen non possum et alias Christi matres admittere, **Tγ**
33 nec aequanda est mulieribus cunctis **Pδ**
34 quae genuit maiestatem. **Vδ**
35 Helias quoque iussus est a Domino
36 relinquere solitudinem **Ton. Äqu. 4δ/***
37 et ingredi tabernaculum uiduae. **Tδ**
38 pro imperio Domini laborauit **Vδ**
39 ut in domo mansisset, **Pγ**
40 cui solitudo palatium praestabat ad requiem: **Tγδ**
41 occasionem illi Dominus obtulit **Tδ**
42 ad magnalia facienda, **Vδ**
43 ut famis tempore magis ipsi tam uiduae **Tγδ**
44 quam pupillis eius
45 sufficientia tribueret alimenta, **Vδ**
46 qui ieiuniis usque quaque adflictus **P1γ**
47 tolerauerat indigentiam **Ton. Äqu. 4δ/***
48 et qui missus uenerat pasci, **P1δ**
49 pastus quin immo conferens miseris miserias egestatis fecit excludi. **P1γ**
50 et hoc non potest cuiusquam fauere fluxurae, **Pγ**
51 cum nulla fuerit opportunitas scandali, **T2δ**
52 ubi transeuntur quod peius est **Tγδζ**
53 egestosam habuit mansionem **Vδ/Ditr.**
54 quam quicumque hospes effugeret. **Tγ**
55 at hic apud quos hospitatus est impleuit et rediit, **Tγδ**
56 qui etiamsi moraretur, **TTγ**
57 suspectus esse non potuit. **Tγδ**
58 qualis illic fuit communitatis adfectus, **P1γ**
59 ubi non erat uictus? **(P)1βδ**
60 et qualem uiduam habuit Helias introitum
61 cui fames dedit hospitium? **Tγ**
62 quisquis es
63 qui te uis Heliae de commoratione uiduae *****
64 uocari discipulum, **Tγ**
65 prius solitudinis afflictiones et quadraginta dierum tolera ieiunus exitum, *****
66 et aut non quaeres feminam *****
67 aut non erit
68 qui cum femina commoretur, **V3δ**
69 et tamen si ualueris tibi serua. **Vδε**
70 nobis autem in spiritu et uirtute Heliae
71 non alium quam Iohannem solum
72 angelus et Dominus Christus insinuat. **Tγ**

1 **27** Pro nefas dolore cogimur quod docemus, **V3δε**
2 qui usque ad hoc uenimus **Ditr.**
3 ut in comparatione fluxorum **Pγ**
4 de sanctorum tremendis uirtutibus disputemus. **V3δ**
5 parce iam parce, proteruitas. **Tγ**
6 numquam tibi sancti consentiunt **Tγ**
7 qui religiosa modesta ueneranda pudica pudorata cum feminis negotia peregerunt. **Vδ**
8 aut si adhuc per sanctos cauillationis amfractus **P1γ**
9 contendis exquirere, **T2γ**
10 nos tamen amicos Dei non nouimus **Tγδ**
11 nisi ad uenerationem tantummodo memorari, **Vδ**
12 quod Dauid docuit dicens: **Pδ**
*mihi autem uehementer honorificati sunt amici tui, Deus.*
13 eant nunc praedones pudoris **Pγ**
14 et plagiarii castitatis **V3δ**
15 mulierculis suis **Pδ**

16 exponere molestias querelarum. **Vδ**
17 apud sanctos nostros
18 non habent omnino suffigium, **Tγ**
19 quibus misceri ecclesia auctoritate Pauli apostoli prohibetur. **Vδ**
*et hos,*
20 inquit,
*deuita: ex his enim sunt qui repunt in domos et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis quae ducuntur uariis desideriis.* [2 Tim. 3, 5. 6.]

1 **28** Post hoc edictum
2 utinam confidant **TTδ**
3 sibi angelorum exempla conducere. **T2γ**
4 nos iam non ualent flectere, **2βδ/***
5 qui nouimus
6 et angelos cum feminis cecidisse. **V3δ**
7 ab ipsis equidem bene patrocinia mutuantur, **Vδ**
8 sed nos nullum angelum audimus **TTδ**
9 contra Paulum apostolum. **Tγ**
*sed et si nos,*
10 inquit,
*aut angelus de caelo euangelizauerit uobis, praeterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit.* [Gal. 1, 8]
11 insaniunt prorsus et calent incendio feminarum, **V3δ**
12 quotquot huic interdictioni non cedunt, **Pγδ**
13 et obscoenitatibus inhiantes **Vδ**
14 malunt mori,
15 quam contenti sint
16 a lateribus mulierum
17 aliqua disiunctione diuelli, **P1γ**
18 ut ad explendam suae auiditatis inluuiem **Tγ**
19 etiam in puncto temporis *
20 non sint sine feminae uoluptate, **Vδ**
21 et hunc habent in mulieribus fructum, **Pδ**
22 ut in illas semper defixa intentione **Ditr.**
23 desideria satient oculorum, **Vδ**
24 ne uel momentum aliquod transeat, **Tδ**
25 quando indiguerunt quod adfectant. **TTγδ**
26 sic inter eos integritas emoritur,
27 ubi omnis commoratio *
28 seu conuiuendo
29 seu commanendo **Ditr./gl. Akzentfolge**
30 corruptis adfectionibus inquinatur. **Vδ**
31 quos sanctus Petrus designauerat dicens: **P1δ**
*in conuiuiis suis luxuriantes, oculos habentes plenos moechationibus et incessabilibus delictis, capientes animas infirmas.* [2 Petr. 2, 13. 14]
32 hos etiam Salomon denotat: **Tδ**
*abominatio est,*
33 inquit,
*coram Domino defigens oculum.*
34 plane purum contra oculum se habere **Vδε**
35 testatur Iob qui ait:
*et si oculis consensit cor meum.* [Iob. 31, 7]
36 uerum enimuero ille potest suis oculis obnoxius non teneri, **V3δε**
37 cui nolenti **Pγ**
38 repentinus occursus mulieris scandalum mouerit, **T2δ**
39 quod protinus mens quod nolebat expellit. **P1γ**
40 ille autem commotionem sui uisus **TTγε/1βδ**
41 non meretur euadere **T2γ**
42 qui apud se scandali materiam tenet, **Pδ**
43 qui uult intentionis affectibus frui, **Pδ**
44 qui affectat habere **Pγ**
45 quod offensionem oculis ingerit, **Tδ**
46 quorum auiditas inexplebilis *
47 inter offendicula continua
48 nullo modo potest omnino conpesci, **Pγ**
49 quod Salomon adprobat dicens: **P1δ**
*infernus et interitus non satiatur, similiter oculi hominum insatiabiles sunt.* [Prou. 27, 20]
50 et alio loco: **Pδ**
*non satiatur oculus uidendo.* [Koh. 1, 8]
51 et iterum:
*nequius oculo quid creatum est?*

1 **29** Hac castigatione non conpuncti **TTγδ**
2 diuina interdicta infandae familiaritatis obstinatione contemnunt **P1γ**
3 et adhuc insuper de caritate causantur, **P1γ**
4 cum secundum uerbum Esaiae
5 qui
6 amaritudinem pro dulcedine deuorantes **Vδ**
7 nudam foeditatem uelamento boni nominis tegunt, **Pδ**
8 apud eos sub falsa dilectione **P**
9 uera dilectio uioletur. **Vδ**
10 sed exclamat caritas et appellat: **Vδε**
11 „tales ego non iunxi, **Pγδ**
12 altera est
13 quae me simulando confingit. **Pγ**
14 numquam Dei praeceptis obsisto, **Pγ**
15 numquam fluxis faueo,
16 per me sanctitatem non opto culpari. **Pγ**
17 calumnias mihi aduersa germanitas facit, **Pδ**
18 pericula et ego inter falsos incurri. **Pγ**
19 succurre meus praeco,
20 succurre Paule apostole, **Tγ**

21 dic testimonium meum, **Pδ**
22 ne quod de me adnuntias peruertatur: **Vδ**
*finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta.* [1 Tim. 1, 5]
23 dilectio deputabitur, **4δ/***
24 per quam sanctitatis iniuria **Tγ**
25 criminationibus appetitur?
26 aut illorum erit sincera fraternitas aestimanda, **V3δ**
27 de quibus filiae matris ecclesia **T2γ**
28 perducuntur in culpam? **P1γδ**
29 si talis christiana caritas adnotatur, **V3δ**
30 indubitanter odia meliora sunt **Ton. Äqu. 4δθ/***
31 quae dum separant
32 neminem maculant. **Tδ**
33 haec autem parricidalis dilectio **Tγ**
34 fratres persecutores adunare consueuit, **TTγ**
35 qui libenter patiuntur **TTγ**
36 de suo consortio **Tγ**
37 filias ecclesiae fornicarias diffamari **Vδ**
38 contra caritatem **TTγ**
39 quam Paulus apostolus docuit dicens: **Pδ**
*dilectio proximi malum non operatur.* [Rom. 13, 10]
40 egregia probatio caritatis, **V3δ**
41 quae non tantum noxia germanitate officit proximo, **T2δ**
42 sed etiam subiecta non uult esse **TTγδε**
43 praescriptionibus apostolicae iussionis. **Vδ**
44 confundantur adsertores dilectionis huiuscemodi,
45 quos iudicant illi **P1δ**
46 qui pro communibus etiam consanguineam deserunt caritatem. **V3δ**

1 **30** In omni mundo
2 paene totum iunctum est genus humanum **Pγ**
3 et ubique cognatio naturalis **Vδ**
4 alterna peregrinatione discernitur. **T2γ**
5 possunt parentes, **Pγ**
6 possunt filii,
7 possunt fratres,
8 possunt et ipsi **Pγδ**
9 quod plus est
10 coniuges
11 a Deo concessa sibi naturae uincula disrumpere,
12 et clerici
13 Deo non concedente **(Pβ)**
14 insuper prohibente **Vδ**
15 mulierum nexibus ancillatam recusare non ualent caritatem? **TTγ**
16 optanda semper cognatis absentatur adfinitas proximorum, **V3δ**
17 et peregrinari ab extraneis feminis **T2δ**
18 clerici reluctantur? **Vδ**
19 quibus faciendum fuerat, *****
20 etiam si peculiare aliquid uel inconsuetum **Ditr.**
21 Dominus imperasset, **Vδ**
22 qui ad explicanda inpossibilia **T**
23 habent spiritum sanctum, **P1δ**
24 quem mundani homines non habent. **TTδε/Tδε**
25 unde Iohannes apostolus sic admonet dicens: **P1δ**
*filioli uincite illos, quoniam maior est qui in uobis est quam in hoc mundo.* [1 Joh. 4, 4]
26 nunc uero possibile etiam gentibus **Tδ**
27 non dicam Christianis **TTγ**
28 et leue prospicitur **Tγ**
29 et apud clericos
30 sine ullis effectibus euacuatur,
31 ut parum sit eis **Pγδ**
32 Dei mandata despicere, **Tγ**
33 nisi aliud dedecus habeant, **Tδ**
34 quod nec sectantur
35 non dicam
36 uincunt omnium gentium consuetudinem: **T**
37 quibus Dominus per Ezechiel exprobrat et dicit: **TTδε**
*in legalibus meis non ambulastis et iustificationes meas non fecistis, sed neque secundum iustificationes gentium quae sunt in circuitu uestro fecistis.*
38 pudendum nescio *****
39 quid dilectio ista significat, **Tγ**
40 cum extorqueri contra naturam putatur. **Pγ**

1 **31** Adhuc habeo quid mirari: **Vδε**
2 cum uideam
3 de Christianis plerosque maritos pariter et uxores **Vδε**
4 continentiam destinantes **V3δ**
5 domicilia singularia magis eligere, **Tγ**
6 ut consensus communium uotorum **TTδ**
7 sine irritatione praesentiae **T2γ**
8 concordante secessu ualeant obtinere, **Vδ**
9 [et] eunuchi nostri non durant **Pγδ**
10 sine feminae sodalitate dormire? **P1γ**
11 apud illos amor coniugalis continentiae amore pensatur, **P1γ**
12 et apud spadones **Pγ/Ditr.**
13 cohabitatio feminae numquam potest habere fastidium. **T2γ**
14 dicat nunc eunuchorum caritas, *****
15 dicat,
16 ne forte in hac secessione **Ditr.**

17 magis coniugalis caritas peccet, **P1δ**
18 ut apostoli Pauli consilium **Tγ**
19 uideatur coniugibus insinuasse diuortium: **T2γ**
*tempus,*
20 inquit,
*quod restat breue est. reliquum est ut*
*et qui habent uxores sic sint*
*quasi non habentes.* [1 Cor. 7, 29.]
21 quanta peruersitas dilectionis intenditur, **T2γ**
22 ut qui habent
23 quasi non habentes esse nitantur **P1γ**
24 et qui habent
25 quasi habentes esse glorientur. **TTγ**
26 de his ipse apostolus ait: **Pδ**
*gloria in turpitudine ipsorum.* [Phil. 3, 19]

1 **32** Dilectio est,
2 inquiunt.
3 o dilectio
4 quae inuidet sibi. **Pδ**
5 o caritas
6 quae cupit
7 se uituperatione laudari. **P1γ**
8 grande miraculum, **T2γ**
9 ut uirginum caritas **T2δ**
10 uirgines faciat uelut coniuges credi **P1δ**
11 et coniugum caritas **T2δ**
12 coniuges faciat uelut uirgines aestimari. **V3δ**
13 ecce uera dilectio **T2γ**
14 quae coniugalibus ad communem laudem
15 inducit absentiam. **T2γ**
16 hi pro certo sese inseparabiliter diligunt, **Tδ**
17 qui
18 ut triumphos sibi inferant *
19 a se ipsi discedunt: **Pγ**
20 quibus nec crimen nec natura nec lex
21 nec Dominus nec apostolus
22 potestatem unius conuersationis
23 interdixit aut tulit, **Pγδ**
24 sed pro tuendis paribus uotis **Pδ**
25 semota unanimitate absentari caritas persuasit. **V3δ**
26 illi uero uideant *
27 cuius sit caritas quam uouerunt, **Vδε**
28 qui nec crimini nec naturae nec legi **Pγδ**
29 nec Domino nec apostolo *
30 nec ipsi coniugalitati succumbunt, **Pγ**
31 quos tantum uirginitas probrosa condemnat, **P1γ**
32 quantum illos coniugalitas castrata glorificat, **Tγ**
33 quibus sufficiat ad supplicium dedecorosum, **P**
34 quod spadones a coniugibus iudicantur. **Vδ**
35 ad quorum increpationem
36 non tacendi sunt etiam filii Israel,
37 qui apud Esdram
38 uxores et filios **Tγδ**
39 contra diuina iura susceptos **P1γ**
40 non cunctati depellere **Tγ**
41 nec contra Domini caritatem **Vδ/Ditr.**
42 conati sunt excusare. **Vγδ**
43 uerum fatear, si permittor. **Vδε**
44 qui nunc pro dimittendis feminis alienis adiunguntur, **TTγ**
45 quid facerent
46 si liberos et uxores proicere iuberentur? **Vδ**
47 aut quando ualebunt pro Christo renuntiare cognatis, **P1γ**
48 qui mulierculas non suas praeponunt Christi praeceptis? **Pγ**
49 dico
50 eos facile pro isdem mulierculis *
51 parentes proprios abnegare, **Vδ**
52 quam propter Christum relinquere ipsas mulierculas posse, **P1δ**
53 despicientes **P**
54 quod in euangelio ipse Dominus testatus est dicens: **P1γδ**
*si quis uenit ad me et non odit patrem suum*
*aut matrem aut uxorem et filios et*
*fratres et sorores et animam suam, non*
*potest meus esse discipulus.* [Luc. 14, 26]

1 **33** Si de abiciendis parentibus dubitantes **Vδ**
2 indigni sunt Christo, **Pγδ**
3 quid sibi promittunt **Pγ**
4 quos contemptores exhibet Christo non parentalis affectio? **T2γ**
5 ac per hoc illorum meritis euacuantur,
6 quos uident contemplatione Christi **Ditr.**
7 nullas personas excipere cognatorum. **Vδ**
8 nec minus eos
9 sed peius etiam illi confundunt, **Pγ**
10 qui metuentes non tantum cum aliena **Vγδ**
11 sed etiam cum sua carne luctari, **P1γ**
12 amputatis genitalibus *
13 semet ipsos abscidunt. **Pγ**
14 de quibus modo examinationis suspendo sententiam relinquens **TTδ**
15 alia disputatione promendam. **P1γ**
16 sed in confusionem spadonum non dubito meliores adserere, **Tγ**
17 qui nec sibi quidem parcunt, **TTγε**
18 non dicam feminis audent temptamenta porrigere. **Tγ**

19 respondeant spiritales eunuchi **Pγ**
20 quis furor est in dilectione mulierum **Tγ**
21 uel quod in feminae contubernalitate mysterium, **T2γ**
22 ut in perniciem suam **Pδ**
23 alienis membris indulgeant, **Tγ**
24 cum illi sua quoque incunctanter abscidant? **P1γ**
25 hi confirmatos in se artus abiciunt, **Tγ**
26 et illi aduersariis artubus glutinantur. **V3δ**
27 hi
28 pro integritate spiritali **TTγ**
29 cum tormento non integri corporis **T2δ**
30 dimicare non dubitant, **Tγδ**
31 et illi sine tormento integri esse **P1δ**
32 sine feminarum dimidietate detractant. **P1γ**
33 sed aduersus illos **Ditr.**
34 comparatio nulla est facienda de nostris, **P1γδ**
35 ne consoletur addicti quibuscumque iudiciis Christianis. **Vδ**
36 peiores sunt et aliqui memorandi, **Vδ**
37 ut maior poena sit a damnato damnari. **Pγ**
38 Iudaeos considerent usque hodie *
39 pro legis imperio **Tγ**
40 carnis suae partem **TTγε/1βδ**
41 circumcisionis cruciamento truncare **Pγ**
42 et sciant quid mereantur, **Vγδ**
43 qui
44 euangelio iubente **TTδ**
45 dissimulant circumcisi **Vδ**
46 mulierum praesentia
47 peragere Domini uoluntatem, **Vδ**
48 non intellegentes **Ditr.**
49 quod ipse Dominus dixerit: **Tδ**
*nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.* [Matth. 5, 20]
50 puto etiam de Gallis suis
51 nobis idololatrae exprobranter insultent, **P1γ**
52 qui abscidentes semet ipsos libenter excruciant, **Tγ**
53 dum modo cum damno status sui simulacrorum dissimulationibus pareant. **T2δ**
54 clerici autem nostri **Vδζ**
55 ad lucrum magis corporis proprii **Tδ**
56 damnum uolunt mulierum se cum commorantium sustinere, **V3δ**
57 quas etiam de substantia propria **Tδ**
58 oportebat euellere, **T2γ**
59 si cum illis nasci contingeret, **Tγ**
60 ne comparati idololatris et sacrilegis erubescerent. **Ton. Äqu. 4δ/***
61 de quibus et Dominus contemptores arguit dicens: **P1δ**
*prudentiores sunt filii saeculi huius filiis lucis.* [Luc. 16, 8.]
62 ergo nostris clericis talium profana deuotio est praeponenda,
63 quibus cum tantis exitiis **Tγ**
64 amabilia sunt turpia sacerdotia. **Ton. Äqu. 4δ/***
65 clerici uero pro dignitate sacerdotii caelestis **TTδ**
66 non sanguinem fundunt, **P1δ**
67 non tolerant ferrum, **Pδ**
68 non est aliquod uulnus, **Pδ**
69 non est aliquis cruciatus, **Vδ**
70 sed solus eos contra Dominum *
71 feminae torret aspectus. **P1γ**
72 sic in feminas ruunt, **Pδ**
73 sic feminas amant, **Pδ**
74 ut non sperent
75 manifestari dilectionis suae posse quandoque pura mysteria, **T2γ**
76 sicut per consimiles eorum **TTδ**
77 turpiter publicata sunt et detecta, **Vγδε**
78 quos Paulus apostolus **Tγ**
79 iam tunc praeuiderat dicens: **P1δ**
*quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam autem et subsequuntur. similiter autem et facta bona manifesta sunt, et quaecumque aliter se habent abscondi non possunt.* [1 Tim. 5, 24. 25.]

1 **34** At contra et ipsi dicunt:
2 „nonnulli de contemptoribus nostris **P1δ**
3 similiter feminas habentes in domibus **Tγδ**
4 martyrium consecuti sunt, **Ton. Äqu. 4δθ/***
5 ut innocens inter illos conscientia probaretur.“ **Vδ**
6 nolo
7 mihi de martyrio quisquam moueat actionem, **Vδ**
8 quia saepius et moechi et sanguinarii et ebriosi **Ditr.**
9 et omnium scelerum rei **Pδ**
10 reperta pugnationis occasione conuersi **P1γ**
11 meruerunt ad martyrii ueniam peruenire. **Vδ**
12 ideo enim martyrium appellatur **Vδ**
13 tam corona quam baptisma, **TTγδ**
14 quia baptizat pariter et coronat. **Vδε**
15 age nunc,
16 si licuit quibusdam **TTδ**
17 inuiolata feminarum societate **P**
18 martyrium promereri, **Vδ**
19 sine indulgentia *
20 illis quoque ipsum martyrium non fuit, **TTδε**

21 quos reatus prohibitae contubernalitatis non absoluit, **TTγδ**
22 nec innocentes in ipsa innocentia *
23 potuit adprobare, **Vδ**
24 quibus contemptum legis
25 et conuersationis illicitae foeditatem **Vδ**
26 et quod est grauius *
27 super omnia crimen ecclesiae cernitur ignouisse. **Vδ**
28 etenim noxia est innocentia *
29 quae sponsae Christi officit famae. **P1δ**
30 et cum Christus agnus innocens *
31 immo ipse caelestis innocentia, *
32 quod est uerius, *
33 totum se contempserit pro ecclesia, **Ton. Äqu. 4δε/***
34 ut eam sine macula ulla uel ruga **Pγδ**
35 redderet inlibatam, **Vδ**
36 qualis est clericus **T2γδ**
37 cui ad hoc sponsa Christi committitur, **Tγ**
38 ut pro unius feminae amore **TTδ**
39 culpari totam ecclesiam patiatur? **Vδ**
40 ausim dicere; *
41 a Deo patre missus est filius **T2γδ**
42 de sinu patris et regno absens esse durauit, **P1γδ**
43 ut ecclesiam faceret innocentem, **Vδ**
44 et clericus mulieris latus deserere non potest, **TTδε**
45 ne Christi ecclesiam reddat infamem? **P1γ**

1 **35** Sed aiunt:
2 „in martyrio ignoscitur nobis, **P1δ**
3 sicut indultum est parentibus nostris.“ **P1δ**
4 hoc ergo et nos omnes
5 de peccatis omnibus confidamus, **Vδ**
6 ut
7 qui bene agere laboramus **Vδ**
8 inter luxurias euagemur **Vδ**
9 et discurramus per semitas peccatorum, **Vδ**
10 retinacula dimittamus **Vδ**
11 et frena laxemus. **P1γ**
12 eamus
13 quacumque nos mundus abstulerit **Tγ**
14 et ubicumque diabolus inuitauerit, **Ton. Äqu. 4δ/***
15 libere fornicemur inuideamus rapiamus fraudemus, **Pγ**
16 omnia mala securi committamus: **TTγ**
17 martyrium subueniet et euademus.
18 sic enim Paulus apostolus pollicetur: **V3δ**
*faciamus mala ut ueniant bona: quorum damnatio iusta est.* [Rom. 3, 8]
19 huic martyrio spem tradant
20 quos mathematici docuerunt habere de crastino praescientiam **4δ/***
21 et has coronas expectent **Pγ**
22 qui supra angelos et Christum **TTδε**
23 per astrologos didicerunt scire tempora *
24 quae pater in sua posuit potestate, **Vδ**
25 ut uel tunc recordentur **(P)1β**
26 ante martyrii tempus **Pδ**
27 bene agere debuisse, **Vδ**
28 cum diem Domini senserint sicut furem. **Vδζ**
29 sed credamus
30 super illos martyrium iam iamque pendere. *
31 interim priusquam martyres fiant, **P1δ**
32 legibus subiacent, **T2δ**
33 ut iudicio subiciantur,
34 nisi armis exarmentur. **TTγ**
35 audaciae nefas est illis **Pγδ**
36 aduersus auctoritatem Domini parentum **TTδ**
37 personas obicere: **Tγ**
38 quibus ipse Dominus *
39 contradictionis huius abstulit uocem. **P1δ**
*in legalibus,*
40 inquit,
*patrum uestrorum nolite ambulare et iustificationes eorum nolite custodire et in studiis eorum nolite commisceri et nolite inquinari. ego Dominus Deus uester. in praeceptis meis ambulate et iustificationes meas custodite.* [Ezech. 20, 18. 19.]

1 **36** Sciant nunc adempta sibi esse parentalia patrocinia **Ton. Äqu. 4δ/***
2 qui huc atque illuc recurrentes **TTγ/1β**
3 contradictionum latebras quaerunt, **Pδ**
4 ne umquam feminis careant: **Tδ**
5 et quia undique defensionis suffragio deseruntur, **V3δ**
6 in nouissimo cunctis argumentis exhaustis **Pγ**
7 sententiam Pauli apostoli opitulari sibi opinantur et dicunt: **P1γδ**
*tu qui es, ut de seruo alieno iudices?* [Rom. 14, 4]
8 agnoscit equidem Paulus apostolus **Tγ**
9 constitutionis suae uerba prolata, **P1γ**
10 sed constitutionarios et prolatores ipsos ignorat. **Pγ**
11 illis enim contulit defensionem **P**
12 qui nullam partem legis inpugnant, **P1γ**
13 et ipsis tribuit patrocinium **Ton. Äqu. 4δ/***
14 qui ex uoto suo aliquid faciunt **Tδ**
15 nec quicquam ecclesiastici iuris inpediunt. **Tγ**
16 ius tractat +uiuendi et non edendi arbitrium uniuscuiusque confirmans. **P1γ**
17 de similibus iussit neminem iudicari, **V3δ**

18 quae uoluntati singulorum auctoritas diuina concedens **P1γ**
19 in utraque parte faciendi et non faciendi **(Pβ)**
20 clementer indulsit. **P1γ**
21 illos autem ecclesiasticis tribunalibus subdidit **T2δ**
22 quos transgressores ordinariae transgressionis nulla inpunitas excusauit, **Vδ**
23 ut qui passim
24 'tu qui es,
ut de seruo alieno iudices' [Rom. 14, 4.]
25 aduersum nos ueluti libellum contradictorium proferant, **T2δ**
26 rationale simul et certum recognoscant **TTγ**
27 quod accepimus ab eodem Paulo apostolo repulsorium. **Ton. Äqu. 4δ/***
*praecipimus,*
28 inquit,
*uobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut separetis uos a fratribus ambulantibus inordinate et non secundum traditionem quam accepistis a nobis.* [2 Thess. 3, 6.]

1 **37** Euasimus ut opinor **Vδε**
2 tanta ligamina quaestionum, **Vδ**
3 quibus amatores eunuchos amplexus feminei ligauerunt, **Vδ**
4 qui peruersis interpretationibus
5 decreta legalia demutare coguntur **P1γ**
6 et malunt audiri proponentes uana et fabulosa commenta, **P1γ**
7 quam magis ipsi quae uera sunt audiant: **T2γδ**
8 quos Paulus apostolus adnuntiat dicens: **P1δ**
*a ueritate quidem auertent auditum, ad fabulas conuertentur.* [2 Tim. 4, 4]
9 quicquid uolunt adhuc exquirant,
10 ut obsistant pro mulieribus ueritati. **Vδ**
11 uictoriam non habent **TTδε/Tδε**
12 apud quos contra Esdram
13 mulier potius quam ueritas uicit. **P1δ**
14 uos autem fili carissimi **Tγ**
15 non tantum persuasione **TT/Ditr.**
16 sed etiam potestate conuenio. **Tγ**
17 tale deliramentum despicite, **Tγ**
18 quorum quaestiones **TTγ/Ditr.**
19 Paulum apostolum scitis ubique damnasse, **P1γ**
20 sicut ad Romanos scripsit dicens; **TTγε**
*rogo uos, fratres, diligenter obseruare eos qui dissensiones et offendicula praeter doctrinam quam uos didicistis aut dicunt aut faciunt, et declinate ab ipsis.* [Rom. 16, 17]
21 sic et Timotheo delegat:
*noli,*
22 inquit,
*uerbis contendere: nihil enim utile est, nisi in subuersionem audientium. sollicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inreprehensibilem, recte tractantem uerbum ueritatis. stulta autem et inania eloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem et sermo eorum sicut cancer serpit.* [2 Tim. 2, 14-17]
23 atque ut ostenderet clericis disponendis ad euacuandas quaestiones
24 quae sit doctrina conueniens, **Tγ**
25 etiam Tito sic insinuat dicens: **Pδ**
*tu autem loquere quae conueniunt sanae doctrinae, maiores natu sobrios esse, prudentes, sanos in fide, in caritate, in patientia sincera.* [Tit. 2, 1. 2]
26 ergo auditiones simplices oboedientia uestra suscipiat **Tγ**
27 et uersipellem contradictionum uitate fallaciam. **T2γ**
28 purum iter uestris gressibus mundate **TTδ**
29 et supra spinas et tribulos nolite calcare, **P1γ**
30 ne bonum semen
31 non possit uobis
32 propter spinarum frutices *****
33 sanctitatis fructus afferre. **Pγ**
34 unde propheta Hieremias sic hortatur et docet dicens: **(P)1βδ**
*nolite,*
35 inquit,
*serere in spinis. circumcidite uos Deo uestro, circumcidite praeputium cordis uestri.* [Jer. 4, 3. 4]
36 abscidenda sunt ergo de agro uestro cuncta **TTγε**
37 quae pungere et lacerare consueuerunt, **P1**
38 ne animus agricultoris **P1**
39 in possessione sua
40 malignis sentibus inseratur. **Vδ**
41 et amputanda sunt uobis uniuersa **TTγ**
42 quaecumque igniferi fomitis sulphurantibus flammis **P1δ**
43 scatens fornax ebullientis carnis exaestuat, **T2γ**
44 ne uel tenuis quidem scintilla seruata **P1γ**
45 maiora conflet incendia. **T2γ**
46 quod Salomon manifestat dicens:
*ab scintilla una augetur ignis.*
47 auertite occasiones inpuras, **Pγ**
48 quibus interiora pectoris penetrantur, **Vδ**
49 ut liquida in uobis perspicuitas honoretur. **Vδ**
50 contenti estote singularitatem laboriosam
51 pro pudore seruando **P1γ**
52 potius sustinere, **Vδ**
53 quam sine labore ad dedecus peruenire. **V3δ**

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **38** Contemplamini | * |
| 2 | quid sit | |
| 3 | populo sancto praeesse | **Pγ** |
| 4 | et considerate | |
| 5 | quale sit diuinis sacramentis insistere. | **Tγ** |
| 6 | altariis placere debent | **Ditr.** |
| 7 | qui altariis uiuunt, | **P1δ** |
| 8 | et talis conuenit sinceritatis cura sacratis | **P1γ** |
| 9 | qualia sunt sacra ipsa | **Vγδζ** |
| 10 | quibus exhibent officia seruitutis, | **Vδ** |
| 11 | ne circa Dominum offendant ipsi quod tractant | **Pγδ** |
| 12 | aut circa populum incipiant inpedire quod praedicant. | **T2γδ** |
| 13 | propter quod Paulus apostolus sic testificatur et dicit: | **P1γδ** |
| | *et omnia,* | |
| 14 | inquit, | |
| | *sustinemus, ne quod inpedimentum demus euangelio Christi.* | |
| 15 | et iterum: | |
| | *nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum.* [2 Cor. 6, 3] | |
| 16 | hac igitur institutione | **TT** |
| 17 | uobis quam plurimum laborandum est de iis, | **TTγδε** |
| 18 | quibus | |
| 19 | ad manifestandam grauitatem | **TTγ** |
| 20 | singularitas magis quam parilitas testis uera est. | **Ton. Äqu. 4δζθ/*** |
| 21 | respicite | |
| 22 | quanta mala conuersatio parilitatis huius adquirat, | **Pγ** |
| 23 | quae non nisi corruptionem seminat, | * |
| 24 | pullulat uitia, | **Tδ** |
| 25 | cupiditatem concipit, | |
| 26 | ignominiam parit, | **Pδ** |
| 27 | rabiem concitat, | **Tδ** |
| 28 | porrigit furiam, | **Tδ** |
| 29 | lasciuiam pascit, | **P1δ** |
| 30 | petulantiam nutrit, | **P1δ** |
| 31 | casus exaltat, | **Pγ** |
| 32 | ruinas aedificat, | **Tγ** |
| 33 | ripas erigit, | * |
| 34 | praecipitia instruit, | **Tδ** |
| 35 | periculis nauigat, | **T2δ** |
| 36 | naufragiis uelificat, | |
| 37 | perditione gaudet, | **Ditr.** |
| 38 | interitum fouet, | **Pδ** |
| 39 | confusionem mercatur, | **Pγ** |
| 40 | thesaurizat opprobrium, | **Tγ** |
| 41 | criminationes exaggerat, | **Tγ** |
| 42 | accusationes inflammat | **Pγ** |
| 43 | et cateruatim semel in fascem glomerans | * |
| 44 | numerosas indagines captionum | **V3δ** |
| 45 | per infinita dedecorum | **Tγ** |
| 46 | multiplices mortes | **Pδ** |
| 47 | inuehit in perniciem perditorum. | **Vδ** |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **39** Tot itaque et tantas strages | |
| 2 | calamitatis et pessimae conuersationis | **P/Ditr.** |
| 3 | nemo prosternit, | **P1γ** |
| 4 | nemo calcat, | **Ditr.** |
| 5 | nemo funestat, | **P1γ** |
| 6 | nisi singularis castitas sola | **P1δ** |
| 7 | quae munimen inuictum est sanctimoniae | **4γδ/*** |
| 8 | et expugnatio fortis infamiae, | **T2γ** |
| 9 | fortitudinis firmitas | **T2δ** |
| 10 | et lasciuiae petulantis infirmitas, | **T2γ** |
| 11 | probitatis praesidium | **Tγ** |
| 12 | et inprobitatis excidium, | **Tγ** |
| 13 | animae uictoria | |
| 14 | et corporis praeda, | **P1δ** |
| 15 | ubertas gloriarum | **TTγ** |
| 16 | et captiuitas criminum, | **T2δ** |
| 17 | pronuba sanctitatis | **Vδ** |
| 18 | et repudium turpitudinis, | **Ton. Äqu. 4δ/*** |
| 19 | sinceritatis indicium | **Tγ** |
| 20 | et abolitio scandalorum, | **Vδ** |
| 21 | exercitium continentiae | **Ton. Äqu. 4δ/*** |
| 22 | et euacuatio tota luxuriae, | **Tγ** |
| 23 | pax secura uirtutum | **P1γ** |
| 24 | et debellatio quieta bellorum, | **P1γ** |
| 25 | puritatis culmen | |
| 26 | et libidinis carcer, | **P1δ** |
| 27 | honestatis portus | |
| 28 | et ignominiae naufragalis locus, | **gl. Akzentfolge** |
| 29 | uirginitatis mater | |
| 30 | et hostis inmunditiae, | * |
| 31 | lorica pudoris | **Pγ** |
| 32 | et spolium probrositatis, | **Ditr.** |
| 33 | corruptionis exitium, | **Tγ** |
| 34 | murus rigoris | **Pγ** |
| 35 | et destructio uulgaritatis, | **Ditr.** |
| 36 | seueritatis gladius, | * |
| 37 | triumphator et occisor dissolutionis, | **TT** |
| 38 | armatura uirium | * |
| 39 | et exarmatio fluxurarum, | **Vδ** |
| 40 | integritatis dignitas | * |
| 41 | et fornicationis addictio, | **T2γ** |
| 42 | claritatis fastigium | **Tγ** |

43 et dedecoris praecipitium, **Ton. Äqu. 4δ/***

44 uoluntas bonorum operum *****

45 et afflictio uitiorum, **Vδ**

46 refrigerium pudicitiae **Ton. Äqu. 4δ/***

47 et poena petulantiae, *****

48 adquisitio triumphorum **Vδ**

49 et facinorum detrimentum, **Vδ**

50 requies salutis **TTδ**

51 et perditionis exilium, **Tγ**

52 uita spiritus *****

53 et carnis interitus, **Tγ**

54 status qualitatis angelicae, **Tγ**

55 funus humanae substantiae. **Tγ**

56 huius retinaculis *****

57 omnis obscoenitas frenatur **TTδ**

58 et compedibus eius **Pδ**

59 calces furentis libidinis statuuntur. **Vδ**

60 in hac

61 uelut in scopulo **Tγδ**

62 franguntur impetus qualescumque sanguinis inundantis **Vδ**

63 et in illa sedatur spumans tumoris insania corporalis. **Vδ/Ditr.**

64 quae dum sibi subtrahit adminicula concupiscentiae, **T**

65 mortua membra sua cognoscitur baiulare: **V3δ**

66 de quibus apostolus Paulus praemonet dicens: **P1δ**

*mortificate ergo membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem immunditiam libidinem concupiscentiam malam et auaritiam, quae est idolorum seruitus, propter quae uenit ira Dei.* [Col. 3, 5. 6.]

1 **40** Ab his omnibus

2 nonnisi splendido singularitatis cultro

3 castratur humana natura, **P1γ**

4 ut inlibatos spadones **Pγ**

5 ad conuiuium sanctitatis **V3δ**

6 desponsante circumcisione introducat. **TTγ**

7 cui sanctitas ita promisit **Pγ**

8 anuli sui nuptiale signaculum, **T2γ**

9 ut sine ipsa uirginitas resignetur, **Vδ**

10 quae se sola contenta cupidinem domat **Pδ**

11 mentem que castificat, **Tγ**

12 concupiscentiam subigit, **Tδ**

13 desideria ardoris extinguit, **T2γ**

14 artus debilitat, **Tγ**

15 corpus ancillat, **P1γ**

16 et ita carnalia crucifigit,

17 ut tam masculus

18 quam femina**gl. Quantitäten- und Akzentfolge**

19 uideatur in conuersatione mentiri, **P1γ**

20 dum illos operatione utriusque sexus abscidit: **Pγ**

21 aut neutrum faciens de duobus **Vδε**

22 tertiam formam conferre gloriatur ambobus, **P1γ**

23 ut ante resurrectionem **Ditr.**

24 resurrectionis imaginem **Tγ**

25 ad instar angelorum meditari noscatur. **Pγ**

26 quod promittens Dominus in futurum, **Vδε**

*qui digni habentur,*

27 inquit,

*saeculi illius et resurrectionis a mortuis, neque nubent neque nubentur, neque enim morientur. nam sunt similes angelis Dei: quia resurrectionis filii sunt.* [Luc. 20, 35. 36.]

28 hoc exigit sancta singularitas meritorum, **Vδ**

29 ut antequam transfiguretur **P1**

30 iam transfigurata cernatur **P1γ**

31 in angelicae claritas aspectum, **TTδ**

32 quae omnia sibi amputans concupiscentiae certamina depraedatur: **Vδ**

33 cuius laudes Salomon exsequitur dicens: **Pδ**

*melius est esse sine filiis cum claritate. inmortalitas est enim in memoria illius, quae et apud Deum nota est et apud homines.*
*cum praesens est imitantur illam,*
*et desiderant eam cum se abduxerit:*
*et in perpetuum coronata triumphat*
*incoinquinatorum certaminum proelium uincens.*

1 **41** Non est sine filiis cum claritate **Ditr.**

2 nisi singularitas sola, **P1δ**

3 quam non solum conscientia sua **Pδ**

4 nullis sordibus maculat, **Tδ**

5 sed etiam nullae opiniones suspectae parilitatis infamant. **P1γ**

6 nam si castitas

7 quod est difficile

8 masculum et feminam pariter in uirginitate conseruet, **P1γ**

9 non habet claritatem, **(V)3βδ**

10 quam communitas ipsa non potest **Pγδ**

11 nisi quibusdam probrositatum tenebris obscurare. **Vδ**

12 singularitas uero ita clara est omnibus et exerta, **Vδε**

13 ut cunctis splendore sui candoris **Pγ**

14 pura manifestetur et lucida. **Tγδ**

15 unde nos sic apostolus edocet dicens: **P1δ**

*sicut filii lucis ambulate: fructus enim luminis est in omni bonitate et iustitia et ueritate, probantes quod beneplacitum sit Deo.* [Eph. 5, 8-10]

16 et iterum,

*omnia,*

17 inquit,

*facite sine murmuratione et haesitatione, ut sitis inreprehensibiles et simplices sicut filii Dei immaculati in medio nationis prauae et peruersae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* [Phil. 2, 14. 15.]

18 sic ubique singularitas splendet, **P1δ**

19 ut omnes pro illa spondere non dubitent, **Tγδ**

20 et in ita sanctitatem in semet ipsa clarificat, **Tγ**

21 ut laudem sibi ab ipsis quoque inimicis extorqueat. **Tγ**

22 quod maxime de praeposito quocumque Paulus apostolus mandat dicens: **Vδζ**

*oportet autem eum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat et laqueum diaboli.* [1 Tim. 3, 7]

23 hanc igitur amate, **TTδ**

24 hanc tenete, **Ditr.**

25 quae sola potest feminas debellare. **Vδ**

26 cum adhuc concupiscentia nulla pectus inpulsat **P1γ**

27 et dum adhuc simplicitas incorrupta permanet uel quieta, **V3δε**

28 ad secretam singularitatis tutelam **Pγ**

29 cito concurrite, **Tγ**

30 ne postmodum non ualeatis effugere. **Tγ**

1 **42** Praeoccupandus est aditus cunctis insidiis, **Tγ**

2 ne hostilitas prior obrepens occurrat inprouidis. **T2γ**

3 salutare remedium est

4 praeuenire potius quam praeueniri **Ditr.**

5 et anticipare potius quam anticipari

6 uiris fortibus congruit. **T2δ**

7 ubicumque fuerit prouidentia, **Ton. Äqu. 4δ/***

8 frustrantur uniuersa contraria: **T2γ**

9 ubi autem prouidentia neglegitur,

10 omnia contraria dominantur. **Vδ**

11 ante famem certamus, **Pγ**

12 ante inopiam laborando satagimus. **Tγ**

13 sic per omnia calamitatibus cunctis **P1δ**

14 tollimus locum, **Pδ**

15 dum gerimus prouidentiam temporum futurorum. **Vδ**

16 quanto magis ante praeuenienda est

17 omni prouisione **P**

18 calamitas feminarum, **Vδ**

19 cuius cupido **Pγ**

20 si admittitur incipere

21 numquam prorsus accipit finem? **P1δ**

22 cuius comparationem Salomon explicat dicens: **P1δ**

*infernus et amor mulieris et terra quae non satiatur aqua et ignis non dicit: sufficit.* [Prou. 30, 16.]

23 unusquisque itaque qui securus est, *

24 quia necdum temptatur, timeat. *

25 quia nihil de illo dicitur, *

26 prospiciat ne dicatur: **Vδε**

27 homines sumus, **Pδ**

28 fragilitatem nostram carne portamus. **P1γ**

29 sic iam undique nos circumspecta uiuacitate **Ditr.**

30 circumdare debemus et cingere, **T2γδ**

31 ut non sit pars aliqua quae uacillet. **Vδε**

32 accipimus quidem fortitudinem spiritalem, **V3δ**

33 per quam substantiae nostrae fragilitas roboretur. **Vδ**

34 sed ita nobis spiritalis fortitudo conlata est, **Tγζ**

35 ut prouidos non ut praecipites tueatur, **Vδ**

36 ut illos muniat

37 qui renuntiant inportunitatibus delictorum, **Vδ**

38 non eos

39 qui se magis inportunis delictis inmergunt. **Pγ**

40 custos nobis datus est spiritus, **Tγδ**

41 sed ut contraria declinantibus adsistendo subueniat, **Tγ**

42 non ut contraria eligentibus faueat, **Tδ**

43 nec ut uoluntarios et pronos in aduersa confortet, **P1γ**

44 sed ut ab aduersis nitentes separari confirmet. **Pγ**

45 nam quicumque perniciosis conatibus **Tγ**

46 audet exercere uirtutem, **P1γ**

47 iuuamen non habet spiritus sancti, **P1δ**

48 qui neminem uult ultroneum uirum fortem **Vδζ**

49 ad fraudulentas uictorias coartari: **Vδ**

50 nec protegit eum, **Pδ**

51 quin immo sed deserit, **T2γδ**

52 quem periculis inruentem **V3δ**

53 per inlicitos euentus **TTδ**

54 exquirere triumphos agnouerit, **Tγ**

55 sicut ipse iam tunc per Salomonem locutus est dicens: **P1γδ**

*amans periculum in ipso periet.*

1 **43** Ordine suo igitur non nostro arbitrio uirtus sancti spiritus ministratur **Vδ**

2 et secundum institutum eius **Ditr.**

3 proelia prosperantur. **Vδ**

4 numquam nisi praecipitatus exercitus cecidit, **Tδ**

5 qui auidus fortiter facere ducis uel imperatoris sui dispositiones inrupit: **Pγ**

6 multo magis perperituram erogat fortitudinem, **4δ/***

7 qui sine armis doctrinae magistri spiritus
8 praesumpserit triumphare, cum dicat: **P1γδ**
9 uae qui per praesumptionem suam aliquid faciunt, non per Deum.

1 **44** Si qua igitur in uobis est fiducia uirium spiritalium, **Ton. Äqu. 4δ/***
2 quid spiritales deceat recordetur, **Vδ**
3 et si creditis uos spiritaliter militare, **V3δ**
4 agnoscite
5 quod docemus non esse carnale, **P1γ**
6 sicut Paulus apostolus loquitur dicens: **Pδ**
*si quis putat se prophetam esse aut spiritalem, cognoscat quae scribo uobis.*
7 non est
8 quod uobis in hac persuasione deceptoria blandiamini, **Ton. Äqu. 4δ/***
9 ut quia spiritales estis,
10 uelitis inter flagitiosorum armamenta uersari, **P1γ**
11 nec uos inhabiles esse pro cleritatus dignitate, **TTγ**
12 quia maioribus maiores consuerunt conflictationes occurrere. **Tγ**
13 acrius diuitibus quam pauperibus inuidetur **Vδ**
14 et non inopes sed locupletes
15 inquietat infestatio saeua latronum. **Pγ**
16 plus duces et principes quam milites
17 ab hostibus appetuntur in pugna, **P1γδ**
18 et uiolentius propulsantur uentis et turbinibus
19 culmina quaecumque sunt altiora. **V3γδ**
20 ideo magis magis que, **Pγ**
21 quo plus ceteris unusquisque potest,
22 sciat esse sibi metuendum **TTγ**
23 ne in aliquo minoretur, **Vδ**
24 propter quod Salomon sic admonet dicens: **P1δ**
*qui gloriatur,*
25 inquit,
*in diuitiis, paupertatem uereatur.*
26 rogo uos
27 quantum ualeo *
28 et ultra quam ualeo **Tγδ**
29 haec sint studia omnium clericorum, **V3δ**
30 ut singularitatis inaccusabilis secessione fungantur, **P1γ**
31 ne aut ipsi per feminas aut feminae per illos **TTδε**
32 ad ignominiosa ludibria prouocentur. **Vδ**
33 si quis habet matrem uel filiam uel sororem **V3δε**
34 uel coniugem uel cognatam, **Vδε**
35 sic habeat,
36 ut nulla intersit ancilla **P1γ**
37 neque aliqua ingrediatur extranea, **T2γ**
38 ne ad hoc uideatur tenere proximas suas, **Pδ**
39 ut ipsarum causa libere sibi adhibeat alienas. **Vδ**
40 quod si non possint ipsae **(Pβδ)**
41 quae sunt proximae
42 sine famularum ministerio *
43 uel sine amicarum esse solacio, **T2γ**
44 expedit
45 ut migrent ad aliud domicilium **Ton. Äqu. 4δ/***
46 quam propter illas personae contrariae teneantur. **Vδ**
47 humanum est enim, **Pγδ**
48 ut nec clericus illas necessariis feminis fraudet **P1δ**
49 nec ipsae clericum per inportunas feminas sordident. **T2δ**
50 adsignari possunt sanctis mulieribus, *
51 cum quibus uiuant,
52 dummodo cum clerico femina nulla commaneat. **Tγ**
53 non despecta,
54 non uetula sine adfinitate **Ditr.**
55 peculiariter suscipienda est **Tζ**
56 ad domesticum obsequium:
57 quia magis illic cito delinquitur, **Tγ**
58 ubi sine suscipione **Ditr.**
59 securum potest esse delictum, **P1γ**
60 maxime quia cupidini nulla deformitas, **T2γ**
61 nulla despectio fastidii uel uilis existit, **P1γ**
62 cui diabolus pingens speciosum efficit
63 quicquid foedum uel horridum fuerit. **Tδ**

1 **45** Si quis autem modo profectione cogente **P1γ**
2 apud fratres uel apud extraneos hospitatur, **V3δ**
3 ubi mulieres intersunt, **Tδ**
4 omnino se artet, **Pγδ**
5 ne passibilitate aliqua uitietur. **Vδ**
6 semotus ac secretus **TTγδ**
7 Deo uacet et sibi, **Pγδ**
8 ne intus capiatur a diabolo,
9 et qui foris capi non potuit **Tγδ**
10 apud suos cadat.
11 qui hostes effugit, *
12 ad tempus
13 pro salutaribus causis **P1δ**
14 procedat ad faciem **Tγδ**
15 et iterum cito discedere de conspectu festinet. **Pγ**
16 ubique gustanda est cum mulieribus, *
17 non continuanda praesentia, **T2γ**
18 sed quasi transeunter feminis exhibenda est accessio
19 quodammodo fugitiua. **Vδ**
20 proteruitatis enim iam coepta sunt repraesentari semper in medium, **Tγδ**
21 et perditionis meditatio est

22 frequentatiuum inter mulieres celebrare processum. **P1γ**
23 de qua re
24 nobis Salomon moderamen inposuit dicens: **Pδ**
*in medio mulierum noli assiduus esse.*
25 sic igitur ambulate, sic agite, **Tγδ**
26 ut semper in clericis ecclesiae senatus candidus constet. **P1δ**
27 seueritas in uobis circa feminas uigeat, **Tδ**
28 auctoritas polleat, **T2δ**
29 uigor teneatur, **TTγ**
30 grauitas ueneretur. **Vδ**

1 **46** Vt semel omnia colligamus ad clausulam, **T2γδ**
2 breuiarum relegimus nobis **Pδ**
3 quod ad conpendiosam plenitudinem redigens **Tδ**
4 apostolus Paulus insinuat: **Tγ**
*de cetero,*
5 inquit,
*fratres, quaecumque sunt uera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua uirtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate quae accepistis et didicistis et audistis et uidistis in me. haec agite et Deus pacis et dilectionis erit uobiscum.* [Philipp. 4, 8. 9]
6 amen.

## 3.15 De spectaculis

Cyprianus plebi in euangelio stanti s.
1 **1** Vt me satis contristat **Pγ**
2 et animum nostrum grauiter affligit **TTδ**
3 cum nulla mihi scribendi ad uos porrigitur occasio,
4 detrimentum est enim meum **Pγδ**
5 uobiscum non colloqui, **Tγδ**
6 ita nihil mihi tantam laetitiam hilaritatemque restituit **Tγ**
7 quam cum adest rursus occasio. **T2γ**
8 uobiscum me esse arbitror, *****
9 cum uobis per litteras loquor. **Pδ**
10 quamquam igitur *****
11 ita se haec habere quae dico **P1γδ**
12 certos uos esse sciam
13 nec quicquam de uerborum meorum ueritate dubitare, **TT1$^2$γ**
14 tamen etiam argumentum sinceritatem rei asserit: *****
15 nam cum nulla prorsus praeteritur occasio, **T2γ**
16 probatur affectio. **T2γ**
17 quamuis ergo certus sim *****
18 uos non minus esse in uitae actu graues **TTγε**
19 quam in sacramento fideles: **Pγ**
20 tamen,
21 quoniam non desunt uitiorum assertores blandi
22 et indulgentes patroni **Pγ**
23 qui praestant uitiis auctoritatem **Ditr.**
24 et quod est deterius **Tβγ**
25 censuram scripturarum caelestium **Tγ**
26 in aduocationem criminum conuertunt, **TTδ**
27 quasi sine culpa **TTγε**
28 innocens spectaculorum ad remissionem animi appetatur uoluptas **Pγ**
29 – nam et eo usque eneruatus est ecclesiasticae disciplinae uigor
30 et ita omni langore uitiorum **TTγ**
31 praecipitatur in peius **P1γδ**
32 ut non iam uitiis excusatio *****
33 sed auctoritas detur – **P1δ**
34 placuit paucis uos non nunc instruere,
35 sed instructos admonere, **TTγ**
36 ne
37 quia male sunt uincta uulnera *****
38 sanitatis obductae perrumpant cicatricem. **TTγ**
39 nullum enim malum difficilius extinguitur **Ton. Äqu. 4δ/***
40 quam quod faciles reditus habet, **Pδ**
41 dum et multitudinis consensu asseritur **Tγ**
42 et excusatione blanditur. **P1γ**

1 **2** Non pudet,
2 inquam,
3 non pudet fideles homines et christiani **Ditr.**
4 sibi nominis auctoritatem uindicantes **TTγ**
5 superstitiones uanas gentilium **Tγ**
6 cum spectaculis mixtas **P1δ**
7 de scripturis caelestibus uindicare **V3δ**
8 et diuinam auctoritatem idololatriae conferre. **Pγ**
9 nam quando id
10 quod in honore alicuius idoli **P1γ**
11 ab ethnicis agitur **Tδ**
12 a fidelibus christianis **V3δ**
13 spectaculo frequentatur, **Vδ**
14 et idololatria gentilis asseritur **Tγ**
15 et in contumeliam Dei **Pδ**
16 religio uera et diuina calcatur. **P1γ**
17 pudor me tenet **Pγδ**
18 praescriptiones eorum **Pγ/Ditr.**
19 in hac causa et patrocinia referre. **TTδ**
20 „ubi“,
21 inquiunt,
22 scripta sunt sita, **Pγδ**
23 ubi prohibita? **Tγ**
24 alioquin et auriga est Israel Helias

25 et ante arcam Dauid ipse saltauit. **P1γ**
26 nabla
27 cynaras
28 aera
29 tympana
30 tibias
31 citharas
32 choros legimus.
33 apostolus quoque dimicans *
34 caestus et colluctationis nostrae sumit exempla, **P1γ**
35 coronae quoque collocat praemia. **T2δ**
36 cur ergo homini christiano fideli **Pγ/Ditr.**
37 non liceat spectare **TTδ**
38 quod licuit diuinis litteris scribere“? **T2δ**
39 hoc in loco non immerito dixerim **Tδ**
40 longe melius fuisse istis **Ditr.**
41 nullas litteras nosse **P1δ**
42 quam sic litteras legere. **Tδ**
43 uerba enim et exempla **TTγδ**
44 quae ad exhortationem euangelicae uirtutis posita sunt
45 ad uitiorum patrocinia transferuntur: **Vδ**
46 quoniam non ut spectarentur ista scripta sunt, *
47 sed ut animis nostris **Pδ**
48 instantia maior excitaretur **P1**
49 in rebus profuturis, **TTγ**
50 dum tanta est apud ethnicos in rebus non profuturis. **Ditr.**

1 **3** Argumentum est ergo excitandae uirtutis, **Pγ**
2 non permissio siue libertas spectandi gentilis erroris, **P1γ**
3 ut per hoc animus plus accendatur **(Pβ)**
4 ad euangelicam uirtutem **TTδ**
5 propter diuina praemia, *
6 cum per omnium laborum et dolorum calamitatem concertatur **TTγ**
7 peruenire ad terrena compendia. **T2γ**
8 nam quod Helias auriga est Israelis
9 non patrocinatur spectandis circensibus: **Tγ**
10 in nullo enim circo cucurrit. **Pγ**
11 et quod Dauid in conspectu Dei choros egit
12 nihil adiuuat in theatro sedentes christianos fideles: **Tγ**
13 nulla enim obscoenis motibus membra distorquens **P1γ**
14 desaltauit Graecae libidinis fabulam. **T2δ**
15 nabla
16 cynarae
17 tibiae
18 tympana
19 et citharae
20 Deum cecinerunt, non idolum. **TTγδ**
21 non igitur praescribetur **Vδ**
22 ut spectentur illicita. **Tγ**
23 diabolo artifice
24 ex sanctis in illicita mutata sunt.
25 praescribat igitur istis pudor, **Vδζ**
26 etiamsi non possunt sanctae litterae. *
27 quaedam enim scriptura magis prouidet in praecipiendo:
28 uerecundiam passa **P1δ**
29 plus interdixit quia tacuit, *
30 ueritas ne si ad haec usque descenderit, **T2γ**
31 pessime de fidelibus suis sensisset: **Pγ**
32 nam et plerumque in praeceptis **TTγδ**
33 quaedam utilius tacentur. **TTδ**
34 admonet saepe **P1δ**
35 dum interdicuntur.
36 ita etiam tacentur **TTδ**
37 dum diuinis litteris scripta sunt, **T2δζ**
38 et praeceptorum loco seueritas loquitur **Tδ**
39 et ratio [docet] **[Pδ]**
40 quae scriptura conticuit. **Tγ**
41 secum tantummodo unusquisque deliberet **T2γ**
42 et cum persona professionis suae loquatur, **Pγ**
43 nihil umquam indecorum geret:
44 plus enim ponderis habebit conscientia *
45 quae nulli se alteri debebit nisi sibi. **TTγε**

1 **4** Quid scriptura interdixit? **TTγ**
2 prohibuit enim spectari **Pγ**
3 quod prohibet geri. **Pδ**
4 omnia,
5 inquam,
6 ista spectaculorum genera damnauit, **TTδ**
7 quando idololatriam sustulit *
8 ludorum omnium matrem, **P1δ**
9 unde haec uanitatis et leuitatis monstra uenerunt. **P1γ**
10 quod enim spectaculum sine idolo, **Pγ**
11 quis ludus sine sacrificio, *
12 quod certamen non consecratum mortuo? *
13 quid inter haec christianus fidelis facit:
14 si idololatriam fugit, **gl. Akzentfolge**
15 quid loci ei?
16 quid
17 qui iam sanctus sit
18 de rebus criminosis uoluptatem capit?
19 quid contra Deum superstitiones probat **gl. Akzentfolge**

20 quas amat dum spectat? **Pγδ**
21 ceterum sciat **Pδ**
22 haec omnia inuenta daemoniorum esse, non Dei. **Pγδ**
23 impudenter in ecclesia daemonia exorcizat **TTδ**
24 quorum uoluptates in spectaculis laudat: **P1δ**
25 post Christum
26 ad diaboli spectaculum uadit, **P1δ**
27 Christo tamquam diabolo renuntiat.
28 idololatria, **TT**
29 ut iam dixi,
30 ludorum omnium mater est, **T2δζ**
31 quae
32 ut ad se christiani fideles ueniant *
33 blanditur illis **Ditr.**
34 per oculorum et aurium uoluptatem. **Vδ**
35 Romulus Conso **Pδ**
36 quasi consilii deo **Pδ**
37 ob rapiendas Sabinas **Pγ**
38 circenses primus consecrauit, **TTγ**
39 ceteris reliquis. **Tδ**
40 dum urbem fames occupasset, **TTγ**
41 ad aduocationem populi *
42 adquisiti sunt ludi scenici *
43 et Cereri et Libero dicati **TTδ**
44 postmodum reliquisque idolis et mortuis. **Tγδ**
45 graeca illa certamina **T2γ**
46 uel in cantibus
47 uel in fidibus
48 uel in uocibus
49 uel in uiribus **gl. Akzentfolge (4χ)**
50 praesides suos habent uaria daemonia:
51 et quidquid est aliud **Tγδ**
52 quod spectantium aut oculos mouet **Pδ**
53 aut delinit aures, **Ditr.**
54 si cum sua origine et institutione quaeratur, **P1γ**
55 causam praefert aut idolum **TTγδ**
56 aut daemonium
57 aut mortuum.
58 ita diabolus artifex **Tδ**
59 quia idololatriam per se nudam sciebat horreri, **P1γ**
60 spectaculis miscuit, **T2δ**
61 ut per uoluptatem posset amari. **Pγ**

1 **5** Plura prosequi quid est necesse **Pβγ**
2 uel sacrificiorum in ludis genera monstruosa describere, **T2γ**
3 inter quae nonumquam et homo fit hostia **Tγδ**
4 latrocinio sacerdotis, **Vδ**
5 dum cruor
6 etiam de iugulo calidus **Tδ**
7 exceptus spumanti patera, *
8 dum adhuc feruet,
9 et quasi sitienti idolo **Pγ**
10 in faciem iactatus **TTδ**
11 crudeliter propinatur, **Vδ**
12 et inter uoluptates spectantium **Tγ**
13 quorundam mors erogatur, **Ditr.**
14 ut per cruentum spectaculum **Tγ**
15 saeuire discatur, **P1γ**
16 quasi parum sit homini priuata sua rabies, *
17 nisi illam et publice discat. **Pδ**
18 in poenam hominis *
19 fera rabida nutritur in deliciis,
20 ut sub spectantium oculis **Tδ**
21 crudelius insaniat.
22 erudit artifex beluam, **T2δ**
23 quae clementior fortasse fuisset, **Pγ**
24 si non illam magister crudelior saeuire docuisset. **TT1**$^2$**γ**
25 ergo ut taceam
26 quicquid latius idololatria probat,
27 quam uana sunt ipsa certamina, **T2γ**
28 lites in coloribus,
29 contentiones in curribus, **Tγδ**
30 fauores in honoribus,
31 gaudere
32 quod equus uelocior fuerit, **Tδ**
33 maerere quod pigrior, **Tγδ**
34 annos pecoris computare, **Vδ**
35 consules nosse, **P1δ**
36 aetates discere, *
37 prosapiam designare, **Vδ**
38 auos ipsos atauosque memorare. **TT1**$^2$**γ**
39 quam hoc totum otiosum negotium, **Tγ**
40 immo quam turpiter ignominiosum? **TT**
41 hunc,
42 inquam,
43 memoriter totam equini generis sobolem computantem **Vδ**
44 et sine offensa **Pγ**
45 hunc locum magna uelocitate referentem, **TT1**$^2$**γ**
46 parentes Christi si perroges, **Tγδ**
47 nescit,
48 aut infelicior si scit. **(P)1δε**
49 quem si rursus perrogem *
50 quo ad illud spectaculum itinere peruenerit,
51 confitebitur per lupanarium, *
52 per prostitutarum nuda corpora, *
53 per lubricam libidinem,

54 per dedecus publicum, **T2δ**
55 per uulgarem lasciuiam, **Tγ**
56 per communem omnium contumeliam. **Ton. Äqu. 4δ/***
57 cui ut non obiciam *
58 quod fortasse commisit, **P1γ**
59 uidit tamen
60 quod committendum non fuit **Pγδ**
61 et oculos ad idololatriae spectaculum **Tγ**
62 per libidinem duxit: **P1δ**
63 ausus secum sanctum in lupanar ducere, *
64 si potuisset, **(Pβ)**
65 qui festinans ad spectaculum *
66 dimissus e dominico *
67 et adhuc gerens secum ut assolet eucharistiam
68 inter corpora obscoena meretricum **TTγ**
69 Christi sanctum corpus infidelis iste circumtulit **T2γ**
70 plus damnationis meritus de itinere *
71 quam de spectaculis uoluptate. **Vδ**

1 **6** Sed ut ad scenae iam sales inuerecundos **P1**
2 transitum faciam, **Tδ**
3 pudet referre quae dicuntur, **TTγδ**
4 pudet etiam accusare quae fiunt, **P1γδ**
5 argumentorum strophas,
6 adulterorum fallacias, **Tγ**
7 mulierum impudicitias, **T**
8 scurriles iocos,
9 parasitos sordidos, *
10 ipsos quoque patres familiares togatos **Pγ**
11 modo stupidos modo obscoenos, **Pγ**
12 in omnibus stolidos, **Tδ**
13 certis nominibus inuerecundos. **P1**
14 et cum nulli hominum aut generi aut professioni
15 ab improbis isto sermone pacatur, **P1γ**
16 ab omnibus tamen ad spectaculum conuenitur. **V3δ**
17 commune dedecus delectat uidelicet **Tγ**
18 uel recognoscere otia uel discere.
19 concurritur in illud pudoris publici lupanarium, **Ton. Äqu. 4δ/***
20 ad obscoenitatis magisterium, *
21 ne quid secreto minus agatur **Pγ**
22 quam quod in publico discitur: **Tδ**
23 et inter ipsas leges docetur **Pγ**
24 quicquid legibus interdicitur. **Ton. Äqu. 4δ/***
25 quid inter haec christianus facit
26 cui uitia non licet nec cogitare, **Ditr.**
27 quid oblectatur simulacris libidinis, **Tγ**
28 ut in ipsis deposita uerecundia *
29 audacior fiat ad crimina? **T2γδ**
30 discit et facere **Tγδ**
31 dum consuescit uidere. **Pγ**
32 illas tamen
33 quas infelicitas sua
34 in seruitutem prostituit **Tγ**
35 libidinis publicae occultat locus
36 et dedecus suum de latebris consolantur: **Vδ**
37 erubescunt uideri etiam *
38 quae pudorem uendiderunt. **TTγ**
39 at istud publicum monstrum **P1δ**
40 omnibus uidentibus geritur **Tδ**
41 et prostitutarum transitur obscoenitas: **T2γ**
42 quaesitum est
43 quomodo adulterium ex oculis admitteretur. **P**
44 huic dedecori condignum dedecus superducitur, **Ton. Äqu. 4δ/***
45 homo fractus omnibus membris **P1δ**
46 et uir ultra muliebrem mollitiem dissolutus, **Vδ**
47 cui ars sit
48 uerba manibus expedire: **Vδ**
49 et propter unum nescio quem nec uirum nec feminam **Tγδ**
50 commouetur ciuitas tota **P1δ**
51 ut desaltentur fabulosae antiquitatum libidines. **Tγ**
52 ita amatur **Pγ**
53 quicquid non licet **Pγδ**
54 ut
55 quae etiam aetas absconderat, **Tγ**
56 sub oculos memoria reducat. **TTδ**

1 **7** Non est libidini satis
2 malis suis uti praesentibus, **Tγ**
3 nisi suum de spectaculo faciant **Tδ**
4 in quo etiam aetas superior errauerat.
5 non licet,
6 inquam,
7 adesse christianis fidelibus, **Tγ**
8 non licet omnino nec illis **Pγδ**
9 quos ad delinimenta aurium *
10 ad omnes ubique Graecia instructos suis uanis artibus mittit. **P1δ**
11 clangores tubae bellicos alter imitatur raucos,
12 alter lugubres sonos
13 spiritu tibiam inflante moderatur, **TT1$^{2}$γ**
14 alter cum choris et cum hominis canora uoce
15 contendens spiritu suo **Pδ**
16 quem de uisceribus suis superioribus nitens hauserat **Ton. Äqu. 4δζ/***
17 tibiarum foramina modulatur: **Vδ**
18 nunc effuso et nunc intus recluso ac represso **TTγδ**

19 nunc certis foraminibus emisso **TTδ**
20 atque in aerem profuso, **Pγ**
21 item in articulos sonum frangens, **1βδ**
22 loqui digitis elaborat, **Vδ**
23 ingratus artifici **Tγ**
24 qui linguam dedit. **Pδ**
25 quid loquar comicas inutiles curas, **P1δ**
26 quid illas magnas tragicae uocis insanias, **T2γ**
27 quid neruos cum clamore commissos? **P1γ**
28 haec etiam
29 si non essent simulacris dicata, **Pγ**
30 obeunda tamen et spectanda non essent christianis fidelibus: **Tγ**
31 quoniam etsi non habebant crimen,
32 habent in se maximam et parum congruentem fidelibus uanitatem. **V3δ**

1 **8** Nam illa altera reliquorum dementia **Tγ**
2 est manifesta otiosis hominibus negotiatio: **T**
3 in iniuriam suam **Pδ**
4 pinguescit in sagina corpus
5 ut robustius aut feriat aut uapulet,
6 et prima uictoria est
7 ultra modum,
8 humani uentris esurire potuisse, **TT1$^2$γ**
9 super titulo coronae edacis **Pγ**
10 flagitiosae nundinae: **Pγ**
11 ictibus infelix facies locatur, **TTδ**
12 ut infelicior uenter saginetur. **TTγ**
13 quam foeda praeterea ipsa luctamina, **T2γ**
14 uir infra uirum iacens
15 amplexibus inhonestis et nexibus implicatur. **Vδ**
16 in tali certamine stare uiderit quis uincat, **TTδε**
17 pudor uictus est. *****
18 ecce tibi alter nudus salit, **TTγε**
19 alter orbem aeneum **Tγ**
20 contentis in aerem uiribus iactat. **Pδ**
21 haec gloria est dementiae.
22 denique remoue spectatorem, **Vδ**
23 reddideris uanitatem. **Vδ**
24 fugienda sunt ista christianis fidelibus, **Tγ**
25 ut iam frequenter diximus, *****
26 tam uana,
27 tam perniciosa,
28 tam sacrilega spectacula:
29 et oculi nostri **Pδ**
30 sunt et aures custodiendae. **P**
31 cito in hoc assuescimus quod audimus, **Vδε**
32 celere in id quod uidemus. **Ditr.**
33 nam cum mens hominis ad uitia ipsa ducitur, *****
34 sibi quid faciet, **Tγδ**
35 si habuerit exempla? **TTδ**
36 natura corporis lubrica **T2δ**
37 quae sponte corruit *****
38 quid faciet,
39 si fuerit impulsa? **TTδ**
40 auocandus est animus ab istis. **TTδε**

1 **9** Habet christianus spectacula meliora, **TTδ**
2 si uelit,
3 habet ueras et profuturas uoluptates, **TTγ**
4 si se recollegerit:
5 et ut omittam illa **Ditr.**
6 quae nondum contemplari potest, **gl. Akzentfolge**
7 habet istam mundi pulcritudinem *****
8 quam uideat atque miretur, **P1γ**
9 solis ortum aspiciat, **Tγ**
10 rursus occasum mutuis uicibus **Tδ**
11 dies noctesque reuocantem, **TT1$^2$γ**
12 globum lunae
13 temporum cursus **P1δ**
14 incrementis suis detrimentisque signantem, **P1γ**
15 astrorum micantes choros
16 et assidue de summa mobilitate fulgentes, **P1γ**
17 anni totius per uices membra diuisa **P1γ**
18 et dies ipsos cum noctibus **Tγδ**
19 per horarum spatia digestos **TTδ**
20 et terrae molem libratam cum montibus **Tγδ**
21 et profusa flumina *****
22 cum suis fontibus, **(T)2βδ/***
23 extensa maria *****
24 cum suis fluctibus atque litoribus, **Tγ**
25 interim constantem pariter summa conspiratione **TT/Ditr.**
26 nexibusque concordiae extensum
27 aerem medium tenuitate sua cuncta uegetantem, **TT1$^2$γ**
28 nunc imbres contractis nubibus profundentem, **Vδ**
29 nunc serenitatem refecta raritate reuocantem **TT1$^2$γ**
30 et in omnibus istis **Pδ**
31 incolas proprios, **Tδ**
32 in aere auem,
33 in aquis piscem, **gl. Akzentfolge**
34 in terra hominem. *****
35 haec,
36 inquam,
37 et alia item opera diuina **TTδ**
38 sint christianis fidelibus spectacula.
39 quod theatrum **Ditr.**
40 humanis manibus exstructum **TTδ**

41 istis operibus poterit comparari? **Vδ**
42 magnis licet lapidum molibus exstruatur, **Vδ**
43 cristae sunt montium alteriores, **P**
44 et auro licet tecta laquearia reluceant,
45 astrorum fulgore uincentur: **TTγ**
46 numquam humana opera mirabitur
47 quisquis se recognouerit filium Dei. **Pδ**
48 deicit se de culmine generositatis suae
49 qui admirari aliquid post Deum potest.

1 **10** Scripturis,
2 inquam,
3 sacris incumbat christianus fidelis: **Pγ**
4 ibi inueniet condigna fidei spectacula.
5 uidebit instituentem Deum mundum suum **TTγε**
6 et cum ceteris animalibus **Ton. Äqu. 4δ/***
7 homines illam admirabilem fabricam melioremque facientem. **TT1$^2$γ**
8 spectabit mundum in delictis suis,
9 iusta naufragia, **Tγ**
10 piorum praemia *****
11 impiorumque supplicia, **Tγ**
12 maria populo siccata **TTδ**
13 et de petra rursus populo maria porrecta. **TTδ**
14 spectabit de caelo descendentes messes,
15 non ex areis aratro impressas: **Pγ**
16 inspiciet flumina **Tδ**
17 transitus siccos refrenatis aquarum agminibus exhibentia: **Ton. Äqu. 4δ/***
18 uidebit
19 in quibusdam finem cum igne luctantem, **P1γ**
20 religione superatas feras
21 et in mansuetudinem conuersas: **TTδ**
22 intuebitur et animas
23 ab ipsa iam morte reuocatas: **TT1$^2$γ**
24 considerabit etiam de sepulcris **Vδε**
25 admirabiles ipsorum consumptorum iam ad uitam corporum redactas. **TTδ**
26 et in his omnibus
27 iam maius uidebit spectaculum, **Tγ**
28 diabolum illum
29 qui totum detriumphauerat mundum **Pδ**
30 sub pedibus Christi iacentem. **Pγ**
31 quam hoc decorum spectaculum, **Tγ**
32 fratres,
33 quam iocundum,
34 quam necessarium?
35 intueri semper spem suam
36 et oculos aperire ad salutem suam.
37 hoc est spectaculum **Tβγ**
38 quod uidetur etiam luminibus amissis. **TTδ**
39 hoc est spectaculum
40 quod non exhibet praetor aut consul, **Ditr.**
41 sed qui est solus et ante omnia *****
42 et super omnia, *****
43 immo ex quo omnia,
44 pater Domini nostri Iesu Christi, **TTγε**
45 cui laus et honor in saecula saeculorum. **Vδ**
46 opto uos,
47 fratres,
48 bene ualere. **Pγ**

## 3.16 De uoluntate

1 Qui fecerit voluntatem Dei,
2 manet in aeternum **TTγδ**
3 quomodo et Deus manet in aeternum, **TTγδ**
4 Qui in aeternum manere uolumus, *****
5 Dei,
6 qui aeternus est,
7 uoluntatem facere debemus. **TTδ**
8 Voluntas Dei est, **Ditr.**
9 quam Christus fecit et docuit: **Tγδ**
10 Humilitas in conuersatione, **Ditr.**
11 stabilitas in fide, **TTδε**
12 uerecundia in uerbis, **TTδε**
13 in factis iustitia, **Tγ**
14 in operibus misericordia, **T**
15 in moribus disciplina, **V3δ**
16 iniuriam facere non nosse **TTδε**
17 et factam sibi posse tolerare, **TT1$^2$γ**
18 sic aduersa alteri, *****
19 sicut nobis pertimescere, *****
20 sic de prosperitate proximi, *****
21 ut de nostro merito uel profectu gratulari, **TTγ**
22 aliena damna nostra credere, *****
23 aliena lucra nostra deputare, **TTγ/Ditr.**
24 amicum non propter mundum, **Vγδζ**
25 sed propter Deum diligere, **Tγ**
26 inimicum etiam amando tolerare, **TTγ**
27 nulli,
28 quod pati non uis, **1βδε**
29 facere,
30 nulli,
31 quod tibi iuste impendi desideras, **Tγ**
32 negare,
33 necessitati proximi *****
34 non solum iuxta uires succurrere, **Tγ**
35 sed prodesse etiam ultra uires uelle, **TTγε**
36 cum fratribus pacem tenere, **Pγ**
37 Deum toto corde diligere, **Tγ**

38 amare illum, **Ditr.**
39 quod Pater est,
40 timere, quod dominus est,
41 Christo nihil proponere **Tγ**
42 quia nec nobis ille proposuit quicquam. **Pδ**
43 Quicumque uero diligunt nomen Domini, *
44 illi gloriabuntur.
45 Nos hic miseri simus, **Pδ**
46 ut post felices simus.
47 Sequamur Christum, **gl.**
**Quantitäten- und Akzentfolge**
48 dominum Iesum. **Pδ**
49 Qui dicit,
50 se credere in eum, **TTδε**
51 debet,
52 quomodo ille ambulauit, **TTγ**
53 et ipse ambulare. **TTγ**
54 Christus,
55 Dei filius, *
56 non uenit, ut regnaret, **TTγδ**
57 sed fugit rex regnum, **Pγδ**
58 non uenit, ut imperaret, **Vγδ/Ditr.**
59 sed ut seruiret, **Pβγ**
60 non uenit, ut lauarentur illi pedes, **TTγε**
61 sed ut lauaret pedes discipulorum,
62 non uenit ut caederet, **T2γδ**
63 sed ut caederetur, **Ditr.**
64 non dedit alapam, sed accepit, **Vδε/1β**
65 non crucifixit,
66 sed crucifixus est, *
67 non alios occidit, **TTδ**
68 sed ipse passus est, *
69 pauper fuit,
70 ut nos diuites faceret, **Tδ**
71 ille accepit pro nobis plagas,
72 ut nos uerberati non doleremus. **Vγδ/1β**
73 Quotienscunque caedimur, *
74 praebeamus maxillam. **Pγ**
75 Imitemur Christum.
76 Christianus iustitiae, bonitatis, integritatis nomen est, *
77 patientiae, castitatis, prudentiae, humilitatis, innocentiae, pietatis nomen est. *
78 Christianus ille est, *
79 qui imitatur Christum in omnibus et sequitur,
80 qui sanctus, innocens, incontaminatus, intactus. **P1γ**
81 Cuius in pectore malitia non habet locum, **Pβδ**
82 cuius in pectore sola pietas consistit et bonitas. **Tγδ**
83 Christianus ille est, *
84 qui Christi uitam sequitur,
85 qui in omnibus misericordiam facit, **Pδ**
86 qui non nouit iniuriam, **T2γ**
87 qui,
88 premi pauperem se praesente, **Vδε**
89 non patitur,
90 qui miseris subuenit, **TTδ**
91 qui cum moerentibus moeret, **P1δ**
92 qui dolorem alterius quasi proprium sentit, **Pδ**
93 qui ad fletum fletibus prouocatur alienis, **TT1**$^{2}$**γ**
94 cuius omnibus communis est domus, **Pγδ**
95 cuius ianua nemini clauditur, **T2δ**
96 cuius mensam nullus pauper ignorat, **P1γ**
97 cuius bonum omnes norunt, **TTγε**
98 et nemo sentit iniuriam, **T2γ**
99 qui Deo die noctu deseruit, **Pγ**
100 cuius simplex et inmaculata est anima, **Tγδ**
101 cuius conscientia fidelis et pura est, **T2γδζ**
102 cuius tota in Deo mens, **Tγδζ**
103 qui humana spernit,
104 ut possit habere caelestia. **T2γ**

## 3.17 Exhortatio ad paenitentiam

1 Per paenitentiam
2 posse omnia peccata dimitti ei
3 qui ad Deum toto corde conuersus sit. **Tγζ**
4 1. In psalmo octogesimo octauo: **TTδ**
*Si dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambulauerint et mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum et in uerberibus peccata eorum.* [Ps 89, 31-33]
5 Misericordiam autem meam **Vδζ**
6 non dispergam ab eis. **Pγδ**
7 2. Item apud Isayam:
*Sic dicit Dominus sanctus Israel: cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris et scies ubi fueris.* [Vgl. Jes. 30, 15]
8 3. Item illic:
*Vae, filii desertionis, dicit Dominus, fecistis consilium non per me et sponsionem non per spiritum meum, adicere peccatum super peccatum.* [Jes. 30, 1]
9 4. Item apud Iheremiam:
*Auerte pedem tuum ab aspera uia et faucem tuam a siti.* [Jer. 2, 25]
10 Illa uero dixit: **TTγε**
11 confortabor, nolo;
12 quia diligebat alienos **TT1**$^{2}$**γ**
13 et ibat post illos. **Pγδ**
14 5. Item apud Isayam:

*Conuertimini, qui altam cogitationem cogitatis et iniquam.* [Vgl. Jes. 31, 6]

15 6. Item illic:

*Ego sum, ego sum qui deleo iniustitias tuas, et non recordabor.* [Jes. 43, 25]

16 Tu autem recordare, **TTγ/1β**
17 et iudicemur simul;
18 dic tu iniustitias tuas prius **Vδζ**
19 ut iustificeris. **P**
20 7. Item illic:

*Quaerite Deum et cum inueneritis eum inuocate.* [Jes. 55, 6]

21 At ubi appropinquauerit uobis, **P1δ**
22 derelinquat impius uias suas **Vδζ**
23 et uir iniquus cogitationes suas
24 et conuertatur ad Dominum, **Tγδ**
25 et misericordia ei praestabitur, **Tγ**
26 quia in multum remittit peccata uestra. **Ditr.**
27 8. Item illic:

*Recordare haec, Iacob et Israel, quia puer meus es.* [Jes. 44, 21]

28 Vocaui te
29 puerum meum, **Pδ**
30 et tu,
31 Israel,
32 noli obliuisci mei.
33 Ecce enim abstersi sicut nubem iniustitias tuas **Pδ**
34 et sicut nimbum peccata tua.
35 Conuertere ad me,
36 et redimam te.
37 9. Item illic:

*In mente habete haec et gemite; paenitemini, qui seducti estis, conuertimini corde ad me.* [Vgl. Jes. 46, 8]

38 Et in mente habete priora saecula, *
39 quia ego Deus. **TTγε**
40 10. Item illic:

*Tempore pusillo dereliqui te et cum misericordia magna miserebor tui.* [Jes. 54, 7]

41 In furore pusillo **Pγ**
42 auerti faciem meam abs te
43 et in misericordia aeterna **TTδ**
44 miserebor tui.
45 11. Item illic:

*Haec dicit excelsus in excelsis habitans in aeternum, sanctus in sanctis, nomen est ei, Dominus excelsus in sanctis requiescens et pusillanimis dans animi aequitatem et dans uitam contribulatis corde.* [Jes. 57, 15]

46 Non in sempiternum irascar uobis
47 nec per omnia uindicabo in uos;
48 spiritus enim a me prodiet,
49 et inspirationem omnem ego feci. **TTγε**
50 Et propter peccatum pusillum **Pγ**
51 quid contristaui eum
52 et auerti faciem meam ab eo, **Pγδ**
53 et bilem passus est *
54 et abiit tristis in uiis suis.
55 Vias eius uidi **TTγε**
56 et sanaui eum
57 et consolatus sum eum **Pγδ**
58 et dedi ei consolationem ueram,
59 pacem super pacem his qui longe
60 et his qui prope. **gl. Akzentfolge**
61 Et dixit Dominus: *
62 sanaui eos.
63 Iniqui autem,
64 ut mare commotum, **Pγ**
65 sic fluctuabuntur **P1**
66 et quiescere non possunt. **TTδε**
67 Non est gaudere impiis, *
68 dicit Dominus. *
69 12. Item apud Iheremiam:

*Numquid obliuiscetur sponsa ornamenti sui aut uirgo fasciae pectoralis suae? Populus uero meus oblitus est mei dierum, quorum non est numerus.* [Jer. 2, 32]

70 13. Item illic:

*In summa loquar super gentem aut super regnum ut auferam eos et perdam; et si conuersa fuerit gens illa a malis suis, paenitebo de malis, quae cogitaui facere illis.* [Jer. 18, 7. 8]

71 Et in summa loquar super gentem et regnum **P1γδ**
72 ut reaedificem et plantem; **TTδε**
73 et facient mala ante me *
74 ut ne audiant uocem meam, **Vδζ**
75 et paenitebo de bonis, **Pγδ**
76 quae locutus sum facere eis. **Pδ**
77 14. Item illic:

*Reuertere ad me, habitatio Israel, dicit Dominus, et non firmabo faciem meam super uos, quia misericors ego sum, dicit Dominus, et non irascar uobis in aeternum.* [Jer. 3, 12]

78 15. Item illic:

*Conuertimini, filii qui recessistis, dicit Dominus, quoniam ego dominabor uestri et accipiam uos unum de ciuitate et duos de familia et inducam uos in Syon et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disciplina.* [Jer. 3, 14. 15]

79 16. Item illic:

*Conuertimini, filii conuertentes, et ego sanabo contritionem uestram.* [Jer. 3, 22]

80 17. Item illic:

*Ablue a malitia cor tuum,*
*Ierusalem, ut salueris.* [Jer. 4, 14]

81 Vsquequo erunt in te cogitationes dolorum tuorum? **Pγ/Ditr.**

82 18. Item illic:
*Haec dicit Dominus: numquid qui cadit non resurgit? aut qui auertit se non conuertetur? Quia auertit se populus iste auersione improba et obtinuerunt praesumptione sua et noluerunt conuerti?* [Jer. 8, 4. 5]

83 19. Item illic:
Non est homo paenitentiam agens a malitia sua, dicens: quid feci? Defecit qui currit cursu suo, sicut equus sudans in hinnitu suo. [Jer. 8, 6]

84 20. Item illic:
*Auertatur ergo unusquisque a uia sua mala, et meliora facite studia uestra.* [Jer. 18, 11]

85 Et dixerunt:

86 confortabimur, *

87 quia post adinuentiones nostras ibimus, *

88 et unusquisque quae placent cordi suo **TTγε**

89 mala faciemus. **TTγ**

90 21. Item illic:
*Effunde sicut currens fluuius lacrimas die ac nocte; noli dare tibi requiescere; non sileat pupilla oculi tui.* [Lam. 2, 18]

91 22. Item illic:
*Perscrutemur uias nostras et conuertamur ad Dominum; mundemus corda cum manibus nostris et respiciamus ad Deum, qui habitat in caelis.* [Lam. 3, 40. 41]

92 Nos peccauimus et irritauimus, et tu non es propitiatus. **P**

93 23. Item illic:
*Et dixit Dominus ad me in diebus regis Iosiae: uidisti quae fecit mihi habitatio domus Israel? Abiit super omnem montem excelsum et subiit usque ad omne lignum nemorosum et fornicata est illic.* [Jer. 3, 6]

94 Et dixi

95 postquam fornicata est haec omnia:

96 ad me conuertere, *

97 et non est reuersa. **Pβγ/Ditr.**

98 24. Item illic:
*Non repellet in aeternum Dominus, quia, cum humiliauerit, miserebitur secundum multitudinem misericordiae suae, quia non humiliabit ex toto corde suo neque repellet filios hominum.* [Lam. 3, 31-33]

99 25. Item apud Iezechielem:
*Et iustus non poterit saluus esse in die peccati.* [Ezech. 33, 12]

100 Cum iusto dicam:

101 uita uiues,

102 ipse uero confidet super iustitiam suam **Pδ**

103 et fecerit iniquitatem, **Ditr.**

104 omnes iustitiae eius non commemorabuntur; **TT**

105 in sua iniquitate quam fecit, **P1γδ**

106 in ea morietur. **TTγ**

107 Et cum dicam impio: *

108 morte morieris, **TT1**$^{2}$**γ**

109 et auerterit se a peccato suo

110 et fecerit iudicium et iustitiam

111 et pignus debitori reddiderit **Tγ**

112 et rapinam restituerit, *

113 in praeceptis uitae ambulauerit, *

114 ne faciat iniquum, **TTδ**

115 uita uiuet et non morietur; **Pβ**

116 omnia peccata eius,

117 quae peccauit,

118 non commemorabuntur ei;

119 quia iudicium et iustitiam fecit, **Pδ**

120 in ipsis uiuet.

121 26. Item illic:
*Ego Dominus, qui humilio lignum altum et exalto lignum humile, et arefacio lignum uiride et reuiuiscere facio lignum aridum.* [Ezech. 17, 24]

122 27. Item illic:
*Et tu, fili hominis, dic domui Israel: sic locuti estis dicentes: errores nostri et iniquitates nostrae in nobis sunt, et in ipsis nos tabescimus, et quomodo uiuemus? dic illis: uiuo ego, dicit Dominus, si uolo mortem impii; tantum a uia sua conuertatur, et uiuat.* [Ezech. 33, 10. 11]

123 28. Item illic:
*Ego Dominus aedificaui demolita et plantaui exterminata.* [Ezech. 36, 36]

124 29. Item illic:
*Et iniquus si conuertat se ab omnibus iniquitatibus, quas fecit, et custodiat omnia mandata mea et faciat iudicium et iustitiam et misericordiam, uita uiuet et non morietur.* [Ezech. 18, 21]

125 Omnia delicta eius, **Ditr.**

126 quaecumque fecit, **Ditr.**

127 non erunt in memoria;

128 in sua iustitia quam fecit uiuet.

129 Numquid uoluntate uolo mortem iniusti, **P1γ**

130 dicit Adonay Dominus,

131 quam ut auertat se a uia sua mala **TTγε**

132 et uiuere eum?

133 30. Item illic:
*Conuertimini et auertite uos ab omnibus impietatibus uestris, et non erunt uobis in poenam iniquitates.* [Ezech. 18, 30]

134 Proicite a uobis omnes iniquitates uestras,

135 quas impie fecistis in me, **Ditr.**
136 et facite uobis cor nouum **Pγδ**
137 et spiritum nouum. **Pδ**
138 Et ut quid moriemini, *
139 domus Israel? *
140 Quia nolo mortem morientis, **TTγ**
141 dicit Adonay Dominus.
142 31. Item apud Danielem: **TTγ**
*Et post finem dierum, ego Nabuchodonosor, oculos meos in caelum sustuli, et sensus meus in me conuersus est, et altissimum laudaui et regem caeli benedixi et uiuentem in saecula laudaui, quoniam potestas eius aeterna est, regnum eius in generationem et generationem, et omnes qui inhabitant terram nihil existimati sunt.* [Dan. 4, 31. 32]
143 32. Item apud Micheam:
*Heu mihi! anima mea, quia periit reuerens a terra, et qui corrigat inter homines non est! Omnes in sanguine iudicantur, unusquisque proximum suum tribulat tribulatione.* [Vgl. Mich. 7, 1. 2]
144 In malum manus suas praeparant. **2βδ/***
33. Item illic: Noli gaudere super me, inimica mea, quia cecidi; sed resurgam, propter quod si sedero in tenebris, Dominus lucebit mihi. [Mi 7, 8-9]
145 Iram Domini sustinebo, **Vδζ**
146 quia peccaui ei,
147 donec iustificet ipse causam meam. **TTγε**
148 34. Item apud Sophoniam:
*Conuenite et precamini, gens indisciplinata, priusquam efficiamini sicut flos praeteriens, priusquam ueniat super uos ira Domini, priusquam ueniat super uos dies furoris Domini.* [Zef. 2, 1. 2]
149 Quaerite Dominum, **Tδ**
150 omnes humiles terrae, **Pδ**
151 iudicium operamini **Ton. Äqu. 4δ/***
152 et quaerite iustitiam;
153 quaerite mansuetudinem **T2**
154 et respondete ea,
155 ut protegamini in die irae Domini. *
156 35. Item apud Zachariam:
*Conuertimini ad me, et conuertar ad uos.* [Zach. 1, 3]
157 36. Item apud Oseae:
*Conuertere, Israel, ad Dominum Deum tuum, quoniam infirmatus es in iniquitatibus tuis.* [Hos. 14, 2]
158 Assumite uobis cum multos **Pγδ**
159 et conuertimini ad Dominum Deum uestrum. **Vδζ**
160 Dicite ei adorantes: **TTγ**
161 potens es
162 dimittere peccata nostra, **Ditr.**
163 ut non accipiatis iniquitatem,
164 sed ut accipiatis bona.
165 37. Item in Ecclesiastico: **T**
*Conuertere ad Deum et relinque peccata tua et nimis odito execrationem et cognosce iustitias et iudicia Dei et sta in sorte propitiationis altissimi et uade in partem saeculi sancti cum uiuis et dantibus confessionem.* [Vgl. Sir. 17, 25]
166 Non demoreris in errore impiorum. **TTγ**
167 A mortuo quasi nihil perit confessio. **Tγ**
168 Viuus et sanus confiteberis Deo **Pδ**
169 et gloriaberis in miserationibus illius, **TTδ**
170 quoniam magna misericordia Dei **Pδ**
171 et propitiatio illius **TTδ**
172 conuertentibus ad se.
173 38. Item illic:
*Quam bonum est correptum manifestare paenitentiam! Sic enim effugies uoluntarium peccatum.*
174 39. Item in Actibus apostolorum: **Ditr.**
*Ait autem ad illum Petrus: pecunia tua te cum sit in perditione, quoniam gratiam Dei putas te per pecuniam posse consequi.* [Act. 8, 20]
175 Non est tibi pars neque sors in hac fide,
176 quia cor tuum non est rectum apud Dominum. *
177 Paenitentiam itaque age ab hac nequitia tua **Pδ**
178 et precare Dominum, *
179 si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. **Vδζ**
180 In obligatione enim iniquitatis **Ditr.**
181 et amaritudine fellis **Pδ**
182 uideo te esse.
183 40. Item in epistola beati Pauli ad Corinthios secunda: **TTδ**
*Quae enim secundum Deum est tristitia, paenitentiam in salutem stabilem operatur; saeculi autem tristitia mortem operatur.* [2 Cor. 7, 10]
184 41. Item illic de hoc ipso:
*Si cui autem aliquid donastis, et ego; nam et ego quod donaui, propter uos in facie Christi, ut non circumueniamur a Satana, nec enim uersutias eius ignoramus.* [2 Cor. 2, 10. 11]
185 42. Item illic:
*Timeo autem ne forte, cum uenero ad uos, iterum humiliet me Deus apud uos, et lugeam multos ex his qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super quae gesserunt, fornicationem et impudicitiam.* [2 Cor. 12, 20. 21]
186 43. Item illic:
*Praedixi et praedico, ut praesens secundo et absens nunc his, qui ante peccauerunt,*

*et ceteris omnibus, quia si uenero iterum, non parcam.* [2 Cor. 13, 2]

187 44. Item ad Timotheum secunda:
*Profanas autem nouitates uocum deuita.* [2 Tim. 2, 16]
188 Multum enim proficiunt ad impietatem; **P**
189 nam sermo eorum sicut cancer serpit, **TTγε**
190 ex quibus est Hymenaeus et Filetus,
191 qui a ueritate exciderunt, **TTγ**
192 dicentes resurrectionem iam factam **Pγδ**
193 et quorumdam fidem subuertunt. **Pγ**
194 Sed firmum fundamentum Dei stat, *****
195 habens signaculum hoc:
196 cognouit Deus
197 qui sunt eius,
198 et:
199 discedat ab omni iniquitate **Ditr.**
200 omnis qui nominat nomen Domini. **Ton. Äqu. 4δζ/***
201 In magna autem domo **TTγε**
202 non solum sunt uasa aurea et argentea, **Ton. Äqu. 4δε/***
203 sed et lignea et fictilia, *****
204 et quaedam quidem in honorem, **TTγε**
205 quaedam autem in contumeliam. **4γδ/***
206 Si quis ergo emundauerit se ab istis, **V3δεζ**
207 erit uas in honore sanctificatum, **P**
208 et utile Domino, **Tδ**
209 ad omne opus bonum paratum. **Pγ/Ditr.**
210 Iuuenilia autem desideria fuge. **Pδ**
211 Sectare uero iustitiam, fidem, caritatem, pacem
212 cum his qui inuocant Dominum de corde puro. **Ditr.**
213 Stultas autem et sine disciplina quaestiones deuita, **Pγ**
214 sciens quia generant lites. **Pδ**
215 Seruum autem Domini non oportet litigare, **TTγ/Ditr.**
216 sed mansuetum esse ad omnes, **Pγδ**
217 docibilem,
218 patientem,
219 cum modestia corripientem eos qui resistunt, **TTγδ**
220 ne quando det illis Deus paenitentiam *****
221 ad cognoscendam ueritatem **TTγ/Ditr.**
222 et resipiscant de diaboli laqueis, **Tδ**
223 a quo capti tenentur, **Pγ/Ditr.**
224 ad ipsius uoluntatem. **TTγ/1β**
225 45. Item in Apocalipsi:
*Memento unde cecideris, et age paenitentiam; sin autem, ueniam tibi cito et candelabrum tuum de loco suo mouebo.* [Apoc. 2, 5]

## 3.18 Quod idola dii non sint

1 **1** Deos non esse, **Pγδ**
2 quos colit uulgus,
3 hinc notum est.
4 reges olim fuerunt, **Pγ**
5 qui
6 ob regalem memoriam **Tγ**
7 coli apud suos postmodum etiam in morte coeperunt. **P1γ**
8 inde illis instituta templa, **Ditr.**
9 inde ad defunctorum uultus
10 per imaginem detinendos **V3δ**
11 expressa simulacra **TT1$^2$γ**
12 et immolabant hostias *****
13 et dies festos
14 dando honore celebrabant. **TT1$^2$γ**
15 inde posteris facta sunt sacra, **Pγδ**
16 quae primis fuerant adsumpta solacia. **T2γ**
17 et uideamus,
18 an sit et haec apud singulos ueritas. **T2δ**

1 **2** Melicertes et Leucothea praecipitantur in maria **Tγδ**
2 et fiunt postmodum maris numina, *****
3 Castores alternis moriuntur ut uiuant, **P1γδ**
4 Aesculapius ut in deum surgat, fulminatur, **TTγ**
5 Hercules ut hominem exuat, **Tδ**
6 Oetaeis ignibus concrematur. **V3δ**
7 Apollo Admeto pecus pauit,
8 Laomedonti muros Neptunus instituit **Tγ**
9 nec mercedem operis *****
10 infelix instructor accepit. **P1γ**
11 antrum Iouis in Creta uisitur *****
12 et sepulcrum eius ostenditur, **T2γ**
13 et ab eo Saturnum fugatum manifestum est: *****
14 inde Latium de latebra eius **Pδ**
15 nomen accepit. **P1γ**
16 hic literas inprimere,
17 hic signare nummos **Ditr.**
18 in Italia primus instituit: **Tγ**
19 inde aerarium Saturni uocitatur. **TTγ**
20 et rusticitatis hic cultor fuit:
21 inde ferens falcem pingitur. *****
22 hunc fugatum **Ditr.**
23 hospitio Ianus exceperat, **T2γ**
24 de cuius nomine Ianiculum dictum est **Tδζ**
25 et mensis Ianuarius institutus est. *****
26 ipse bifrons exprimitur, **Tγ**
27 quod in medio constitutus **Vδ**
28 annum incipientem pariter et recedentem

29 sectari uideatur. **TTγ**
30 Mauri uero manifeste reges colunt
31 nec ullo uelamento **TTγ**
32 hoc nomen obtexerunt. **TTγ**

1 **3** Inde per gentes et prouincias singulas **T2δ**
2 uaria deorum religio mutatur, **TTδ**
3 dum non unus ab omnibus Deus colitur, **Ton. Äqu. 4δζ/***
4 sed propria cuique maiorum suorum cultura seruatur. **P1γ**
5 hoc ita esse
6 Alexander magnus
7 insigni uolumine **Tγ**
8 ad matrem suam scripsit, **TTγε**
9 metu suae potestatis **TTγ**
10 proditum sibi de diis hominibus **Tγ**
11 a sacerdote secretum, **P1γ**
12 quod maiorum et regum memoria seruata sit.
13 inde colendi et sacrificandi ritus inoleuit. **TT1$^2$γ**
14 si autem aliquando dii nati sunt, *
15 cur non hodieque nascuntur? **P1γ**
16 nisi forte Iuppiter senuit **Tδ**
17 aut partus in Iunone defecit? **P1γ**

1 **4** Cur uero deos putas pro Romanis posse,
2 quos uideas nihil pro suis **Pγδ**
3 aduersus eorum arma ualuisse? **TT1$^2$γ**
4 Romanorum enim uernaculos deos nouimus. **2βδ/***
5 est Romulus perierante Proculo deus factus, **1βδ**
6 et Picus et Tiberinus et Pilumnus et Consus, **P1γδ**
7 quem deum fraudis **1βδ**
8 uelut consiliorum deum coli **TTγε**
9 Romulus uoluit, **Tδ**
10 postquam in raptum Sabinarum perfidia prouenit. **TTδ**
11 deam quoque Cloacinam **TTγ**
12 Tatius inuenit et coluit, **Tγδ**
13 Pauorem Hostilius adque Pallorem. **P1γ**
14 mox a nescio quo Febris dedicata **TTγ**
15 et Acca et Flora meretrices. **TT1$^2$γ**
16 hi dii Romani. **Pγ**
17 ceterum Mars Thracius
18 et Iuppiter Creticus **T2δ**
19 et Iuno **TTδε**
20 uel Argiua uel Samia uel Poena **TTδε**
21 et Diana Taurica *
22 et deum mater Idaea **P1γ**
23 et Aegyptia portenta, non numina: **T2γδ**
24 quae utique
25 si quid potestatis habuissent, **TT1$^2$γ**
26 sua ac suorum regna seruassent. **P1γ**
27 plane sunt apud Romanos et uicti penates, **Pγ**
28 quos Aeneas profugus aduexit: **TTδ**
29 est et Venus calua, **(P)1βδ**
30 multo hic turpius calua, **P1δ**
31 quam apud Homerum uulnerata. **TTγ**

1 **5** Regna autem non merito accidunt, **Tδ**
2 sed sorte uariantur. **TT1$^2$γ**
3 ceterum imperium ante tenuerunt Syri et Persae: **Pγδ**
4 et Graecos et Aegyptios regnasse cognouimus. **T2γ**
5 ita uicibus potestatum Romanis quoque
6 ut et ceteris *
7 imperandi tempus obuenit. **P1γ**
8 ceterum si ad originem redeas, erubescas. **Vδ**
9 populus de sceleratis et nocentibus congregatur **V3δ**
10 et asylo constituto **TTγ**
11 facit numerum inpunitas criminum: **T2δ**
12 nunc ut rex ipse principatum habeat ad crimina,
13 fit Romulus parricida, **Vδ**
14 adque ut matrimonium faciat, **Tδ**
15 rem concordiae per discordias auspicatur. **V3δ**
16 rapiunt, ferociunt, fallunt **P1δ**
17 ad copiam ciuitatis augendam: **P1γ**
18 nuptiae sunt illis rupta hospitii foedera **Tδ**
19 et cum soceris bella crudelia. **T2γ**
20 est et gradus summus in Romanis honoribus consulatus. **V3δ**
21 sic consulatum coepisse uidemus ut regnum: **Pγδ**
22 filios interficit Brutus, **P1δ**
23 ut crescat de suffragio sceleris **Tδ**
24 commendatio dignitatis. **V3δ**
25 non ergo de religionibus sanctis **P1δ**
26 nec de auspiciis aut auguriis **Ton. Äqu. 4δε/***
27 Romana regna creuerunt, **P1γ**
28 sed acceptum tempus certo fine custodiunt. **T2γ**
29 ceterum et Regulus auspicia seruauit et captus est, **T2γδζ**
30 et Mancinus religionem tenuit *
31 et sub iugum missus est: *
32 pullos edaces habuit Paulus **Pδ**
33 et apud Cannas tamen caesus est, *
34 Gaius Caesar,
35 ne ante brumam **Ditr.**
36 in Africam nauigia transmitteret,
37 auguriis et auspiciis retinentibus spreuit: **P1δ**
38 eo facilius et nauigauit et uicit. **P1γδ**

1 **6** Horum autem omnium ratio est illa, **TTδε**

2 quae fallit et decipit **T2γδ**
3 et praestigiis caecantibus
4 ueritatem stultum et prodigum uulgus inducit. **P1γ**
5 spiritus sunt insinceri et nagi, **Pγδ**
6 qui posteaquam terrenis uitiis inmersi sunt
7 et a uigore caelesti **P1γ**
8 terreno contagio recesserunt, **Vδ**
9 non desinunt perditi perdere **T2δ**
10 et deprauati errorem prauitatis infundere. **T2γ**
11 hos et poetae daemonas norunt **P1δ**
12 et Socrates instrui se et regi **Vγδε**
13 ad arbitrium daemonii praedicabat, **Vδ**
14 et magis inde est ad perniciosa uel ludicra potentatus: **Vδ**
15 quorum tamen praecipuus Ostanes
16 et formam ueri Dei negat conspici posse **P1δ**
17 et angelos ueros **P1δ**
18 sedi eius dicit adsistere. **T2γ**
19 in quo et Plato pari ratione consentit **P1γ**
20 et unum Deum seruans **TTγε**
21 ceteros angelos uel daemonas dicit. **P1δ**
22 Hermes quoque Trismegistus **TTγ/Ditr.**
23 unum Deum loquitur *
24 eumque inconprehensibilem adque inaestimabilem confitetur. **V3δ**

1 **7** Hi ergo spiritus *
2 sub statuis adque imaginibus consecratis delitescunt, **TTγ**
3 hi adflatu suo
4 uatum pectora inspirant, **TTδ**
5 extorum fibras animant, *
6 auium uolatus gubernant, **Pγ**
7 sortes regunt,
8 oracula efficiunt,
9 falsa ueris semper inuoluunt, **P1γ**
10 nam et falluntur et fallunt **P1γδ**
11 uitam turbant,
12 somnos inquietant, **TTγ**
13 inrepentes etiam spiritus in corporibus **Ton. Äqu. 4δε/***
14 occulte mentes terrent, **TTγε**
15 membra distorquent, **P1γ**
16 ualitudinem frangunt, **Pδ**
17 morbos lacessunt, **Pγ**
18 ut ad cultum sui cogant, **TTγε**
19 ut
20 nidore altarium et rogis pecorum saginati **Vδ**
21 remissis,
22 quae constrinxerant, *
23 curasse uideantur. **TT1$^{2}$γ**
24 haec est de illis medella, **Pγ**
25 cultorum cessat iniuria: **T2γ**
26 nec aliud studium est
27 quam a Deo homines auocare **Vδ**
28 et ad superstitionem sui
29 ab intellectu uerae religionis auertere, **T2γ**
30 cum sint ipsi poenales, **Pγ**
31 quaerere sibi ad poenam comites, *
32 quos ad crimen suum
33 fecerint errore participes. **Tγ**
34 hi tamen adiurati **TTγ**
35 per Deum uerum **(P)1βδ**
36 nobis statim cedunt **TTγε**
37 et fatentur
38 et de obsessis corporibus **Tγ**
39 exire coguntur: **P1γ**
40 uideas illos nostra uoce et oratione **Ditr.**
41 maiestatis occultae flagris caedi,
42 igne torreri, **P1γ**
43 incremento poenae propagantis extendi, **P1γ**
44 eiulare, gemere, deprecari, **Vδ**
45 unde ueniant *
46 et quando discedant **Pγ**
47 ipsis etiam, *
48 qui se colunt,
49 audientibus confiteri, **V3δ**
50 ut uel exiliant statim **Pδ**
51 uel euanescant gradatim, **Pγ**
52 prout fides patientis adiuuat **Pγ**
53 aut gratia curantis adspirat. **P1γ**
54 hinc uulgus in odium nostri nominis cogunt, **P1δ**
55 ut nos odisse incipiant homines **Tδ**
56 antequam nosse, **P1δ**
57 ne cognitos aut imitari possint
58 aut damnare non possint. **P1γδ**

1 **8** Vnus igitur omnium dominus Deus: **Pδ**
2 neque enim illa sublimitas **Tγ**
3 potest habere consortem, **P1γ**
4 cum sola omnem teneat potestatem. **Vδ**
5 ad diuinum imperium **Tδ**
6 etiam de terris mutuemur exemplum. **P1γ**
7 quando umquam regni societas **Tγ**
8 aut cum fide coepit
9 aut sine cruore desiit? *
10 sic Thebanorum germanitas rupta, **P1δ**
11 permanens rogis dissidentibus *
12 etiam in morte discordia. **T2γ**
13 et Romanos geminos *
14 unum non capit regnum, **Pβδ**

15 quos unum uteri cepit hospitium. **Tγ**
16 Pompeius et Caesar adfines fuerunt **Pγ**
17 nec tamen necessitudinis foedus **P1δ**
18 in aemula potestate tenuerunt. **TT1$^2$γ**
19 nec tu de homine mireris, **TTδ**
20 cum in hoc omnis natura consentiat. **T2γ**
21 rex unus est apibus **Tγδ**
22 et dux unus in gregibus **Tγδ**
23 et in armentis rector unus. **Ditr.**
24 multo magis mundi unus est rector, **P1γδ**
25 qui uniuersa quaecumque sunt **T2γζ**
26 uerbo iubet,
27 ratione dispensat, **P1γ**
28 uirtute consummat. **P1γ**

1 **9** Hic nec uideri potest,
2 uisu clarior est,
3 nec conprehendi,
4 tactu purior est,
5 nec aestimari, **gl. Akzentfolge (abab)**
6 sensu maior est. *
7 et ideo sic eum digne aestimamus deum,
8 dum inaestimabilem dicimus. **T2δ**
9 quod uero templum habere possit Deus, **TTγε**
10 cuius templum totus est mundus? **P1γδ**
11 et cum homo latius maneam, **Tδ**
12 intra unam aediculam **Tγ**
13 uim tantae maiestatis includam? **P1γ**
14 in nostra dedicandus est mente, **P1γδ**
15 in nostro consecrandus est pectore. **T2γδ**
16 nec nomen Deo quaeras, **TTγε**
17 Deus nomen est. *
18 illic uocabulis opus est, **Tδζ**
19 ubi propriis appellationum insignibus **T2γ**
20 multitudo dirimenda est. *
21 Deo,
22 qui solus est,
23 Dei uocabulum totum est. **T2δζ**
24 ergo unus est *
25 et ubique ipse diffusus est. **T2γζ**
26 nam et uulgus in multis **P1γδ**
27 Deum naturaliter confitetur, **V3δ**
28 cum mens et anima *
29 sui auctoris et principis admonetur. **Vδ**
30 dici frequenter audimus **P1γ**
31 „o Deus“
32 et „Deus uidet“
33 et „Deo commendo“ **Pγ**
34 et „Deus mihi reddet“ **TTγε**
35 [et „quod Deus uult“]
36 et „si Deus dederit.“ **Tβδ**
37 at quae est haec summa delicti, **P1γ**
38 nolle agnoscere **T2γ**
39 quem ignorare non possis! **P1γδ**

1 **10** Quod uero Christus sit *
2 et quomodo per ipsum nobis salus uenerit, *
3 sic est ordo, sic ratio. **Tγδ**
4 Iudaeis [primum] erat apud Deum gratia. *
5 sic olim iusti erant,
6 sic maiores eorum religionibus oboediebant. **P**
7 [inde illis et regni sublimitas floruit **T2δ**
8 et generis magnitudo prouenit.] *
9 sed illi
10 indisciplinati postmodum facti **P1δ**
11 et fiducia patrum inflati, **Pγ**
12 dum diuina praecepta contemnunt, **P1γ**
13 datam sibi gratiam perdiderunt. **V3δ**
14 quam fuerit illis profana uita, **Ditr.**
15 quae contracta sit uiolatae religionis offensa, **P1γ**
16 ipsi quoque testantur, **Pγ**
17 qui etsi uoce tacent, **TTγε**
18 exitu confitentur: **V3δ**
19 dispersi et palabundi uagantur, **Pγ**
20 soli et caeli sui profugi *
21 per hospitia aliena iactantur. **P1γ**

1 **11** Nec non Deus ante praedixerat, **T2γ**
2 fore ut uergente saeculo *
3 et mundi fine iam proximo **T2γδ**
4 [ex omni gente et populo et loco] **[TTδε]**
5 cultores sibi adlegeret Deus **Pδ**
6 multo fideliores,
7 qui indulgentiam de diuinis muneribus haurirent **TTδ**
8 [quam acceptam
9 Iudaei contemptis religionibus perdidissent.] **[V3δ]**
10 cuius igitur gratiae disciplinaeque **P1**
11 arbiter et magister **Vδε**
12 sermo et filius Dei mittitur, **2βδ/***
13 qui per prophetas omnes
14 [retro] inluminator et deductor humani generis praedicatur. **Vδ/Ditr.**
15 hic est uirtus Dei,
16 hic ratio,
17 hic sapientia eius et gloria: **T2γδ**
18 hic in uirginem delabitur,
19 carnem Spiritus sanctus induitur, **Tγ**
20 Deus cum homine miscetur. **TTδ**
21 hic Deus noster,
22 hic Christus est,

23 qui mediator duorum hominem induit, **Tδ**
24 quem perducat ad patrem. **Pγδ**
25 quod homo est,
26 esse Christus uoluit, *****
27 ut et homo possit esse quod Christus est. **T2γδζ**

1 **12** Sciebant et Iudaei **TTγδ**
2 Christum esse uenturum: **P1γ**
3 nam hic
4 illis semper prophetis monentibus **Tγ**
5 adnuntiabatur.
6 sed significato duplici eius aduentu, **P1γ**
7 uno
8 qui exercitio et exemplo hominis fungeretur, **Vδ**
9 altero
10 qui Deum fateretur, **TTγ**
11 non intellegendo primum aduentum, **P1γ**
12 quod in passione praecessit occultus, **P1γ**
13 unum tantum credunt
14 qui erit in potestate manifestus. **TT1$^2$γ**
15 quod autem hoc Iudaeorum populus *****
16 intellegere non potuit,
17 delictorum meritum fuit: **Pδ**
18 sic erant sapientiae et intellegentiae caecitate multati, **P1γ**
19 ut
20 qui uita indigni essent,
21 haberent uitam ante oculos nec uiderent. **Vδε**

1 **13** Itaque cum Christus Iesus **Pγ**
2 secundum a prophetis ante praedicta **P1γ**
3 uerbo et uocis imperio **Tγ**
4 daemonia de hominibus excuteret,
5 paralyticos restringeret, **gl. Akzentfolge**
6 leprosos purgaret, **Pγ**
7 inluminaret caecos,
8 clodis gressum daret, **TTγε**
9 mortuos rursus animaret, **TT1$^2$γ**
10 cogeret sibi elementa famulari, **TT1$^2$γ**
11 seruire uentos, **Ditr.**
12 maria oboedire, **Vδ**
13 inferos cedere, **T2δ**
14 Iudaei,
15 qui illum crediderant hominem tantum **Pδ**
16 de humilitate carnis et corporis, **T2γδ**
17 existimabant magum de licentia potestatis. **Vδ**
18 hinc magistri eorum adque primores, **P1γ**
19 hoc est
20 quos et doctrina ille et sapientia reuincebat, **Vδ**
21 accensa ira et indignatione prouocati, **TTγ**
22 ut postremo detentum Pontio Pilato, **TTδ**
23 qui tunc ex parte Romana **P1γ**
24 Syriam procurabat, **Vδ**
25 traderent,
26 crucem eius et mortem suffragiis [uiolentis ac] pertinacibus flagitarent. **V3δ**

1 **14** Hoc facturos et ipse praedixerat **T2γ**
2 et prophetarum omnium testimonium sic ante praecesserat, **T2γ**
3 oportere illum pati, **TTγε**
4 non ut sentiret mortem sed ut uinceret, *****
5 et cum passus esset, **Ditr.**
6 ad superos denuo regredi, **Tδ**
7 ut uim diuinae maiestatis ostenderet. **T2γ**
8 fidem itaque rerum cursus inpleuit. **P1γ**
9 nam et crucifixus
10 praeuento carnificis officio
11 spiritum sponte dimisit **P1γ**
12 et die tertio *****
13 rursus a mortuis sponte surrexit. **P1γ**
14 apparuit discipulis talis ut fuerat,
15 agnoscendum se uidentibus praebuit **T2δ**
16 simul iunctis et substantiae corporalis firmitate conspicuus **Tγ**
17 ad dies quadraginta remoratus est, *****
18 ut de eo ad praecepta uitalia instrui possent **P1δ**
19 et discerent, quae docerent. **V3δε**
20 tunc in caelum circumfusa nube sublatus est, **Tγζ**
21 ut hominem,
22 quem dilexit,
23 quem induit,
24 quem a morte protexit, **P1γ**
25 ad patrem uictor inponeret, **T2γ**
26 iam uenturus e caelo **P1γδ**
27 ad poenam diaboli **Tγ**
28 et ad censuram generis humani **TTδ**
29 ultoris uigore **Pγ**
30 et iudicis potestate: **Vδ**
31 per orbem uero discipuli magistro et Deo monente diffusi **P1γ**
32 praecepta in salutem dare,
33 ab errore tenebrarum **TT1$^2$γ**
34 ad uiam lucis adducere, **T2γ**
35 caecos et ignaros **TTγ/1β**
36 ad agnitionem ueritatis oculare. **TT1$^2$γ**

1 **15** Ac ne esset probatio minus solida *****
2 et de Christo delicata confessio, **T2γ**
3 per tormenta,
4 per cruces, **Pγδ**

5 per multa poenarum genera temptantur. **TTδ**
6 dolor, qui ueritatis testis est, admouetur, **V3γδ**
7 ut Christus
8 Dei filius,
9 qui hominibus ad uitam datus creditur, *
10 non tantum praeconio uocis **P1δ**
11 sed et passionis testimonio praedicaretur. **P1**
12 hunc igitur comitamur, **Vδ**
13 hunc sequimur,
14 hunc habemus itineris ducem, **Pδ**
15 lucis principem, *
16 salutis auctorem, **P1γ**
17 caelum pariter et patrem **Vδε**
18 quaerentibus et credentibus pollicentem. **V3δ**
19 quod est Christus,
20 erimus [christiani], **Vδ**
21 si Christum fuerimus secuti. **TTδ**

## 3.19 Epistel 3

Cyprianus plebi Cartagini constitenti Vd
1 aeternam in domino salutem. **TTδ**

1 **1** Gratias quidem agimus deo patri **Vδζ**
2 et domino Iesu Christo, **Vδζ**
3 qui uos adunatos atque in conuenticula restituit.
4 Propter quam rem memorauimus *
5 et scriptum beatissimorum martyrum atque confessorum **TTγ**
6 uoluimus ad consilium nostrum seruare. **Pγ**
7 Iubet desuper maiestas atque spiritus sanctus, **P1δ**
8 cuius in nobis gratia testis est salutaris. **Vγδ**
9 Nam cum tractaret de traditoribus, *
10 iubet tam in euangelio *
11 quam in apostolo, **Tβγ**
12 tam in psalmis
13 quam in prophetis **Tβγ**
14 et ceteris scripturis: **TTδ**
*scrutamini.*
15 Quo scrutato a nobis, **Pγδ**
16 inuentis ab iis **Pγδ**
17 qui scripturas sanctas tradiderunt **TTγ**
18 non mereri eos congredi consilium nostrum **Pδ**
19 id est
20 consilium salutare. **Vδ**
21 nemo est enim **Pγδ**
22 qui hoc consilium congrediatur **P**
23 —non caelestem spectet.
24 Ac propterea memorauimus **Ton. Äqu. 4δ/***
25 ut ii
26 qui taliter scripturas tractauerunt **TTγ**
27 ad statum plebis
28 et iudicium ab ipsis porrectum **Pγ**
29 —nec aliqua actio ab ipsis promi,
30 sed nec etiam ad statum sacrificii neque plebis esse proximi; *
31 qui utique
32 iam dudum derelicta plebe
33 nudata altaria, **T2γ**
34 promota sacrificia. *

1 **2** Merito haec memorantes
2 cum maestitia atque dolore animi profici teste ad dominum **Tγδ**
3 quod debuimus statuere:
4 quam omnes disceptationes et dissensiones **Ditr.**
5 et haereses et scandala auserant **Tδ**
6 ne ulterius prouocent ad se homines
7 seu minus fide
8 seu scripturis
9 leues sint et lectores, **Vγδε**
10 id statuimus
11 atque statuto nostro recedi nolumus, *
12 ut
13 si qui tradidit praepositus huic plebi **Vδζ**
14 mereantur antistitem administrantem altari ac corpore integro. **Tδ**
15 iis uero iussimus *
16 a quibus et sacrificium offerri iubemus. **Pγ**
17 Merito praeceptis iis obtemperari debet
18 nec aliud fiet **Pδ**
19 quam statim euangelica uox sincera **Vδε**
20 cata Iohannem loquitur. *
*Nolo,*
21 inquit,
*de manibus uestris sacrificia, quia non uenistis ad me cum hostia munda.* [Vgl. Mal. 1, 10. 11; Jes. 1, 11-13.]
22 Qui utique hostiam mundam non offert, **Pγδ**
23 hostia de manibus eius non ascendit. **TTγδ**
24 Nam iterum legimus: **Tδ**
*in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum.* [Joh. 1, 1.]
25 Qui per uerbum finctionem finxerint dare res inhabitabiles **T**
26 apud illos
27 seu ueras scripturas sanctas
28 seu finctas
29 qui dat uocem
30 et qui dat desideria proxima, **Tδ**
31 qui utique finget tradere *

32 supplebit traditionem.

1 **3** Merito negantes **Vδ**
2 uolumus interim ueniam habere confitentes patres.
3 Nam qui dicit
4 se scripturas non habere, **TTγδ**
5 utique paratus fuit et torqueri, **TTγδ**
6 quorum exempla habemus. **Pγ**
7 Tertio negauerunt, **Vδ**
8 et sacramentum non tradiderunt. **Vγδ**
9 Hi autem
10 qui nec interrogati obtulerunt **TTγ**
11 interim usque ad statum consilii **Tγ**
12 laici communicabunt. **P**
13 Verumtamen in statum consilii **Tγ**
14 quod scriptura sancta promouerit **T2γ**
15 secundum sententiam fixam **P1δ**
16 sanctis et amicis dei suppleri uolumus, *****
17 cum iam testes et proximi **Tγδ**
18 aliquid iam dudum statuerant nostri antecessores. **P1**
19 Ob quam rem necesse est *****
20 nos testibus consentire complecti et supplere. **TTγδ**
21 Opto
22 uos in domino semper bene ualere. **Pγ**
23 Amen.
24 Deo gratias *****

## 3.20 Epistel 4

Cyprianus Benedicto et
dilectissimo parenti Turasio
1 in domino aeternam salutem.

1 **1** Caritatis tuae scripta percepi, **P1γ**
2 quibus animum tuum dolore commotum **P1γ**
3 de filiae dormitione cognoui. **P1γ**
4 non aliud principaliter admiratus sum *****
5 quam christiani pectoris in te iactatam fuisse uirtutem **P1γ**
6 ut animum flexeris ad dolorem. **V3δε**
7 Stupeo
8 murum fidei *****
9 penetratum uulneribus orbitatis, **Vδ**
10 quem saepire debuerat **Tγ**
11 spes resurrectionis et regni caelestis. **Pγ**
12 Numquam spes cum dolore concordat **P1γ**
13 nec fides aliquando sentit
14 quamcumque iacturam. **P1γ**
15 Resurgere credimus nostros, et plangimus ! **Tγδ**
16 Quid faceremus,
17 si mori tantummodo sine resurrectione praeciperet deus? **Pδ**
18 Voluntas eius sola sufficit ad solacium, **Ton. Äqu. 4δε/***
19 cui nullum praeponendum scimus affectum. **P1γ**
20 Quod dederat tulerat qui creauerat. **Ton. Äqu. 4δε/***
21 Quid certas plangere *****
22 quod ad tempus acceperas? **T2γ**
23 Commodauerat ut haberes **Vδ**
24 quantocumque tempore uoluisset **Vδ**
25 et cum uellet rursus auferret. **P1γ**
26 Nihil abstulit tuum **Pδ**
27 qui recipere dignatus est proprium. **Tγδ**
28 Creditum suum recipere decuerat creditorem, **Vδ**
29 et nihil aliud decet **Pδ**
30 quam creditori suo gratias agere mutuantem. **Vδ**
31 Sic Iob legimus
32 quam sequamur deuotissimam uocem. **P1δ**
*Dominus,*
33 inquit,
*dedit, dominus abstulit. Sicut domino placuit, ita factum est. Sit nomen domini benedictum.* [Iob. 1, 21]

1 **2** Parum ergo non erat haec sola consolatio contra luctum, **Vδζ**
2 quod nemo lugere debeat *****
3 cum aliquid reddiderit alienum, **Vδ**
4 quia fas non erat
5 apud alium retineri **Vδ**
6 quod domino suo fuerat necessarium. **Ton. Äqu. 4δ/***
7 Additur consolationis alia prouidentia, **Ton. Äqu. 4δ/***
8 quae iaculis orbitatis occurrat. **P1γ**
9 Gaudere debuimus **Tγ**
10 de saeculo recedentibus, **Ton. Äqu. 4δ/***
11 si saeculi contra nos inimicitias sentiremus, **Vδ**
12 et plangimus domini beneficia **Ton. Äqu. 4δ/***
13 qui nouit
14 infirmitati nostrae quod praestat ! **Pγδ**
15 Periclitari uolebat adhuc
16 qui dolet aliquem dormientem, **Vδ**
17 et inter fluctus uitae praesentis **Pγ**
18 uidere cupiebat **TT1²γ**
19 miserum laborare. **Vδ**
20 Ad quid
21 christianam fidelem animam *****
22 putas intra carcerem mundi remorari debuisse **TTγ**
23 cui totus mundus naufragium est?

24 Tantis et talibus tempestatibus uitae **P1δ**
25 tot impugnationes diaboli, **Tγ**
26 tot corporis bella, **P1δ**
27 tot saeculi clades **P1δ**
28 [tot calamitates] euasit, **[Pγ]**
29 et lacrimas fundis, **Pδ**
30 quasi nescias *
31 quid in te ipse cotidie patiaris ! **Vδ**

1 **3** Propter quod dominus sic admonet apostolos suos dicens: **Vδζ/1βδ**
*si me dilexissetis, gauderetis, quoniam uado ad patrem.* [Joh. 14, 28]
2 Plane mortuum Lazarum fleuit,
3 sed non tuis lacrimis. **(Tβδ)/***
4 Resurrectionis promissor **Pγ**
5 dolorem docere non poterat, **Tγδ**
6 ne fidem perfidiam faceret quam docebat. **Vδε**
7 Doluit Lazarum non dormientem, **Ditr.**
8 sed potius resurgentem, **Vδ**
9 et flebat quem cogebatur **Vγδ**
10 propter saluandos alios *
11 et confundendos incredulos **Tγ**
12 saeculo reuocare. **Vδ**
13 Hanc uitam dans
14 dominus ingemiscebat,
15 quam tu doles esse sublatam. **Pγ**
16 Contra lacrimas eius **Pδ**
17 pugnant lacrimae tuae, **Pδ**
18 et amor tuus amori eius.
19 Eius fletus non habet parem. **(Pβδ)**
20 Ille nolebat reddere laboribus quem dilexerat, **Ton. Äqu. 4δε/***
21 et tu amare te credis **P1γδ**
22 cui laborum uolebas adhuc restare tormenta ! **P1γ**
23 Ceterum
24 si putes
25 eum mortuum Lazarum doluisse,
26 ante non permisisset exire **P1γ**
27 qui repellere poterat mortem, **Pδ**
28 aut certe non fleret **Pγδ**
29 qui mortuum resuscitare **Ditr.**
30 postmodum habuerat potestatem. **Vδ**
31 Vnde apparet
32 sola eum causa fuisse commotum, **P1γ**
33 quod ad hostilem uitam
34 carissimum suum reuocare denuo *
35 propter credituros aliquos *
36 uel confundendos incredulos urgebatur. **Vδ**
37 Denique sic subsecutus est dicens: **P1γδ**
*ergo, pater, ut credant quoniam tu me misisti.* [Joh. 11, 42]

1 **4** Gaude ergo
2 unde ille coactus est flere, **P1γδ**
3 ne uidearis dormientum felicitatibus inuidere. **Vδ**
4 Ab alieno mundo ad proprium transiuit, **TTδ**
5 transiuit ad dominum, **Tγδ**
6 et de hostili patria *
7 ad paternam patriam migrauit, **TTδ**
8 migrauit ad caelum **P1γδ**
9 dicente apostolo: **Tγ**
*scimus,*
10 inquit,
*quoniam si terrena domus nostra huius corporis resoluatur, quod habitationem habemus non manu factam in caelis aeternam.*[2 Cor. 5, 1.]
11 Caruit ergo domo **Vδζ**
12 quam nec nosse debuerat. **Tγ**
13 Caruit malis ciuibus, *
14 quorum odia sustinebat, **TTδ**
15 ne adhuc peregrinaretur in terra contraria, **Tγ**
16 sicut apostolus memorat dicens: **Pδ**
*quamdiu sumus in saeculo peregrinamur a domino.* [2 Cor. 5, 6.]
17 Non nobis ergo debet luctus incumbere, **T2γ**
18 quisquis a peregrinatione redire meruit *
19 ad propriam regionem, **Vδ**
20 maxime cum non inanis et uacuus redire noscatur **P1γ**
21 qui christianitatis mercatus est lucrum, **Pγδ**
22 propter quod uenit ad mundi commercium. **Tγ**
23 Negotium explicauit, **Vδ**
24 rediit
25 et deo debitum soluit. **Pδ**
26 Comparauit propter quam descenderat emptionem **Vδ**
27 et ad dominum regredi properauit, **Vδ**
28 cui offerat mercem, **P1δ**
29 ut comparate mercis tam securitatem capiat quam honorem. **Vδζ**
30 Et ego,
31 inquies,
32 nulla promissionum caelestium dubitatione conturbor, **P1γ**
33 sed sola separatione morientis aestuans *
34 desolatus solacio pii pigneris iactor. **P1δ**

1 **5** Excusatio est haec,
2 benedicte,
3 sine dubio fragilitatis humanae, **P1γ**

4 quae patrocinari non potest diffidentiae. *
5 Si enim desolationem ferre homines non ualerent, Vδε
6 numquam prorsus a se sua pignora dimisissent. Vδ
7 Destitutos se a morientibus conqueruntur V3δ
8 et uiuos filios aut propter litteras *
9 aut propter honores Pγ
10 aut propter negotia Tγ
11 peregrinis regionibus credunt, P1δ
12 et gaudent
13 totam uitam sine affectibus commorari, V3δ
14 dummodo capiant Tδ
15 quod cupiunt de suis pigneribus adipisci. Vδ
16 Et ut ad palatia pergant Pδ
17 peregrinantur, P1
18 ad studia dignitatis nauigant acquirenda Vδ
19 uel ad causas patrimonii aliquas explicandas Vδ
20 per labores et pericula proficientes
21 omnes impellunt, Pγ
22 nec secum uacare quos diligunt patiuntur. Vδ
23 Et ut ad palatia caeli, Pδ
24 ad studia Christi, Pδ
25 ad honorem uitae perpetuae, Tγ
26 ad patrimonium possessionis aeternae P1γ
27 cum securitate ualeant peruenire, Vδ
28 nemo filios suos libenter a se gratulatur abscedere! T2γ
29 Propter incerta P1γ
30 per incerta TTγδ
31 filium uel fratrem uel parentem TTγδ/Ditr.
32 peregrinari unusquisque compellit, P1γ
33 et propter certa
34 per certa
35 suorum aliquem proficisci nullus admittit ! P1γ
36 Ad comparanda peccata P1γ
37 gaudent tam parentes a filiis Tγδ
38 quam filii a parentibus Vδε
39 prouocante diabolo separari, Vδ
40 ad indulgentiam percipiendam
41 nolunt ab inuicem deo uocante discerni, P1γ
42 ut appareat *
43 non pro ratione nostra nos dolere TTγδ
44 quemcumque uidemur amittere, T2γ
45 sed indicium magis ostendere diffidentiae, Ton. Äqu. 4δ/*
46 qui non sustinemus Ditr.
47 nostrorum profectiones ad dominum, Tγδ
48 quorum peregrinationes in saeculo gratulamur. V3δ
49 Quia credimus mundi lucris, Vδζ
50 toleramus diuisa nostri corporis membra. P1δ
51 Si credimus dei promissis, Pγ
52 post abscessionem nostrorum Pγ
53 nihil aliud quam gratias debuerint resonare Vδ
54 nostri pectoris gaudia. T2δ

1 **6** Mihi crede,
2 semper in omnibus incredulitas maeret, Pδ
3 et sicut non potest fides nosse quod doleat, Tγδ
4 sic diffidentia sola doloribus tenetur ancilla. P1γ
5 Nam si dormientes dicimus, *
6 dormientes utique credere debemus et non mortuos,
7 sed requiescentes interim *
8 secundum uocem domini fideliter loquentis: TTδ
*omnis,*
9 inquit,
*qui credit in me, licet moriatur, uiuet.* [Joh. 11, 25.]
10 Si tibi medicus hoc promitteret quisquam, P1δ
11 nullam
12 sine dubio
13 promissioni eius negare poteras omnino laetitiam; Tγ
14 nunc quia Christus fabricator et resuscitator promittit, Pγ
15 non times plangere, (T)2βδ/*
16 ut fideliorem Christo pariter et potentiorem medicum *
17 uidearis in promissionibus iudicare. V3δ

1 **7** Sed destituam,
2 dicis,
3 doleo senectutem, Vδ
4 qui debueram meos liberos potius antecedere, Ton. Äqu. 4δ/*
5 ne in laboribus remanerem. Vδ
6 Quando de spiritalibus bonis Pδ
7 quodcumque tractatur, P1γ
8 nihil est de carnalibus omnino ante oculos reponendum. Vδ
9 Ego tibi melius profiteor euenisse, Vδ
10 qui non carnalem
11 sed spiritalem circa te considero felicitatem.
12 Tu te dicis de alicuius pignoris tui obitu in senectute confectum, P1γ
13 ego contra comprobo subleuatum. Vδ
14 Senectuti tuae
15 amputauit magis dominus sollicitudinem T
16 quae te torquebat de uiua filia, ne periret. V3δε
17 Melius utique nunc mortuam saeculo T2δ
18 credis esse apud deum uiuam TTγε

19 quam uiuam saeculo *
20 doleres forsitan apud dominum mortuam. **Tδ**
21 Gaude tibi
22 quod filiam christianam mereberis sequi, **Pδ**
23 quam secutus
24 in caelo gaudeas rursus amplecti. **P1γ**
25 Non te deseruit, sed praecessit: **Vδε**
26 et ne doleret excedentem patrem
27 suscipere festinauit. **Vδ**
28 Non amisisti nutrimenta tua.
29 Si luctus horrueris **Tγ**
30 et senex obtulisse pignus tuum domino + deputare poteris +, *
31 secundum uotum post Abraham,
32 si non potes primum, **TTβγε**
33 ut
34 quod ille non trepidauit offerre **P1γ**
35 tu saltem uidearis de sublato gaudere. **Pγ**
36 Ab illo dominus postulauit, **Vδ**
37 a te tulit.
38 Ille iussioni paruit, *
39 tu uoluntati consenti. **Pγ**
40 Illum per illicitam legem naturae **Pγ**
41 [quem dominus] probauit sibi deuotum, **Pγ**
42 te saltem per licitam condicionem mortalitatis **Ditr.**
43 annotet religiosum. **P**
44 Nam si nec uoluntate nec necessitate compelleris **T2γ**
45 deuotionis domino aliquid exhibere, **Vδ**
46 in qua parte christianum te poteris approbare? **Vδ**

1 **8** Erubescat incredulitas nostra **Pδ**
2 nec cum gentilibus —,
3 si deo uult esse subiecta. **P1γ**
4 Communis est nobis cum illis exitus mortis **P1δ**
5 et dolores illorum **Pγ**
6 superamus doloribus nostris ! **P1δ**
7 Quid ageremus,
8 si peculiare aliquid exigeretur a nobis? **P1γδ**
9 Quid
10 quod ad dedecus nostrum? **P1δ**
11 Gentiles dolores saepe contemnunt, **P1γ**
12 cum non ad promissa caelestia **T2γ**
13 sed ad poenas tartari rapiantur, **Vδ**
14 et nos plangimus euntes ad caelum ! **Pγδ**
15 Consideret christianus talis,
16 quid deinceps mereatur **TTγ**
17 qui nec imitari contendit exempla sanctorum **P1γ**
18 nec contemptum habere gentilium. **T2γ**
19 Illi luctus desperando despiciunt, **Tγ**
20 et nos sperando despicere non conamur ! **Vδε**
21 Denique uendere liberos saepe non dubitant, **Tγδ**
22 ut uiuos, quod peius est, spernant, **P1γδ**
23 et nos nec defunctorum obitus subleuant, **Tδ**
24 sublatos captiuitati et libertate donatos uolumus —. *
25 Illi seruire filios suos intrepide mortalibus tradunt **P1δ**
26 et nos deo nostros simul et suos liberos liberandos dimittere **Tγ**
27 sacrilega mente cunctamur, **P1γ**
28 quasi tutius apud homines iudicetur magis
29 quam penes deum commendari aliquem filiorum. **Vδ**
30 Pudendum nescio quid christiani apud gentiles opprobrium, **Tγ**
31 quibus peiores sine dubio iudicantur **Vδ**
32 quos pares habere non dicam meliores fuerat criminosum. **Vδ**
33 Christiani nolunt
34 uel gratulatione suos deducere ad bona, **TTδε**
35 gentiles tradere non cunctantur ad mala. **Pγδ**

1 **9** Postremo uel cum ipsa felicitate nostrorum morientium *
2 cogamur animum flectere, **Tδ**
3 ne desideriis eorum **TTδ**
4 desideria nostra incipiant repugnare. **Vδ**
5 Laetantur ipsi qui exeunt
6 uenientes ad requiem. **Tγδ**
7 Laetemur et nos cum ipsis, **Ditr.**
8 saltem computantes nostrorum exeuntium beatitudinem. *
9 Esto religiosus uel uoto eius qui euasit, **TTγδ**
10 si non potes tuo,
11 et exsulta
12 quia placuisse cognoscis participem tui sanguinis Christo, **P1δ**
13 maxime quod uel de occasione **Ditr.**
14 debeas tolerare domini uoluntatem, **Vδ**
15 cui non potes contradicere. *
16 Et cum sit omnibus communis hic casus, **P1γδ**
17 uanus dolor est, *
18 qui nec primus uidetur esse nec solus. **P1γδ**

1 **10** Sed dicis:
2 nullus me de mea desolatione mentis angor exulcerat, **T2γ**
3 sed pro derelictis paruulis *
4 morientis humanitatis affectus impulsat. **P1γ**
5 Nec hoc licet commouere animum christianum, **Vδ**
6 ne contra Christi imperia reluctetur. **Vδ**

7 Quid interest
8 quandocumque et qualescumque filios dimisisse, **Vδ**
9 quos iubeamur a domino pro causa deuotionis odisse? **P1γ**
10 Melius nunc saluam animam suam moriens dereliquit in pace, **P1γδ**
11 ne in persecutione dimittere cum suo interitu non ualeret. **Vδε**
12 Ipse illis auxiliatur in mundo, **P1γδ**
13 quorum matrem habet in caelo, **Pγδ**
14 et qui matri subuenit *
15 et filiis pro certo succurrit. **Pγ**

1 **11** Postremo uide
2 si debeat aliquid dolori concedi, **Pγ**
3 ubi sine aliquo remedio potest animus fatigari. **Vδ**
4 Sapienter debet dolere qui dolet **Pγδ**
5 ne perdat sine causa quod dolet. **Pγδ**
6 Nunc autem contra luctum sumenda sunt arma, **P1γδ**
7 ut spes nostra possit habere uictoriam. **T2γ**
8 Principaliter quod dominus uoluit suscipere gratulemur. **Vδ**
9 Deinde quia hoc omnibus in mundo commune, **Pγ**
10 additur priuatum peculiare nostrum **Ditr.**
11 quod ad requiem deuocamur. **Vδ**
12 Sequitur consummatio omnium gaudiorum, **V3δ**
13 quod in resurrectione inuicem nobis domino reformante reddemur, **P1γ**
14 quod apostolus pollicetur: **V3δ**
*nolumus igitur ignorare uos, fratres, de dormientibus ut non contristemini sicut et ceteri qui non spem habent. Si enim credimus quia Iesus mortuus est et resurrexit, sic et deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum illo.* [1 Thess. 4, 13. 14.]
15 Haec tibi,
16 benedicte,
17 pro caritate communi transmisi. **Pγ**
18 Ceterum scio **Pδ**
19 te alios consolari. **Vδ**
20 Tunc se orbitas non inueniet penetrabilem, **Ton. Äqu. 4δ/***
21 si alios contra illam non cessetis armare. **P1γ**
22 Opto te,
23 frater carissime, **Tγ**
24 semper bene ualere **Pγ**
25 et nostri meminisse. **TTγ**

## 3.21 Oratio 1

1 Hagios, hagios, hagios,
2 sancte sanctorum, **P1γ**
3 pater patrum nostrorum, **Pγ**
4 Deus Abraham, *
5 Deus Isaac, *
6 Deus Iacob,
7 Deus prophetarum, **TTγ**
8 Deus apostolorum,
9 Deus uirginum, *
10 Deus bene uiuentium, **Tγ**
11 Deus credentium, **Tγ**
12 Deus et pater Domini nostri **Pδ**
13 Iesu Christi **Pδ**
14 filii tui: **Pδ**
15 te inuocamus supplices pariter et deprecamur **Ditr.**
16 [fili unigenite],
17 qui ex ore altissimi procreatus es **4δθ/***
18 ante mundi dispositionem **TT1**$^2$
19 et ex Mariae sanctae uirginis utero **Tδ**
20 per mysterium editus: **Tδ**
21 orantibus nobis desiderium animae, **Tδ**
22 etiam integritatem cordis praestare dignare, **P1γ**
23 ut lauacro salutari expiatum pectus
24 delictis carnalibus incolume persistat, **TTδ**
25 petimus fide inlibata, **TTγ**
26 mente incorrupta, **TTγ**
27 deuotione robusta, **P1γ**
28 operatione seu dilectione continua, **Tγ**
29 in tua ecclesia sancta **P1δ**
30 semper nos florere permittas: **P1γ**
31 quoniam tibi flectimus genua, **Tδ**
32 curuamus ceruices, **Pγ**
33 cui angeli archangeli milia milium martyrum chorus apostolorum **Ditr.**
34 et prophetarum gloria exultant, **TTδ**
35 cui omnes aues laudes canunt,
36 linguae confitentur caelestium terrestrium et infernorum:
37 tibi omnes aquae in caelo et sub caelo confitentur, **TTγ**
38 te insensibilia sentiunt: **Tδ**
39 tu es solus
40 et praeter te nemo. **Pγδ**
41 te quaesumus,
42 Domine pater omnipotens, **Tγ**
43 qui soli filio conspectabilis es:
44 angeli et archangeli obtemperant tibi **Pδ**
45 Domine pater: **Pδ**
46 te oramus,
47 tribuas nobis mentem integram, *
48 innocentiam puram, **P1δ**

49 sinceritatem deuotam, **Pγ**
50 conscientiam sanctam [puram] sobriam castam, **P1δ**
51 contra omnes insidias saeculi **Tδ**
52 gloriosa fide degentem: **Pγ**
53 contra diaboli minas **Pδ**
54 et carnales inlecebras **Tγ**
55 munitum pectus concedas, **Pγ**
56 ne uiolenti et cruenti hostis
57 letalibus laqueis implicemur, **Vδ**
58 ut signum salutis aeternae **P1γ**
59 incolume perferamus. **Vδ**
60 arce a nobis omnem saeculi inluuiem
61 omnem que diaboli persuasionem. **TT**
62 Iaqueetur, concidat et separetur et amoueatur, **P**
63 sicut a Sarra **P1γδ**
64 famula tua **Pδ**
65 Asmodaeus daemon nequissimus **Tγ**
66 extinctus est per angelum tuum sanctum tuum Raphael. *****
67 et sicut Tobiae adfuisti,
68 ita mihi adesse digneris. **P1γ**
69 et ut tribus pueris in camino et Danielo
70 misericordiam praestitisti, **V3δ**
71 sic circa nos tuos famulos facere digneris. **TTδ**
72 qui mortuos suscitasti, **V3δ**
73 caecos inluminasti, **Ditr.**
74 surdis auditum, **Pγ**
75 mutis eloquium, **Tγ**
76 claudis gressum,
77 leprosis sanitatem dedisti: **Pγ**
78 ita da famulis tuis, **Pδ**
79 qui in te
80 tota uirtute mentis **Ditr.**
81 credimus natum passum uenturum **Pγ**
82 iudicare uiuos et mortuos. **Tγδ**
83 adsiste nobis, **Ditr.**
84 sicut apostolis in uinculis,
85 Teclae in ignibus, **Tγδ**
86 Paulo in persecutionibus,
87 Petro in fluctibus. **Tγδ**
88 qui sedes super septem thronos
89 ad dexteram patris, **Pδ**
90 respice nos
91 et libera de aeternae mortis interitu: **Tγ**
92 unus in uno, **Pγδ**
93 pater in filio, **Tγδ**
94 filius in patre, **TTδε**
95 spiritus sanctus, **P1δ**
96 per que et cum quo est tibi in sancta ecclesia **Tγ**
97 honor
98 uirtus
99 claritas
100 maiestas
101 potestas
102 benedictio *****
103 inmortalitas *****
104 nunc et in aeternum semper
105 et in omnia saecula saeculorum. **Vδ**
106 amen.

## 3.22 Oratio 2

1 **1** Domine sancte pater hagios Deus, **Pδ**
2 ad te legaui animam meam, **Pδ**
3 Deus meus,
4 quis enim maior est? *****
5 tibi semper gratias et laudem referam *****
6 Deus Abraham, *****
7 Deus Isaac, *****
8 Deus Iacob,
9 Deus patrum nostrorum, **Tγ**
10 Deus prophetarum, **TTγ**
11 Deus apostolorum, **Ditr.**
12 Deus martyrum, *****
13 qui fuisti ante mundi dispositionem, **TT**
14 Deus uiuorum, **Pγ**
15 qui uenturus es iudicare uiuos et mortuos: **Tγδ**
16 qui es Deus uerax, **TTβγε**
17 qui sedes super Cherubim et Seraphim,
18 qui prospicis abyssos, **TTδ**
19 qui uides cuncta **(P)1βδ**
20 priusquam nascantur, **Pγ**
21 qui habes potestatem mortificare **P**
22 et iterum uiuificare, **P**
23 qui habes potestatem **1β**
24 de arido uiride facere. **Tδ**
25 tu omnium Deus dominator, **Tγ**
26 libera me de hoc saeculo mortali, **TTδ**
27 exaudi me orantem, **TTγδ**
28 sicut exaudisti filios Israel
29 de terra Aegypti, **Pγ**
30 et non tibi crediderunt **TTγ**
31 nec famulo tuo Moysi. **Vδζ**

1 **2** Vae peccatis meis,
2 Domine.
3 cum te leuaueris confringere terram, **Pδ**
4 sub qua fissura petrarum **Pγ**
5 me absconsurus sum
6 ab ante uirtutem tuam

7 aut cui monti dicturum sum: **Tγζ**
8 cade super me, *
9 et cui colli dicam:
10 tege me ab ante metum Domini mei, **Pδ**
11 cum te leuaueris confringere terram? **Pδ**
12 rogo te,
13 Domine,
14 subueni mihi:
15 noli secundum actum meum me iudicare: **Ditr.**
16 nihil enim in praeceptis tuis parui. *
17 exaudi me orantem. **TTγδ**
18 sicut exaudisti Ionam de uentre ceti, **Ditr.**
19 sic et me exaudias *
20 et eicias me de morte ad uitam. **P1γδ**
21 sicut Niniuitae induerunt se cinerem et cilicium *
22 et paenitentiam egerunt, **TTδ**
23 exomologesin facientis **TTγ**
24 ante conspectum tuum
25 pro uniuersis peccatis meis, **gl. Akzentfolge**
26 qui es amator paenitentiae, *
27 miserere mei.
28 sed et Dauid dicit:
*Domine propter nomen*
*tuum dele peccatum meum.*
29 et ego deprecor maiestatem tuam
30 ut deleas uniuersa peccata mea, **gl. Akzentfolge**
31 exaudi me orantem, **TTγδ**
32 sicut audisti tres pueros de camino
ignis ardentis **P1γ**
33 Ananiam Azariam et Misael:
34 et misisti angelum tuum **Pδ**
35 cum roribus tuis, **Pδ**
36 et confusus est Nabuchodonosor
37 praepositus regni: **Pδ**
38 quoniam tu es rex regnantium *
39 et dominus dominantium, **Ton. Äqu. 4δ/***
40 qui solus habes inmortalitatem **TT**
41 et lucem habitas inaccessibilem, **T**
42 quem nemo hominum uidit **Pδ**
43 nec uidere potest.
44 exaudi me orantem, **TTγδ**
45 sicut exaudisti Danielum de lacu leonum: **Pγ**
46 et misisti Abbacum prophetam,
47 et adtulit ei prandium et dixit: **TTδε**
*prande prandium, quod tibi misit Deus.*
48 et Daniel dixit:
*non derelinquit Dominus quaerentes se.* [Ps. 9, 11]
49 exaudi me orantem, **TTγδ**
50 sicut exaudisti Tobi et Sarram
51 dum orarent in atrio domus suae: **Vδζ**
52 tunc obtulit pro eis Raphael angelus
orationem eorum: **Pγ**
53 sic et tu exaudias preces meas **Vδζ**
54 et mittas ad aulam sanctam tuam **TTγε**
55 orationem meam,
56 et continuo mittas angelum sanctum tuum, **Vδζ**
57 qui deleat uniuersa commissa mea,
58 sicut deluisti spiritum inmundum a Sarra **P1γδ**
59 filia Raguel:
60 et inlumines cor meum, **TTδε**
61 sicut inluminasti oculos Tobi. **Pδ**
62 exaudi me orantem, **TTγδ**
63 sicut exaudisti Susannam **Pγ**
64 de inter manus seniorum, **TTγ**
65 sic et me liberes
66 de hoc saeculo mortali, **TTδ**
67 qui tu es amator purae conscientiae. *
68 exaudi me orantem, **TTγδ**
69 sicut exaudisti Ezechielem
70 regem Iudaeorum **TTγ**
71 et deluisti ab eo infirmitatem carnis eius: **Ditr.**
72 sic et me liberes,
73 et augeas mihi ad fidem, **Pγδ**
74 sicut illi ad uitam annos quindecim addidisti. **Vδ**
75 sic et me liberes de hoc saeculo,
76 sicut liberasti Teclam
77 de medio amphitheatro, **P**
78 liberes me
79 ab omni infirmitate carnis meae. **TTγε**

1 **3** Te deprecor
2 pater omnipotens, **Tγ**
3 qui in fine temporum *
4 commemoratus es nostri: **P1γδ**
5 misisti nobis Iesum Christum **TTγε**
6 filium tuum **Pδ**
7 Deum et Dominum nostrum, **Pδ**
8 natum de Maria uirgine *
9 de spiritu sancto, **P1δ**
10 adnuntiante Gabrielo angelo, *
11 per quem nos liberasti **Ditr.**
12 de periculo mortis imminentis. **TTγ**

1 **4** Te deprecor
2 filium Dei uiui, **Vδζ**
3 qui fecisti tam magnalia: *
4 in Cana Galilaeae
5 de aqua uinum fecisti, **Pγ**
6 propter filios Israel **Tδ**
7 qui caecis oculos aperuisti,

8 qui surdos audire fecisti, **P1γ**
9 qui paralyticos ad sua membra reuocasti, **TT1**$^{2}$**γ**
10 qui soluisti linguas blaesorum, **TTδ**
11 a daeomio uexatos sanasti, **Pγ**
12 clodos currere fecisti uelut ceruos, **TTγε**
13 mulierem a profluuio sanguinis liberasti, **V3δ**
14 mortuos suscitasti, **V3δ**
15 super aquas pedibus ambulasti, **Vδ**
16 [qui Petro labenti manum tradidisti] **TTγ**
17 qui mare fundasti **Pγ**
18 et terminum ei posuisti, **TTγ**
19 qui dixisti:
20 hucusque uenies et te hic confringes in tua uirtute. **Pγ**
21 te deprecor **Ditr.**
22 filium summi Dei **Vδζ**
23 propter uniuersa commissa mea,
24 qui es in caelis **P1βγδ**
25 filius in patre **TTδε**
26 et pater in filio in sempiternum, **Ditr.**
27 qui sedes super Cherubim et Seraphim
28 sedes honoris tui.

1 **5** Tibi adstant angeli et archangeli *
2 numerus inaestimabilis,
3 timentes et pauentes honorem et uirtutem tuam,
4 clamantes uoce magna dicentes: **Pγ**
5 sanctus sanctus sanctus **TTγε**
6 Dominus Deus Sabaoth.
7 tu ipse nobis testamentum fecisti **Pγ**
8 et pollicitus es dicens: **TTδε**
9 petite et accipietis, **P**
10 quaerite et inuenietis,
11 pulsate et aperietur uobis.
12 quodcumque a patre meo petieritis in nomine meo, **Pδ**
13 ego in tuo nomine peto ut accipiam. *
14 ego quaero
15 ut inueniam, *
16 ego pulso
17 ut aperiatur mihi.
18 paratus sum
19 propter nomen tuum **TTγε**
20 uictimam sanguinis effundere
21 et quodcumque tormentum sustinere. **TTγ**
22 tu es adiutor meus:
23 defende me ab aduersaria parte, **P1δ**
24 angelus tuus lucis protegat me,
25 quoniam tu dixisti:
26 quidquid credentes petieritis per orationem, **P**
27 dabitur uobis. **Pδ**

1 **6** Omnis homo mendax, **TTγε**
2 tu solus Deus uerax. **TTγε**
3 sicut repromisisti,
4 potes dare
5 Domine,
6 reuela mihi sacramentum tuum caeleste, **Pγ**
7 ut dignus sim
8 faciem sanctorum tuorum uidere. **Pγ**
9 spiritus sanctus in me operetur uirtutem: **Pγ**
10 quoniam tibi me spopondi seruire **Pγ**
11 omnibus diebus uitae meae, **TTγε**
12 qui passus es sub Pontio Pilato **TTδ**
13 optimam confessionem, **P**
14 crucifixus descendisti
15 et conculcasti aculeum mortis, **Pδ**
16 qui dicxisti:
17 ubi est aculeus mortis, **Pδ**
18 ubi est mors qui regnabas.
19 deuicta est mors, **Ditr.**
20 deuictus est inimicus diabolus, **TTγ**
21 tu resurrexisti a mortuis **Tγδ**
22 et apparuisti discipulis tuis: **Pδ**
23 sedisti ad dexteram patris, **Pδ**
24 inde uenturus iudicare uiuos et mortuos. **Tγδ**
25 tu nostri dominaberis, *
26 libera me de manu quaerentis animam meam. **Pδ**
27 per nomen tuum te deprecor
28 ut optimam des uictoriam **Ton. Äqu. 4δε/***
29 in inimicum meum:
30 quia tu es potens et defensor **TTγδ**
31 et aduocatus precum et petitionum nostrarum animarum. **TTγ**
32 die et nocte **Pγδ**
33 interpelles pro peccatis meis,
34 orationem meam perferas ad patrem tuum. **(Pβδ)**
35 et tu,
36 Domine
37 sancte pater,
38 digneris
39 respicere super preces meas, **TTγε**
40 sicut respecxisti super munera Abel. **Pδ**
41 digneris
42 me liberare ab igne et poena perenni **Pγ**
43 et ab omni tormento **Pγ**
44 quod parasti iniquis, **Pγ**
45 per bonum et benedictum Iesum Christum **TTγε**
46 saluatorem nostrum,
47 per quem est tibi honor uirtus gloria *
48 in saecula saeculorum. **Vδ**
49 amen.